Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

8329

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CONTROVERSIA-

RVM MEDICARVM ET PHILOSO-

PHICARVM LIBRI DECEM.

Autore Francisco Vallesio Couarruuiano, doctore & professore Complutensi.



Cum priuilegio Cæsaris ad decennium.

Compluti,
Ex officina Ioannis Brocarii.
Anno Domini.
1556.

IOTECA PUBL

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

EL REY.

POR quanto por parte de vos el doctor Francisco de Valles medico catredatico enle vniuersidad de Alcala de Hen- res, nos fue hecha relacion, diziendo, que vos aueis hecho vn libro de medicina: cuyo titulo es. de controuersiis me- di- is: el qual era muy vtil, y prouechoso y necessario, y por que en lo hazer os auiades ocupado mucho tiẽpo y auia des tomado mucho trabajo, me suplicastes vos hiziesse merced y diesse licencia para que vos, o quiẽ vuestro poder ouiere, y no otra persona alguna pudiessedes imprimir y vẽder el dicho libro, por tiempo y es pacio de diez años, o como la mi merced fuesse. Yo acatando lo suso dicho y que el dicho libro fue visto y examinado por los del nuestro consejo. Por ha- zeros ben y merced tuue lo por bien y por la presente doy licencia y facul- tad a vos el dicho doctor Francisco de Valles, o a quien vuestro poder ouiere para que por tiempo y espacio de diez años primeros siguientes que corran y se quenten desde el dia dela fecha desta mi cedula en adelante podays im- primir el dicho libro, de medicina y lo podays vẽder en todos los nros reynos y señorios con q̃ despues de impresso antes q̃ se venda, se trayga al dicho cõse jo para q̃ enel se tase, al precio a q̃ sea de vẽder e mãdo e defẽdo q̃ durãte el dicho tiempo delos dichos diez años ninguna ni algunas personas destos di chos nros reynos E señorios, no sean osados de imprimir el dicho libro ni lo vẽder ni traer defuera dellos saluovos el dicho doctorvalles, o las psonas q̃ pa ra ello d dicho poder ouierẽ so pena q̃ qualquier otra persona, o psonas q̃ vẽ dierẽ eldicho libro, o le traxerẽ defuera, no siẽdo delos q̃ vos hizierdes impri mir pierdã todos los q̃ ouieren Imprimido e tuuierẽ en su poder como dicho es. E demas yncurran en pena de quiẽta mil marauedis: las quales dichas pe nas seã la mitad para la camara de su magestad. E la otra mitad para vos el di cho doctor Frãcisco de Valles e mãdo a los del nro consejo, Presidẽte y oydo res, de nuestras audiẽcias alcaldes alguaziles dela nuestra casa e corte y chãci llerias e otras quales quier justicias e juezes de todas las ciudades villas e luga res destos reynos y señorios. Ansi alas q̃ agora son e seran de aqui adelãte que guardẽ e cumplan e hagan guardar esta mi çedula e lo enella cõtenido e con tra el tenor e forma della no vayã ni pasen ni cõsiẽtã yr ni passar en tiempo al guno ni por alguna manera, durante el dicho tiẽpo delos dichos diez años so pena dela mi merced e de doze mil marauedis para la mi camara. E fiscoa ca uno q̃ lo cõtrariohiziere. Fecha enla villa de Valladolid a veynte y seys dias mes de Enero de. 1556. Años.

La princessa.

Por mãdado de su Majestad su alteza en su nõbre
Francisco de Ledesma.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ILLVSTRI ADMODVM VI-
RO.D. DIDACO ABILA, REGIĘ ALCALA AB-
bati Reuerendiſſimo in ſchola Complutenſi liberalium artium magiſtro, & patrono ſuo Fran-
ciſcus Valleſius. S.P.D.

VANQVAN MVNVSCVLVM HOC MEVM TENVE EST ILLVSTRIS admodū vir,ſi cum tua autoritate conferatur,eſt tñ eius humanitatis,qua omnes,qui tuã opẽ implorãt,ſoles excipere,&quã ego imprimis ſemper expertus ſum,illud amplecti,ac fouere.non enim vt præcioſum munus, quodque tibi magni faciendum ſit offertur,ſed vt opis indigens defendendum commen-tur. Quare quo illud eſt humilius, & quo plures inimicorum incurſiones eſt perpeſſurum,eo magis indiget te patrono, cui genus illuſtriſsimum, & ampla dignitas autoritatem ſummam,& potentiam,accerrimum ingenium & doctrina non vulgaris(ſi ita res agenda ſit) magnam dicendi & diſputãdi facultatem, integerrimi mores,& admirãda illa animi æquitas,apud omnes homines maximã beneuolẽtiã cõcilia runt.Nam,vt genus primum memorem ,nullus eſt qui non miretur,cum imagines tuorum cõſiderat, & ſthemata,atque eius domus antiquiſsimorum virorum geſta, quæ poſteri nouo ſplẽdore ſemper illuſtrarunt.Nullus eſt qui non intelligat,merito apud regem noſtrum Philipum,qui, vt eſt bonus,bonorum omnium eſt amantiſsimus,patrem tuũ, & fratres,magna in gratia verſari, & meritiſsima ſuæ virtutis præmia à venigniſsimo rege recepiſſe.Iam vero ſi maternum tuum genus recenſeatur,ſi gonſili fenandii cognomento magni ducis geſta enarrentur, potẽtiſsimi reges redantur obſcuriòres. Quæ tamen,etſi tanta ſint,nullo læſſo ſumis laudibus poſsint efferri. Nam ille vſque adeo rerum geſtarum magnitudine omnes mortales eſt præter greſſus,vt inter accerrimos hoſtes etiam inuidiam ſuperauerit. Quare nullus ei virtute bellica certare poſsit,aut ſi quis,is certe ſit frater eius,atque auus tuus dominus Alfonſus Aguilari⁹,vir meritò hiſtoriis & carminib⁹ Hiſpanis celebratiſsim⁹. Hæc tã præclara,& aliis hominibus admiranda,quę tibi hæreditaria ſunt,nõ adeo te extollunt,quã alia multa ornamenta, quæ habes verè propria,& quæ tu tibi ingenio & induſtria comparaſti,non quidem bellica,vt illa,ſed virtutis & doctrinæ.Vidimus te in hac ſchola Complutenſi,quam multis iam annis exornas, ſæpe publice diſputantem,modo argumentantem acriter,modò condiſcipulorum argumenta diluentem acute.Et ſumus ſępe rariſsimum tuum ingenium demirati.atque cum tanto ingenii acumine miram in exercitationibus literariis aſsiduitatem,eamque in his obeũdis humanitatem qua cum nullo vnquàm congredi in diſputationem recuſabas.ſtudioſorum h[illegible]ores ambibas, faciebasque maioris ſque imagines.Itaque gradus omnes honorum impetraſti,ac nuperrime interdeſignatos tuo iure(neque enim eſt quòd quiſquàm interpretetur, quæ ingenium & doctrina præſtitit tibi, genus & nobilitatem præſtitiſſe) renunciatus primus, magiſterium obtinuiſti,magna cum gratulatione totius ſcholæ, quæ à te multò maiora indies expectat.Neque enim fieri poteſt, quin cum adoleſcen[illegible]dhuc ita te geſſeris, & vel à tenella ætate tantum futuræ virtutis ſpecimen pręſtiteris, ſis in virum optimum & eruditiſsimũ euaſueus. Eam in te indolem agnouit cæſar, vt puerum adhuc abbatem regiæ Alcalà Eccleſiæ, cuius iam nunc curam geris,deſignauerit, & viuenti Abbati ſuffecerit.itaque ingenium doctrinam & morum prouitatem habes verè propriam ſupelectilem:atque is es,vt etſi in ampla domo Marchionis nauarum natus non eſſes,ſed in humili amiclæ caſa, futurus eſſes illuſtris.quem igitur ego mecenatem? quem meorum laborum patronum quærerem, vbi tu adeſſes? maximè cum non ſine magna fælicitate, mea ſtudia à te ſemper probari intellexerim, cumque mihi quorundam Complutenſium inuidia, multò magis quàm externorum propulſanda ſit, & tu hic apud nos agas,noriſque optimè quos oporteat cohercere, ne quiſquã operi huic tuo, & meo labori obſtrepat.

Vale.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

AD LECTOREM

QVOTIBI PROFVTVRVM OPVS SCRIBEREM CANDIde lector, nihil laboris recusaui, sed ne quidquàm desiderares omnes medicæ artis partes percurri, & omnia quę controuersa sunt inuestigaui, siue controuersiã peperisset varietas ingeniorum, siue autoris cuiuspiã Græci Barbari, aut Latini, scripta contraria, siue interpretum error & corruptio versionũ. Legi antiquorũ Philosophorũ & medicorũ optimos, arabũ & Neoterico rũ omnes, qui nõ sunt vilissimi, ne qua ꝓbabilis opinio relinqueretur nõ cõfirmata aut absurda nõ refutata. Interim nulli me addixi autori (ita enim oportuit decisorẽ controuersiarũ) sed singulas sententias per se ipsas expendi, neq; conciliatorẽ despiciens neq; Galenũ reformidans. Quare minus est quod quisquàm mihi succenseat, quòd in illius opinionem aliquando accerbius inuehar, id enim conditione huius operis, quod de controuersiis est, fiet potius q̃ quòd nobis quispiam contemptui sit. Nullam earum versionum quæ circumferuntur sequũtus sum, sed omnia loca Græcorum quæ opportuit citare propria versione sum prosequntus, nisi forte cum nihil ex vulgari censebam permutandum. Seruaui religiosè autorum verba quanquàm interim periret elegantia. quod fæci ne vibi ex locis aliquibus eruta esset controuersiæ decisio, alia nobis denuò esset agitanda, an ita haberetur in codice Græco. Itaque potes iam opus hoc ingredi, ac in Græcis autoribus liberè versari, etsi sermonem Græcum non salutaueris. Quod si in iis quæ ex Barbaris autoribus citantur præstitissem, nihil in hoc opere videretur desiderari. Verum id non potui quia neq; librorum Arabum est apud nos copia, neque sermonẽ adhuc dici. quod apud hos autores placebit cõfirmabo, quod minus, refutabo. Si quid illis imponitur interpretum culpa est, & luent ipsi autores penas, quòd tam Barbaro sermone vsi sint, vt potius præclara opera perierint, quàm illum illustrauerint. Siquas controuersias historià anatomes oportuit decidi, res oculis exploraui nõ semel, nec sine testibus, sed pluries, & adscitis discipulis, monitisque, quorsum ea quęrerentur, quò ita res minus posset fallere. Tu ergo ne cura inuidorum verba qui te eò auidius arcere ab hoc opere nitentur, quò te id intelligent magis probaturum. Isthæc est humani ingenii cõditio. Sed tu si sapis tibi ꝓspice & nostro labore fruere: quod nobis erit magnum operęprecium. Cum hæc prima æditio sit, fieri non potest quin multa tibi errata occurrant, quorum nonnulla quia grauissima videbantur mea manu emendaui. plæraque, ad vtilimam paginã excepi, reliqua tu ipse emenda. Quædam alia opuscula quæ domi habeo, vt hæc accepe ris, ita dabuntur, aut tibi, aut tineæ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CONTROVERSIARVM MEDICARVM, AC PHILOSOPHICARVM LIBER PRIMVS.

TAm diffusè, distincte, & diligenter enarrata sunt à Galeno, medico ac philosopho nunquam satis pro dignitate commendato, omnia, quæ inuenta sunt ab Hippocrate antiquo illo medicinæ doctore (quem nō laudare, sed suspicere fas est) vt nihil quicquam, vel ad artis summum (si quod tamē esse potest summum) complemētum, vel ad dilucidiorem enarrationem desiderari videatur. Nam est nobis Hippocrates vnus instar mille autorum: & vnus Galenus pro innumeris explanatoribus. Nulla enim est artis medicæ pars, quam ille non inuenerit, neque quam hic ad summū non excoluerit. Id quod vel ex scriptis eorū, qui post hos autores in hunc vsque diem scripsere, fit manifestum. cū enim Galenus, qui Hippocrate est multò iunior, mille ac quingentis ante nos annis scripserit: nihil tamen eius inuentis adhuc est additum. neque quicquam tanta librorum volumina, quanta vix iam capiunt bibliothecæ, continent: aut quicquā Compluti à nostris præceptoribus, aut à nobis docetur, aut ab alijs alibi, quod non in Galenum referatur. Ante Hippocratem medicina non erat in artem redacta. ab hoc vsq; ad Galeni tēpora erat sanè ars: sed, vt Plinius dixit, interpolis: quæq; ab alijs, inuenta ratione multis annis (vt par erat tam difficilem, & tam necessariam artem) ediscebatur: ab alijs comparabatur sola experientia: ab alijs solis sex mensibus, methodo (vt videbatur illis) comprehensa, docebatur. Cęterum post Galenum nō amplius interpolis ars fuit, sed perpetuo eadem, veris monstrationibus confirmata, quoniā scilicet hic autor nihil, quod ad artis attinet constitutionem, non reliquit inuētum, quod posteri superadderent: nihil non clarum, quod enarrarent. Illud vnum multi conati sunt emendare, quod tam longę artis tam expeditam traditionem necessario cōsecutum est, nempe prolixitatem: ne tot libri essent à nobis euoluendi, non parum nos, hac in parte sc iuuaturos sperantes: tamen interim nobis pro libris Galeni, qui in quinq; non adeo grandes tomos rediguntur, libros præstitere, qui non facile in centum tomos redigantur. præterquàm quod nullus est cōsecutus, vt tot præcepta, breuius, quàm Galenus, pertractaret. Nam qui inter illos totam artem sibi proposuerunt pertractandam, vt Auicena, aut omnia, aut pleraq; sine demonstratione tradunt: sibi sine ratione haberi fidē postulantes: reliquorū singuli singulas partes tractandas suscipiūt. & nullus illorum est, qui, vel in ea, quam solam tractat, parte: non sit Galeno, qui nullam omisit, multò inferior. Solus Auicena post Galenum visus est nihil voluisse omittere. qui fortasse proinde toties turpiter lapsus est: aut (quod verius arbitror) quoniam non docebat cum demonstrationibus: sed velut in cumulū cuncta congerebat: quanquam in multis consultò à Galeno deuiauit, arroganter contradicens: non solum in contemplatorijs opinionibus: sed & in practicis præceptis. Quæ res effecerat, vt cum superioribus aliquot seculis bonæ literæ iacerent, & genuina Galeni monumenta delitescerent: tota medendi ars ferè periisset: & nihil inter medendum Hippocrateū, sed Auiceneum fieret: iā verò diligētissimorum hominum, pariter ac eruditissimorum (quales multos tulit hoc seculum) beneficio, primum integritati, & pristino nitori restituta sunt: deinde & elegantiæ latinitate donata. Quare, nihil est maius, quod ars medicinalis ad integrum cōplementū requirat. Sola laborat (vt arbitror) opinionum varietate, ac quęstionum: quam scriptorum non admodum vtilium multitudo peperit. Quod ego intelligens, studiosos medicinæ, si quid possem, volēs iuuare, quæstiones medicinales scribere instituī: vt, quid in vnaquaq; sentiendum sit, cōstet. Conabimur, quoad fieri poterit, si quid noui attulerimus, cū demonstratione proferre: vbi hæc non succurrerit, tacebimus nostram opinionem: quò, vbi fieri possit, litem dirimamus: vbi secus, nouam addentes opinionem, rem non reddamus obscuriorem: nisi forte aliquid ijs, quæ ab alijs dicta sint, visum fuerit multò verisimilius. Interim breuitatem consectabimur: ne studiosos, ad artis peritiam properantes, quæstionibus implicitos, longius remoremur: id quod vitiosissimum est in his, qui ante nos quæstiones medicas, barbarè illi quidem omnes, scripserunt. Quoniam verò in quouis opere nihil contingere potest legentibus, aut iocūdius, aut vtilius ordine: delectationi, & memoriæ eorum, qui in hunc librum inciderint, consulentes, in decem libros totū opus censimus distribuēdum. quorum, priores duo controuersias, quas philosophi habent cum medicis communes, contineant: tertius quæstiones de pulsu & vrina habeat. Debetur enim signorum dignitati propria disputatio: nam quarto & quinto pathologicas dabimus quæstiones: sexto eas, quę ad artem tuendæ valetudinis spectant. Tres sequentes habebunt curatiuas: vltimus prognosticas. quinq; enim his, tāquam præcipuis partibus, tota medicina constat. Ergo eas, quæ ad physiologicam spectant partem, primùm pertractabimus. Nam hæc, vt philosophiæ finis,

ita medicinæ principium est. Sternit enim philosophia medicinæ viam: potissimùm qua parte temperamenti, & compositionis humani corporis notitiæ sese accommodat. Componitur verò humanum corpus, compositiori quadam ac propria constitutione, ex membris organicis: capite (inquam) thorace, ventre, cruribus, brachijs & reliquis. Sed ante hanc, singula illorum ex homiomeris, vt carne, neruo, arteria, & vena: hæc rursus elementis quibusdam, quæ ab Hippocrate & Galeno dicuntur secunda, humoribus, inquam, componuntur. Hanc compositionẽ habet, homo cum omnibus sanguine præditis, communem: ante quam rursus habet illam omnium primam, ex primis elementis, quæ illi cum omnibus mixtis natura constantibus cõmunis est. Merito igitur compositiuam doctrinam nobis instituentibus, primum habet in disputatione locũ ea quæstio, quæ de modo, quo eleméta in mixto sunt, inter philosophos, & medicos intercedit.

Caput primum. De modo quo elementa prima sunt in compositis substantijs.

ANtiqui philosophi de primis elemẽtis multa deliramẽta tradiderũt. illud vnũ euidẽter intellexerũt, quæ generãtur, omnino ex aliqua re cõstare oportere, in quã resoluãtur rursus: quid tamẽ illud esset, ignorarũt. Alij generabãt ex insectilibus corpusculis, quæ proinde atomos appellabãt: alij ex terra, alij ex aqua: alij ex aere: ex igne alij oĩa cõstituebãt: alij ex horũ duobus, aut tribus. Primus omnũ Hippocrates calidũ, frigidũ, humidũ, ac siccũ inuexit: apertè demõstrans, quatuor esse prima eleméta ignẽ, aerẽ, aquã, & terrã: neq; his plura, neq; pauciora, vt multis alijs in locis, ita vel pcipuè in eo opere, quod de hominis edidit natura. Hæc principia receperũt ab eo oẽs philosophi (nã inter philosophos, Epicureos: inter medicos, Asclepiadę sectatores, omnino neq; philosophos appello) sed quanquã hoc axioma indubitanter ab omnibus admittitur: tamen illud in dubium vocatur, Constent ne cuncta ex his elementis corruptis secundum formas, aut suas formas retinentibus. Sunt qui hæc elementa non minus retinere suas naturas asseuerant, atq;, priusquàm in hanc compositionem coiuissent. de horum numero est Auicena, autor non omnino contemnendus. Alij, de quorum numero Aristotelem esse, & Galenum & Hippocratem ego statuo, solas elementorum qualitates seruari, reliqua corrumpi putant. Est Auerroes, qui media via voluit, incedere dicens, retinere elementa formas, quæ substantiales appellantur, sed remissas, illas quidem, ac suas naturas non constituentes: & proinde, neque specierũ tribuentes denominationes. Quod videtur innuere etiam quodammodo Plato in Timæo, dicẽs, elementa prima non debere dici hoc quid: sed quale aliquid. Verum hæc Platonis assertio maiori qua di speculatione indiget, quàm vt in hoc loco de ea agi possit. Sed hæc Auerrois opinio, si nihil aliud, saltem illud absurdum conuincetur, admittere, formas naturasque elementorum intensionem recipere, & remissionem. quod eius sectatores. fatentur vltrò, addentes, formas elementorum imperfectum esse quodam formarum genus: & Aristotelem in categoriis, solum perfectæ substantiæ denegasse intensionem. Sed admittent hi continuò, secundum magis & minus dici, & ignem alterum altero esse magis ignem: quod non intelligo, cur minus absurdum sit, quã hominem alterũ altero magis hominem appellare. neque minus absurdum est, quod propriam habet essentiam, quin alicui insit, & quod per se subsistere potest, à vera substantiæ ratione secludere. Decipiuntur ergo hi, quia ex improbabili admisso consentanea loquuntur, probabiliter se collegisse putantes. Sed prętereo breuiter, quãdoquidem huic opinioni pauci admodum acquiescunt: quanquã solet in mediũ produci, vt acutũ inuentum, non tam [illegible] verum. Nobis tamen quibus in singulis verũ inquirere, ad dirimendas controuersias, propositum est: non tam subtilitatis, quã veritatis est cura. Quod à tam multiplici ingeniorum varietate in re præcipue obscura tam multæ profectæ sint opiniones, nõ miror. Sed quod tã vnanimiter ab omnibus, & scriptoribus, & publice docentibus ea sententia, quæ afferebat, elementorum formas in mixtis conseruari, in medicos, vt in opinionis autores, & assertores referatur, non possum non mirari. Neque minus illud, quod, qui eam tuentur opinionem, Aristotelem ita opinari dicunt: cum tamen, nisi oscitanter verba Hippocratis, Galeni, & Aristotelis prætereant, aut consultò dissimulent, ne minus bene hucusq; intellexisse conuincantur: non possint, non intelligere, omnes hos, quos modo retuli, autores, contrariam assertionem, scilicet elementorum formas non manere, sed virtutes solas, multò probabiliorem existimasse. Aristoteles. Et quoniam eorum, quæ sunt, alia facultate, alia actu sunt: fit, vt quæ in mixtionem recipiuntur, quodammodo sint, & nõ sint. His verbis apertè docet Aristoteles, non esse eleméta actu, sed potẽtia. Verũ, quid sit, potẽtia esse, paucis interpositis ita declarat: Neq; verò actu remanẽt, vt corpus, & cãdor: neq; alterũ, aut vtrũq; deletur quia illorũ facultas salua manet. Igitur illorũ manẽt facultates, nõ formę. Sed fortasse hîc sub obscurius docet. An alicubi clarius? Secundo De partibus animaliũ cap. 1. ita dicit. Cũ itaq; triplex sit cõpositio, prima statui potest ea, quæ ex primordijs cõficitur ijs, quæ nõnulli eleméta appellãt: terrã dico, aquã, aerẽ, ignem. Sed, melius fortasse dici potest, ex virtutibus cõfici elementorũ, ijsq; nõ omnibus, sed, vt alibi anteà expositum est:

humor

Humor enim,& ſiccitas, & calor, & frigus materia corporum ſunt compoſitorũ. Ex his haud dubiũ eſt, Ariſtotelem virtutes vocare qualitates primas,& eas ſolas manere in mixtis opinari. Galenus illũ ita interpretatur primo libro Methodi cap.2. Diſsident in eo(omitto priora) quòd Ariſtoteles,qualitates tantum in ſe mutuo tranſire,omninoq; miſceri: Stoici autem non has modo,ſed etiam ſubſtantias ipſas,exiſtiment. In quodam fragmento,quod extat De naturalium facultatum ſubſtantia, ita inquit: Corpora,quæ apud nos ſunt, quatuor elementorum temperatione generari vniuerſasfirmiter me ſcire aio:quæ præterea & per ſe contemperentur tota:non,vt putabat Empedocles, exiguis cõminuta partibus: num autem,ſe totas peruadentibus corporis inuicem ſubſtantiis, an ſolis qualitatibus, neque cognitu neceſſarium arbitror,neque pronuncio. Cæterùm qualitatibus fieri temperationes, probabilius cenſeo. Octauo libro De placitis commendat Hippocratẽ, quòd elementa prima nominibus qualitatum appellauerit:& ſecunda,humores ſcilicet, nominibus ſubſtantiarũ:poteſtate ſiquidem (inquit)inſunt,non actu in corporibus. Nullus ergo,arbitror,quantumuis rudis,amplius dubitabit,Hippocratem,Galenum,& Ariſtotelem probabilius cenſere,ſolas manere elementorum qualitates,quàm ſubſtantias. Nos verò non ita ſolùm,ſed aſſertionem contrariam omnino eſſe improbabilem, ſi rationibus agendum eſt,opinamur. Nam,aut elemẽta tota permeant per ſeipſa,vt opinati ſunt Stoici,aut comminuta in minima fruſtula miſcentur,vt ſenſit Empedocles,quem excluſum multò ante,reduxit Auicena. Si primùm das, penetrationem corporum commenſuratorum cogeris admittere,quod intellectus non capit:ſi ſecundum, intellige mihi minimum carnis, quatuor elementorum fruſtulis minimis conflatum:in cuius ignea portiuncula,aut eſt forma carnis,& fiet, vt caro ſit, atque proinde mixtum vnico conſtans elemento, & vt duæ formæ ſubſtantiales in eadem recipiantur materia:aut in ea portiuncula nulla eſt forma carnis:atque ita,neque in aquea,neque in aerea,neque in terrea erit eadem ratione. quò fiet,vt corporea forma in toto ſit,& in nulla parte:non aliter ac anima rationalis,aut forma circuli. & præter hæc,non quælibet pars mixti erit mixta,neq; carnis pars quælibet erit caro. quare neque aliquod membrum erit omni ex parte ſimile, & homiomeres. Fit ergo non ita,ſed vt in theriaca,aut tetrapharmaco:in quibus ſimplicia medicamenta contuſa, atque in minimas partes deducta ſunt,vſque dum,mutua ſe actione interimunt,atque ex ipſis media quædã, vndequaque ſimilis ſubſtantia ab alijs omnibus diuerſa generatur: in qua non ſubſtantiæ ſimplicium conſeruãtur,ſed qualitates. Talis eſt mixtionis perfectæ forma. neque quicquam obſtat(quãquam videtur hoc pleriſque pro contraria aſſertione firmiſsimum argumentum)eſſe ea, ex quibus mixtio fit,ſeparabilia Hippocrate,& Ariſtotele autoribus. nam fit mixti reſolutio in elementa, vt facta eſt compoſitio. vt, ſcilicet,compoſitum mixtum eſt, elementis corruptis ſecundum formas:ita reſoluitur, elementis regeneratis,eductisq; per generationẽ ex cõpoſito, cùm illud corrũpitur. Quod ſi rurſus ſciſcitere,quæ cauſa ſit elementorum efficiens,cùm compoſitum diſſoluitur:reſpondeo,generationem illam,eſſe in numero earum,quæ à philoſophis dicuntur generationes ex accidenti,quia ſine agente peculiari fiũt, ſupplentibus vniuerſalibus cauſis(vt philoſophi dicunt)vicem peculiarium. Sed, quoniam hæc non ſine demonſtratione diximus,opportunum fuerit,tranſire ad aliam quæſtionem.

Caput ſecundum. Sit ne aqua humidior aëre.

ELementorum qualitates duplices ſunt:quædam primæ,quæ ſunt, calor,frigus,humor,& ſiccitas: quædam ſecundæ,vt grauitas,& leuitas. Hæ ſunt loco mouentes,illæ alterantes. De vtriſque apud eos,qui quæſtiones Medicas ſcripſerũt,ſolet eſſe multa diſputatio: quoniam mihi hoc videtur fuiſſe inſtitutum,nihil importunum omittere,neque quicquam vtile diſputare. mihi verò,non quaſcunque,ſed medicas tantum controuerſias diſputare animus eſt. quare,multas earum, quæ apud alios diffuſe pertractantur,omnino non attingam:alias quoad fieri poterit,perſtringam breuiſsime. Earũ,quę de ſecundis qualitatibus ſunt,quales ſunt illæ, An elementa in propriis ſedibus grauitatem habeãt, aut leuitatem:an ſecundum naturam moueantur circulatim. an aqua aſcendat citra violentiam, ne detur vacuum,vt Ariſtoteles nos docet:nequaquam meminero. quoniam hæ quęſtiones ad phyſicos ſolos ſpectant:non, vt aliæ, ad phyſicos & medicos. Quanquam reuocat me cuiuſdam phyſici vox quotidie clamantis,aquam non aſcendere,ne detur vacuum:alioqui rationis(inquit)ſit particeps:ſed aliam cauſam,aut extrinſecam impellentem,aut intrinſecam inuenire oportet: quaſi nõdum intellexerit finem rerum ad permouendum eas ſine cauſa efficienti non ſufficere: id quod neque mulierculæ ſolẽt ignorare. Neſcit enim nullus, non ſatis eſſe mihi ad accurrendum, ſi magnum prẽmium oſtentetur, niſi pedes ſint:ſed neq; illud ignorat quiſquam, interroganti,cur aliquid fiat,per finalem cauſam, quã per efficientẽ cõmodius eſſe reſpõſum. nam,ſi quis me interroget,Cur homo ille fugit: ne taurus illũ feriat,reſponderim:tu reſpõdeto,quoniã pedes habet. ah dicis,homo ratiõe ducitur,aqua naturâ. nõ meminerã. ergo ignoras,omnia operari,propter finẽ, etiã ſi ſine rerũ cognitione ducantur. Heus tu,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inditum est rebus omnibus à natura, vnionem vniuersi, & se tueri. Si quid ergo aquam ab aliarum rerum cõmercio properet diuellere, potest naturâ propriâ consequi fugientẽ substãtiam, naturâ (inquã) propriâ, etiam sine instrumento. nam naturâ ipsa rei forma efficit hæc. Sed dicẽdi de his, procedente sermone, dabitur commodior occasio. Qui controuersiæ huius decisionẽ amat, requirat eam in septimo huius operis libro, vbi de modis tractionum disputabimus. De actiuis elementorum qualitatibus dicere iam propero: quoniam his constat humanum temperamentum: cuius exacta notitia ad solum medicũ spectat. Aristoteles lib. 2. De ortu & interitu, & cap. 1. quarti Metheororum, ex quatuor coniugiis qualitatũ, quę ex quatuor qualitatibus primis, calore, frigore, humore, & siccitate conflari possunt, quatuor elementa cõstituit. Singulis elementis tribuit singulas excellentes qualitates, illarum affectas, singulas: ignem calidũ vocat, aquã frigidã, terram siccam, aerem humidũ. huius rei demonstratio ex philosophica quadã congruentia est. Congruum enim videtur, cùm quatuor qualitates sint, & quatuor elementa, & ex quatuor qualitatibus quatuor tantum coniugia possint constitui (cõtraria enim non possunt copulari) in quatuor elementis quatuor qualitates, in singulis singulas vigere: & in singulis binas qualitates esse secundum coniugationẽ. Qua etiam ratione probant, ver inter anni tempora calidum & humidum esse, adolescentiam quoque inter ætates. Verum Galenus his legibus non est addictus, vt de temperamentis dicam postea. de elemẽtis, iam dico. Primo lib. De simpliciũ medicamentorum facultatibus cap. 8. inquit Galenus, aquam summè humectare: vnde extremam humiditatem videtur illi tribuere, non aëri. primo etiam De temperamentis ita scripsit, Neq; vllum animal, aut calidum omnino esse potest, vt est ignis: aut humidum ἀκρῶς (quasi summè dicas) vt est aqua. Tamen Aristotelici passim proclamant, aërem in summo humidum esse: aquam prope summum. quin & Galenus ipse, cũ his quæ hactenus de illius sententia dicta sunt, pugnãtia videtur asserere: qui primo de natura hominis com. tertio ita reliquit scriptum: est enim quod mutatur, id quod subiicitur, mutatio autẽ ipsius secundũ qualitatũ vicissitudinẽ fit, cũ in ipso summus calor generatur, effecto igne: vt & aëre, cũ summum humorem accipit. Hæc. Gale. Est igitur ita constituta cõtrouersia: quanquã mihi hac in parte facilè citra sententiæ alicuius distorsionem videntur in eandẽ sententiã omnes autores posse trahi, aut omnino parum dissidentẽ. Galenus siquidẽ primo De medicamẽtis simplicibus, aquã non dixit esse summè humidã: sed summè humectare. tamen fieri potest, vt minus humida sit, quã aër: & propter substantiæ modũ, maiorẽ inquam densitatẽ, humectet plus. Est itaq; hîc, aqua dicta humidior, vt medicamentũ. At verò in libello De elementis dixit, vtrũq; elementũ, aquã dico & aërem absolutè humidũ, vtrum esset humidius parum sollicitus. nã in principio statim libri summè humidi corporis exemplũ fuit aqua. Sed paulò inferiùs cap. 6. ita scripsit, quod ἁπλῶς (quasi absolutè dicas) siccũ vocatur, id, in solis elementis est igni, terraq;, sicut humidũ in aqua & aëre. Verum est, Galenũ hîc vsum fuisse hac dictiuncula ἁπλῶς, & in principio capitis ἀκρῶς, quę significationẽ videtur augere. tamẽ primo de hominis natura in Aristotelis sententiam apertè incidit. Quare mihi persuadeo, Galenum, vt medicũ, humidiorẽ statuisse substantiã aqueam, quoniã magis humectat: Aristotelẽ, vt philosophũ, aërem dixisse humidiorẽ, vt quem hac oporteat qualitate præcellere. Dixerit aliquis admodũ probabiliter, vt medicus & philosophus, neq; medicinę quicquã officiens, neq; à philosophia Aristotelis recedens, aquã esse humidissimũ medicamentum: aerẽ humidissimũ elementũ. quanquã Auicena vituperat Galenum, q decimotertio Aphorismo quartæ sectionis dicat, aquã, nec intrinsecus assumptã, nec extrinsecus applicitam, humectare. Cæterũ nõ intelligit de humore substantiæ solidorũ, eo scilicet, quẽ præstãt alimẽta, fuisse locutum illic Galenũ. Sed si de madore putabat dictum. cur hominem non accusabat dementię, à quo sæpe antea sc[illegible] fuerat, aquam esse summè humectantem? verum de aqua satis diximus. Ad aëris qualitates iam veniamus.

Caput tertium. Sit ne aer calidus, an frigidus.

AErem, aut summè humidum, aut saltem absolute humidum esse, in superiori quęstione monstrauimus. Cęterùm de illius qualitate, quæ in altera oppositione est, non adeò cõuenit inter omnes. Galenus secundo De simpliciũ medicamentorũ facultatibus cap. 20. maximã fuisse quęstionẽ, inquit, inter Peripateticos, quorum princeps fuit Aristoteles: & inter Stoicos. illis aërẽ calidum esse, his frigidum asserentibus. quos etiã iuuit Seneca secundo Quęstionũ naturaliũ, dicens, Aër frigidus & obscurus naturâ est: lumen & calor illi præstant alimentũ. Vtriq; argumentantur ex generatione. Dicunt Stoici, aërem ex aqua, quæ natura frigida est, fieri per solam rarefactionẽ, & proinde frigidum esse oportere: alij cõtrà, calidum: quoniã à causa calida dissoluente generatur. Itaq; alij obijciunt materiã, alij efficientem causam. Cõuenit inter philosophos omnes, oleum aëreo præditũ esse humore: quoniã insidet aquæ, & in aqua ascendit. Vnde præstatur rursus vtrisq; ansa argumentandi. nam alij oleum à frigore citissimè dicunt densari, vt quod frigidum sit: alii, nunquã omnino vsq; ad duritiem concrescere,

vt

vt quod sit calidissimũ. & hoc modo venit intelligẽdus Aristot. 4. Meteororũ dicẽs, oleum non posse congelari: nõ posse, scilicet, ad multã congelationẽ venire: alioqui in mendacio quotidie deprehendatur. His argumentis addit Aristoteles leuitatẽ aẽris, quę ex calore videtur proficisci. negat deinde consentaneũ esse, aẽrẽ & aquã, diuersa elementa, similibus esse qualitatibus. Stoici contrà ita argumentantur: Omnis res naturalis, remotis ijs, quæ ipsam alterabant, recidit in suam naturam: sed aër ex sola absentia solis fit frigidus in hyeme: ergo talis erat natura sua: præter naturam autem incalescebat. Adde, in medio suæ regionis, quo loco videtur oportere suam illũ naturã maximè retinere, esse frigidissimũ, vt docet pluuiarũ, & grandinis ortus. præterea ex vẽtilatione aẽris semper refrigeramur. Ecce duas opiniones contrarias, quarum neutra est improbabilis: sed, quæ sibi ita mutuò respondẽt: Aristoteles materiã non putat sufficere ad rei temperiem: sed efficientẽ causam esse potiorem. nam ex frigido ligno ignis fit, efficienti causæ similis. oleum propter partes crassas, quas habet permixtas cum tenuibus, densari citò, inquit: sed, quia calidum est, nunquã integre densationem pati, aut saltem non quantã aqua. rursus in hyeme non dicet, refrigerari aẽrem, propter absentiam solis tantummodo, sed & propter viciniã aquæ. quod etiã in media regione frigidus sit ex antiperistasi dicit factum. Sed ego, vt verum fatear, talem antiperistasim qualẽ, philosophi solent describere, nõ intelligo: aut illi loquuntur obscure, aut narrant fabulas. Verũ antiperistasi & vulgo vocatæ reactioni caput sextũ libri huius daturi sumus: in q[uo], cõcedente Deo, cũ demonstratione loquemur: interim, vt alii, de antiperistasi disputemus. Addendum etiam est huic opinioni, aẽrẽ occurrantẽ faciei in ventilatione, non perpetuo esse frigidum, sed minus calidum eo, qui quietus adhærebat. Aristoteles itaq; ita respondet. Alii contrà respondent Aristoteli, nihil referre, à calore fieri aerẽ, dũmodo ex frigida substantia solã rarefactionẽ perpessa fiat: oleũ quoq; non tã propter modũ substantiæ, q̃ propter frigus densari citò. quod easdẽ habeat aër cũ aqua qualitates hi nihil curant: leuitatem ex sola raritate etiã sine calore dicent proficisci. Vtriq; igitur sic se tuẽtur. Galenus nullibi (quod ego legerim) expresse dixit, ẽrem esse frigidum. cęterũ nõ esse calidũ, vt est opinatus Aristoteles, octauo De vsu partiũ capite tertio ita docet: Cum autem ipsemet aerem calidum esse natura dicat alibi, nõ bene nũc oblitus est, aut hoc quidem bene fecit, quòd falsò dictorum sit oblitus. Libello De vsu respirationis illud idem videtur innuere, docens, cor non substantia aẽris, sed qualitate egere ad refrigerium. Itaque est, vbi Galenus videatur innuere, aẽrem esse frigidum, sed vbi apertè dicat, non esse, nam etsi libello, cui titulus est, Quod animi mores corporis temperationes sequãtur, capite quarto, de aẽre differens, dixit: Nam is ipse, quantum in seipso, frigidus est. Cæterum permixtione, ignei elementi bene fit tẽperatus. tamen cõstat illic opinionẽ Stoicorũ referre illum. addit enim, Itaque, tibi apertum iã est, animæ substantiam pro certa quadã aẽris atq; ignis temperatione de Stoicorum sententia fieri. Nihil ergo est, quod nos cogat, dicere ex illius opinione, aẽrẽ esse frigidũ. Frigidiorem cerebro illum appellauit, octauo De vsu partium. Sed neq; hoc hominis sententiã patefacit: cerebrũ enim in viuẽte actu est calidũ, & calidius aẽre, etiã in æstate media. Ergo, cùm Galenus nullibi frigidum dixerit, & non esse calidum asseuerauerit, videtur sensisse, neutrũ naturâ esse. sed in hac oppositione temperatũ. Solet siquidẽ Galenus ex cõtrariis doctissimorũ autorũ sententiis q̃uè fortibus argumẽtis confirmatis, illorum rationibus vtrorũq; assertiones refutare: & mediam opinionem censere veriorẽ, vt quę, neq; his, neq; illis argumentis exposita sit. Nõ aliter demõstrat pueri & iuuenis calorẽ, æqualẽ esse: quã quòd multa sint, quibus puer iuuene videtur esse calidior: multa rursus, quibus iuuenis puerũ in calore videtur, superare. ita quoq;, primo De ratione victus in Acutis, mõstrat, Hippocratẽ conuenienti vsum fuisse victu in ægritudinibus, q̃ eorũ, qui fuerãt probatissimi medici, alii illũ accusauerãt, vt ægrotantes fame internecantẽ: alii, vt multitudine ciborũ suffocantẽ. Est ergo, quantũ i[ntelligo], Galeni mens, aẽrẽ humidissimũ esse, in altera oppositione temperatũ. Sed quoniã ille, apertè in hac cõtrouersia nihil dixit melius fuerit ratiõibus (quicquid ille senserit) nostrã hãc sententiã cõfirmare. Quod, facile est ad alterutrũ extremorum transmutabile, illud vtriusque est expers: nam quod cõtrà, alterò est naturâ suâ affectum, difficilè ad aliud, quod est illi contrariũ, trahitur: proinde symmetra corpora sunt ad contrarias mutationes aptiora, vt docet Aristoteles sectione quinta, problematè vigesimo secundo, propterea quoque oculos sine coloribus oportuit esse: & instrumentum tactus tẽperatissimũ. Sed aër facillimè ex leui etiã causa de calido frigidus fit, & de frigido calidus, & ex mediocribus occasionibus, nunc calidissimus est, nũc frigidissimus, vt in media hyeme vix possimus frigus perpeti: & in media ęstate calorẽ: & in autũno alternis horis, modò calidus, modò frigidus manifestè esse sentiatur. Est ergo procul dubio naturâ suâ, neq; calidũ neq; frigidũ: q̃ tã facile calorẽ induit, & frigus. Secundò omnia medicamẽta aërea naturâ cẽsentur à Galeno, & tota medicorũ schola tẽperamento æqualia: vsq; adeo, vt in officinis, nõ tã sint medicamenta, q̃ materia medicamentis confingendis apta, liquidis oleum, solidioribus cera. Ergo iam, non solum Galeni hæc est opinio: sed quæ & philosophicis rationibus, & operibus medicis confirmatur. Qui verbosius quæstiones medicas tractant, ac minus ex vsu medicorum singulas quęstiones in notabilia (ita loquuntur) distribuentes, & singulas opiniones argumentis, quę in numerato sunt, impugnantes, non hæc solùm in dubium vertunt: sed & de calore ignis disceptãt: & parum abest, quin, Sint re

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ipſi homines, interim dum ſcribunt, probabiliter ſint diſputaturi. Pleraque illorum, de quibus ipſi anxie contendunt, nos omittimus, vt inutilia: alia, vt quæ ad medicum non ſpectant: nonnulla etiam, vt quæ controuerſiam non habent, præter eam, quam iſti pro & contra diſputatores, conſultò fecerunt: ne quicquam diſtincte, conſtanter, & citra contentionem nos docerent. Qui omnia diſputant, & antiquatas etiam opiniones reuocant, ſtudioſos in ipſo limine mihi videtur retardare: & acceſsioni, quã ars quotidie facit, eruditiſsimorum hominum diligentia, inuidere: quãdoquidem, ſi ex tam multis ſeculis, nihil iam tandem mũdum, purum, & enucleatum colligimus: ſi ad eas opiniones, quas Galenus expugnauit, rurſus deuoluimur: qua ratione poteſt ars, etiam in æternum, vlterius promoueri? Ergo illorum beneficio, & artis profectus ſiſtitur, & nos libris oneramur. Multum ergo iuuabuntur ſtudioſi, & ars procul dubio ſuſcipiet incrementum, ſi id quod in animo eſt, Deo dante perfecerimus: vt, ſcilicet, breui in ſingulis quæſtionibus ſcrupulos præſcindentes, huic arti incumbentibus ſternamus viam: id quod faciemus, inutiles, vafras, & alienas ab aliis præſcindentes quæſtiones, & in reliquis, firmiſsimis, & non adeo multis argumentis opinionem, quæ videbitur veriſsima, conſtituentes. Eſt ſua cuiq; mens, ſuum cuiq; ingenium: non poſſunt omnia componi. Sed qui multa ex alienis præſciderit, hoc ſaltem nomine, non habebitur inutilis. Quare ego, de qualitatibus elementorum non amplius verba [illegible]erem, niſi viderem eam quæſtionem, quæ eſt inter philoſophos de qualitatibus contrariis, Poſsint ne ſimul eſſe, an non, ad notitiam temperamentorum, & ad compoſitionem medicamentorum, & ad multorum affectuum diſtinctionem eſſe neceſſariam. Quare neceſſariam quæſtionem non licet omittere, & phyſicam, commodius fuerit (quanquam in ſequentibus non careret occaſione) in principio pertractare: quàm vbi ſermo, deſtitutis his philoſophicis quæſtionibus, medicis ſe immiſcuerit.

Caput quartum. De qualitatibus contrarijs in eadem ſubſtantia.

SI, aut omnes philoſophi, aut pleriq;, aut ſapientiſsimi, in vnam iam tandem ſententiam conueniſſent: melius profecto foret, quod in hac quæſtione ſentiendũ eſt, ab ipſis petere: & ad reliqua, quæ ad medicum magis ſpectant, properare. Sed, cùm apud illos tam multæ ſint opiniones, vt neq; quæ illarum probabilior ſit, aliquis illorum audeat enuntiare, cogemur nos, nobis ad dicenda opinionem ſtatuere. Philoſophorum quamplurimi (taceo autores, quoniam hæc quæſtio ab antiquis agitata non eſt, & proinde opiniones ſub incertis autoribus circumferuntur) putant, calidum cum frigido, aut potius calorem cui frigore (præſtat enim hic, qualitatum nominibus vti, quàm ſubſtantiarum affectarũ) nullis gradibus poſſe committi. Sed, quum primũ calor recipitur, omnino frigus excluſum eſſe: quoniam, ſcilicet, autore Ariſtotele primo Phyſicorum, & decimo Metaphyſicorum, & libello De longitudine & breuitate vitę, & innumeris aliis in locis, quæ breuitatis cauſa prætereo, contraria ſe mutuo interimũt. nõ ergo poſſunt manere in eadẽ ſede: qm̃ non videtur alia eſſe lex cõtrariorũ. qđ. n. corpus caloré habet, calidũ eſt: ſiquidẽ nihil aliud eſt, calidum eſſe. q̃ calorem habere. ergo quod calorem habet, & frigus, calidum & frigidum eſt. quod ſi concedis, perit lex contrariorum, quam docet Ariſtoteles decimo Metaphyſicorum capite ſeptimo, ita ſcribens: Manifeſtum, quod ſemper alterum contrariorum ſecundum priuationem dicitur. Hæc Ariſtoteles. Conſtat verò, ſublata hac lege nullam maiorem contrarii rationem ſupereſſe inter calorem & frigus, quàm inter quaſuis alias qualitates. Hæc opinio probabiles rati[illegible]æſefert: ſed tamen, quantum ego intelligo, multis philoſophiæ theorematis conuincetur, contradicere: nam nemo negat receptiſsima illa Ariſtotelis principia: Nihil agit ſine fine naturæ: omnia enim ex aliquo, & alicuius gratia fiunt. Hæ ſunt duę cauſarum ſpecies neceſſario diſtinguendæ: quarum, vt Plato inquit in dialogo De natura, altera neceſſaria, altera diuina eſt: diuina eſt in fine: neceſſaria in mediis ad finem. Illud quoque non minus verum eſt, nihil operari propter malum, ſed omnibus naturalibus agentibus bonum eſſe propoſitum finem. nam ſi omnes virtutes, & omnes naturales potentię, à Deo optimo maximo, ſummo bono, deriuatæ ſunt, conſentaneum eſt rationi, nullam illarum poſſe ferri in malum per ſe: quare nec in alterius corruptionem, ſed conſeruationem ſui ipſius veriſimile eſt quicquam operari. Nihil igitur operari poteſt, corrumpendo cõtrarium, quod ſibi ſimile non inducat interim: nam aliter. cum corrumperet tantum, nihil interdum generans, corruptionis gratia laboraret per ſe. at verò contraria aſſertio conuincitur apertè, concedere, pleraſq; naturalium actionum eſſe corruptiones ſolas. nam, finge corpus calidum quarto gradu admoueri frigido corpori, vt quartum gradum intẽſionis amittat, relictis tribus. illud corpus frigidum, quod corpori calido detraxit quartum gradum, operatum eſt corrumpendo, & nullum interim ſuæ qualitatis gradum generauit. Dices fortaſſe, ſatis eſſe, ne ſine bono fine agere conuincatur, ipſum materiam prępararе ad ſui ſimilis generationẽ: remiſsionemq; caloris, prępararionem eſſe ad frigoris ortum. Effugiſti quoquo modo. Sed illud, arbitror, non effugies, corpus illud calidum motum eſſe, & nullo motu motum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tum esse. Propositionem non negabis: nam omnis qualitatis intensio, vel remissio, motus alterationis est. nam, dum remittitur calor, corpus calidum non quiescit: nō enim manet in termino à quo, in quatuor, inquam, gradibus caloris. ergo mouetur: nisi mauis concedere, neq; quiescere, neq; moueri. Quod nullo motu moueatur, monstro. Motus specie recipit à termino ad quē, vt latio à superiori regione, aut ab inferiori: alteratio à calore, aut à frigore, vel ab alia tali qualitate. oportet verò, hunc terminum nō dici per negationē: nā in fine motus corpus motū, est in termino: sed illud corpus, neq; cō parauit eo motu calorē, neq; frigus, neq; aliā qualitatē: ergo nullo motu motū est. Præterea, quo pacto dicetur motus ille ex eo ad quod itur? nō ex eo à quo? vt docet Aristote. 5. Physi. cap. 5? An dices, corpus illud ad tres gradus caloris esse motū? At, hos tres gradus habebat prius: quo pacto tribuetur motus posteriori passioni? qualitati, scilicet, quæ in moto corpore cōparatur, si posterior passio nulla est? Ergo alterationis ratio nunquā est in remissione, sed qualitatis generatione. nōdū enim est motus, cū nō est primū instans esse (ita vocāt) eius formæ permanētis, quæ per motū generatur. contrariū autem fiebat, nisi quo tēpore vnus caloris gradus corrūpitur alius frigoris generaretur, atq; cū alijs tribus caloris gradibus simul maneret. Videmur ergo iā nobis hanc opinionē, velut philosophiæ aduersam cō uicisse. Reliquū est, qualitates cōtrarias simul posse manere: Sed sub quibus gradibus possint coniūgi, nondū cōstat. Nonnulli sub gradibus summā latitudinē cōplentibus, & subinferioribus etiam posse consistere asseuerant: tamē negant ex ambabus qualitatibus cōtrarijs posse cōstitui latitudinē summā latitudine alterius illarū maiorē: vt si ponas, quancunq; harū qualitatū habere octo gradus latitudinis, tot, ex ambabus qualitatibus gradus coire poterunt, vt latitudinem hanc summā nō excedant: qui verò infra cōsistāt, etiā inueniri possint. Alij verò eatenus progressi sunt, vt etiam sub gradibus summā latitudinem excedentibus, dicant posse contraria copulari. Sed horum vtriq; decipiuntur. Primi em, qui scilicet, sub remissioribus, & non complentibus summam latitudinem coniungi dicunt, non effugiunt incommoda, quæ contra primam opinionem colligebamus: Secundi non possunt respondere ijs, quæ pro prima opinione dicebantur. nam, si semel res aliqua, quæcūq; ea sit, potest summo caloris gradu affici, & quātum alterius contarii corrumpitur, tantum alterius generatur: nunquam latitudo ex ambobus conflata potest infra latitudinem summam consistere: quæ eadem ratio monstrat, neq; vltra summam latitudinem posse produci. Adde, quòd si vltra summam, posse ex ambabus qualitatibus gradum fieri, admittis: admittes, vltra mediā latitudinem vtrumque contrariorum posse ascendere: vnde vtrumque subiecto corpori tribuet denominationem. quare non amplius secundum priuationem alterum contrariorum dicitur, vt primæ opinionis assertores argumentabantur. Quanquam sunt nonnulli, qui huic vltimę opinioni ita adhærent, vt eandem particulam calidam esse & frigidam dicere non vereantur, & simul incalescere & refrigerari, motibus contrarijs eandem rem moueri afferre se, non intelligentes: & interim Galenum suæ opinionis autorem faciunt in his, quæ de febre epiala docet. Alij opinionem summæ latitudinis, quæ ex vtriq; contrarijs completur, quam ego censeo verissimam, ineptè defendientes, in febre epialia dicunt, sentiri simul calorem & frigus in eisdem partibus exacte: idq; per species qualitatum: ipsas verò contrarias qualitates simul non recipi. Verum in secundo libro monstrabimus, nullas qualitatum quæ tactu percipiuntur esse species: & in libro quinto, dante Deo, cum de febris epialæ essentia inciderit sermo, docebimus, hoc & philosophiæ, & Galeno ipsi esse aduersum. interim illud satis constat, hanc opinionem omnem contrarij rationem subsstollere. Igitur illud vnum probabile restat, & parum abest, quin demonstratione confirmatum dicam, contraria ita recipi in eadem substantia, vt ex altero, aut ambobus summa latitudo semper impleatur. Siquidem remissio vnius est alterius generatio, quæ etiam opinio rationem probabilem dat rei, quæ alioqui experimento cognita, omni physica ratione videretur destituta: quod, scilicet, remissum remittit intensum: quod, artis componendi medicamenta est principium. nam, cum feruentissimæ aquæ calor frangitur, aqua remisse calida cum hac feruentissima commixta, ea caloris remissio, non calori, sed frigori, quod cum remisso calore coit, tribuenda est: si vnumquodque conseruatur à simili, & perimitur à contrario. Dicitur tamen: quamuis hæc ita habeant, semper, aut vtrumque, aut alterum contrariorum, secundum priuationem: quoniam solum id accidens, quod mediam latitudinem transcendit (id quod non potest ambobus contingere) tribuit denominationem. nam, non quod calorem habet, calidum est: sed in quo calidum præualet frigido. & quanto gradu præualet, tanto gradu tale est. vt quod calidum est, vno gradu, tres gradus cum dimidio habet frigoris, & quatuor cum dimidio caloris. non, vt quidam barbare omnino, & stolide scribunt, quod calidum est, vt vnum, habet septem gradus frigoris. Sed hæc apertè monstrabimus in nono huius operis libro, vbi de compositione medicamentorum alterantium disputabimus. modo illud vnum dicimus, qualitatem præualentem contrariæ, tribuere subiecto corpori denominationem. quod si neutra alteri præualet, neutra tribuit: vt fit corpus, quod æqualiter participat calorem & frigus. neque calidum, neque frigidum, sed tepidum: id quod nouum nostræ opinioni argumentum præstat. nam quis non dicit, tepidum medium esse calidi & frigidi? fit autem illud medium participatione extremorum, calore

&

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& frigore coniunctis, non amborum defectu: nam ea solum corpora, quæ elementaria non sunt, qualia tantum cœlestia, & quæ alterationes peregrinas non patiuntur, caloris & frigoris inueniuntur omnino expertia. Igitur quod ad qualitates contrarias attinet, ita habet.

¶ Caput quintum. De actione reciproca, quę vulgo reactio dicitur, & de antiperistasi.

DIsputare solent physici, multis argumentis hinc inde adductis, de modo, quo in actionibus naturalibus, illud etiam, quod vincitur, eius quod vincit aliquantisper contundit vires: neque minus, de modo quo aliquid ex vicinia contrarij fit suis qualitatibus intensius, quod antiperistasim vocant. Quæ ambò medicorum interest, in principio suarum controuersiarum decidere. Sunt enim ad multa artis opera, & ad multa eorum, quæ circa ægrotantes contingunt, necessaria. Primò physici nõnulli conãtur argumentis substollere actionem impotentioris in id quod potentius est, quam dicunt reactionem. nam actio (dicunt) est à vincente inuictum: quare non magis videtur fieri posse, vt quod [illegible]atur, eâdem qualitate agat in illud ipsum, à quo vincitur, quàm, vt aliquid fit eâdem re potentius, & impotentius. Cæterum, qui mutuas actiones secundum easdem qualitates negat, videtur apertè, generationem elementorum mixtione factam tollere. nam, qua alia ratione permixtis elementis, mixtum fiet, quàm elementis mutuo se conficientibus, aut qua alia ratione se conficient, quàm mutua actione? Tollunt etiam medicamentorum compositorum generationem, medicis ex multis seculis expertissimam. nam quo pacto fiet citra reciprocam actionem, vt medicamentum simplex impensè calidũ, admixtione remissioris amittat vires. In nutritione quoque corporis apertè experimur, non solum alimenta à nostris membris confici, sed membra ipsa interim, ab alimentis aliquãtisper affici, vsqueadeo, vt ex longo vsu pituitosorum alimentorum tota nobis caro alba, mollisq; fiat: quod genus mali leucophlegmatiam appellamus. Sed hinc licet tibi experimento mutuam secundum easdẽ qualitates actionem explorare. Si quis valde calens, alterius rigentis frigore manui manum committat, hic incalescit, ille refrigeratur: amboq; motus perseuerant, vsque dum ambæ manus eodem omnino gradu caloris fiant. quod ita factum esse, hinc intelliges, quòd ambo manibus voluptate afficiebantur, vsque dũ, cõparata similitudine, cessauit sensus. Sed voluptas fit, ex sensu commutationis, à dispositione præter naturam versus dispositionem naturalem. Mouebantur ergo simul, calore conficiente frigus, & frigore
c calorem. Proinde ab Aristotele quarto De generatione animalium. cap. 3. ita scriptum est: Omne agẽs
c patitur, etiam à patiente, vt quod secat hebetatur ab eo, quod secatur: quod calefacit, refrigeratur à ca-
c lescenti. deniq; quodcunq; mouet, excepto primo, mutuo mouetur aliquo motu verbi gratia, quod
c pellit, pellitur quodammodo: quod premit, premitur interdum etiam. ita fit, vt quod agit, magis patia
tur, quàm agat. Eandem hanc doctrinam cum eisdem exemplis accepit ab Aristotele Galenus tertio
c De causis symptomatum capite secundo, vbi ita scripsit. Cum eius sententiæ maxime cõtrarium in dis
c putatione de his non modo nos ostẽdimus, sed etiam ex philosophis ij, qui omnium naturæ affectuũ,
c ac passionum grauissimi interpretes fuerunt. apparet enim omnia, tametsi multò ijs, quibus appropin
c quant, sint valentiora, aliquid tamen ab ipsis sensibile, manifestumq; pati: etsi non primo statim occur
c su, at certe temporis processu. iam ferrum acutissimum, in molliss[illegible]ma secanda carne, est hebetatum: &
c durissimus lapis à guttula longo tempore ictus cauitatem contraxit. quid vero in his, quæ mixta sunt,
c fiat, omnes norunt [illegible]um in amphoram aquæ feruentis, frigidæ hæminam injcias: quod mixtũ ex
c ambobus est, non solum quod hæmina vincatur, sed etiam quod aliquo modo vicerit, indicabit. Hec
Galenus. Quo loco intelligendum est, vbi dicit, Etsi non primo occursu, at certe temporis processu, illum non negare, vincens à victo, primo occursu aliquid semper pati. Patitur enim semper aliquid, etiã in ipso primo occursu. Sed negat, necesse esse, vt quod primo fit, sub sensum cadas. Hanc esse illius mentem intelliges ex primo De locis patientibus, capite secundo, vbi ita inquit de gutta ex cauante la
c pidem: Neque enim vel vnus, vel duo, vel tres, vel quatuor aquæ ictus saxum ferientes, ac nec centesi-
c mus quidem, sensibiliter videtur saxum excauare: neque etiam fieri potest, vt primo nihil efficiente, al
c ter aliquid faciat, hæc Galenus. Itaque quicquid agit in aliud, ab ipso patiatur, necesse est. Solam excipit
Aristoteles primam causam. Qua ergo ratione, quod ab alio patitur, vincit? quod agit, vincitur? An potest aliquid vinci ab eo, quod vincitur? Hic nonnulli ita effugiunt: Id quod imbecillius est, nõ posse aduersus potentius agere: posse tamen, cũ ab eo patitur, repugnare: agere enim esse vincentis, repugnare non vincentis, sed victi: quod tamen resistens contundit potẽtioris vires aliquatenus. Itaque ab impotentiori in id: quod potentius est non posse prouenire actionem, sed repugnãtiam, quam reactionem vocant. Pleriq; philosophorum responsum hoc damnant, quandoquidẽ, hoc ipsum repugnare, agere est: fitq; contrariæ qualitatis corruptione, & generatione similis: differtq; ab actione sola ratione maioris aut minoris, quæ non permutat naturam. Ergo, cùm omne quod patitur, vincatur: & quod agit,

vincat,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vincat, necesse est, inuenire modum, quo aliquid possit esse vincens, & victum, idque secundum eandem qualitatẽ. nam corpus aliquod ab alio desiccari, & illud calfacere, nihil est difficile, sed refrigerari ob eo, quod calfacit, aliquanto est difficilius. Hodierni philosophi acutam sane huius euentus causam inuenere, dicentes, Non omnes qualitates esse æqualis actionis, & resistentię, sed fieri, vt quæ plus valet agendo, resistat minus: & quæ minus valet, seipsam firmiùs, resistendo, tueatur: fierique passionem, nõ cùm actiua vis patientis ab agentis vi superatur: sed cùm resistentia patientis ab agentis vi, quare non esse impossibile, duarum rerum resistentias à suis actionibus mutuò superari. His ita constitutis de qualitatibus primis ita statuunt: actiuas qualitates: ac inter has calorem maximè, maioris esse actionis, quàm resistentiæ: passiuas, harumque maxime siccitatem, maioris esse resistentiæ, quàm actionis. Sed hi videntur illud vnum monstrasse, actionem mutuam inter contraria nõ esse impossibilem: tamẽ necessario fieri, inter quæcunque agentia infra primam causam, vt dixit Aristoteles, nõ demonstrant. Quare satius fuerit huius rei demonstrationem afferre, quàm illorum sententiam sine hac refutare. accipiemus verò demonstrationem ex Gale. loco citato ex primo De locis patientibus. Habet verò ea in hunc modum: Quantumuis maximæ resistentiæ res, ab alia debilissimæ actionis concutiatur, tandem diuturnitate euertitur. est appositissimum exemplum in saxo à tenui guttula excauato, sed quod vnico congressu omnino nihil labefactaret, neque infinito tempore quicquàm efficeret. nam si primus nihil fecisset, neque secundus quicquàm posset, cùm eadem esset proportio actionis ad resistentiam, quę à principio: neque tertius: neque ab hoc quartus eadem ratione: neque bis mille annis nunquàm à prolatione desistens. Ergo necesse est, rem quancunque, dum ab alia patitur, aliquid etiam in ipsam agere. Tamen ex philosophorum sententia non ita contingeret. nam (vt alia omittam) inter passiuas qualitates, non posset contingere actio mutua. nam si humori vis agendi minor est quam resistendi, & hæc eadem humoris agendi vis maior est siccitatis vi resistendi, & siccitas habet resistendi maiorem quam agendi vim: necesse est vim resistendi humoris, maiorem esse vi agendi siccitatis. quare si humor in siccitatem potest agere, non potest ab ea quicquàm pati. Ergo si aliqua agentia habent maiores resistendi q̃ agẽdi vires, nõ possũt in seipsa, mutuo, agere: sed aut omnino manebũt inalterata, aut alterũ patiet, omnino nihil repugnans. His argumentis victi alii, insistentes proposito principio, non esse, nempe, æquales actiones resistentiis, addunt dictis: rem quancunque, habere actionem resistentia maiorem, atq; ita, nõ tantũ actiuas, sed & passiuas qualitates posse mutuo cõgredi: fieri verò meritò, vt reb⁹ omnibus à natura datæ sint resistẽtiæ minores actionib⁹: cũ, iuxta Peripateticorũ placita magis naturalis vnicuique rei sit, speciei conseruatio, quæ pendet ex actione quam conseruatio indiuidui, quæ pendet ex resistentia. sed, neque si deuoraremus Aristotelis placitum, satis idoneam reddidissemus propositi problematis causam. nam vt res quæcunque patitur, aliquid agat, in illud à quo patitur: non satis est in re quacumque resistentiam ab actione superari: sed necesse esset, vt quæcunqne resistentia à quacunque actione proportione infinita superaretur. nam aliter, si certo quodam excessu vinceretur resistentia calidi ab actione frigidi, cum multitudo substantiæ augeat actionem, & resistentiam: & paucitas subtrahat de vtraque, posset quod de resistentiæ gradu deest in calido, multitudine suppleri, aut quod redũdat actionis in frigido, paucitate subtrahi: fieretq; ita actio sine quapiam repugnantia. Si ergo philosophi rem aliquantò oculatius contemplarentur, viderent procul dubio, se hactenus, in reddẽda repugnantiæ causa, esse hallucinatos. nullum enim principium minùs potest monstrare, necessario repugare quod patitur: quàm quod illi statuunt: putà actiones esse diuersas à resistentiis. Quinpotius ita sentiendum puto, nihil posse resistere, nisi agendo in illud, à quo patitur, Nam quod nihil agit, sed desistit à pugna, ne resistit quidem. Id aperte intelliges exemplo duorum colluctatorum, potentior enim euertit debiliorem: tamen debilior obsistendo alteri repugnat, resistitque: atq[illegible] hoc ipsum repugnare, resistere est: si quando desistens, non repugnat, non amplius resistit. Hoc ipsum fit in omni pugna, siue ea naturalis sit, siue animalis. quicquid resistit, repugnando resistit. non resistere, est omnino ab actione cessare. si lapidem vis ferro frangere, lapis collidendo mutuo ferrum, resistit: itaque vt colliditur, collidit. ita neq; calor, neq; quicquàm aliud potest resistere cessans omnino ab actione. Cùm ergo omnia, quæ ex finita aliqua proportione agunt, agant cum resistentia patientis: necesse est, omnia agentia pati mutuò à patientibus, præter illud, vnum quod omnia alia infinito excessu superat, putà primam causam. Hinc fit, vt quò aliquid plus resistit, eò plus repugnet. actiuæ vero qualitates, calor, inquam, & frigus ad agendum sunt magis idoneæ, ad repugnandum minus, quia vbi vinci incipiunt, corrumpuntur facilè. passiuæ, humor inquam, & siccitas, minus sunt ad agendum idoneæ, sed ad repugnandum plus. fitque hinc vt agens cui plus obsistitur, non solum lentius agat, sed etiam magis retundatur. vt qui aduersus durum hostem bella gerens vincit, non solum longiori tempore, sed maiori etiam clade accepta reportat palmam. Neque vero hoc est, actionem fieri ab impotentiori, neque talis actio præstantiam aliquam significat, cùm ex resistentia proficiscatur: resistunt verò omnia, quæ vincuntur, vincentibus, plus minúsue, vt maiori aut minori excessu vincuntur. Quare, si nihil à quoquàm, præterquàm àdeo, infinito excessu vincitur: omnis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nis secunda causa, interim dum agit, à resistente patietur. Vnicum supetest argumentum, quod non videtur silentio prętereundum. videtur fieri ex hac opinione, vt res aliqua moueatur motibus contrariis. Finge enim ignem & aquam in mutuam pugnam descendere: distare tamen aliquantum, ita tamen, vt in se semutuò suas vires possint transfundere. Certum est, aquam non posse, ignis calorem retundere, nisi medium aërem priùs refrigeret: neque ignem posse, aquam calfacere, nisi calfaciat mediũ aërem: si quidem nihil potest agere in distans, inalterato eo, quod est propinquum. igitur, vt illa mutuo agãt, necesse est, aërem vtramq; pulsionẽ simul pati. Sunt qui respõdeãt secundum diuersas partes ambo aërem pati: tñ cum statuitur aër æque præparatus ad alterutram affectionem, ita vt nulla parte, caloris, aut frigoris, plusquàm alia, sit capax, absolutione priori distituti, confugiũt ad nescio quas fictitias qualitatũ actiuarũ species, quas suis qualitatib⁹ imaginant, esse instrumẽta ad agẽdum, hasq;, dicũt, posse, simul recipi, etsi cõtrariarũ qualitatũ sint, cũ.n.no sint, vt ferũt eiusdẽ naturę cũ qualitatibus, neq; cõtrariæ ipsę sint. Cęterũ sunt hæc figmẽta, ferẽda nunquam, nisi forte, cum citra hæc, nulla præstaretur via generationis, eorum, quæ cõstarent experimẽto. Quod tamẽ, nunc tam lõge abest, vt si quis paulo attẽtius cõsideret, intelligat, nihil esse difficile in argumento. nã omnis repugnãtia fit per cõtactum proximum: & quod resistit, proximo sibi agẽti resistit: si verò aliqua distãtia agũt mutuò in seipsa, ambo patiuntur à medio: vt si fingis, ignem & aquam mutuò se cõficere interiecto aëre, aër refrigerat ignem, & calfacit aquã. addis vero, Si refrigerat ignem, & calfacit aquã, ergo calefit ab igne, & refrigeratur ab aqua. Non possum negare. sed ex Aristotele cõstat, solam lationẽ motũ esse cõtinuum: quãquàm ne hũc quidem cõtinuum esse cẽset Galen⁹, vt sumus in tertio libro declaraturi. Cũ igitur motus alterationis cõtinuus nõ sit, nihil impedit, alternatim incalescere, & refrigerari rem aliquã secũdum se totam. Vides modũ repugnãtię nihil obscurũ: Quanq̃ medicamẽtorum remissio ex permixtione remissiorum, nõ fit tali quapiã repugnantia vsq; dum medicamẽtum fermẽtatione cõficitur. nam statim ac medicamẽtum aliquod frigidum & simplex, permiscetur alteri simplici eodem gradu calido, admixtione amborst resultat medicamẽtũ cõpositũ, neq; frigidũ neq; calidũ, sed mediocre, manẽtibus interim integris singulorum formis, & qualitatibus: cum vero iam diuturnitate, ad fermẽtationẽ veniũt, corrũpuntur singula, secũdum formas, & remittũtur secũdum qualitates: fitq; vnũ medicamẽtum, diuersum substãtia ab vtriusq;. quę fermẽtatio mutua illorũ actione fit: non aliter ac mixti generatio ex elementis. Sed alia ratione atemperantur ante fermẽtationem. Cuius gratia reuocandũ est in memoriam, quod à physicis sæpe audiuimus: corpus aliquod posse, esse calidum, aut frigidũ, aut tale aliud, æquabiliter distributa qualitate per totum, aut inæquabiliter, aliis partibus plus, aliis minus calidis, gratia exẽpli: aut etiã aliis calidis, aliis frigidis, sed in ea ꝓportione, vt si partes exęquarẽtur, gradum illum, à quo denominatur totum, essent æquabiliter reddituræ. Mixtum ergo medicamentum, nondum fermentatum, non ideo mediocritatem gradus consequitur, inter simplicia, quòd illa mutuo remissa sint: sed quoniam ex proportione partiũm, resultat: fermentatum verò ex mutua corruptione simplicium, quare, hoc est omni ex parte tale, illud non ita sed diuersis partium qualitatibus resultans tale: tamen medicamentum mixtum infermentatum operatur secundum se totum pro ratione illius gradus, à quo appellationem habet, non quidem inæquabiliter has partes calfaciens, illas refrigerans (saltem quod percipiat sensus) quia propter magnam permixtionem, quæ secundum minimas particulas facta est, impediũt se mutuo particulæ, & nulla quæ sentiri possit pars alterat ꝓ ratione alterutrius, sed totum pro neutrius ratione. Dixi modum reductionis medicamentorum à contrariis, aut à remissioribus factum: qui ad dicenda in nono libro est perquam necessarius: extra quem modum monstratum antea est, omne quod in aliud agit, ab illo pati aliquatenus. Modus, quo mẽbra ab alimentis afficiuntur in leucophlegmatiæ generatione, non tam fit propter repugnantiam (quanq̃ & hęc quoque affectum illum fouet) quam propterea quod, quæcunque cõcoctione generantur, insequuntur, partim naturam eorum, quæ coquuntur, partim naturam commutantis: eoque ex prauo cibo prauus succus fit, ex prauo succo praua caro, carni polypi similis. Itaque non tam, quæ præerat, vitiatur, quàm generatur denuo vitiosa caro. Sed de his dicturi latius sumus, cùm de symptomatum causis disseremus: modo ad pensum reuertamur. Quicquid in aliud agit, ab illo patitur non nihil. quamquàm videri possit alicui, hoc minus quadrare cum alio philosophorum placito de antiperistasi. Dicunt enim sæpe fieri, vt contrarium vnum obiectu alterius contrarii intensius fiat: confirmantque illud generatione cometarum, quos in frigidissimo loco generari, docuit aristoteles: aquas quoque puteales hac ratione dicunt, hyeme calidas & æstate frigidas fieri: ventres quoque hyeme & vere, quod ab Hipporate dictum est in aphorismo, non alia ratione fieri calidissimos. Quo ergo pacto hæc superioribus consonant? Nam si quod contrario obsistit, intensius nonnunquam fit, agit profecto in illud, nihil interim perpessum. Nam si non agit, neque resistit iuxta dicta: quod si, neque agit neque resitit: perinde est, ac si nullum contrarium adesset: quare neque intenderetur neque remitte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mitteretur. Pugnant ergo duo hæc placita. Sane: quæ neoticorum philoſophorum quam plurimi, de hac actione docent, ſunt inexplicabilia quædam figmenta: contendunt enim (haud ſatis intelligo, quorſum id facientes) fieri poſſe, vt calidum à frigido fiat intenſius calidum, inueniuntq; mille mõſtra, vt defendant rem planè falſam. Nam, aut calor ſeipſum augeret, aut frigore augeretur, quorum, neſcio vtrum ſit improbabilius. Nam ſi qualitas quæpiam poſſet agere in materia propria, omnino omnis qualitas, cum primum excederet medium gradum: creſceret ſua ſpontè vſque ad intenſionẽ ſummam, fieretque, quicquid calidum eſſet, calidus perpetuò, vſque dum euaderet ſumme calidum: itaque & frigidum & humidum, & ſiccum. In quocunque corpore qualitate aliqua affecto, denominatoque, eſt intenſior ea qualitas, à qua denominatur, quam contraria, vt in calido plus eſt caloris, quam frigoris, in frigido contra. ergo quæ vinceret, contrariam corrumperet, ſi modo corpus poſſet ex ſeipſo moueri, ac non potius, omne quod mouetur, ab alio moueretur. quod ſi vero frigori das caloris generandi vim, omnino inſipientem fingis naturam, quæ augendi ſui contrarii, cauſam rei alicui dederit, omnino contra naturale rerum inſtitutum. Sed, quid inuenerint neoterici operæprecium eſt audire. Ex qualitatibus actiuis, dicunt, ſpecies quaſdam producti, quibus, vt inſtrumentis operantur, ireque ſpecies has rectas, cùm in externam materiam tendunt, reflectique nonnunquam in propriam: has ſpecies, dicunt, obuiantes contrario reflecti, reflexasque eandem qualitatem, à qua productæ ſunt, augere. præter has ſpecies, quæ ſunt efficientes qualitatum ſimilium iis, à quibus producunt, ſtatuunt alias ſubſeruientes ſenſui qualitatum: quas conſtat oportere, eſſe diuerſas à prioribus. quandoquidem ipſi dicunt, ſentiri nonunquam calorem ſine caloris generatione, in organo ſenſus: & ita, poſſe calorem & frigus ſentiri ſimul. Ex iis neceſſarium ſit ex calore, & frigore, & reliquis qualitatibus, non tantum ſpecies produci, ſed eas quidem duplices. Tamen pereant iſti figmentorum autores. quid enim improbabilius perſe eſſe poteſt, quam corporeas qualitates incorporeis vti inſtrumẽtis (incorporeas enim ſtatuũt has ſpecies, ne eiuſdem naturæ cum ſuis qualitatibus ſint) ad actionem, & ad ſenſum? Cæterum etſi hæc abſurda admitterentur: tamen neque ita poſſent, reſpondere propoſito problemati. Nam finge, corpori calido quarto gradu, obiectum eſſe frigidum aliud: eòque, reflecti calidi ſpecies: ac monſtro, non poſſe illarum reflexu calorem calidi corporis augeri. Si corpus aliud calidum in quarto, loco frigidi obiectum eſſet, producerentur recta via, ſpecies tam multæ in corpus illud calidum, quàm modo veniunt reflexæ: ſed rectæ nihil augerent calorem, cum omnino ſimile, non alteretur à ſimili: ideóque neque calidum in quarto, à calido in quarto: ergo multo minus, calorem illius corporis augebunt reflexæ ſpecies. Ridiculum ſane eſt, videre ſæpiſsimè ſophiſtas miſerè ſe diſcruciantes, in defendendis falſis aſſertionib⁹ iiſque ad quas, nulla ratione coguntur. Quæ enim obſecro cauſa ipſos impulit, defendere caloris inſionem fieri obiectu frigoris, ac tam multa monſtra inuenire? nunquid ea, quæ experimento inueniri circa puteales aquas, & crinitarum ſtellarum generationes, & animalium ventres, etſi quæ alia his cognata ſunt, paulò ante diximus? At, iſta omnia poſſunt faciliori ratione, ſine tot monſtris contingere: quod vt monſtratum erit, conſtabit, nullam qualitatem obiectu contrarię fieri intenſiorem per ſe: ſed nonnunquam augeri retentione alicuius ſubſtantiæ, quæ antiperiſtaſi, id eſt, reciprocatiõe, aut compreſsione retinetur, alioqui effluxura. ita ventres hyeme copioſum calorem habent, prohibito à frigore ambientis calidorum vaporum effluxu: contrà in æſtate, humores & ſpiritus, diſsipantur ab ambientis calore. exhalatio ignea diſſoluitur in ambiẽte calido, facta rarior, contra concluſa in aquea nuue denſatiõe abit in ignem. Aquas puteales eô dixit Galenus tertio de ſimplicium medicamentorũ facultate capite ſeptimo, frigidas nobis videri in ęſtate, quòd manibus calidis attrectentur, calidas in hyeme, quod frigidis: vt in balneo vrina ſentitur frigida, extra balneum calida, quoniam, ſcilicet, nos ſumus in balneo calidiores, & frigidiores extra balneum. ſed ego, quantum experiundo poſſum iudicare, non ſolum putauerim puteales aquas, tales videri, hyeme & æſtate, quales diximus, ſed eſſe re vera tales. nam, quacunque arte tactum attemperes, antequam contingas aquam, ſi id vtraque tempeſte feceris, inuenies ita contingere, vt ſenſus iudicat. Adde, non omnem aquam, videri calidã hyeme, & frigidam vere, ſed eam tantum, quæ profundos admodum habet fontes. ergo non eſt in noſtro tactu cauſa (nam eodem tangimus extimas aquas, & intimas) ſed neceſſe eſt, incluſam eſſe per hyemẽ in profundis terræ cauernis ſubſtantiam aliquam calidam, & vere frigidam, à qua profundæ aquæ ita afficiantur. neque enim probabile eſt, ſi diſcrimen hoc ſtatuas, aquam fluminis ab aëre refrigerari, in hyeme: putealem, vtpotè profundam, nõ refrigerari. Nam conſtat, quantumuis frigeſcat aër, aquam eſſe natura ſua frigidiorem niſi ab aliquo ad caloręm alteretur. includitur ergo procul dubio aliquid in cauernis, à quo caleſcit. eſt illud, quantum intelligo, exhalatio calida, quæ hyeme refugit ad interna, æſtate diffunditur in aërem. vapor frigidus contra, ęſtate refugit ad ima, hyeme exiens coit cum externo frigore. Contingit ergo per hyemem, & ęſtatem, terræ caueinis quiddam non ab ſimile ei, quod

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quod ventribus animalium. neque est in his quicquàm difficile, magis quàm in curatione tetani ex infusione aquæ frigidę: qui morbus (quandoquidem frigidus est) non aliter curatur, quàm refugientibus spiritibus & sanguine contactum aquæ, subeuntibusque ita profundos neruos, & affectum illorum dissoluentibus. contingunt itaque hæc omnia ex causis inuentu facilibus citra figmentum. sed quando de elementis, & eorum actionibus satis diximus, de temperamentis, quæ illorum mixtione contingunt, tempestiuum iam est disputare atque omnium primo de essentia temperamẽti, quod barbari appellant complexionem: nam de hoc quoque dubitatum est.

¶Caput sextum. Quid sit temperamentum.

SAPIENTER Plato, in quauis disputatione ab ipsa quæsitæ rei essentia inchoandum aut aberrandum prorsus esse censuit. eàdem de causa Aristoteles, quatuor interrogationum primam, eam esse docuit in quacunque doctrina, qua, quid nam res sit, interrogatur. nos quoque probatissimorum autorum præceptum insecuti, quæstiones quas de rerum essentiis inuenerimus in singulis disputationibus præscribemus: quod modo facimus, de temperamenti, ad quod sermo se conuertit, essentia, in ipso principio disputantes. qua de re, omnino nulla cõtrouersia esset: sed ꝓportio calidi, frigidi humidi, & sicci, tẽperamẽtũ appellaretur, vt nomẽ ipsum præse fert (nemo enim audito nomine calidi & humidi tẽperamenti alludintelliget, q̃ calidum prævalere frigido, & humidum sicco) nisi Auicena, qui (vt inquit ille) neq; olus, arbitror, citra diffinitionem posset emere, tẽperamentũ ita finiuisset Fen prima primi, doctrina tertia: Complexio est qualitas, quæ ex actione adinuicẽ & passione contrariarũ qualitatũ in elementis inuentarũ, quorũ partes ad tantam paruitatem reductę sunt, vt cuiusque earum plurimũ, contingat plurimũ alterius, prouenit. cũ enim adinuicem agunt & patiuntur, accidit inearum summa qualitas in toto earũ similis quæ est complexio. Ecce vt Auicena non qualitatũ proportionem, sed quintã quandãqualitatem ab illis resultantem, complexionem appellat. hic illius assectæ primum de innata complexione, ea inquã, quæ in singulis membris sita est, non de ea, quæ aliunde prouenit, agi affirmant: deinde, ita suam opinionem nituntur monstrare: Omnes operationes temperamentis obeuntur, vt docet Galenus libello De differentia morborum, & Aristoteles secundo De partibus animalium capite primo. sed etiã si in brachio, aut crure idem caloris gradus & humoris fieret, qui est in ventriculo, ex natura: non ageretur in illis chili generatio: ergo virtutes naturales, quę in temperamento consistunt, vt est proclamatissimum à Galeno, non in calidi, frigidi, humidi, & sicci proportione, sed in qualitate alia, horum contemperatione facta consistit. Præterea, si quis religaret arterias, venas, & neruos ad extremum brachium euntes, aut omnino præscinderet, & ab ambiente aëre talis primarum qualitatum proportio conseruaretur in brachio, qualis à principio fuerat: tamen omnes virtutes, & operationes brachii perirent. ergo instrumenta illa, quæ præcisa sunt, dum conseruabant operationes, seruando temperamentum, non proportionem primarum qualitatum, sed aliam aliquam ab his diuersam qualitatem conseruabant. Adde quòd proportio hæc singulis momentis permutatur, ex sole, ex vento, exesu, & potu: ex otio ex exercitatone. tamen ridiculum fuerit concedere, naturales rerum temperamenta, ex quibus virtutes omnes pendent, singulis permutari momentis His rationibus videntur sibi demonstrasse, complexionem, quam vocant, qualitatem esse diuersam à quatuor primis. Sed ego, vt verum fatear, nondum satis intelligo opinionem. nam aut vnica est qualitas in toto Socrate, gratia exempli, vt Socratem dicimus vnum habere temperamentum, aut sunt multæ qualitates secundũ diuersitatem temperamentorũ, quæ membris cõtingunt. vnicam qualitatem esse in toto corpore, nõ est quod dicant: cùm longe magis differat temperies cordis à temperie cerebri, quàm temperies Socratis ab ea quæ est in Platone. Si vero secundum dicis, cùm temperamentis differant membra omnia, & membrorum singulæ particulæ innumeras constituis qualitates diuersas specie (tales enim oportet eas esse, cum diuersę temperies sint) sub complexionis nomine in vnico corpore. Præterea ex his quoq; arbitror, continuo adducèris ad colligendũ, vnam aliam toti corpori cõmunem, quo totus homo dicatur huius, aut illius esse temperamenti. Præterea, sit ne qualitas hęc actiua, an non, minus definiunt: quod tamen dictu facile non est, cùm calorem generet, & frigus. Insuper, aut virtutes naturales habent eandem essentiam cum hac qualitate, aut diuersam. si eandem dicis: quo pacto contrariarum actionum, tractionis, scilicet, & expulsionis non sunt potentiæ substantia differentes? Si diuersam naturam esse dicis facultatibus naturalibus, frustra illam qualitatem imaginaris

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ris. nam ſatius eſt, ex ipſis elementis talem habentibus proportionem, virtutes naturales educere. & quo pacto ex vnica qualitate reſultarēt diuerſæ virtutes ? & quāuis reſultarent, quo pacto vna læderetur, illæſa altera? ſcilicet lęditur quælibet læſo tēperamēto, quod ſi vna qualitas eſſet, oēs virtutes ſimul deturbaret. Verum hæc proxime videntur attingere facultatum naturalium ſubſtantiam: de qua, vt ſcriptum à Galeno eſt, nulla certa monſtratio afferri poteſt. Sed multò probabilius, & Galeni doctrinæ magis conſonum eſt, non eſſe hanc qualitatem, quam Auicena dicit complexionem. Sed barbarorum hic ſemper fuit mos, ſuperuacaneas quaſdam, & fictitias qualitates, & proprietates in ſingulis rebus imaginari, illuſtriorem ſe doctrinam ita reddere putantes: cùm tamē nulla ex re euadat obſcurior, quàm ex talium figmentorum multitudine. Igitur vera ſententia, quantum opinor, eſt: Corpora omnia, quæ penes nos gignuntur, ex calido, frigido, humido, & ſicco inuicem attemperatis conſtare, igne (inquam) aēre,, aqua & terra (nam quanquam elementorum formæ corrumpuntur, manent partes illis proportione reſpondentes: vt ſi quis dicat, pars terrea, aquea, aērea & ignea) atque ex horum attēperatione, quendam ſubſtantiæ modum per totum generari pro ratione proportionis ſubſtantiarum elementarium: atque hanc proportionem eſſe natiuam temperiē, per quam ſingula membra ſuas operationes participant: & præter hanc proportionem, eſſe ſecundam aliam, quæ ex hac prima proficiſcitur. eſt vero ea, proportio ipſarum qualitatum elemētarium, caloris, inquam, frigoris, humoris, & ſiccitatis, quæ mutatur leuiſsimis ex cauſis centies in ſingulis horis. Atqui hoc temperamentum qualitatum eſt diſpoſitio quædam corporum temperatorum. prius illud temperamentum, quod modu ſubſtantiæ eſſe dicimus, ex ſubſtantiarum elementarium proportione factum, eſt habitus naturalis, & fundamentum omnium facultatum. in quo ſenſu, dictum eſt à Galeno ſexto De placitis Hippocratis & Platonis: Quocirca ſingulis ex ſubſtantiæ proprietate propria quædam functio contingit: vnde qualitates primæ, cum ſolæ vitiantur, non vitiant actiones: quoniam per ipſas operandi virtutes participentur: ſed quoniam facultatum inſtrumenta ſunt: nam etſi ventriculus redditus frigidior non mutat cibos, quoniam caret commodo inſtrumento, ſed interim dum retinet modum ſubſtantiæ, & ipſam elementorum proportionem, eius potentia non perit. His intellectis, nihil eſt difficile in Auicenæ argumentis. nam etſi brachium, aut pars alia quæcunque calorem & humiditatem ventriculi compararēt, non compararent eundem ſubſtantiæ modum: quod ſi ponis membrum aliquod transferri, non tantum ad temperamentum qualitatum ventriculi, ſed etiam ad illius ſubſtantiæ modum: non dubiū eſt, membrum illud chyli generandi habere vim, quāquam fortaſſe ne tūc quidem chylum generabit, vel ſaltem non tam copioſe, quàm ventriculus, defectu commodæ figuræ, & ſitus, & viciniæ membrorū calidorum: quæ omnia ventriculum iuuāt ad hanc actionem. quod ſi ambiens aēr temperiem brachii, cui præſcinduntur in tua hypotheſi venæ, arteriæ, & nerui, exacte poſsit conſeruare, priuabitur membrum illud actionibus animalibus, & vitalibus: quoniam harum virtutes influebant aliunde: naturalibus verò non priuabitur, niſi forte ex accidenti defectu alimenti, quod per venas influebat. Quod de mutatione perpetua temperamenti dicebatur, minus eſt difficile: quandoquidem affatim & repente mutari ſoli contingere poteſt temperamēto qualitatum: paulatim verò immutari perpetuo natiuum temperamentum, nemo neget: nam ita agimur in mortem naturalem. Sed ſatis hæc ſint de quęſtione, præcipue non adeo vtili. quam omiſiſſem profectò, niſi me ad eius tractationem ipſe ordo prouocaſſet. ad temperamentorum numerum, de quo ſunt multæ controuerſiæ, tranſgrediamur.

cc cc

Caput ſeptimum. De numero temperamentorum.

EX quatuor qualitatibus, quarum quælibet cum aliis duabus iungi poteſt, cum alia non poteſt, ſaltē ſecundum exceſſum: octo poſſunt lapſuum in temperamētis differentię conſtitui. calidum enim frigido contrarium eſt, & humidum ſicco: non tamen calidum, aut frigidum, humido aut ſicco. Ergo octo temperamenta inæqualia ſunt, quatuor ſimplicia, quatuor compoſita. nam aut vnica excedit qualitas, eaque eſt calor, frigus, humiditas, aut ſiccitas: aut excedit duplex, calor ſcilicet cum humiditate, aut ſiccitate: aut frigus cum illarum vtralibet coniunctum. frigiditas enim cum caliditate, aut humiditas cum ſiccitate non poteſt eſſe excellens. Sed quoniam quatuor qualitates, quanquam contrariæ inuicem ſint, poſſunt tamen intenſione æquales intra mediocritatem omnes copulari, vt in quarto capite monſtrauimus, nonū etiam conſtare poſſe videtur temperamentum: quod ex elementorum æqualibus portionibus factum, æquale appellatur. & corpus quod illo affectum eſt, vocatur temperatum. Hanc tam diſtinctam Galeni doctrinam, parum abeſt, quin barbari autores omnino euerterint. denominationes tribuentes temperamentis, non ex qualitatibus, ſed ex humoribus deſumptas: ita vt homo non diceretur apud illos calidus, frigidus, humidus, aut ſiccus, aut horum aliqua ſecundum coniugationem perpeſſus: ſed bilioſus, ſanguineus, pituitoſus, &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

melancholicus.tamen hi perinde faciunt,atque ſi quis febricitantem hominem,non eum qui febrem habet,ſed eum qui ſitim habet,appellaret.nam vt febricitans quaſi febre affectus homo dicitur, ex febre aũt magna ex parte ſitis fit:ita temperatus, quia temperie affectus. temperies autem earum rerum eſt,quibus corpus temperatur:ſed temperatur calido,& frigido,humido & ſicco,commixtis inuicem. igitur temperamentum calidum aut frigidum,humidum aut ſiccum eſt, aut ſecundum coniugationẽ horũ aliqua habens.fit aũt ex ratione,vt in tẽperamento calido plus ſanguinis aut bilis, in frigido pituitæ proueniat:non tamen proinde ab his humoribus debent temperamentorum nomenclaturæ deſumi potiſsimum vbi de temperamentorum differentia eſt diſputatio.nam vbi de excrementis,quæ cõgeri ſolẽt in corporib⁹, aut morborũ generibus, in quæ ſolẽt corpora incidere diſſeritur,optima ratione appellationes tribui poſſent per humores,vt Galen.libro ſecundo De febr.diff.ſępe facit,appellans
• bilioſum aut pituitoſum hominem.Sed vbi temperamentorum eſſentia quæritur,ineptæ ſunt illæ appellationes.Decipiuntur itaque hi,qui,propterea quòd humores,quos contingit in humano corpore redundare,quatuor tantum ſunt,quatuor etiam temperamentorum ſpecies ſtatuunt, ſecundum coniugationes qualitatum,quæ in humoribus ſunt, calidam & humidam,calidã & ſiccam, frigidam & humidam,frigidam & ſiccam,& interim quinque alias ſubſtollunt, temperamentum æquale negantes, & intemperantias ſimplices. Quare duplex cum iis nobis oritur controuerſia: Prima, An fieri poſsit
• corpus exquiſite temperatum:Secunda: An poſsit eſſe aliquis lapſus temperamẽti ſimplex. Apud Galenum,& Auicenam,& reliquos omnes,tam philoſophos,quàm medicos,eſt receptiſsima illa diuiſio temperati corporis,intemperatum ad pondus, & temperatum ad iuſtitiã.quanquam nomina nõ ſunt eadem perpetuò quibus hæc ſignificentur. Sed Galenus nunc dicit temperatum in ſpecie, nunc τὴν δικαιοσυνὴν. ideſt, ad iuſtitiam,aut iuſtitiâ:quod nunc dicit tota natura temperatum, nunc temperatũ σαθμῷ,ideſt pondere aut ad pondus appellat.Sed de nominum vſurpatione non laboro. Galenus toto primo libro De temperamentis diffuſe admodum diſputat de temperato corpore: & illud multis ſignis inueſtigat.quare non videtur eſſe de iis,quę generari non poſſunt.eſſet enim alioqui autor nugaciſsimus.Scio Auicenam dicere Fen prima primi cap.primo,Galenum eo loco de temperato ad iuſ
c titiam loquutum eſſe:idq; dicit his verbis:Debes autem ſcire,quòd ęquale,de quo medici in ſuis inqui
c ſitionibus tractant,non eſt denominatum ab æqualitate,in qua æqualitas cum pondere æqualiter exiſ
c tit:ſed denominatur à iuſtitia indiuiſiue.Itaque Auicena expoſitore, quæcunque apud Galenũ de optima hominis temperie dicta ſunt, ea de temperato ad iuſtitiam dicta fuiſſe putandum eſt.Sed qua ratione, obſecro, ad hanc interpretationem ductus eſt Auicena?ea, vt arbitror,quã paulò ante in co-
c dem capite his verbis ſcripſerat: Quod autem in doctrina medicinæ conſideratur,æquale aut extra æ-
c qualitatem,non eſt hoc neque illud: ſed medicus phyſico credere debet,quòd æquale ſecundum hanc
c intentionem,quam diximus,impoſsibile eſt aliquo modo inuenire:quantò magis,vt hominis ſit, aut
c humani membri.Hæc Auicena.Ex quibus locis,hanc eſſe illius mẽtem apertè colligitur: temperatum
• exacte tale,quod ad pondus alii appellant,generari,omnino eſſe naturæ repugnans:proindeq; humanum corpus,quod à medicis temperatum dicitur,temperatum eſſe in ſua ſpecie (ideſt ſuæ ſpeciei habere temperiem optimam) tamen exacte temperatum non eſſe. Eidem huic opinioni adhæſit Auerroës conſtantiſsimè,& mille ſophiſticis argumentis,nixus eſt,illam cõfirmare. Primum illud à me intelligat vellim Auicena,Galenum nullum locum reliquiſſe ipſius expoſitioni(non enim ego, vt multi ſolent,inutiles conciliationes fingam)ſed,aut Galenum,aut ſuam doctrinam oportere,vt prodat Auicena,in primis oſtendam.quin & ipſum ſibi parum conſtitiſſe ex diffinitionibus declarabo. Auicena ipſe ita diffinit temperatu corpus(volo enim aduerſus hominem,ipſius diffinitione vti)Eſt vnus,vt ſit complexio æqualis,ita vt quantitates qualitatum contrariarum in complexionato ſint ęquales,nõ ſuperantes neque ſuperatæ.Vides vt hæc Auicenæ definitio temperato ad iuſtitiam quadret:quò minùs ſibi ipſi iam conſtat Auicena. Galenus,cúm ſæpe libro De temperamentis docuiſſet,eſſe aliquod cor-
c pus temperatum abſolute:de illo rurſus in ſecundi libri primo capite verba faciens, ita inquit: Huius
c norma indiciumq; erat,elemẽtorum portionis æqualitas.Eſt ergo nobis Galenus ſui ipſius interpres: manifeſteq; prodit,ſe de temperato abſolutè loquutum eſſe. quanquã & ex primo libro erat luce clarius,Galenum non ſolum inueſtigare temperiẽ optimam, vt in ſpecie humana: ſed eam etiam, in qua calidum & frigidum eſſent exacte attẽperata.Siquidẽ illã iuſsit tactu explorare, & cõferebat ſenſum tactus illius cũ aqua,ad amuſsim attẽperata ex feruentiſsima & frigidiſsima:præceperatq; tyronibus,aquã dicta ratione attẽperare,vt tangendi potentiã ſenſui rei tẽperatæ aſſuefacerent:atq; ita in tẽperata natura dignoſcenda nõ deciperentur: vſq; adeo Galenus cenſet tẽperata hominis natura nihil eſſe temperatius.Sed miſsis autorum verbis,age,rationibus exploremus: nũquid tẽperatus homo,tẽperatus ſimpliciter ſit,aut ad iuſtitiam ſolũ.Videndũ verò pro intelligẽda hac cõtrouerſia eſt, nũquid repugnet rerũ naturę fieri corpus aliquod tẽperatũ,qđ ad põdus appellãt. Nã ſi ſemel probatũ fuerit, non repugnare,rem aliquam talem fieri, omnes vno ore concedent, omnium generabilium corporum

rum humanum maxime posse temperationem hanc adipisci, siquidem est omnium generabiliũ substantiarum perfectissima: cui proinde perfectissimam temperiem denegare, fuerit præter rationem: cùm præcipuè eâ temperie humanum corpus omniũ maxime indigeat ad tactionis sensum: quem, dicente etiam Aristotele, illi constat, oportere perfectissimum adesse naturâ: quandoquidem hic sensus cum sapientia semper coniunctus reperitur. Quod verò ad illum sensum nullâ temperie magis opus est, quàm media, constat. nam hic sensus est explorator calidi, frigidi, humidi, & sicci. Sensum verò oportet sensibilium maxime esse expertem. nulla tamen ratione melius possit esse expers omnium primarum qualitatum: quàm in illarum medio exacte constitutus. Ergo non dubium est, omnium corporum generabilium, humanum posse esse temperatissimum: quodq; si quodpiam corpus simpliciter tẽperatum generari potest humanum maxime potest fieri tale. Vertenda igitur hæc cõtrouersia est primo illo cardine: An possit secundum naturam, corpus aliquod simpliciter temperatum generari. pensandaq; sunt aduersariorum argumenta. Dicunt primò, non posse mixtum aliquod generari, nisi aliquod elementorum vincat. nam nullus ortus fieri potest, vbi non est quod vincit, & quod vincatur. Addit Auerroes, Debet esse aliquid quod vincat, quod moueat, misceat & generet: sed quodcunque illud sit reliquis eminentius æqualitatem interturbat. Ego, dũ hæc apud illos lego, non intelligo, quid ad generationem eam, quæ permixtione aquæ, aëris ignis & terræ fit, requirant. nam aut requirunt, qđ corrumpat formas elementorum: aut agens, cui actionem hanc tribuant, vt efficiẽti causæ in mixti generatione: aut requirunt quod permisceat, ideſt, in pugnam congredi faciat, comminuat, & comminuta iuxtà ponat. Si primum, intelligant vellim, formas illas mutuo se conficere: ignem scilicet humorem depasci, & aquam ignem extinguere. si efficientem ortus causam requirunt: meminerint, multos esse rerum ortus (vt paulò antea diximus) quos mos est philosophis, factos per accidens appellare, qui solis tribuuntur agentibus vniuersalibus (astris inquam & influentiis) citra agẽtia singularia. ita excutitur ignis de silice, attenuato eo, qui intercipiebatur aëre. Itaque nihil prohibet, sine singulari agente fieri perfectos rerum ortus per accidens. Si tertium requirunt: potest illud facere proprius elementorum motus, & ambiens locus, & ars aliqua, & aliquid tale casu factum, aut inopinatis occasionibus. & præter hæc mutua actio mutuam etiam habet coniunctam motionem. & vt mutuo se cõficiũt elementa, mutuo se mouent, & miscent. Est illis aliud (vt putant) firmissimum argumentum: Si qđ corpus omnino temperatum fieri posset, humanum posset maxime (nam hanc consequentiam ab omnibus admitti debere, paulò ante monstrabamus) sed illud, quandoquidem viuit, calidum & humidum excellenter necessario est. ergo nullum corpus potest fieri exacte tale. Quod, viuens calidum & humidum sit, ex principiis vitæ deducũt. viuimus scilicet virali calore: & vitalis calor humido alitur. Sed nõ video, cur non vereantur dicere, muscas, formicas, & scarabeos, & araneos, &, si quæ alia sunt viuentium corpora aridiora, habere excellentem humiditatem: piscium etiam genus omne, & ipsam torpedinem dominantem habere calorem: quin & arborum, & herbarum omne genus (sunt enim hęc etiã in viuentium genere (cum tamen illorum multa degustata, præ frigore interimant. Quare nobis non ita dicendum est: sed distinguenda res, est, vt oportet. multum refert dicere, viuentia calore viuũt (humori est eadem ratio) aut viuentia calida sunt. nam viuit res vnaquæque calore, suo scilicet, & sibi naturali: non omnia tamen calore excedenti. est viuentium cuique suus caloris gradus, quo viuit: etiam si infigniter frigidum sit. vt ventriculus membrum est exangue, & frigidum, sed suo calore cibos conficit. viuunt igitur viuentia calore, & calor humore sustentatur (cum mors naturalis per refrigerationem & desiccationem accidat) calida tamen & humida non sunt simpliciter, sed ad demortua: quoniã scilicet cùm moriuntur, frigidiora & sicciora fiunt. Est quidam Galeni locus secundo De simplicium medicamentorum facultatibus capite tertio, qui illorum assertioni videtur f[illegible] vbi inquit: Quin & hominem non absolute calidum vt ignem, sed exuperantia calidum dicimus: siquidem maiorem in illo calidi portionem esse, q̃ frigidi. Hæc Galenus. tñ intelligendum est, illum illic non disputare de temperamentis hominis, sed de modis, quo aliquid frigidum, aut calidum dicitur: eoque exemplum absolute calidi ignem feciſſe. Exuperantia calidi, hominem (intellige) calidum, vt sensus sit. Homo calidus non est absolute calidus, sed habet plus caloris, quàm frigoris. Solent etiam hoc in loco Aristotelem citare quarto capite quarti Meteororum: quo loco dicunt illum asserere, in misto quocunque aut aquam, aut terram redundare. quod tamen illi proculdubio imponunt. nam hæc sunt illius verba. Elemẽtorum maxime propriè terra dicitur siccitatis esse, aqua humoris: ideo circumscripta corpora omnia (genita & interitui obnoxia intelligo) absq; terra, & aqua non sunt: atque etiam singula eius esse videntur, vtrius facultatem magis retinuerint. vide quàm sint hæc extra nostram controuersiam, & vt Aristoteles, nullum elementum redundare necessariò asseruerit, vt vel hinc cõstet, plerosq; eorũ, qui ante nos quæstiones medicas scripserũt, captiosè magis decipere, q̃ veritatẽ docere. Ergo, vt hos omittã, iã tandem enarrare, & confirmare incipio, veram Galeni opinionẽ. Corporis cuiusq; duplex esset tẽperamentum in controuersia ante hanc scripsimus. Aliud, Quod habitum naturalem esse diximus, ex proportione substantiarum elementorum resultans: aliud, quod dispositionem solum esse cõstat, atque

cc cc cc cc cc cc cc cc cc cc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

que adeo leuem ex proportione qualitatum actu exiſtentiũ, quę leuiſsimis de cauſis infinitis penè modis variantur. Vtroque horum modorum poteſt eſſe corpus aliquod exacte temperatũ. atque primo modo tale temperatum, eſt, quod ex æqualibus conſtat elementorum portionibus, vtcunque habeãt qualitates. Secundo modo temperatum æquale eſt, quod non tantum ex æqualibus elementorũ portionibus, ſed etiam ex eiſdem qualitatum gradibus conſtat. Primo illo modo poſſe generari tota natura temperatum: atque adeo tale fieri corpus humanum, cùm temperiem habet optimam: & ſecundo modo, nullum corpus tale fieri poſſe, iam demonſtro: Intellige mihi corpus eodem gradu calidum & humidum, ſenſim ad frigus & ſiccitatem permutari. iis proportionibus apponantur agentia patientibus, vt fiant æque veloces motus ad frigus, & ad ſiccitatem. In hac hypotheſi nihil eſt dictum, quod nõ poſsit contingere citra miraculum. nam ſi cæteris paribus, humiditas corrumpitur lentius, quàm calor potes tu tantum augere proportionem ſicci ad humidum ſupra proportionem frigidi ad calidũ, quantum habet celeris tranſmutationis plus, calor quàm humor. hypotheſis ergo non eſt impoſsibilis. conſtat verò ea admiſſa, corpus illud futurum in medio motus exacte temperatum. quanquam exacta illa temperies momento temporis durabit ſolummodo: non in illo tantum corpore, quod modo ponimus, ſed in quocunque quod tale factum fuerit, ſiue id ſit humanum, ſiue aliud quodpiam: cum omnia habentia ortum & interitum, ſint perpetuo in motu. id quod à Galeno dictum eſt primo libro De tuenda valetudine, vbi de hoc temperamento diſputans, momento ſolum temporis illud inquit durare. Neque eſt quod aliquis diſputationem refugiat, vtpote de re nullo ſenſibili tempore durante. nam modo de ortu illius diſputare cœpimus, non de duratione. reſpondebunt nobis fortaſſe aduerſarii, qđ in hypotheſi dictum eſt (ſiquidem de mutatione temperiei prioris, ex elementorum proportione ortę diſputamus) non poſſe humano corpori contingere: eo quod non poſsit eius natiua temperies permutari (nam hoc etiam dicunt) Sed ſubit mihi frequenter mirari illorum inſipientiam, qui cum conſeneſcant quotidie, & per deſiccationem & refrigerationem membrorum, videant, ſe ad mortem delabi: & cum innumeros ægrotantes offendant quotidie, in ea ſiccitatis ſpecie conſtitutos, quam ipſi dicunt inſanabilem, vtpote factam, confirmatam, & conuerſam in naturam: tamen nõ intelligunt, poſſe corpora calida refrigerari, & humida deſiccari radicitus: aut ſi id non ignorant, nõ intelligũt, nihil aliud eſſe temperiem innatam permutari. Plurima alia argumenta ſolent in veræ huius opinionis confirmationem adduci. Sed mihi, vt antea monui, non tam eſt multitudinis cura, quãuis argumenrorum vis. proinde ſatis mihi iam videor monſtraſſe, nihil pugnare cum principiis naturæ, corpus aliquod temperatum tota natura generari. quare rationi iam fit cõſonum, humanum corpus tale fieri. eſt enim homo temperatus, non modo omnium hominum temperatiſsimus. ſed & omnium animalium: neque horũ ſolum, ſed & rerum omnium: ita vt temperatũ ſit in ſpecie, & in genere, & in tota natura. Quoniam verò monſtratum eſt, non poſſe exactam hanc temperiem conſiſtere: ſed ſtatim ac facta eſt, effluere: conſtat hominem temperatum, non eſſe talem tota periodo, ſed in medio temperatiſsimę ætatis poſſe in eo temperamento fieri, reliquo toto tempore, ſeruare ætatum proportionem (de hac ętatum proportione, & illarũ temperamentis dicemus in ſequenti capite) ſed neque tunc quidem, cùm in medio temperatiſsimæ ętatis (ea eſt adoleſcentia) conſtitutum eſt illud corpus, habet temperiem illam exquiſitiſsimam, aut in toto corpore æquabiliter, aut mẽbro aliquo magnitudinis ſenſibilis: ſed inæquabiliter. Cuiq; nempe parti eſt ſuum temperamẽtum. pars omniũ temperatiſsima eſt Volæ manus cutis (quanquam huius quoq; veriſimile eſt, eſſe partes diuerſas) multæ partes hac ſunt calidiores multæ frigidiores: multæ aliæ humidiores: ſicciores aliæ: quæ omnes ſi ad vnam æqualitatem redigantur vnum conſtituent corpus temperatum æqualiter. Monſtratum ergo eſt poſſe corpus temperatum exacte generari, & quo[illegible] id temperato homini contingat explicitum, idque de temperie ex elementorum ſubſtantiis De temperie ex qualitatibus ſupereſt diſputemus. At temperatum exacte & elementorũ ſubſtantiis & qualitatibus primis, omnino nõ poteſt corpus humanũ fieri, nã quod tale eſſet nullo morbo laboraret, etiã ſi rẽ ſummo rigore examines: ſed Galeno teſte primo libro De tuenda valetudine dogma ſempiternæ paſsionis habet euidentẽ monſtrationẽ, ergo nulla ratione fieri poteſt humanũ corpus, vel momẽto quidẽ tẽporis ſine quopiã accidẽte præter naturã: ſiquidẽ nunquã non laborat morbo. hic morbi nomine nõ intelligimus vt medici id vitiũ, quod operationibus iã officit: ſed vt rigidi phyloſophi intemperiẽ quancũq; præter naturã quantũuis ea ſit prę paruitate inſenſibilis. Quòd verò laboremus perpetuo morbo nõ eſt cauſa, qđ principia ex quibus cõſtamus ſint cõtraria, vt plerique intelligũt: nã per elemẽta nõ ſtat, vt paulò ante monſtrauimus, quominus corpus aliquando ſit exactè temperatum, & eę mutationes quę à naturali partiũ quibus cõſtamus repugnãtia fieri dicũtur, niſi accedat cauſa aliqua pter naturã nõ ſunt morbi. Nã ſeniũ, etſi ſit tẽperies quędam ad multa inutilis: tñ non eſt morbus: quia nõ eſt pter naturã. nõ ergo hinc habet demõſtrationẽ dogma ſempiternę paſsiõis, ſed ex rebus nõ naturalibus, à quibus perpetuo alteramur. nimirũ nullo momẽto nõ alteramur ab aëre & à cibo, & potu, à ſomno aut vigilia, & à recremẽtis quę in oĩbus partib⁹ colligũtur ppetuò, cũ ex omni cõcoctiõe neceſſario ſ pueniat aliqđ excrementũ, itaq; vel in eo momẽto tẽporis, quo in medio adoleſcentiæ

scētię hominem illū tēperatū exacte esse dicebamus, habet morbū: potest verò ille morbus esse sola distēperies facti habens nihil, sed in dispositione: cum quo constat posse esse optimam & exquisitissimam temperiem in habitu. nam temperies, quæ est habitus, non euertitur à morbo dispositione, præcipuè tam leui, quàm illa esse potest. Igitur monstratum iam est, posse habere humanum corpus exactissimam temperiem in proporrione elementorum: sed non in proportione qualitatum. dictum quę est, quale sit temperamentum æquale, Superest secunda controuersia de numero temperamentorum ina qualium. Auerroes opinatur, nullam intemperiem posse esse simplicis qualitatis, inductus, nescio quibus argumentis plus satis philosophicis, qualibus semper vir ille adducebatur, vt omne (inquit) ens naturale debet constare forma & materia: ita in omni mixto debet pollere vna qualitas actiua, vt efficiens, & mouens, & miscens cum altera passiua, quæ illi sit vt materia. Fortasse hæc dicit, quoniam qualitates actiuæ sunt generantes passiuas. quare non videtur posse actiua qualitas superare, quin in passiuarum oppositione faciat inæqualitatem. Addit his, omnem inæqualitatem temperamenti fieri superante aliquo elementorum. quodcunq; autem superet duplici qualitate (nam hoc quoque statuunt Aristotelici) affectum est. Hæc sunt firmissima illius argumenta. Auicena ne omnino decederet à Galeno, concedit, posse fieri mixta simplici intemperie affecta. Sed dicit, talia temperamenta necessario permutatum iri. Caliditas enim, inquit, maior, quàm debet, reddit corpus siccius, quàm oportet: & frigiditas maior, quàm debet, reddit corpus quàm oportet humidius. & humiditas & siccitas reddut corpus frigidius. Putauerim Auicenam opinatum fuisse sententiam hãc esse Galeni. quandoquidem sexto De tuenda valetudine ita scriptum est: Sane dictum à nobis in libro de temperamentis est, fieri non posse, vt intemperies quælibet sola diu duret: quando ipsa sibi ipsi alteram necessariò adciscit. tamẽ falsus est Auicena, quantum ego intelligo, in declaranda Galeni mente. quorsum enim tam ex professo de nouem temperamentis Galenus disputaret? & singulorum passiones enarraret? & quibus morbis vnumquodq; illorum facilius, aut difficilius prehenditur, declararet? quod, vt facit multis aliis in locis ita distinctissime capite octauo libri octaui De morbis curandis: vbi dicens, quę natura sit ad febres paratissima, quæ secundo loco, & quæ deinde, octo temperamenta inæqualia ordine refert. Primum ergo monstrandum est aduersus Auerroem, posse fieri corpus intemperatum vna qualitate: deinde aduersus Auicenam, posse temperiem illam totam vitam, vt alias perdurare. Primum intellige mihi corpus calidum & humidum. nunquid potest refrigerari, non altetatum in humiditate aut siccitate? non est quod non possit. nam si non aliter, saltem possim ponere, humiditatem ab aliis causis conseruari. & tunc calidum corpus & humidum poterit refrigerari vsque ad mediocritatem, humidum manens. Sed esto, non possit pati simplicem alterationem: intellige corpus calidum & humidum, refrigerari & humectari. & ita corpus, quod duplici intemperie affectum est, per duplicem alterationẽ trahetur ad simplicem intemperiem: quia quantum altera qualitatum remittitur, tãtum altera intenditur. fiat hęc alteratio secundum habitum, & constans: ita vt comparent qualitates quod medici appellant factum esse: atque ita fiet, vt necessario concedas, simplicem intemperiem. Sed iam monstro posse habere permansionem per totam vitæ periodum. intelligendum est, posse corpus, quod à primœua generatione tali est temperie per totam vitam illam seruare, non sublatis mutationibus ætatum, sed seruata in illis etiam quadam proportione. quod si semel intellexeris, non amplius dubium est, si à primœua generatione potuit produci talis intemperies ex tali elementorum mixtione, posse eam durare tota vita, seruata ætatum proportione, vt alia temperamenta. Fiat igitur, vt reliquorum elementorum portiones æquales sint, & ignis & aëris sint reliquis maiores. Fietq; inde corpus tantũ calidum: siccitati enim ignis aëris humiditas obiecta est. & solus calor vincit. quod si quid huius humiditas, aut illius siccitas maior est: potest illud ab ambiente, interim dum generatio fit, magis hoc quàm illud iuuante, emendari. atque hæc ipsa forma generationis, respondet propositis Auerrois argumentis. quod à Galeno sexto De tuenda valetudine dictum est, eatenus est verum, quatenus permutatione ætatum fit, haudquaquã permutatione natiui temperamenti. atque hoc modo cẽseo locum illum Galeni debere declarari. Sed de temperamentorum numero, quæ nouem esse diximus, hæc sufficiant.

Caput octauum. De temperamentis ætatum.

VT eleganter à Cornelio dictum est, Ars medica non est quæ annos numeret. quare ætates (si quis curiose æstimet) non possunt certis annorum numeris verè describi. nam fieri potest, vt hic puer iam sit, quo anno ille infantiam nondũ excesit. & quotidie conspicimus, alios aliis maturius, consenescere. Sunt nimirum ætates totius vitæ partes. & ipsæ vitæ periodi, pro diuersitate naturarum inæquales sunt. grammatici ætates numero annorum finiunt: quemadmodum anni tẽpora numero mensium. medici non est quod mensibus aut annis intenti sint, sed aëris aut corporis temperamẽtis. Quoniam verò fieri non potest, vt singularum ætatum inuestigemus temperamẽta, quin prius hos esse in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fantes,illos pueros,hos iuuenes,alios senes constituamus:id quod,nisi præscriptis annis,fieri non potest:describemus ætates terminis quibusdam:quos tamen non simplices,& exactos, sed cum latitudine quadam diffiniemus,quo erremus minus,non esse omnibus æquales ętates intelligentes, vt physici:& curationes,& victus institutiones,non ab annorum numeris, sed à temperamẽtis, quę illos consequuntur,sentientes permutari.Ætatum tot sunt partitiones,quot scriptores:neque mirum:licet em cuique,prout volet diuidere:dummodo in enarrandis temperamentis non aberret.est qui in quatuor ętates omnes distribuat.alius qui in quinque.illarum aliquam in duas secans. alius in plures, eas omnes subdiuidens.quò fit,vt cum varie diuidant,tamen in re nihil permutent. Mihi certum est, dimissis reliquis,vnum Hippocratem hac in parte sequi,& Galenum,vt enarratorem,assumere.De horum sententia quinque sunt ætates præcipuę:pueritia quæ decimum quartum ętatis annum attingit, dicente Galeno tertio Aphorismorum vigesimo septimo his verbis, Incipiunt quidem pueri pubescere post annum quartum decimum.Illud tamen omnes,qui in hũc locum inciderint, admonitos vellim, nunquam vnum exquisitè terminum ętatis alicuius præfiniri posse.Sed cum ab autore dicitur, Incipit pubertas quartodecimo anno,plurimùm intelligi oportere.quasi illud quod multis contingit,ac si cõtingeret cunctis,loco exempli dictum sit.quare fortasse melius diceretur, pueritia circa quartum decimum annum finitur:quia tanquam medium quodam,id tempus est, supra quod non multum ascendat,neque infrà multum consistat. quod dilucidè docuit Galenus in eodem loco hæc addens verba: «Neque enim est omnibus vnus exactus terminus pubertatis,propter calorem & frigus temperamenti.calidi enim citius,frigidi verò tardiùs pubescunt.Secunda ętas est pubertas.quæ (vt dixi) quartodecimo incipiens,ad vigesimum quintum prorogatur. Proinde Hippocrates quinto Aphorismorũ septimo,ita habet: Quibuscunque morbi comitiales fiunt ante pubertatem,mutationem accipiunt: quibuscunque autem vigesimo quinto,commoriuntur.primum terminum vltra pubertatem, vigesimũ quintum constituit. Tertia ętas est,quę iuuentus dicitur,aut ętas florens,quæ à vigesimo quinto inciepiens,ad trigesimum quintum prorogatur.tertio libro Prognostici ita habet Hippocrates.Magis expectari sanguinis oportet eruptionem in minoribus natu quintum & trigesimum annum habentibus: cin maioribus verò natu suppurationem.Rursus in eodem libro: Quemadmodum,inquit,in minoribus natu,quàm trigesimum agentes annum,abscessus consistunt: ita quartanæ potius annum agentibus trigesimum.In his locis duplicem terminum scripsit iuuentutis,trigesimum, & trigesimumquintum:quia vt diximus,non omnes eodem tempore pubescere:ita non omnes eodem tempore consistunt.Quod ita enarrat Galenus in commentario. Obid igitur Hippocrates quandoque trigesimum ccommemorat,quandoque trigesimumquintum,vt paulò ante. nam eo quod aliæ aliis accidant mutationes,fieri non potest,vt vna communis regula ex omnibus firmiter finiatur.Hæc ille. Nos intelligimus,eadem ratione,eos qui trigesimo,cœpere consistere,circa vigesimum cœpisse vigere: quanquã alii hac ætate pubescant:nisi forte victus vitio factum est nuper,vt maturius ad frigidius permutetur. Quarta est ætas consistendi:quæ,vt inquit Galenus libro primo Aphorismorum decimotertio, inter iuuentutem & senectutem constituta est:pertingit ferè quinquagesimum annum. reliqua sunt senectutis.Hę quinque ætates,ad quatuor aliquando reducuntur:nunc ętate consistendi cum senectute copulata,vt cum Galenus tertio Aphorismorum trigesimo primo,duplices, dixit esse senes,in priori senectute esse consistentes:nunc nomine adolescentium adolescentibus & iuuenibus nuncupatis,vt ab Hippocrate decimo tertio Aphorismo primę sectionis,qui ita habet, Senes facillime ferũt ieiunium: secundo loco qui etatem consistentem habent,minus adolescẽtes,omnium minime pueri. Quare notandus venit Leonhartus Fuchsius,qui iuuenes,& vigentes ętate,& consistentes, eandem ętatẽ agere tradit,capite nono sui Compendii:quasi non legisset Galenum, qui in commentario prædictę sententiæ multa scripsit. καθεστηκότας δὲ λέγει, δηλονότι, τοὺς τὴν μέσην ἔχοντας ἡλικίαν, ἀκμῆς τε καὶ γήρως. Idest.Cõsistentes appellat manifestè,habẽtes ętatẽ mediã vigoris & senectutis.De hac ætate dixit tertio Aphorismorum trigesimo primo.Senes autem in priori ętate constituuntur, quæ media est inter iuuenes & senes.Præterea dictum est ab Hippocrate senes facillime ferunt ieiunium, ὕστερον δὲ καθεστηκότες.Sed iuuenes non secundo loco post senes ferunt ieiunium. ergo differunt iuuenes & καθεστηκότες quod non video,cur aliter,quàm consistentes vertendum sit. Sed fortasse ratio compendiaria fecit indistinctam diuisionem.in commentatione certe aphorismi citati multò aliter docuit Fuchsius. Sed ridendus ille alius est,qui vt nouam lucem afferat,consistere ac vigere, nõ aliter quàm in morbis, idẽ esse putãs,nõ (inquit) consistẽtes,sed subsistẽtes vertendũ est,quoniã (inquit) iuuenes consistunt, primi senes subsistunt.nã qui in hac ętate sunt,faciũt ad frigidius conuersionẽ, nõ cõsistunt in vigore. non ergo cõsistẽtes:sed subsistẽtes sunt.Proferũt locũ ex Hipp.1.Prognost. quo ὀίδημα μὴ καθιστάμενον appellat,tumorẽ qui nõ sedatur.ex quo loco colligũt,dictionẽ hãc καθεστηκὸς non minus significare qđ subsistit,aut quod sedatur,quàm quod cõsistit.quare cũ ex ratione non tã videantur esse consistentes, quã subsistentes,colligunt dictione illa καθεστηκότες intelli debere subsistentes. Sed hi sua argumentatione

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tione manifestè produnt, se nescire causam, cur qui in ea ætate constituti sunt, consistentes dicantur, quāuis illorum deferbeat calor, quam scripsit Hippocrates primo libro De victus ratione, his verbis, Ἀνὴρ, ὁκόταν ξηρὸν τὸ σῶμα, ξηρὸς καὶ ψυχρός. οὐκέτι τοῦ μὲν θερμοῦ ἡ φορὴ οὐκέτι ἐπικρατέει, ἀλλ' ἔστηκεν αὐξόμενον τὸ σῶμα τῆς ἀυξήσιος, καὶ κατέψυκται. Idest. Vir, cū stetérit iā corpus, siccus & frigidus: quandoquidem impetus caloris non amplius dominatur: sed stat corpus quiescens ab augméto. Vides Hippocratem dicere, consistentes, eos, quorum calor sedatur, quia eorum corpus tunc primùm incipit stare, quiescens ab augmento. Sed vsurpationis huius nominis καθεστικός aut verbi huius καθίστημι non est eadē ratio in morborū & in hominū ætatibus. nam humani corporis vigor, quod ad calorem attinet, iam deferuet, cum cessat illius moles ab augmento. nam solida membra corporis plerisque vsq; ad trigesimum annum, aut etiam trigesimum quintum fiunt corporatiora. in morbis idem est consistere ac vigere. nam à vigore est inclinatio, affectus scilicet remissio, neque est morbo alia magnitudo, quæ cōsistat. quare rectè Leonicenus Apho. vigesimo nono secundæ ἀκμαζουσῶν transfert, cum consistūt ac vigent. quasi in morbis duo hæc idem sint. quare ex ratione dictio hęc καθιστάμενον de ędemate dicta significat, quod sedatur, de ætate significat quod consistit. neque video, à quo potius petenda sit nominis huius significatio, quam à Galeno, qui quarto De ratione victus in Acutis commentario. 52. ὅτι ęσημαίνει καθεστηκὸς (inquit) τὸ βέβαιον. Idest, καθεστηκὸς significat quod stabile & firmum. neque deest Græcis dictio, qua subsistentes significent, cùm consistentes ita volunt appellari. dicunt enim eos παρακμάζοντας, & ætatem παρακμήν. hæc de differentia ætatum. De earum temperamentis dicere ia propero. Iuuentutē esse calidā & siccā, & senectutē frigidā & siccam, admittunt omnes. nam quanquā ab Hippocrate loco nuper citato, primo in quam De ratione victus, dicatur senectus humida, id nō propter membrorum humiditatem, quę minima est, sed multitudinem excremētorum humidorum: quę temperamenti frigiditas, & virtutum naturalium impotentia colligi facit, dictum est. Sed de temperamento pueritiæ & adolescentiæ est contentio, in qua illa duo occurrunt disputanda, Vter sit intensior calor, qui in pueris est, aut qui in iuuenibus: &, An adolescentia temperata sit, an calida & humida. Tam diuersæ fuerunt hac de re antiquorum sententiæ, vt nonnullis ætas puerilis omnium calidissima visa sit: nonnullis prorsus frigida, nonnullis nondum frigida, sed quàm iuuentus minus calida. Quia eam frigidiorem esse censent, obijcient conuulsiones, & frigidos affectus, & cruditates, quibus pueri frequentissimè laborant: iuuenes contra ardentissimis febribus, fluxu sanguinis corripiuntur: alimēta tenuia in bilem transmutant. pueri somnolenti sunt, iuuenes vigilantissimi. habēt hi tenues, flauas, & contento tenui vrinas: illi corpulētas, pallidas & copiosiori contento. Contrà qui calidiores esse dicūt pueros ex principiis generationis quibus proximi sunt, argumentantur: atque proinde his plurimum esse calidum innatum. obijciunt etiam intolerantiam inediæ, qua omnes ætates superant, & accessionem corporis, quæ in ea ætate maximè fit. Longum somnum à multo cibo, atque eo humido, quo vtuntur, fieri dicunt. hinc etiam conuulsiones, & frigidos alios affectus, & cruditates fieri, non ex frigido temperamento. vrinas etiam tales excerni, causa, vt dicunt, edacitas est. tum quòd à cibo ludentes, prosilientesq; mouentur. Alii rursus, quanquam ortui poximos esse pueros admittant, calorem tamen humore submersum esse contendunt, & incrementrū molliciei materiæ tribuūt. quoniam quò humidius est corpus, eò faciliùs etiam à minori calore dilatatur. Inediæ impatientiam, ex alimenti indigentia ad nutriendum, & augendum corpus nasci dicunt. Sed si hi apertè frigidum esse puerile corpus velint defendere, omnino loquuntur improbabiliter. nam vt ab Hippocrate libello De victus ratione dictum est, Puer calidis & humidis temperatus est, quia ex his est constitutus, & in his incremētum accepit. humidissima igitur & calidissima sunt corpora proxima generationi. & augentur quamplurimum, & quæ his proxima sunt, eodem modo. Hæc Hippocrates. Sed nihil prohibet, cum maxima humiditate calorem quàm multum coniunctum esse. accretio non minus, vt etiam tetigit Hippocrates hanc ætatem calidam esse conuincit. nam quamuis humida dilatantur facile, tamen crementum à dilatatione multum differt, & quò maior fit accretio, eò fit copiosior nutritio: ergo qui ætatem hanc frigidam statuunt, omnino probabilia loquuntur. Sed qui de præstantia caloris pueritiæ & iuuentutis edisserunt, tam afferunt vtrinque probabilia, vt in eam sententiam Galenum coegerint, quæ scilicet omnium est probabilissima, neutrum illorum alterum superare, sed esse omnino pares calores. nam vtrorumque rationes sententiam hanc probant. & experimento confirmat Galenus, obseruato (vt ipse dicit) multum temporis eiusdem hominis calore. eiusdem, inquam, pueri prius, & iuuenis etiam deinde, postquàm adoleuerat. Sunt itaque calores intensione æquales: in modo caloris tantum differentes. puerilis enim, mitis, suauis, & halituosus est, vt qui in humido naturali recipiatur, & calidi innati sit: iuuenilis in eadem gradus intensione, mordax, & acer, ac insuauis: quoniam calidi adscititii est. cuius tantum est substitutum, quantum innati calidi perierat. Visum est quibusdā, illud, Æquales in radice, quod apud Galenum est, nō de æqualitate intēsionis intelligere: quippe quam absolute maiorem esse putant in iuuene, sed æquales dici, quia quantum calor

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuuenis calorem pueri vincit intensione: tantum ab eo multitudine calidi superatur. Sed si quis secundum De temperamentis legat librum non adeo longum, facile intelliget, hanc interpretationem à me te ipsius dissidere. nono etiam Methodi, pueritiam nulla ætate dicit esse frigidiorem. decepti sunt hi, vt arbitror Galeni verbis, quæ sexto De morbis popularibus constitutione tertia cõmentario decimo quinto scripsit. quæ ita habent: Vt in commentariis De temperamentis & Aphorismis à nobis disputatum est, non absolutè puer vigente calidior est: sed insito calore calidior. calidum autem non ingenitum, eo absolute calidius esse, monstratum est, quo ætate vigentes plus abũdant. Sexto epidemion, constitutione prima, commentario quinto, iuuenis quidem (inquit) absolute calidior, puer verò non absolute, sed eò quòd plus innati calidi possideat. tertio etiam de causis pulsum capite quarto De pulsu puerorum ita scripsit. Calor autem etsi non sit simpliciter maximus, propter incrementum animalis spiritus, par fit in illis distentionis vsus ei, qui consequitur plurimum calorem. quantum enim iuuenibus cedunt redundantibus aduentitio calore tãtum necessitate spiritus resarcitur. Ecce tria loca, in quibus Galenus videtur sentire, pueros iuuenibus cedere in calore. quæ tamen me nunquam coegerint, sententiam mutare, aut Galenum accusare contradictionis. habent enim commodam interpretationem. calidi scilicet ingeniti plus est in puero, sed adscititii, tantò est in vigente plus, quantò ingeniti est minus: sed par portio calidi adscititii, absolute calidior dicitur, non propter intẽsionem, quæ par est: sed propter caloris modum, qui, vt explicuimus, est diuersus. & eadem ratione, par calor, sed acrior. suapte natura plus instigat pulsatricem virtutem ad magnitudinem distẽtionis. quare quod deficit vsus propter caloris, alioqui multi, leuitatem, reparandi spiritus animalis indigẽtia suppletur. qui ætatem puerilem frigidam & humidam statuit, adolescentiam dicunt calidam & humidam, & iuuentutem calidam & siccam, & senectutem frigidam & siccam, nimis studiosi, quatuor etates quatuor elementorum temperamentis componendi. quod & in quatuor anni temporibus faciunt. ver calidũ & humidum dicentes, autumnum frigidum & siccum. Galenus verò primùm, neque illa elementorum temperamenta, quæ illis tribuit Aristoteles, admittit, vt in secundo & tertio capitibus docuimus: deinde neque istis legibus plus satis philosophicis adstrictus est. melius esse ratus, quoad fieri possit, temperatum aliquid generari, etiam si elementi alicuius temperamento non respondeat, quàm omnia intẽperata fieri, & elementorum temperamentis commode respondere. ergo inter ætates adolescentiam, inter anni tempora ver, & autumnum, temperata esse opinatur. atque hoc vnum interesse, quod ver temperatum est æqualiter, autumnus temperatus inæqualiter. qua temperie nulla intemperies est in salubrior, libello De salubri victus ratione, commentario septimo, ita scriptum est: Vt equidem dico ætas temperatissima, quæ media est inter pueros & adultos. Sexto De tuenda valetudine, optimam namq; (inquit) temperiem in adolescentia corpus obtinet. Sed etsi hæc Galenus tacuisset, doceret salubritas, quæ in hac ætate, & in vere est. adolescentes siquidem, neq; morbis laborant ex multis humiditatibus, vt pueri: neq; admodum biliosis, vt iuuenes: ver ab Hippocrate appellatur saluberrimũ. quod tamen si caliditate & humiditate redundaret, neque aliqua ętas, neque aliqua temporis constitutio esset ad prauas putrefactiones paratior, neque verò propterea, quòd adolescentes plurimo abundẽt sanguine, qui etiam in vere conspicitur largè profluere, in illorum sententiam veniendum est. Causam enim qua hoc adolescentibus accidit, disertissimè docuit Galenus tertio Prognostici trigesimo his verbis, Pueruli plurimum sanguinis habent humorem, eumq; tantummodo haberent, quãtum in ipsum agitur ætatis temperamentum. at quia cibi copiam ingerunt, atq; inordinatam, succi aliquid, qui crudus nomine dicitur, subit. Porrò quoties ad ætatem deueniunt adolescentium quidam iam recte viuunt, meliorem vitæ nacti tenorem, & ita sanguis in illis redundat solus, quidam verò adolescentes multò deterius, quàm [illegible]ui pueruli: itaq; tales ægrotant subinde pariter, ac vehemẽter, copiam crudæ materiæ colligentes. hæc Galenus. Ex quibus constat, sanguinis redũdantiam in adolescentia propter victus permutationem fieri. in vere non eo tantum redũdat multus sanguis, quòd multus generetur: sed quod humores, qui frigore veluti concreuerant, remittente frigore, funduntur. in quo sensu intelligendum est primo De natura humana, ver calidum & humidum (quod etiam refert Galenus octauo De placitis) ab Hippocrate appellari. Illud vnum mihi videtur argumentum non vulgarem habere solutionem: quod proinde proponam solum, & illo longiusculam iam quæstionem concludam. Iuuenis propterea dictus est parem cum puero calorem habere, quòd à pueritia vsque ad florentem ætatẽ, quantum ingeniti calidi perit, tantum adscititij reparatur: atque ita, quo plus est ingeniti in puero, eò minus adscititij. quod quidam ratione (vt diximus) absolutè calidius appellatur. ergo in adolescentia quoque, quippe quę ætas media est, idem est caloris gradus. nam quò minus adscititij erit comparatũ in adolescentia, quã in iuuentute, eò minus ingeniti perierit. Huic argumento ego ita respõderim, nõ perpetuo à pueritia vsque ad iuuentutem, quãtum corrumpitur ingeniti, tantum adscititij introduci. Sed in iuuentute tantum esse comparatum huius, quantum illius perierit. nam à principio pueritiæ vsque ad medium adolescentiæ plus calidi ingeniti absumitur, quã adscititij succrescit. à medio adolescẽtiæ vsq; ad finem iuuentutis contra, plus efflorescit adscititij, quàm ingeniti consumatur: quoniam adscititium

ſcititium ſiccitas præcipue facit efflorescere. corpus autem nondum est siccum, vsque dum medium adolescentiæ elapsum est. ergo hac ratione non fuerit captu difficile pueritiæ calorem intensissimum vsque ad medium adolescentiæ remitti, & ab hac ętate rursus intendi, & in iuuentute priorem iterum intensionem obtinere. Verùm de his satis, si cum de temperamento sexus tantillum dixero, ad particularum temperamenta transgrediar.

Caput nonum. De temperamento sexus.

QVanquam video in disputatione de sexus temperamẽto à quibusdam esse multum elaboratum, ab ijs, scilicet, quibus nihil antiquius est, quã omnia pro & contra (sic enim loquuntur) disputãdo docere: ego tamen hæc breuissimè percurram. ac fuisset vtilius multò, vt opinor, lectorem ad caput primum libri tertij De causis pulsuum, & ad libros De temperamentis Galeni remittere, quàm in leuissima quæstione morari, cùm præcipuè nihil habeã, quod ijs quę ab alijs scripta sint, addere possim: neque illa indigeãt multa expositione. Quantum in ipso est sexu mares fœminis calidiores sunt. nam fœmellæ est concipere, lactare, & educare fœtus: maris alimenta his suppeditare, & si petãtur insi diis, defendere. In genere rapacium auium fœmellas maribus potentiores, & fortiores esse, & ad quę rendum alimenta, & repellendas iniurias promptiores venatores omnes nullo dẽpto testantur. Leænam quoque leone esse ferociorem, & vrsam vrso, multi perhibent. Sed horum nõ improbabiles excogitatæ rationes à quibusdam sunt: rapaces nempe aues igneum habere calorem, & temperamẽtum generis calidum valde siccumq;, quòd fœminea frigiditate & humiditate attemperatum commodius reddatur ad operationes: contra masculino auctum igne ad immodicam distemperantiam labitur, & desiccatione ad frigidius, recidit, quod in aliis generibus, cùm consenescunt, videmus accidere. leæna verò, ac vrsa, vt quidam probe conijciunt, non tam sunt vehementiores, quã morosiores. nam, vt perhibent, quanquam vehementiorem faciant impetum, non eatenus pugnando perseuerant. at verò in humana specie, cuius naturæ notitia nobis suffecerit, non dubium est, quin vir fœmina temperamento sit calidior. nam habet omnium operationum, tam animalium, quã naturalium, & vitalium maius robur. mouetur enim firmius, sentit perfectius, nutritur fœlicius, nociua expellit promptius, pulsat latius, & vehementius: neq; verò quicquã prohibet ipsam citius peruenire ad incrementi statum, neque sanguine magis redundare, qui singulis mensibus per vterum euacuetur. nam vt citius ad statum peruenit: ita minus crescit. illud fit propter humiditatem temperamẽti: hoc propter exiguitatem caloris. proinde minores habent ætates, & breuiores periodos. quod verò in his sanguis redundet, non multitudo caloris generantis, sed paruitas caloris discutientis facit: sicuti quod frigoris sint patientiores faciunt obstructio, & multa pinguedo, prohibentes quò minus membris sentientibus & profundioribus frigidum occurrat. ita tamen hoc verum est, vt nihil prohibeat, fœminam aliquam aliquo viro fieri calidiorem. Sunt quædam viragines, quæ firmissimos habent omnes neruos, neque plus viris excrementosæ sunt. Sane biliosa mulier pituitoso viro calidior erit. eritque huic maior pulsus, & fortior, quàm viro. Sed biliosa bilioso, & pituitosa pituitoso, vt cætera quoq; paria sint, frigidior est. Neque huic sententiæ ratio ortus vtriusque sexus aduersatur, nam vir à fœmina non differt natura, sed sola membrorum genitalium formatione. differunt autem in illis hæ partes, si cõsulis Galenum libello De dissectiõe vuluæ, & quatuordecimo De vsu partium, quòd quæ in formatione masculi, acta calore extra pullularunt, in fœmellę formatione interius latitantia, remanserunt. Itaque causa generationis maris calor est, & fœminę frigus. Sed calor vt paulo infra, Deo concedente, docebimus, potest aut membra omnia ad proportionem tenere, aut in membrum aliquod incumbere. nam nihil prohibet virum esse genitalibus calidiorem, corde cerebro & hepate frigidiorem: contra fœminam. Sed contra videtur esse, quod neque his membris semper viri inueniuntur calidiores. multæ enim fœminæ laborant intemperie calida vteri, & viri præ testiculorum frigiditate possunt esse generandi impotes. Fateor. Aliquando fit, quantum conijcio, vt vir fiat non tam caloris vi, quàm copia materiæ illis partibus respondentis, & fœmina materiæ penuria. adde potuisse harum partium temperamenta, aut errato aliquo in victu, aut morbo antecedente permutari. Sed magna ex parte, ac fere semper membris genitalibus ex formatione mares sunt calidiores. proinde habent latiores vias, & in coitu morantur minus, quia plerunq; citius effundunt. Fœminę contra, propter viarum strictura, lentius emittunt: atque nonnunquam omnino non possunt mittere: quòd in illis vehementem facit, & difficilem irritationem. quod symptoma multis imponit, putantibus ex calore id fieri. Sed fit re vera, vt inquit Auicena in vigesima prima tertii magna ex parte, quia cùm viri citius emittant, destituuntur ipsę re incõfecta: vnde constat, Tyresiam immerito maiorem voluptatem fœminis adiudicasse, nisi forte de longiori, non de intensiori voluptate contentio erat, inter Iouem & Iunonem. Sed de his hactenus satis. Ad particularum temperamenta transgredior. quæ iam ipsa sermonis series videtur attigisse.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caput decimum. De singularum partium temperamentis.

OBliti videbimur nostri instituti, si singularum partium temperamẽta percurrimus, ac non potius ea solum, quæ in controuersia constituta sunt. non enim omnes medicinæ partes pertractare animus est: quarum singulas pertractauit Galenus, vt nihil supra videatur, aut doceri, aut excogitari posse: sed medicas quæstiones, quas scriptorum multitudo peperit, dirimere studemus. Ergo quòd cutis, atque ea præcipue quæ in vola manus est, medium in vtraque oppositione (calidi inquam & frigidi, humidi & sicci) inter humani corporis membra tenet, iampridem inter omnes autores conuenit: & de reliquorum etiam membrorum temperamentis conuenit non minus. Sed de pulmonis, & cordis temperie, quam in secunda oppositione habent, non adeo omnibus est vna sententia. De neruorum etiam motiuorum humiditate videtur nonnihil dubitatum esse. de quibus proinde dicendum à nobis est in præsenti capite. Galenus primo libro De temperamentis docet, membrum, quò mollius est, eò esse humidius: & quò durius, eò siccius in humano corpore. in hoc enim non potest, interim dum viuit, tantus esse calor, vt emolliat sicca liquando: neque tantum frigus. vt induret humida, congelãdo. deinde ad calcem libri, ita de singulis ediserens inquit: Humidissima, frigidissimaq; pituita est, calidissimus sanguis: non tamen perinde humidus vt pituita: pilus autem siccissimus & frigidissimus, minus eo & frigidum & siccum est os: hoc verò minus sicca est cartilago, statim post cartilaginem ligamentũ: post hunc tendo, deinceps membrana, & arteria, & vena, ipsa scilicet corpora vasorum. succedũt deinde nerui duri, molles autem nerui in humiditatis & siccitatis mediocritate naturam cutis obtinent. nã in altera oppositione, neruus mollis non est, in medio calidi & frigidi, sed tantũ deficit caloris ei quantum sanguinis. ita vero & reliqua omnia prius dicta, tantò sunt cute frigidiora, quantò magis exsanguia: etiam tunicæ ipsæ, maxime sanguineorum vasorum, arteriarum (dico) & venarum, exãgues sunt, & frigidæ naturæ. contactu autem sanguinis calefiunt, atque ad medium temperamenti statum veniunt. sanguis verò ipse à corde accipit calorem: quippe id viscus naturâ, omnium animantis particularum, tum maxime sanguineum, tum verò calidissimum est. Proximum illi iecur est. verum cor paulò quàm cutis minus est durum: iecur multo. itaque etiam humidius quàm cutis cor est, quanto scilicet est mollius. iam verò caro cute humidior etiam est, eadem quoque calidior. spinalis autem medulla hudior, quidem, sed & frigidior. & hac rursus humidius est cerebrum: adhuc autem ipso magis adeps, cui concretio contingit, propterea quod membranis adiacet, crasso namque oleo similis est, eoque congelatur, vbi cum frigidis & exanguibus particulis coniungitur. At neque circa iecur coire potest adeps, neque circa arterias, venasue, aut cor. Sed neque circa aliam vllam valde calidam particulam. Quoniam autem cogitur per valde frigidum, calfacta liquatur non aliter ac alia quæ congelata sunt: cerebrum autem calore non liquatur, eoque adipe minus est humidum. porrò minus humida quàm adeps pulmorum caro est, vt quæ neque ipsa calfacta liquescat. iam longe etiam adipe minus humida est tum lienis, tum renum caro. omnia tamen hæc cute sunt humidiora. Hæc Galenus. Qua dictione, neruos molles cuti omnino similes & cor humidum esse, ac pulmonem illo humidiorem multò, dicit. At verò idem Galenus libro secundo capite tertio de neruis ita disserit: Proxima cuti est mollium neruorum natura. durorum autem, qualis ipsa cutis, secũdum humiditatẽ & siccitatem. Hactenus Galenus. Qui, non intelligo, qua ratione in primo libro dixerit, neruorum molliũ humiditatem æqualem esse humiditati cutis, & in secundo duros in hac oppositione esse similes cuti, cùm duri mollibus multò sint siccio res. Hęc contradictio (quãtum suspicor) coniecit Auicenam in tãtam hæsitationem, quam alioqui ipse est sua natura hæsitabundus, Nerui (inquit) sensus, frigidiores quidem, sed non multum sunt, temperamento siccio res, & fortasse sunt ei propinqui: & neque eriã in frigiditate sunt ab eo valde remoti. Cæterùm, quanquam hæsitandi ansam illi præstiterit Galenus, tamen ita errandi, vt molles neruos in classe siccorum membrorum collocaret, non præstitit. nã temperatæ humiditatis, & assimilis cuti, primo libro dixit, neque hoc admodum constanter: sed siccio res esse cute, nullibi dixit. neque id ratio fert. cum multò molliores conspiciantur. Est qui dicat, locũ hunc secundi libri esse corruptum, neque legendum esse durorum, sed mollium, quo huius loci sententia eadem sit & prioris. hic nõ est dãnandus, nõ enim leui argumẽto permotus ita censet. Sed vt mihi legẽti Græcum codicẽ apparet, ipsa sermonis series huic cẽsuræ resistit. ita. n. habetur ἐγγυτάτω δ' ἐσὶ δέρματος, καὶ ἡ τῶν μαλακῶν νεύρων φύσις. ἁπλῶς δὲ τῶν σκληρῶν, ἴσον περ αὐτὸ τὸ δέρμα καθ' ὑγρότητα δηλονότι καὶ ξηρότητα. Hæc sunt Galeni verba: intellige vbi dicitur ἁπλῶς δὲ τῶν σκληρῶν dici, ἁπλῶς τῶν μαλακῶν, & fiet hic sermonis contextus ineptissimus: Proxima est cutis natura, naturæ mollium neruorum: molles autem similes sunt cuti in oppositione humiditatis & siccitatis. Quis non ridebit, in tam breui dictione inutilem repetitionem, & ineptam? Sed interiectum esse locum antecedentia & consequentia non patiũtur. quantum assequi possum, hæc est Galeni mens: Cutis sita est in medio mollium & durorum neruorum. molles sunt molliores cute: duri duriores. à seinuicem satis distant, sed à cute vtrique parum.

proinde

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

proinde quasi parum distantes, vtrosq; contulit cuti, illos in primo libro, hos in secundo. Illud oportet medicum intelligentia præditum subaudire: quanquam ita dictum sit sub vniuersali ratione: tamẽ non omnes sensui subseruientes, æq; molles esse: neque omnes motus neruos æquę duros. visus eñ quã auditus molliores sunt, & qui in ambulationi subseruiunt duriores iis, qui ad mouendũ brachia deferuntur. nimirum cerebrum durius est spinali medulla, & cerebri pars anterior posteriori, & quo medulla spinalis à cerebro longius producitur, eò quoque durior euadit. Orta attestantur suis principiis. quare quo ex superiori & anteriori principio neruus deducitur, eò mollior est: quo ex posteriori & inferiori, eò durior. proindẽ sensui deseruiẽtes deduxit natura ex cerebro, motui verò ex spinali medulla. iis etiam quę de cordis humiditate dicta sunt, contradixit Auicena, ita dicens inter recensendum quę in siccorum classe collocari oportebat: Post os in siccitate est cartilago, postea ligamentum, post corda, post panniculus, post arteriæ, post nerui motus, post cor, post nerui sensus post cutis. Hac in parte citra controuersiam damnandus Auicena est, qui à Galeni sententia, & experimento, quod ex mollicie desumitur sine ratione recessit. quoniam (vt arbitror) non capit, qua ratione cum tanto calore natiua humiditas coniuncta sit. Caliditas siquidem, inquit, maior quàm dabet, reddit corpus siccius, quàm oportet. Sed hanc à suis assecls vsurpatissimam propositionem paulò superius falsam esse monstrauimus. Tertium illud de pulmonis temperie non adeo facile est: quippe quod nõ sine adhibita ratione protulit, vt alia pleraque. Scire (inquit) tamen debes, ꝙ pulmo in sui substantia & natura, nõ est humidus vehementi humiditate. omnis enim complexio membri naturalis similis est eius, quo nutritur: & secundum suam accidentalem complexionem, assimilatur ei, quod ab ipso superfluit, pulmo autem nutritur calidissimo sanguine, & multę admixto choleræ, & hoc quidem ipsemet Galenus nos docet, in ipso verò multa humiditatis superfluitas colligitur, propter illud quod ad ipsum ascendit de vapore corporis, & propter illud quod ad ipsum descendit de catharris. postquàm igitur sic est res, hepar multò magis humidum pulmone humiditate naturali, & pulmo magis est madefactus, licet humiditatis mora ipsum in sui etiam substantia molliorem fecerit. Hactenus Auicena facundius quam pro suo more de pulmonis humiditate disputauit, censens, pulmonem non esse membrum humidum, sed madidum: atque propterea à Galeno appellatum esse humidum, quòd aduentitia humiditate sit prędituin, non naturali. Sed reuera hic sensus non quadrat cum Galeni dictis. nam in superius scripto capite, carnem pulmonum confert in humiditate cum cerebro, constituens vtrumque inter adipẽ, & lienem, renesq;: hac ratione monstrans, humidiorem adipe, ꝙ calfacta minime liquatur. Sed constat per liquationem, aut illius priuationem, natiuam humiditatem explorari, non aduentitiam. præterea quarto De causis pulsuum capite duodecimo, de pulsu peripneumonicorum, ita inquit de pulmone differens: Nam quia laxum est & molle, & vndique vacuum, à pituitosiore atq; crassiori sanguine inflammatur, cum subtilis biliosusq; fluat fere, neque cum viscere vlla ratione cohærescere possit. ex his verbis nemo non intelligit, membrum hoc humidum censeri à Galeno, non siccum & biliosum. quippe cum quo bilem nulla ratione cohærescere posse dicat. quid, quod, vt ipse autor argumentatur, nutritur sanguine calidissimo multæ admixto cholere? & quæ nutriũtur similia sunt iis, à quibus nutriuntur? Primo bilis liquor est, ac proinde in sua substantia actu humorem habet (sicca enim potentia tantum est) nutrientia verò sua substantia nutriunt. quare potius oportuit nutritum nutrimenti substantiam imitari, in qualitatibus actu existentibus q̃ in iis, quas habet potentiâ: his enim agunt medicamenta: alimẽta potius substantiâ. adde falsum esse, pulmonem nutriri bile: nam etiam si siccus non conuinceretur esse, esset tamen calidissimus, atque facillimus inflammatu, quod non expediebat membro cordi propinquo, & in perpetuo motu semper futuro. Multum interest dicere, nutritur sanguine biliosо, aut sanguine subtili: potest enim sanguis fieri subtilis, Aut permixtus bili humori scilicet tenuissimo, aut expurgatus multum à fœcibus, quæ illum reddunt crassum. Sanguis ergo, quo commodum pulmoni nutrimentum fiat, non permiscetur cum bile, sed qui ab hepate per venam cauam deportabatur subcrassior, in dextro ventriculo cordis defæcatur, & attenuatur, remittiturq; ad pulmonem, qui multo spiritu permixtus, fit quasi spuma (talem enim spuma habet ortũ ex spiritu humore concluso) atque ita simili sibi alimento nutritur pulmo, qui spongiis similis est, & quasi ex concreta spuma habet substantiam, laxam, mollem, & in sub rubro colore ad album aliquatenus declinantem. Neq; quicquam aliud significauit Galenus quarto De vsu particularum: Pulmo ex elaborato ad vnguem, flauo, subtili, spirituoso, ac puro sanguine sumit alimentum. Non enim flauus ex permixtione flauæ bilis fit, vt ille fortassis putauit, sed ex spiritus permixtione ad bullarum album splendorem trahente ruborẽ sanguinis: atq; ita talis euadit spuma ex sanguine. id quod clarius intelligitur aliis verbis in eodem capite paulò superius scriptis, quibus ita inquit: Quo fit, vt & caro splenis, quamuis laxa, sit, à pulmonis tamen carne magno internallo relinquatur: laxissima enim ea est, atq; leuissima, & paulò minus alba, quasi ex spuma quadam, coagulata, nutritur enim ex sanguine exacte puro, flauo, subtili, & spirituoso. Vbi illud quoque subaudiendum est, flauum colorem illic, ξανθὸν Græce, non dici exacte talem, sed vt pallidum etiam & sub pallidum comprehendat. alioqui, flauus nõ sit paulo minus albus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bus,à quo longe distat.id quod etiam monstrat non ex bile fieri, sed vt explicuimus. Auicena, quantū intelligo ductus est in hanc opinionem,quia vt dicemus,cùm loquemur de humoribus, bilem spumā sanguinis esse putat,ita em̄ finit,seductus fortasse illis verbis Galeni quarto De vsu particularū cap.tertio,loquētis de modo quo bilis generatur.fluitās verò quod tenue est,ac leue, & veluti spuma quædā in sanguinis superficie vehitur.Sed Galenus illic non confert bilem cum spuma in substantia,sed leuitate,tenuitate & supernatatione.Sed lubet inquirere ab Auicena, quo huius quæstionis iam tandem finis sit,cur pulmonem siccum esse censuit,quòd nutriretur bile,& non lienem, quòd melancholia:pterea apertum est,si ex madefactione pulmo mollis esset,consumpto humore irrigante,aut adignem, aut expressione,aut alia ratione,tandem durum ipsum euasurum.at vero non euadit, vsque dum cōbustus carbo fit,carne etiam ipsa depasta.est ergo pulmo non solum ex accidenti,sed natura sua humidus:& hepate humidior:vt & mollior,atque huius quæstionis hic esto finis.

Caput vndecimum. De temperatissimo corpore,& an habeat omnes operationes perfectissimas,& omnibus causis resistat maxime,sitq; maxime longæuum.

TEmperatum corpus inæqualiter participat temperiem secundum partium diuersitatem necessario.quemadmodum paulò superius monstratum est.non enim fieri potest, vt non sit cor cute calidius,& cerebrum frigidius humidiusq;,& ossa cum frigiditate sicciora.Cæterum possunt hæc tēperamenta his membris secundum naturalem portionem inesse, & vt ex hac inæqualitate, facta calidorum cum frigidis,& humidorum cum siccis collatione,æqualitas resultet. Et hoc quidem est optimum temperamentum,& æquale,& quod maxime expeti debet. Est & aliud æqualis temperamenti genus,quod non adeo probo,sed æquale tamen est.dici potest inæqualiter æquale. fit cum præcipua membra intemperata sunt,tam diuersa intemperie, vt nullum illorum toti corpori possit denominationem tribuere.vt si fingas hominem corde frigido,& hepate tanto interuallo ad calidum,quāto cor ad frigidum inclinātē,liene calido,si placet,& pari interuallo frigido ventriculo, cerebro temperato, & reliquis partibus.temperatum ita corpus efficias,sed non valde salubre. Illud verò quod æqualiter secundum proportionem est temperatum,quod primo loco descriptum est,saluberrimum est. & ad resistendum paratissimum:adeo,vt multi medici conentur defendere, corpus hoc singulas operationes perfectius reliquis omnibus obire,& singulis alterātium causarum generibus plus posse resistere. quoniam scilicet Galenus libello Artis medicinalis,corpus quod ab ipso naturæ ortu bonā habet tēperationem in simplicibus, & coagmentationem in compositis,salubre vt semper, & saluberrimum appellauit.quare(dicunt)si saluberrimum est,omnibus resistit maxime. In eodem libello capite octauo ex operationum perfectione docet temperiem optimam dijudicare,&in salubria à saluberrimis distinguere.eo quod magis, minúsue in operationibus existit:ac quia causis,quæ ægrotationem pariūt, non æque resistunt.itaque hi iuxta Galeni sententiam (vt sibi videtur) contendunt temperatum corpus omnes operationes perfectiores edere intemperatis. quibus si obiicias, aquilam,aut lyncem acutius cernentes homine: canem perfectius odorantem (quod tamen contra fieri oportebat, cum omnium animalium temperatissimum homo sit) multum interesse dicunt, plus quis videat, aut perfectiùs. itaque aquilam plus homine videre, & canem plus odorari, non tamen perfectius. quid tamen illud perfectius sit, non omnes eodem modo declarant. quiddam dicunt, aquilam procul ad claram lucem melius cernere, sed non tam facile ad omnia se conuertere, aut omni differentiæ distantiæ,& illuminationis,sese accommodare.alii perfectionem hanc in quadam ipsarum potentiarum concinnitate constituunt,dicentes,in temperato homine,ita sibi potentias respondere,vt perfectius cohæreant,& inferiores melius superioribus respondeant. ita de operationibus edisserunt. De resistentia non minor concertatio est. nam cum temperatum corpus minus distet à frigido, quàm calidum, & à calido quàm frigidum: non est quod ad calidum non mutetur facilius, quàm frigidum, & ad frigidum,quàm calidum. Sed huic argumento ita illi respondent, repugnantiam non tam fieri qualitatibus,quàm virtute,& virtutem in temperamento æquali esse fortissimam: quæ omni insalubrium causarum generi resistit valentissime. Veruntamen ego miror,quid hos homines coēgerit, discruciari,has dillutiones,subtiles illas quidem,sed inutiles tamen excogitando pro tuēda opinione Galeni,vt profitentur,cùm Galenus ipse illorum assertionibus contrarius sit. non enim requirit à temperatissimo homine,neque à temperarissimo equo,aut leone,aut cane, vt singulas operationes perfectissimas habeat:sed eam tantum,quæ speciei est maxime accommodata. ita enim inquit primo libro De temperamentis capite vltimo: At medii quidem in vniuersa substantia temperamenti communes notæ,dictæ iam sunt,quæ verò in animalium speciebus,actionis perfectione,quæ cuiq; sit conueniēs indi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iudicantur.conuenit autem homini,vt sit sapientissimus:cani,vt sit mitissimus,pariter & fortissimus:, leoni,vt tantum fortissimus:sicuti oui,vt sit tantum mitissima.Igitur à temperatissimo homine requi, rit Galenus,vt sit prudentissimus,non etiam,vt velocissimus &fortissimus.De resistendi vi in libello De optima corporis constitutione,cum ita scripsisset. Quod enim eiusmodi corpus rectè ad vnam-, quanq; se habeat actionem,difficiliusq; quàm cætera corpora morbis corripiatur,id facile à quouis de, prehendi potest.tamen paulò infrà addidit in huius sententiæ explicationem (quam melius est ab eo, dem autore desumere,quàm ab alio quopiam exigere: vt Galenus ipse quodam loco dixit) excedentium vtrunque aliqua in re plus potest.nam à causis externis densius,laxius verò ab internis,minus lę-, ditur(paucis interpositis)Similiter quod siccius est moderato, ab humectantibus minus læditur & sic-, cantibus quod humidius:quapropter sicuti à nobis paulò superius explicatum est, quod medium di-, citur,haud sane videtur,plus omnino,quàm cætera corpora morborum offensis aduersari: sed singu-, lis quidem corporibus aliqua in re inferius esse,ante omnia tamen potissimum deligendum.Idem Galenus octauo Methodi capite octauo docet,inter octo tẽperamenta inæqualia,quatuor incidere prõptius in febrem,quam æquale,& quatuor multò minùs.Nam quod frigidum est cum humiditate,aut cum siccitate,vel quod tantum humidum,aut tantum frigidum,non tam promptè febre corripitur,q̃ æquale.Ergo ad singula habet deterius,quã aliqua intemperata corpora. Hippocrates libello De aẽre locis,& aquis,describens gentem,quæ est inter Asiam & Europam,ita inquit.Certum est hanc regio-, nem proximè accedere ad naturam,ac mediocritatem temporum:verum virilitatem, laboris tolerantiam,atque audaciam nõ verisimile est huic naturæ innasci, vides vt Hippocrates deneget virilitatem, & laborum tolerantiam & audaciam temperatę naturæ,hominum in regione temperata genitorum. Non igitur omnes operationes iis perfectissimę innascuntur:neque omnibus causis maxime resistũt, sed ea tandem vera Hippocratis & Galeni sententia est. temperatum omnibus causis resistendo omnes homines superare,in resistendo singulis,non omnes.nam illud quod dicebatur de virtute in his fortissima,hominum est ignorantium virtutem,de cuius substantia constat, nihil, etiam si à qualitatibus sit diuersa,qualitatibus vti,vt instrumentis ad agendum, & resistendum.quare virtus, quæ multo frigore operatur,minus à calore deiicietur.Illud quod de magnitudine operationum,aut perfectione dicunt,intelligo multo minus.nam quis ignorat,canem odorari perfectius homine?& vt ab Aristotele dictum est,in sensibus omnibus,dempto tactu,hominem ab aliis animalibus superari.cùm tamen tẽperamenti perfectione omnia ab homine superentur. Quis dicat,temperatissimum hominem continuò oportere esse firmissimum luctatorem?atque hac in re non à Milone, neque ab Hercule,neque à Sansone superari?Sensus quantum ego ex philosophis accepi,eo est perfectior, quo plures cognoscit differentias rei sensui subiectæ.at verò canis omnino nobis incognitas differentias odorum sentit.homo nunquam sine dolore,aut voluptate olfacit:quoniam non nisi extremas differentias potest percipere,propter potentiæ odorandi imperfectionem,vt secundo De anima Aristoteles docet. At fortasse inter hominem & reliqua animalia id continget:non tamen ita inter ipsos homines? Nũquid canis proinde melius odorat,quòd canis est? aut quòd tale in odorandi instrumento habet temperamentũ? ego quidem propter temperamentum arbitror.quid ergo prohibet,si homini,calido ac sicco cerebro tale est in odoratus instrumento temperamentum,talem quoque esse operationem,qua temperatum hominem superet?certe non omnibus operationibus æqualis temperies est accõmoda,sed sua est singulis vtilis. Neque illud, quod dicunt de proportione potentiarum,verum est, vt illi explicant: scilicet,quia inferiores melius superioribus ministrant.nam in eo homine intemperato, quem modo describebamus,acuto odoratu:quo pacto non subministrabit melius odoratus phantasiæ?an non suppeditabit ei plurium differẽtiarum notitias? Vnicus supereſt modus, quo verum est quod de proportione potentiarum dicunt.quòd,scilicet,cum temperatissimus homo omnes vincat prudentia, quibus cum habet æqualem rerum,& artium peritiam,& mentis exercitationẽ(nam si hæc æqualia nõ sunt, potest homo temperatus homine intemperato etiam imprudentior esse)sed in reliquarum operationum singulis,cum ab aliorum aliquibus vincatur,tamen nullam habet insigniter imbecillam. nã omnes sibi concinne respondent. Atque hæc de hac controuersia sufficiant, si de vitæ longitudine tantillum addentes,caput hoc vndecimũ concluserimus. Omnes fere in ea sunt sententia. corpus,de quo locuti sumus,vt optime est temperatum, ita maxime longæuum esse,neque immeritò ita cẽsent. nam (vt omittam multa argumenta,quibus pleriq; iuniorum vtuntur,quæ non adeo mihi arridẽt, quàm ipsa assertio)quo temperamentum aliquod longius abest, & minus periculi subit à causis inducẽtibus interitum,eò diutius videtur victurum: sed interitus necessitatem inde argumentatur Aristoteles libello De longitudine & breuitate vitæ, quod corpus contrariis cõstet, & quod perpetuo colligat excrementa.Sed contraria,quo magis sunt permixta,eo lentius in seinuicẽ agũt. Ab excremẽtis hoc corpus est expurgatissimum ex ratione.nam cui talis temperies contigit, natura est prudẽs,quiq; nõ plusquàm oportet ingeret alimenti,& si talis non esset,hæc natura omnino tantum appetit,quantum potest coquere:ergo necessario huius vita in longius tempus producetur. At verò sic potest ex aduerso

colligere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

colligere,cui opinio displicet.naturalis mors per refrigerationẽ & desiccationem fit: igitur quod corpus tardius desiccatum refrigerabitur ,illud tardius consenescet, & diutius viuet.huiusmodi autem videtur futurum quod humidum est & calidum.vtraque harum rationũ stat pro philosophis, quoũ magna pars censet temperamentum calidum & humidum optimum esse omnium,& temperatum,vt in hac specie.atque ita illi difficultatem euadunt,quod vtrinque illatum est concedentes.nos verò qui non sic,sed vt superius diximus,temperatum ab omni excessu abesse putamus,aliter respondemus, in omni morte corpus refrigerari,caloris natiui extinctione,& desiccari etiam quia humidum natiuum à calido non contentum exhalat.verum extinguendi caloris multæ sunt occasiones, aliquando desiccato corpore ętate marcescit,aliquando frigidis recrementis corrumpitur,aliquando multitudine suffocatur.atque qua ratione possunt horum singula,cùm repente ingruunt morbum facere, & cùm vehementer,mortem:eadem ratione,cùm aut perpetuò aut assiduè afficiunt,possunt remisso calore maturare senectam.quare nonnulli ex sese citius intereunt,quàm temperatus. hi sunt frigidus tãtum,aut siccus tantum,aut frigidus & siccus,& calidus tantum,& adhuc amplius calidus & siccus.hi enim omnes frigiditati & siccitati sunt propinquiores.nam calidus tantum,cum plus habeat caloris , qui absumat,& humoris non habeat,plus,citius desiccabitur.reliqui tres,humidus tantum, frigidus & humidus,calidus & humidus ex accidenti citius moriuntur.nam,vt inquit Aristoteles, recrementia materia,quam monstrauimus in his plus abundare,aut sæuientis morbi vi,aut naturâ labefactare solet.Sed proinde dictum est huiusmodi homines,quos vltimo loco retuli , ex accidenti venire citius ad interitum,quoniam vt argumentum quod ex aduerso propositũ est monstrabat , ratione suorũ temperamentorum diutius oportebat eos viuere,nisi perpetuo alterantia,quibus resistunt minus,& excremẽta quibus abendant plus,senectam maturarent.in hanc sententiam dictum est à Galeno sexto De tuẽda valetudine, Quod ad ipsius temperamenti rationem attinet,qui maxime sunt humidi, ij maxime sunt longæui.Sed de his satis.ad medicamentorum temperamenta iam conuertor.

Caput duodecimum.De qualitatibus quibus operãtur medicamenta.

MEdicamenta calida,aut frigida,humida,aut sicca dicuntur,non minus quàm ea omnia,quorum hactenus meminimus:veruntamen non eadem ratione.non enim propterea quod calida tãgentibus sentiantur,aut frigida,talia dicuntur : sed quia humano corpori admota calorem generãt, aut frigus.elementa igitur,& alia de quibus hucusq; diximus,à Galeno actu talia vocantur:medicamẽta potentia.opium enim,& piper,si digitis tangas,forte diuersa temperamenta non percipias:sed si vtrunque vores,neutrius te potentia latebit amplius. Veruntamen , quanquam Galenus plurimùm in explicanda hac re elaborauit:tamen in hũc vsque diem medicos fugit,quo pacto, cum piper calidũ nõ sit calfacit eatenus.quoniam quæ Galenus ipse intellectu & diligentia profecerat, aliorum deprauata ingenia corruperunt. Omnes philosophi dicunt,qualitates quasdam actu esse, alias virtute illas sensu percipi,& remissionem recipere ac intensionem.has contrà,neque sensu percipi per se, neque intensionem recipere,aut remissionem , & esse priorum effectrices.Harum est duplex natura. quasdam cũ dicunt,in propria materia qualitates actu existentes(actuales vulgò vocantur)generare,vt qualitatem illam aquæ,qua,cùm calida est,ad pristinam naturam redit:quasdam in aliis corporibus,vt piper quanquam actu calidum non sit,caliditatem tamen habet virtualem (ita illi appellant) caloris effectricem. Medici hucusque fere omnes,ab occulta quadam proprietate fieri dicunt,vt hoc medicamentum calorem generet,illud frigus.Ego multo magis horum hominum sententiam auersor,vt qui prorsus nihil doceant,quàm philosophorum quanquam inutiles omnino, & quæ nusquam sunt, qualitates inducunt.eorum qui nihil docent(tertio De præsagatione ex pulsibus dicẽte Galeno) duplex est institutum:quidam ad proprietatem,quæ exprimi nequeat confugiunt, alii proferunt quidem nomina , tamen nec quæ significant obseruant,nec quam illis significationem attribuant,interpretantur. Conueniat mihi cum vtrisq; primùm, illud quod Galenus docet satis diffuse tertio libro De temperamentis,quodq; medici omnes profitentur,& (quò minùs negent)ipsa docet experientia:medicamenta nõ operari alterando , nisi aliquid ipsa fuerint perpessa prius. nam piper non calfacit quodcunq; corpus, cui admotum sit:nam neq; ligna,neque lapides contactu calfacit:præterea neque hominem, admotũ solummodo,sed contritum,& affrictum,ad calorem permutat.ergo aliquam recipit,priusquam possit calfacere,affectionem.ea vero non est contritio,neque sola penetratio.nam si conteratur,& altius immittatur in corpus,quod alioqui calidum non sit,vt ligna,aut lapides,non calfacit,sed si corpus cui cõtritum confricatione admouetur,calidum est,quodcunque illud corpus sit,calidius redditur.Ergo euidenti argumento est,eam affectionem,quam ipsum prius patitur,quàm agere possit,calorem esse. quã enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

enim aliam accipiat à corpore calido? quam ab eodem corpore, frigido tamen, non posſit accipere? Igi
tur piper (quemadmodum multò antè Galenus demonſtrauit) prius à noſtro calore calidum fit actu,
deinde nos recalfacit. neque aliud quicquam eſt potentia calidum eſſe, quàm tale eſſe natura, vt facile
calidum actu fiat. Habet hoc medicamentum ex ſua ſubſtantia, & ex modo mixtionis elementorum.
nam qua alia cauſa palleæ & ariſtæ facile comburũtur? & ignis potentia ſunt? Neque ſolum hinc naſci
tur temperamenti, quod in medicamento eſt, ſpecies, ſed & gradus. eſt enim piper calidum, quoniam
calidum facile. fit à noſtro calore recipiens commutationis principium. opium frigidum, quoniam fa-
cile refrigeratur, abſinthiũ primo ordine eſt calidum, qm̃ facile ad tan tũ caloris grādũ cõuertitur, & ad
maiorẽ nõ facile fœniculũ tertiò, qm̃ facile ad hãc vſq; intẽſionẽ incaleſcit. Si igitur hæc ita ſe habẽt (vt
profectò habẽt) cõſtat piper calore quẽ actu habet nos calfacere, & opium refrigerare, quia frigidũ eſt.
Sed huius cõmutatiõis de potẽtia ad actũ principiũ à noſtro calore recipere. eſtq; illud cõſtanter verũ,
caloré à calore, frigus à frigore generari, neq; aliquã aliã qualitatẽ, in his elemẽtaribus corporibus, ca-
loris aut frigoris eſſe. p ſe efficientẽ. quare nõ amplius arbitror dicẽt, piper virtute habere caloré, quan-
doquidem eo, quẽ actu habet, operari, monſtratũ eſt. Quid ergo? an nihil eſt in pipere quo calidũ me-
dicamentum ſit? eſt ſane, mutabilitas illa ad calorem: quod quid aliud quæſo eſt, quàm facile calorem
poſſe pati? nihil quod intelligam. ergo eſt naturalis potentia ad patiendum calorem: quod etſi euiden
ter monſtretur, tamen à nullo hactenus explicatum eſt. Igitur medicamenta non calfaciunt aut refri-
gerant proprietate, ſed calore aut frigore. neque calida ſunt, aut frigida, aliquibus virtutibus actiuis,
ſed calida naturalibus impotentiis ad reſiſtendum calori: frigida potentiis ad retinẽdum frigus. Duo
hac in quæſtione ſunt contrariis aſſertionibus fortia argumenta. primò, ſi corpus noſtrum medicamẽ-
ta calfaceret, non poſſet præſtare calorem maiorem, eo, quem habet: alioqui vltra gradum ſuæ perfe-
ctionis ageret: minori, aut æquali non recalfaceret: nam quod calidius nõ eſt, non poſsit calfacere. Er-
go aut non calefit medicamentum à noſtra ſubſtantia, aut illam non poteſt recalfacere. Secundo, etiã
ſi illud in calidis medicamentis admitteretur: tamen frigida non poſsint ita ad actum deduci: calor em̃
quo pacto refrigerabit? Ad primum ita reſpondet Galenus: Nihil autem miri eſt, ſi aliqua exiguum cõ
ſecuta auxilium, maximam à priori natura mutationem habent. cernuntur enim huiuſmodi multa in
iis, quæ extra nos ſunt. Cõfirmat id exemplis dicens in Myſia aliquãdo domum in qua columbinum
ſtercus erat, reſina nuper illita, ſolaribus radiis conflagraſſe nullo admoto igne: quoniam, ſcilicet, ſolis
lumen, quantum naturâ potuit, caloris genuit: ligna tamen ac tota domus ex materiæ diſpoſitione ad
maiorem caliditatem delapſa ſunt. Ita medicamentum ſupra calfacientis naturam incaleſcit propter
eam diſpoſitionem, quam nos in modo mixtionis collocamus, occultã proprietatem, vbi vbi fieri po
teſt, auerſantes. Et medicamentum quidem per ſe incaleſcit quia à calore. ſed ad tantam caliditatẽ ve-
nit ex accidenti: quia ex materiæ diſpoſitione. vnde prior gradus, vſque ad æqualitatem cum noſtro
calore per ſe generatur: vlterior non item. Verùm hactenus omnia de calidis diximus. De frigidis ali-
quid oportet addi. Medicamenta omnia frigida, quæ potentia talia dicuntur, actu frigida inueniũtur
ſemper: ſed non perinde vt potentia ſunt: ſed modice frigida. quin potius non frigida ſolum, ſed & ca
lida, aliquantiſper frigida apparent tangẽtibus: niſi quid ab ambiẽte, aut alia ſimili cauſa perpeſſa ſint.
Hoc ita vt fit, mente concipito. Deinde intellige, quæ ita ſunt natura ſua comparata, vt diximus, ad fa
cile concipiendum multum calorem, aut frigus, contrariam qualitatem inducentibus multũ reſiſtere.
piper, ſcilicet, ęgerrimè refrigeratur, & difficillime opium calefit. Tunc ita cogita. Frigida medicamen
ta non refrigerare corpus, quoniam ab illo refrigerentur prius: Sed, quia inſuperata manent, & nõ in-
caleſcunt. quod acutè dixit Auerroẽs quinto Collectaneorum capite tertio: Et ſic dicitur medicina fri
gida: non quia refrigerat, niſi quia conuertitur in locis digeſtionis ad diminutum calorem, magis quã
calor corporis ſit: ita quod chylus, qui ex ea generatur, eſt diminutus à calore corporis: & non dicitur
veraciter vt refrigeret, quia calor non habet viam generandi frigiditatem. Cõſtat barbara hac dictio-
ne ſignificari, frigida non refrigerare, quòd à noſtro calore refrigerentur: ſed quòd non mutentur
ad calorem. quod idem Galenus docuit tertio De temperamẽtis his verbis, Quæ verò refrigerant, ve
luti papaueris ſuccus, hæc à noſtro corpore ne vel paululum quidem demutãtur. Paulo infrà: Si nãq;
in nutrientium ſunt genere, ſiquidem vincantur, calfaciunt: ſi non vincantur, refrigerant. quare mo-
roſe admodum, vt ſolet, Galenum reprehendit Auerroẽs dicens, Ita quod Galenus dicit, ſicut fugiti-
uus, quod non fit, niſi per diuiſiones medicinarum in paruas partes. Itaque cicuta in ventriculum vo-
cata comminuitur à calore. ſed non incaleſcit, quia à calore fere eſt inſuperabilis. atque ita inſuperatã
à calore, ad cor defertur, & ſolo eo gradu frigoris, quem habet, vitalem calorem incipit extinguere: &
in ea actione procedit, vſque dum calorem omnino extinguendo hominem interimit. neque id mi-
rum eſt à paruo frigore fieri, cor enim plus cæteris à frigidorum occurſu offenditur, vt quod omnium
membrorum oporteat eſſe calidiſsimum. Quemadmodum de hoc medicamẽto dictum eſt, ita de re-
liquis frigidis oportet intelligere. Sed hactenus de his quæ deuorantur videmur locuti. An eadem ra-
tio eſt de his, quæ apponuntur? Omnino eadem. Nam ſi [illegible] frigidã occurſant, talia perſeuerãt: nihil mi

rum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum eſt,corpus refrigerare. Quid,quod & ſi calida imponantur refrigerant tamen?& ſtigida venena, quo calidiora ſumũtur,eò citius enecãt? An poſſumus hic quoq; proprietatẽ effugere? Primo venena frigida,quò calidiora ſumuntur,eò citius enecare,non omnino admittimus. nam tam calida,aut cum tam multo,& tam antiquo vino poſſunt bibi,vt ſuperata nutriãt,non ſolum non enecent. Sed modice calida,aut tepida,citius interimere, quàm frigida, id facit velocitas diſtributionis: cùm ille calor non ſufficiat quo integrè in ventriculo ſuperetur:aut cordi ſine magna noxa occurſet:ſufficiat tamen diſtributionem celeriorem facere. Secundo notandum eſt,medicamentum quod ægre calidum fit, facile ſuapte natura, dimiſſum à cõtrario,ad frigidum relabi. eſt verò opus ad conſeruandum qualitatẽ, quæ præter naturam in ſubſtantiam aliquam inducitur eadem agentis contrarij potentia,qua ad inducendum vel paulò minori. nam,vt remittitur contrarii potentia: ita huius qualitas remittitur. Sane ſi ad magnum ignem aqua vſque ad feruorem incaleſcat:atque aliquis de igne ſenſim incipiat detrahere tantum ad portionem videat feruoris remitti. ergo gradum quencunq; caloris, ſolus ille calor poteſt conſeruare,qui potuit inducere,aut omnino paulò minor. Non igitur mirum eſt, ſi medicamẽtum calidum certo gradu admouetur corpori,quod neque talem caloris gradum, neque paulò inferioré poterat generare, per ſe ad frigiditatem reduci, & ita deinde corpus refrigerare. quod tamen proinde aliquando minus nocet:quia primo occurſũ non refrigerat. Id quod faceret nihilominus,ſi non frigore refrigeraret,ſed proprietate. nam quo pacto actu exiſtens calor proprietatem impediat,nõ poſſunt dicere. ſed habuerint hæc vt diximus. refrigerent hæc medicamenta, quia non caleſiunt à noſtro calore: gradus in refrigerando quo pacto poſsint habere? nam frigore quod actu habent refrigerant. frigus verò id quod actu eſt,æquale eſt violis & papaueri: non eſſet igitur quod inæqualiter refrigerarẽt,niſi id proprietas efficeret. Vt nõ omnia ſunt adæqualem frigoris gradũ facile mutabilia(hæc enim de calidis quoque dictum eſt)ita non æque reſiſtunt calefactioni: & vt reſiſtunt,ita plus, aut minus vincuntur,& vt medicamentum magis manet inuictum,ita plus refrigerat. Itaque conſtat, vt hac quoque ratione,gradus frigidorum ſint. Vnde illud quoque colligentes concedimus,fieri poſſe, vt à calore noſtro medicamentum incaleſcat,& tamen deinde corpus refrigeret: ſi,ſcilicet,minus calidum manet noſtro corpore. non enim ſolum frigidum remittit calorem: ſed & quod minus calidum eſt. quod enim medicamentum ad æqualitatem corporis incaleſcit,temperatum eſt:quod ad maiorem gradum, calidum. ergo quod ad minorem,in numero frigidorum eſt. Hucuſque de calidis & frigidis. Sed de humidis & ſiccis nihil diximus:quæ tamen & ipſa non habent adeo cognitu facilem operãdi rationem. Sed de his ita dicendum eſt. Humida omnia,aut ſicca:aut alimenta ſunt,aut medicamenta. alimẽta ex modo ſuæ ſubſtantiæ habent,vt ſiccior ex ipſis proueniat ſubſtantia,aut humidior(quanquam & hoc ipſum cum ſecundum exceſſum conuenit,medicamentorum eſt:& hæc alimenta ſunt pariter & medicamenta)reliqua, quæ non nutriendo,ſed alterando humectant,aut deſiccant: humida ſunt actu, aut ſicca,ſi per ſe id efficiant:nonnulla enim deſiccant ex accidenti calfaciendo ſine humectatione, aut aſtringendo humorem depaſcentia, ſicut & alia poſſunt ex conttariis cauſis,ex accidenti humectare. reliqua omnia actu tali qualitate faciunt. Quid quod muria,bilis,& multi alii liquores deſiccant,& tamẽ actu humidi ſunt? nam & humores? Reſpondendum cenſeo,hos quoque non humidis partibus facere,ſed ſiccis: quales aliquæ cum humidis permixtæ ſunt. id docet aqua marina artificio facta, quæ ſicca fit ſalis permixtione: non aliter lixiuium quoque,cinerum permixtione ſiccans redditur. Atq; ita patet,vt tota natura medicamentorum conſtet ſine commentitiis qualitatibus, & ſine occultis proprietatibus. quibus indocti,& in philoſophia minus exercitati,ad effugiendum difficultates,vtuntur. hæc omnia nos docuit Galenus: quæ nos fortaſſe propoſuimus diſtinctius. Sed, quæ hactenus in diſputationem venere,quæſtiones de temperamẽtis ſunt:iam hinc quæſtiones de ſuccis ſiue humoribus, qui temperamenta proxime conſecuntur,agitandæ ſunt.

Caput decimumtertium. De loco vbi generantur pituita,& reliqui ſucci.

QVanquam antiquorum nonnulli quatuor eſſe humores negarent: & quamuis eſſent in corpore, ſecundum naturam eſſe omnes,non concederent:tamen vel ipſe vetuſtiſsimus Hippocrates huc uſque progreſſus eſt,vt quatuor illos eſſe,pituitam, ſanguinem,bilem flauam,& melancholicum ſuccum,& eos omnes ſecundum naturam inueniri, libello De natura humana demonſtrauerit, hinc ſumpto argumento:In omni natura,& ætate,& regione,& tempore inueniuntur ſimul: tametſi tantum illorum vnus,aut duo,ſecundum naturam eſſent,ſolis illis oporteret aliquam naturam, ætatẽ aut tempeſtatem,aut regionem,aut ſaltem victum deſtinari. demonſtrauerunt etiam non minus,hic, & illius meritò amantiſsimus Galenus,humores non in alimentis ipſis contineri,& in humano corpo

re

re cõcoctiõe ſeparari, ſed generari cõcoctiõe quadã pti⁹ in alimẽtis nullaten⁹ cõtẽtos. nã & illud fuere qui aſſeuerarẽt. Verũ hi, quanquã alimentũ pituitoſum, qđ plus habet pituitę: bilioſum, quod bilis, dicerẽt. tamẽ cur ex melle in iuuenis vẽtriculo bilis, in vẽtriculo ſenis bonus ſuccus proueniat, nihil probabile afferre poſſunt. Ergo an humores in humano corpore generẽtur, & an quatuor ſint, iam nõ eſt in cõtẽtione poſitũ. De loco vbi generatur pituita, quæ nobis prima occurrit, vt quæ prima generetur inter noſtrę tẽpeſtatis medicos dubitatur. de quo proinde nõnihil dicã. nobis eñ nõ eſt animus, quęſtiones medicas ab ipſis medicinæ primordiis reuocare. Sed qđ à Galeno demõſtratũ eſt, recipere, atq; inde vlterius, res dubias diſtinguẽdo, pgredi. Multę ſunt cõcoctiões, quas cibi, qui nõ alimẽta, ſed futura alimẽta dicũtur ab Hippocrate libello De alimẽto ſubeũt, antequã verè alimẽta ſint, ideſt, corpus noſtrũ iã nutrientia. Sũt eñ inter cibos, & hęc vltima alimenta, humores quatuor, qui quaſi alimenta ab Hippocrate nũcupantur. à quo trimembrẽ hãc alimentorũ diuiſionẽ accepit Galen. 1. De alimentorũ facultatibus cap. 1. Hę cõcoctiones nõ ab omnibus eodẽ numero diſtingũt, ſed alii, quatuor eſſe illas alii quinq; cõtendũt. Galenus tres tantũmodo ſolet nominare. verũ inter hos autores in rei intellectu nullũ eſt diſcrimẽ: ſed in ſola diuidẽdi ratione. Auicena ſiquidẽ, qui alimẽta in ore, dũ manduntur, aliquod recipere principiũ cõcoctionis dicit, recte atq; ex Galeni mẽte probat. mutatur eñ in illis color, priſtinus odor perit, quod ſola trituratione ſine permutatione aliqua ſubſtãtię nõ fieret. Neq; verò id mirũ eſt, cũ nõ cõmanſionẽ patiãtur ſolũ, ſed permiſceãtur etiã cũ ſaliua: cuius tam inſignes vires ſunt (decimo De ſimplicibus cap. 16.) vt & lychęnas curet, & furunculos, reſoluat etiã ſugillata, & reliqua echymomata. atq;, quod mirandũ magis eſt, ſcorpios enecat. itaq; hi recte dicũt. Sed Galenus hanc alterationẽ cum cõcoctiõe vẽtriculi cõiungẽs, primã cõcoctionẽ appellat. atqui, quãquã parũ refert, aut primã, aut ſecundã nominare, modo res non ignoretur: tñ hoc videtur rationi magis conſonũ. eſt eñ interior vẽtriculi tunica, vſq; ad os ipſum protẽſa, & omnibus quæ ſunt in ore ſuperpoſita, etiã faucibus, palato, & naſo quarto De vſu partiũ cap. 7. & libello De inſtrumento odoratus. Cũ igitur in tẽpe ramentis inſtrumentorũ virtutes ſint, in vnico inſtrumẽto virtus vnica ſit, & ab ea mutationes proueniãt nõ differẽtes: rationi eſt cõſentaneũ. hic igitur eſt prima cõcoctio. Secũda ab hac, quę in hepate & venis peragitur. tertia nutritio, quæ in ſingulis mẽbris fit. Nõnulli actionẽ hepatis ab ea, quæ in venis, diſtinguentes, plures alterationes faciũt. Sed minus phyſice loquũtur. nã vt potẽtię diſtingũtur per actiones: ita actiones per opera. eſt vero hic actionis vtriuſq; partis idẽ opus, ſcilicet ſanguinis forma, ad quã vtrobiq; mutatio fit. Sũt igit̃ tres cõcoctiones, in ventriculo, in hepate, & membris, Qua illarũ pituita generetur, id demũ vocatur in dubiũ. Galenus libello De atra bile ita reliquit ſcriptum. à nobis demonſtratum eſt, pituitoſos humores ex pituitoſis cibis in prima, ventriculi concoctione fieri: vt bilioſum, & melancholicum, in iecinore. His accedit locus alius ex primo De natura humana. com. 39. in quo ita ſcriptũ eſt τοῦ δὲ φλέγματος ἡ φύσις, εἰς μὲν ἠθοποιΐαν, ἄχρηστος, ἀναγκαίαν δὲ φαίνεται τὴν γένεσιν ἔχειν ἐν τῇ πρώτῃ μεταβολῇ τῶν σιτίων. Ideſt. Pituitæ natura ad mores nihil facit, ſed neceſſariũ videtur habere ortũ in prima mutatione ciborũ. Quibus verbis adducũtur nonnulli, vt putent, pituitam in vẽtriculo generari. quibus addũt vẽtriculi ipſius naturã, quæ mẽbranea eſt, ac proinde frigida, & ad hũc humorẽ generandũ valde accõmodata. Quod & euentus ipſius rei ſignificat. generat enim ventriculus, vt quinto De vſu particularum dicitur, non pauca pituitoſa excrementa. addunt dictis & hoc argumentum: Si in ventriculo ſolũ generaretur chylus, atq; ex eo in hepate pituita & ſanguis: nõ perpetuo ſanguis generaretur per mediã pituitã, ſed ex chyli variis partibus ſimul pituita, ſanguis, & reliqui humores proueniret. cuius contrariũ docetur à Galeno ſecũdo De ratione victus in morbis acutis, comment. 30. his verbis Pituitæ autẽ generatio in pituitoſis eduliis ſanguinẽ perpetuò antecedit, atque generatione ipſius media, cibi in ſanguinẽ tranſeunt. Igitur ex his nonnulli ita cenſent, pituitam in ventriculo generari, non in hepate, & proinde ſanguinem perpetuo gigni media pituita. Alii contrà putant, pituitã non minus q̃ tres alios humores, generari in hepate: in vẽtriculo aũt ſolum generari chylum, quem non dicunt in genere alicuius illorũ eſſe, ſed diſpoſitionem neceſſariam, quo humores fiant. Huic opinioni videntur fauere innumeræ Galeni ſententiæ, nam nomine ſanguinis intelligit, quam vulgari nomine (nam neque hoc pudebit referre quò rem dicam clarius) maſſam ſanguinariam, appellare medici conſueuerunt. atque docet non ſimplicem eſſe ſubſtantiam, ſed multiplicem, vt lac, quod ſenſui ſimplex apparet. ortum quoque huic eſſe, vt vino, ex muſto de vuis expreſſo. quia ſcilicet, vt in vino ſimul quatuor, ſubſtantiæ, diuerſæ partes proueniunt, flos, fęx & aquea pars, & vinea: ita ex chylo quatuor humores generantur, quibus ſanguis conſtat. Sed non dubium eſt, pituitam quæ cum ſanguine miſcetur, aqueæ parti vini proportione reſpondere. Adde Galenum ſecundo De facultatibus naturalibus de humorum geneſi ita loqui. Demonſtratum eſt ab his viris (loquitur verò de antiquis) dum alimentum in venis ab innato calore alteratur, ſanguinem quidem à mediocri calore fieri, reliquos ab immodico. Atqui huic ſententiæ omnia conſentiunt, quæ cernuntur. quandoquidem cibi, qui natura calidiori ſunt, magis ſunt bilioſi, qui frigidiori magis pituitoſi. Conſtat ergo vt in venis dicat pituitam & bil[illegible]n generari, hac ſola ratione differre, quod

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pituita à remissiori calore, sanguis à moderato, bilis ab immodico generetur. loco aũt quo generantur aut ordine, non dixit differre. Ecce vnde diuersę opiniones profectę sint. Sed qua ratione vtrilibet Galenum à contradictione vindicent, operepretium est audire. Pituitam dicunt hi, aliquãdo à Galeno dici chylum: pituitam tamen proprie non esse: quoniã solũ sit proprie pituita massæ sanguineæ quarta pars, quæ in hepate generatur. Alii duplicem dicunt pituitam esse & de priore, de ea videlicet quæ est ventriculi, vere esse dictum, sanguinem perpetuo media pituita generari, secundam cum sanguine simul fieri. Sed, vt verum fatear, hæc omnia sapiunt barbariem, non veram doctrinam. nam vni autoris loco adhærere, ac inde citra distinctionem colligere, in ventriculo perpetuo generari, ac perpetuo ante sanguinem: aut perpetuo in hepate, & simul cum sanguine, sophistam est agere, non veritatis amatorem, quo vitio maxime huius temporis medici laborant. An non satius fuerit omnes autoris sentẽtias coniungere? & ita singularum sensum eruere? & an vtrunque possit accidere sine inanibus distinctionibus à rebus ipsis inchoantes, inuestigare? Ego igitur ita opinor, vt & pleriq; medicorum opinantur, ex cibis in ventriculo gigni chylum, hunc verò licet cuilibet pituitam appellare, aut nõ, sed mediã quandam humoris naturam. est sanè pituita, si, vt videtur docere Galenus secundo De febrium differentia omnis humor albus est pituita: sed tamẽ licet non appellare. nam neq; lac pituitam appellamus, neque semen. Illud vnum mihi videor apertè intelligere Galenum hunc humorem prædictis in locis non intellexisse nomine huius pituitæ, quæ in ventriculo generatur, sed aliam prętera pituitam: alioqui non vtrobiq;, tam in libello De atra bile, q̃ secundo Acutorum dixisset, In pituitosis eduliis. nam chylus non in pituitosis solùm, sed & in biliosis generatur in ventriculo. Ventriculus sane nihil aliud facit, quàm liquationem quandam, & triturationem alimentorum, quo ad hepar facilius delata, in illo postquã primam cõcoctionẽ perpessa sunt, facilius in sanguinem permutẽtur. vsq; adeo vt sexto De placitis monstratum sit, non esse ventriculi actionem ad vitam necessariã, sed posse nos succis assumptis viuere, ventriculo omnino nihil cibaria conficiente. Sed de his sumus in quarto libro copiosius dicturi. Chylum ergo cẽseo fieri hac prima actione ex cibo. quare necessario fiet vt nõ vsquequaq; ab ipsius cibi natura recedat, sed vt eius qualitates imitetur. Prima enim est huiusmodi commutatio. quare calidi alimenti calidus chylus erit, frigidi frigidus. omnes enim alimenti partes adhuc in chylo continentur, in quo partes sunt in sanguinem, & bilem, propter similitudinem commutandæ, & si quidem biliosus cibus erat, quàm multæ. Qua ratione ergo chylum pituitam, potius q̃ bilem appellãt? ego quidem neutrum dixerim, sed ad humores quatuor dispositionem mediam. Hoc vnum habet insigne pituita propter eam ventriculi naturam, quam referebamus, q̃ si pituitosus cibus est, potest bona pars pituitæ diuersæ à chylo in ventriculo generari, quę cum chylo in hepar delata, amplius cocta in sanguinẽ trãsibit. Præter quã, quid quæso impedit, quo minus ex chyli frigidiori parte pituita in hepate cõcoctione generetur, si ex reliquis eduliis generatur, ex quibus nulla pituita in ventriculo generata est? An dubitas pituitã posse in hepate generari? Nonne in fœtu, qui in vtero gestatur, sanguis generatur in hepate neq; is (arbitror) purus, nulla materia veniẽte à ventriculo? quo tẽpore quãdo prima cõcoctio in hepate fit, pituita, quæ cum sanguine permiscetur, in hepate & venis generabitur. ergo pituita in ventriculo nonnunquam fit, alii humores non fiunt: saltem naturales. De non naturalibus paulò infrà dicemus. In hepate semper pituita, vt & reliqui humores, fit, præter eam, quæ nonnunquam ex pituitosis eduliis fit in ventriculo, quemadmodum & in vini cõcoctione, quatuor substantię. Neq; verba illa quæ adduximus ex primo De natura humana monstrant pituitam nũquam in hepate generari, sed generari etiam in ventriculo: quãquam neq; illam sententiã adeo constanter protulit, vt verbũ φαίνεται declarat, neq; rationem reddidit, nisi leuissimam, cur pituita nõ faciat ad mores, vt alii succi. Sed quod simul generẽtur, no est difficile intellectu. nam, quanquam forma pituitæ in medio sit chyli & sanguinis, tamen non est medium necessarium. Vt statim dicemus, lac est in medio pituitę & sanguinis, sed pituita non fit lac, antequã in sanguinem permutetur. generantur itaque humores simul, quanq; & ex se inuicem possint generari. Fit enim sanguis ex pituita sæpe, si quidem pituita est semicoctum alimẽtum, & proinde illi natura expurgans membrum non dedit, quod in sanguinem conuerti esset apta. iã verò ex sanguine putrescẽte aut assato bilis fit, & melãcholia: illa ex tenui, hæc ex crassa parte. Sed quid est philosophiæ aduersum ex inæqualiter dispositis partibus chyli, ab eodem membro, & eodem calore, omnes humores simul generari? Sed argumẽtaberis fortasse, eadẽ ratione posse oẽs humores generari in vẽtriculo ex diuersa dispositione partiũ chyli. nã si quid (dices) hoc impediret, esset profecto substãtiæ modus, qui est in vẽtriculo, qui cũ pituita videtur cõuenire, & cũ aliis humoribus minime. tamẽ, si hoc sufficeret, neq; hepar posset generare pituitã. non em̃ magis videtur rubrũ hepar cũ alba pituita cõuenire, q̃ albus vẽtriculus cũ rubro sanguine. Huic argumẽto ita respõsum volo: generari oẽs humores in hepate, & oẽs per se grã similitudinis, quã cũ illis omnibus habet. est em̃ hepar veluti coagulãtus sanguis, sanguis inquã, nõ simplex, sed quẽ dicunt sanguineã massam, in quo est singulorũ humorũ nõ parua portio. Verũ vnũ illud in hac nostra sentẽtia, quã & Galeni esse cẽsemus, & fere ipsa rerũ euidẽtia confirmatam, est difficile, quod admisimus, [illegible] chylum à pituita separaremus, chylum quandoq; pituita

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ta esse calidiorem: quod si esset, nequaquam pituitæ pars aliqua ex illo fieret, alioqui naturalis caloris actio cruditatem moliretur. fortasis procedente sermone disputabimus, an quod coctum est crudum fieri possit: interim illud vnum non est dubium, caloris naturalis actionem non crudum redere neq; refrigerare. nihilominus non est quod quenquam conturbet argumentum, nam & lac fit ex sanguine: quod, vt inquit Galenus quinto De simplicibus capite vigesimo, in pituitæ & sanguinis medio est: scilicet ex frigidioris parte calidiori aliquid: calidius parte, frigidius toto, prouenire, nihil est admirādum. nā quid impedit, sanguinis esse partem aliquam lacte crudiorē, & chyli calidi pituita? Sed hæc nunc de loco & ordine quibus generātur humores suffecerint. nā multò plura in sequētibus affert ipse sermo, qui in secūdo libro necessario cū hoc sermone erit valde cōiūctus. Nūc de nutrimento quod præstant disputemus.

Caput decimum quartum. De nutrientibus succis.

MVltas earum quæstionū (vt antea monuimus) quas, qui ante nos quæstiones medicas scribere aggressi sunt, disputarunt, nos consultò omittimus: nonnullas vt minus medicas, nō nullas vt prorsus stolidas. Quis enim ferat in dubium vocari, Sit ne sanguis chylo genitus eiusdem speciei cū eo qui ex pituita? & multa hinc inde adduci: Quasi verò necesse esset, ex diuersis speciei rebus prouenire diuersas formas, aut ignis ex ilice, pruno, moro & fago non in vnica esset specie constitutus. Cur nō etiam chylum ex pane, ab eo, qui ex carnibus differre dicunt? ac proinde diuersarum etiam specierum sanguinem ab illis prouenire? qua ratione innumeræ fient humorum species. Nos verò non hanc solum quæstionem omittimus, ac alias consimiles: sed illam quoque, qua inquiritur, Sit ne solus & anguis humano corpori commodum nutrimentum, aut omnes humores, missam faceremus, non quasi nō sit satis ex vsu medicorum: Sed quoniam Hippocrates & Galenus videntur illam ad extremum finem perduxisse: nisi nos acutissimi Aristotelis nulla in re contemnenda autoritas reuocaret, qui solū sanguinē nutrire cōtra ac Hippocrates & Galenus, opinatus est. quare modestius arbitror fuerit, maximi philosophi, quando à vera medicorum sententia dispepat opinionem refutare, q̄ despicere. Sāguinem esse animalibus sanguine præditis vltimum alimentū, atq; proinde solū sanguinem nutrire, cōfirmat Aristoteles secundo De partibus animaliū. cap. 3. his rationibus. Venæ sunt nutrimenti vltimi conceptacula; at verò sunt venæ quasi sanguinis vasa: ergo solus sanguis vltimum alimentū est. Præterea, cùm cibus nō ingeritur, corpus sanguine vacuatur: cùm multus cibus assumitur, repletur sanguine corpus: ergo sanguis est vltimum nutrimentum: illum enim succum, qui alimentū est corporis proprium constat augeri oportere ex multo cibo. Pręterea, vt est cibus qui ingeritur: ita sanguis generatur, ex bono bonus, ex prauo prauus. Tales sunt Aristotelis rationes, quibus licet addere fortiores has. Sanguis omnium humorum est naturæ maxime familiaris, & magis à natura retinetur, vt in superpurgationibus, in quibus, qualecunque pharmacum sit, vltimus & in extremo cum vita funditur. Ergo proprium habet, nutrire corpus. nam si hoc haberet cū reliquis cōmune. nō esset cur maxime omniū retineretur. Præter hæc, Omne nutriens, vt ab eodē Aristotele monstratū est libello De sensu & sensibili, est dulce id quod etiam confirmat Galen. 1. De alimentorū facultatibus: sed inter humores solus sanguis est dulcis: pituita enim insipida, bilis amara, melācholia acida est: igitur solus sanguis p̄stat nutrimentū humano corpori. Contrariū sensere Hipp. & Galenus, quorū hę sunt rationes. Cū mābra, quæ nutriūtur ex modo alimenti cōparent modū substātię, si vnū esset omnibus alimentū sanguis, nō esset vnde nasceretur tā mira varietas mēbrorū, q̄ est quæ in humano corpore inuenitur. Sūt siquidē multa mēbra sanguinea, quę verisimile est, sanguine nutriri: alia exāguia, quorū substātia lōge abest à sanguinis natura. Præterea, non nulla illorum sunt calida, nonnulla frigida, nonnulla humida, alia sicca, aut secundum coniugationem duo horum habentia, aut contra omnino temperata. Qua igitur ratione his omnibus vnum sit vltimū alimentum? Nam primum alimentum vnum esse, nō esset incommodum: cum multas variasque subiturum esset alterationes, antequam fieret alimentum vltimum: sed quod vltimum est, proximum est, vt in membra transeat. Ergo tam diuersorum membrorum. præter rationem est, vnicum statuere alimentum: cùm præcipue quatuor humores in venis sint, naturis valde diuersi, pituita, sanguis, bilis, & melancholia: quos omnes constat naturales esse, non præter naturam, aut excrementa, vt capite proximo de sentētia Hippocratis monstrauimus. Præterea, ventriculus nutritur chylo: qui tamē sanguis nō est. ossa nutriūtur medulla. Quod si hāc dixeris, q̄uis sanguis nō sit, ex sanguine fieri: illud tñ de chylo nō possis dicere. hic em̄ ante sanguinē generatur, atq; ex illo, & sanguis & humores reliqui. Quod vētriculus chylo nutriat, docet suæ snbstātiæ modus, & insuper hę rationes. Si vētriculus nō nutriretur chylo: neq; cōficeret cibos. Quorsum enim chylum generat? num vt trāsmittat ad iecur? iecoris igitur alendi cura est vētriculo. nō igitur natura ducitur, sed intellectu. nam quæ natura operantur, hæc sibi operantur, aliorum nulla tanguntur cura. Præterea, aut ventriculus retinet chyli aliquid, & ad hepar reliquū transmittit: aut nihil retinet. Si nihil retineret, statim esuriret: Sed & si id

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quod retinet, alimentum non esset, esuriret statim. solum siquidem alimentum, videtur posse, illum a fame vindicare. excrementa enim, præcipue quæ frigida sunt, non solent famis sensum tollere. Non igitur solus sanguis nutrire membra est aptus. Neq; rationes Aristotelis quicquam probant. nam venæ non sunt conceptacula sanguinis solius, sed quatuor humorum: quin potius, vt Galenus dixit, nũquam est sanguis exquisite vnum. Cùm cibus non ingeritur, sanguis imminuitur. Sed neque hoc est illi proprium. nam omnium humorum penuria fit in venis, quando priuatur corpus alimento. Illud quoque commune est, ex bono cibo bonos succos, ex malo malos prouenire. Alimentũ ex dulci suppeditari ab Aristotele dictum est. Sed & idem autor dixit libello citato. Quoniam omnia mixtim siue simpliciter dulci alantur. Quare recte Galenus explicuit, nihil quod nullatenus sit dulcedinis particeps, nutrire posse, vt quod omnino amarum est. sed quod à dulcedine non abest longissime, nutrire potest. Atque ita argumentum, illud vnum conuincit, sanguinem plus nutrire, & commodius cęteris. & synceram, impermixtamq; bilem (quod nos in secnndo libro fusius disputabimus) non nutrire. Cæterum solum sanguinem nutrire, aut bilem permixtam cum sanguine, id non posse, argumento non concluditur. quæ eædem rationes docẽt, non solum sanguinem oportere retineri, sed illum plus cæteris, id quod ex ratione in omnibus superpurgationibus fit. Est ergo medicorum opinio multò probabilior: quanquam prior optimo gaudet autore, alioqui non improbabilis.

Caput decimum quintum. De calore sanguinis.

NEque minus probabile illud videtur, quod de sanguinis qualitatibus ab Aristotele in eodem capite superius paulò dictum est: tamen verum esse, nondum censeo: nempe, sanguinem habere calorem in viuente corpore, & humorem: quia naturali corporis calore, & permixtione spirituum calet, & est liquatus: cæterum subiecto (ita enim transfero verbum ὑποκείμενον, quod apud Aristotelem est) frigidum esse, ac siccum: atq; ita sanguinem quodammodo calidum esse: vt scilicet nomen sanguinis de sanguine, quo viuimus, dicitur: quodammodo tamen frigidum esse, subiecto scilicet. Quod non aliter explicandum est, ac si propria substãtia frigidum diceret. nam eius exemplum est, vt si nomen aquæ de aqua calida dicatur. Itaque vt calida aqua, substantiâ ac per se est frigida: ita sanguinẽ frigidum & siccum esse putat Aristoteles. neque illud nomen Subiecto frigidum, aliud designat, vt exemplum quod apposuit, declarat manifestè. Videtur hanc opinionem accepisse. ex Hippocrate qui libello de corde (si modo libellus ille Hippocratis est. nusquam enim à Galeno inter genuina Hippocratis opera connumeratus est) ita scriptum reliquit: Sanguis enim non est naturâ calidus, neque enim alia aliqua aqua, sed calescit. multis autem videtur natura calidus esse. Vides his verbis aperte contineri sententiam Aristotelis. cuius ratio summa est hæc. Sanguis statim ac extra corpus funditur, cõgelatur. congelatio fit ex frigore & siccitate, igitur ante fusionem naturali corporis calore calebat, & erat humidus. Suum enim calorem non tam citò amitteret, cum præcipue, etiam si in calido aẽre secetur vena, concrescat sanguis. Præterea, in cadaueribus, iugulatis hominibus, aut mortuis quauis alia ratione, statim sanguis coagulatur. cuius quæ possit esse alia ratio, quàm extinctio caloris naturalis humani corporis? Ergo illo calore calebat, non proprio. Sed quanquam sententia hæc subtilis sit, non est tam firmis argumẽtis cõfirmata, vt nos ab omnibus medicis communi opinione debeat deturbare. Illud est enim probabilius multò, sanguinem per se habere copiosum calorem, & calorem naturalem membrorum à calore sanguinis, vt est spirituum foueri: quàm vt sanguis, proprio calore carens à corpore humano illum mendicet. nulla enim commodior ratio perfrigerandi corpus est effusione sanguinis. at verò si quis intelligat, in lebete ignito calidam aquam contineri, quæ ipsius lebetis calore calefiat (nam ita habere sanguinem iuxta mentem Aristotelis intelligo) nunquam sola aquæ effusione lebetem perfrigeres. quod verò effusione sanguinis, refrigeretur corpus, fit, quia, vt inquit Galenus libro De sanguinis missione, capite quinto non solum nutrimentum animantis partibus ex sanguine est, sed & calor naturalis perseuerantiam ex sanguine obtinet. vnde manifestum est, deceptum esse Celsum libro quarto capite tertio, vbi differens de rigore ceruicis inquit: Asclepiades vtique mittendum sanguinem credidit, quod quidam vitandum esse dixerunt, eo quod maxime tunc corpus calore egeret, isq; esset in sanguine. verum hoc idem falsum est, neque enim natura sanguinis est vt vtiq; caleat, sed ex his quę in homine sunt, is celerrime vel calescit vel refrigescit. Nã hac ratione nunquã ex sanguinis missione refrigeraretur habitus corporis, Sed & qđ assumit sanguinẽ scilicet nõ esse natura calidũ, falsum est. Et q̃uis esset verũ, male colligeret. nã & si sanguis recipiat caloreẽ, ab iis, quę in corpore: tñ cõseruabit illũ vt ligna. igit᷑ vt ignis extinguit᷑ de tractatiõe lignorũ, ita corpus refrigescere et missiõe sanguinis. Quare, vbi multo calore esset opus, esset tũc quoq; missio sanguinis deuitãda. Sed hæc procedẽte opere monstrabimus. Galenus libro De tumoribus p̃ter naturam sanguinem ex se non esse frigidum, sed calidum, his verbis dicit. Secunda coniectura est ex ipsa sanguinis substãtia. non enim vt pix, & resina, & cera, à

frigore

frigore concreuit:ſed ſemper, & natura calidior eſt. libello etiam De fœtum formatione ita ſcripſit: Nam in ſanguine,qui in venis eſt,abſque cordis calore tepidus quidã calor eſt inſitus. Ex quibus locis palam fit,decipi multos putantes iuxta mentem Hippocratis & Galeni ſanguinem ita attemperatum: eſſe,vt in eo neq; calidum præcellat frigido,neque frigidum calido, vt ver eſt temperatum: quoniam id videtur Galenus inſinuare primo De natura humana,cõmentario trigeſimo nono. nã ex eodẽ loco conſtat,dictũ intelligi de ſanguine permixto reliquis humoribus:non de quarta ſubſtantia. Concludit enim dictionem his verbis: Quo fit,vt tẽperatiſsimus ſanguis, pituitæ, & flauæ, atræq; bili permixtus ſit Cur ſanguis humor calidus & in vere temperatiſsimo redundet,diximus paulò ſuperius, de temperamentis diſputantes.quod etiam primo de temperamentis capite vltimo à Galeno dictum eſt, Sanguis verò ipſe à corde habet calorem: intelligi debet manifeſte de caloris gradu. nam ſanguis naturâ ſuâ,non adeo immoderatum habet calorem, ſed à corde & ſpiritibus accreſcente illi calore eſt in humano corpore,dum viuit,feruentiſsimus. Hæc poſſet Ariſtoteles vere dicere: tamen quod ex ſe non modo nõ ſit calidus,ſed etiam frigidus,leui ratione perſuaſus dixit.nam coagulationis reddidit in eodem ſecundo De partibus animalium capite,qnod illud tertium proxime conſecutum eſt,cauſam aliã à frigore valde diuerſam: quam in fibris collocauit,quas ille craſsiores ſanguinis partes eſſe dicit.quod perinde eſt,ac ſi diceret,non fieri coagulationem frigore,ſed craſſarum partium admixtione,quod eſt multo probabilius,ſanguis enim nunquam eſt vnum,ſed cum venam ſecamus humores o effundimus.quorum qui tenuiſsimus eſt,& calidiſsimus,bilis nempe, magna ex parte cum effluxit, ab aliis ſecernitur,reliqui frigidi,& craſſarum partium,duo humores,pituita & melancholia manẽt confuſi. Quare non mirum eſt,ſi ſanguis ille ex his conſtans,effuſus concreſcat. Adde tenues partes ipſius ſanguinis exhalare. Quare non eſt recipienda Ariſtotelis opinio. Sed nos in antiqua medicorum opinione permanemus.

Caput decimumſextum. De calore ſanguinis & bilis.

DE gradu etiam caloris ſanguinis dubitari ſolet,non ſolum de calore. Nam Galenus (quemadmodum paulò ſuperius in decimo capite retulimus)primo De temperamentis ad finem, Sanguis(inquit)eſt calidiſsimũ,quod eſt in corpore noſtro,nec ſolum hoc,ſed & regulam cognoſcendi gradum caloris in quouis membro,redundantiam ſanguinis eſſe dicet. Vnde non videtur eſſe dubium, ſanguinem eſſe omnium ſuccorum calidiſsimum.nam aliter bilioſum membrum eſſet ſanguineo calidius.quare malè ex redundantia ſanguinis nos doceret Galenus gradus caloris. Sed contra eſt,quod Galenus ipſe capite duodecimo libri decimi De ſimplicium medicamentorum facultate,dicit.ſcilicet, Hic ſuccus (eſt caput de felle) omnium,quæ in quocunque ſunt animalium calidiſsimus eſſe demonſtratus eſt. libello etiam De inæquali intemperie, Calidiſsimum naturâ eſt flaua bilis: frigidiſsimum pituita. Tota hæc controuerſia pendet ex contrariis Galeni locis,quæ nonnulli ita intelligunt, bilem calidiorem eſſe ſanguine:ſed ſanguinem eſſe omnium humidorum calidiſsimum. Hi ſane hac ratione ſatis bilem à comparatione ſecludunt. Sed ad hanc interpretationem non ducuntur autoris verbis, ſed amore fugæ.nam qua ratione,qui ita protulit, Sãguis eſt calidiſsimum, quod eſt in corpore noſtro,de humidis tantum intelligendus eſt? Alii dicunt,calorem ſanguinis eſſe copioſiorem, bilis intenſiorem. Sed ego non intelligo,quid ſit calorem eſſe copioſum, niſi id ex multitudine calidæ ſubſtantiæ pendet:quam ſi bili redundanti des,erit iam eius calor,non intenſior modo, ſed copioſior. quare iſta ratione videtur intereſſe multum,copioſum habere calorem,& calidiſsimum eſſe. Nos ita intelligimus bilem ſimpliciter eſſe calidiorem: ſed Galenum primo De temperamentis locutum fuiſſe de alimẽtis: in libello De inæquali intemperie de excrementis,decimo De ſimplicium medicamentorum facultatibus de medicamentis.& quanquam bilis medicamentum calidiſsimum ſit, & excrementum calidiſſimum,& vt ſemel dicam humor calidiſsimus:tamen ratio alimenti illam in primo De temperamentis excludit.dicimus enim alimentum,quod ſolum & per ſe poteſt alere, vt ſanguis alit carnoſa membra, chylus ventriculum,ſemen teſtes,medulla oſſa,id quod ſynceræ bili non poſſe contingere,paulò ſuperius monſtrauimus, & in ſequentibus ſumus iterum monſtraturi. neque verò nos incautè dicimus: quod autoris inſtitutum in ſingulis operibus declarat. nam de inæquali intemperie, De humoribus facientibus tumores præter naturam, & omne genus tumoris ſermo erat. Fiunt autem ab excrementis, aut qualitate aut quantitate.iam verò decimo De ſimplicium medicamentorum facultatibus de medicamentis agi nemo dubitet.in libro De temperamentis inſtituebat artem cognoſcendi calida membra, quæ tẽperamenta habent,pro ratiõe alimenti,quo vtũtur:atq; ita cõlligit: Cum alimentorũ calidiſsimum ſit ſanguis(bilis enim,niſi cum multo ſanguine permixta non nutrit) quo membrum magis nutritur ſanguine,eò eſt calidius. Igitur non eſt præter autoris mentem hic ſenſus. bilis nihilominus ſanguine eſt calidior.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caput decimum septimum. De generatione bilis vitellinæ.

BIlis ex tenuissima parte sanguinis generatur, aut ab immodico calore, humor tenuissimus, leuissimus, calidus & siccus natura, sapore amarus, flauus colore: vnde differentiã accepit denominationis ab ea quæ bilis atra nuncupatur. hanc diximus paulò superius capite nono male ab Auicena spumam appellari, deceptumque illum esse loco quodam tertii capitis quarti libri De vsu particularum. Sed non sunt dicenda omnia in omnibus. partim illic, partim hic bilis naturalis substantiã iã explicuimus. De nõ naturalis bilis speciebus, nõ est tã facilis disputatio: qm̃ in illarũ natura & modo quo illę generantur barbari autores multũ à Galeni doctrina deuiauerũt. Sed iã faciemus, dante Deo, vt ab antiquioribus, quos semper suspicimus, veræ sentẽtiæ depromãtur. bilis vitellinæ ortũ ita docet Auicena: Flegma nãq; cui admiscetur cholera, quãdoq; est tenue, & generatur inde prima: quãdoq; est grossum, & generatur inde secũda (cholera scilicet) quæ ouorũ vitellis similis existit. Hactenus Auicena. Quibus verbis aperte docet, vitellinã bilẽ generari permixtione pituitæ. Quod tã lõge abest à sentẽtia Galeni, vt omnino contrariã videatur studuisse proferre opinionem. nam Galenus libello De atrabile ita scripsit, Quemadmodũ aũt bilis tenui mixta humiditate & colore pallidior, & cõsistẽtia aquosior redditur, ita cũ discussa ipsa admodũ fuerit, crudorũ ouorũ vitellis similis apparet, atq; ob id vitellina appellatur. hæc Galenus. Vt videre licet legẽti sexti Epidemiõn partis secundæ. cap. 38. in omnibus succis serosus quidã ac tenuis liquor inuenitur. Differũt inter se secundũ humorũ naturas, quorũ sera sunt. Hęc appellat Plato in Timæo ichores. Potest ergo humor, aut ab aliis omnibus esse secretus, aut nõ ab aliis solũ, sed & à suo ichore, ac proprio sero. Itaq; duplici ratiõe potest humor syncerus dici, aut si magis clarioris doctrinæ gratia, potes primũ impermixtũ, secundũ syncerũ appellare. cõstat intelligẽti hęc quę modo diximus, Galenũ bilẽ vitellinã tũc tẽporis dixisse generari, cũ cõsumpta sua tenui humiditate fit syncerior: nõ cũ permixta cũ crassa pituita, fit crassior. Sed quibus Galeni verbis deceptus fuerit Auicena, ego palã faciã: nõ. n. q̃ cõsultò vellet à Galeno recedere, illa scripsit: sed q̃ libellũ De atra bile nõ legerat, aut oĩno obliuioni tradiderat, & quẽ locũ legerat, minus intellexerat. Auicena visus est sequi Galen. cap. 6. secũdi Prostici. cõment. 38. vbi ita scriptũ reliquit. Itaq; flauã bilẽ intueri licet interdũ crassã, ac summe flauã vomitione reiectã, & itẽ deorsum deiectã, quã sane nõnulli nominãt vitellinã: sępe vero liquidiorẽ, ac minus flauã, quæ magis proprie ochra nominat, permixtũ habẽs in se tota pituitosum humorẽ tenuẽ, aut aquosum quodã excrementũ. Hęc cũ legisset Auicena collegit, vt hęc secũ[illegible], quã ochrã appellauit, fit p̃mixta tenui pituita: ita illã, quã crassam dixerat, nẽpe vitellinã, fieri permixta crassa. Sed nõ intellexit, primũ illud mẽbrũ exemplũ esse syncerę vomitiõis, nõ permixtę, quod aperte docẽt (omitto quæ in De atra bile dicũtur) vel ea, quę paulò infra scripta sunt in eodẽ cõmentario, quę ita habẽt: Quin etiam syncerus humor redditur crassior, pituitosus quidem propter frigus, bilioſus verò propter exuperantiã caloris euaporatus, & tanquã aſſatus. Ergo hic quoq; aperte docet vitellinã bilẽ crassam fieri absumpta tenui humiditate, nõ permixta crassa pituita. Sed & ratione id conuincetur intelligere, modo accidẽtia bilis vitellinæ non neget: sed vt nomẽ desumit à Galeno, ita & rei cuius est nomẽ, diffinitionẽ accipiat. Est, vt cõstat, crassa & summe flaua: ergo nõ fit permixtione pituitæ. hæc. n. crassã posset reddere: sed vt crassã redderet, ita coloré remitteret. igit̃ fit cõsumptione sanięi, quę cõsumptio crassiciei est causa, & coloré intẽdit. qñ nõ tãtũ crassa est, sed & colore summe flaua: ita em̃ habet Græce ἀχρῶς ξανθὴν. Sed qm̃ huius rationis, quæ in hac quæstione est, summũ caput, intellectus pẽdet ex notitia colorũ, melius fuerit hoc loco, de illorũ gradibus nõnihil dicere, quã ambiguitati in nostra dictiõe locũ relinquẽtes, vlterius ꝓgredi. Qui integrã colorũ notitiã volet cõparare, legat dialogi Platõis de natura eã partẽ, qua de coloribus disserit, quæ eadẽ, dãte Deo à nobis procedẽte sermone latius enarrabit̃. nũc. n. de his tantũ colorib⁹ dicemus, qui oẽs dictiõe sumpta generaliter ὠχρὰ, Græce, pallidi Latine, Hispane amarillos dicũtur: vt qui soli propositę q̃stioni sufficiunt. dicitur, ὠχρὸν generaliter à Galen. 2. Prognost. cõment. 2. supra trigesimũ, vbi ita inquit τὸ κατὰ φύσιν ὄυρον, μετρίως ἐχὸν ὠχρόν. Habet verò genus hoc colorũ tres p̃cipuas species secundũ intẽsionẽ diuersas. horũ summe intẽsus Gręcis est ξανθὸν: lumine remissus ὠχρὸν, medius πυρρὸν. Habẽt vero horum singuli, inferiores gradus, p̃positiõe ὑπὸ significatas, ὑπώχρον, ὑπόπυρρον, ὑπόξανθον. Has dictiões Gręcas, oẽs fere Latini interp̃tes ita vertunt, ὠχρὸν pallidũ, πυρρὸν rursum, ξανθὸν flauũ. Quare male aut Auicena, aut eius interpres, rufum flauo, & igneũ rufo dicit intensiorẽ. flauus em̃ omniũ horũ est color maxime intẽsus: pallidus maxime remissus, rufus mediocris. Plato loco modò citato hoc ex illorũ generatiõe mõstrat, dicẽs: Fuluũ (est hoc Græce πυρρὸν) flaui fusciq; contẽperatione ꝓducitur. pallorẽ albi flauiq; copula generat. Cõstat ex his vt fuscũ flaui remittat splendorẽ, & vt pallidũ multò magis versus albũ vergat: fit em̃ ex albo. hæc recipit à Platone Galenus, easdẽ appellatiões perpetuo obseruans. nam in opere De temperamentis, & primo De crisibus, capite duodecimo, & vbi vbi alibi, ita loquitur. primo De virtutibus naturalibus hæc scripsit. Quò ex flauo [illegible]brum fiat, vnica tantum modo eget mutatione. Igitur quandoquidem Galenus bilem vitellinam [illegible]ρῶς ξανθὴν appellauit, non fit ex pituitæ permixtione: quæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæ versus album colorẽ traheret, non versus rubrum. Vnde etiã intellige, quandoquidẽ ouorũ vitelli non vnius coloris tantum sunt, sed recentium pallidi, veterum flaui, cum veteribus, non cum recentibus conferri: quo ex analogia vitellina dicatur.

Caput decimumoctauum. Vbi generentur bilis porracea & æruginosa an in ventriculo?

NEque verò solum de generatione harum bilis non naturalis specierum, sed & de loco generationis quæstiones sunt. Nam quidam contendunt, in ventriculo porraceam & æruginosam ex similitudine cum porro & ęrugine ita vocatas species generari: alii in venis etiam. Ego quid hac in re sentiendum sit, dicam breui, producens in medium Galeni sententiã, quicquid alii dicant. Hę bilis species in ventriculo magna ex parte generantur ex cibis corruptis. ita enim inquit Galenus libello De atra bile: Ipsa ergo bilis seu pallida, seu flaua, seu vitellina visatur, generationem in vasis obtinet: in ventriculo autem alia quædam porracea gignitur. Sic enim eam à porrorum coloris similitudine denominantes vocant, sicut ęruginosam quoque, quòd erugini similis fit. Non tamen semper in ventriculo gignuntur, sed nonnunquam inuenis, vt apertè docet Galenus trigesimonono commentario secundo Prognostici ita dicens: At vero gignitur in corpore quemadmodum pallida bilis per naturam habentibus: ita porracea altera præter naturã. & videtur quidem hæc sępe numero in ventriculo gigni propter quorundam cruditatem esculẽtorum, aut olerum, qualia beta, cœpa, & brãsica sunt. videtur etiã interdum, talibus nequaquam ingestis, ratione ægrotationis in venis gigni, ac decũbere in veterẽ superiorem, aut inferiorem, calorem in corpore indicans præter naturam, atque excrementi proprietatem, talis temperamento, qualis prædictorum olerum succus est. Duodecimo capite libri decimi De simplicium medicamentorum facultate inquit, bilem flauam, quæ in cisti fellis continetur, nonnunquam calore fieri eruginosam. Igitur plerunq; hi humores in ventriculo fiunt, cæterum non semper. Ita etiam censet Auicena, qui ita dixit: Et quæ in stomacho magis generatur, duas habet species, prasinam scilicet, & viridem: vt ærugo æris. Vbi non absolute in ventriculo eas generari, sed magis in ventriculo generari dicit, quasi aliquando alibi generentur. Veruntamen, quanquam locum generationis recte dixit, in explicanda illorum generatione est lapsus. nam supra dictis verbis hęc addidit: Et mihi quidem videtur, quod prasina (est prasina quam porraceam diximus) ex vitellina generetur, cu aduritur. Sed quo pacto porracea potest ex vitellina generari, cum hæc generetur in venis, illa in ventriculo? Præterea hoc magis pugnat cum ea vitellinæ bilis generatione, quam Auicena docet, quàm cum ea quam docuerat Galenus. nam si ex vstione absumente ichores fit vitellina, non mirum est ex illa amplius vsta generari porraceam: sed si permixtione crassæ pituitæ fit, quid habet probabilitatis? Quare porracea & æruginosa cum in ventriculo generantur (generantur autem fere semper, quanquam neq; adeo, vt arbitror, eruginosa, quàm porracea) fiunt ex eduliis corruptis: cùm vero in venis, non dubito fieri posse, vt ex vitellina magis adhuc vsta fiant. tamen Auicena non docet consequentia.

Caput decimumnonum. Sit ne aliquabilis zinaria.

AVicena speciem quandam bilis præter naturam, quam barbaro nomine Zinariam appellat, tã esse à natura alienam inquit, vt sit in venenis. Ego verò nõ hoc solum, sed tam esse pręter naturã censeo, vt omnino talem humorem generari, natura non ferat. Inã proponat nobis Auicena humoris naturam, & generationem. Ita inquit: Zinaria verò videtur mihi, quod generetur ex prasina, cum tantum aduritur, donec eius humorositas siccatur, & ad albedinem redire incipit propter sui succitatem. calor namq; in humido corpore in primis nigredinem efficit, deinde denudat ipsam nigredine, quando eius omnino finit humiditatem, & quando superfluit in eo, ipsum albificat. & hoc quidem in lignis attende, quæ prius in carbonem vertuntur, deinde in cinerẽ. Bone Deus, quis his auditis non ridet, humorem desiccatione ad album mutari, vt lignum, quod abit in cineres? An nõ hic cãdor extremę siccitatis est soboles? Qua ergo ratione posit ad extremã siccitatem venire, & vt sit humor? qui quanquã siccus potẽtia esse potest, tamẽ actu humidus est. albus verò color siccitate, quę actu est fit, non ea quæ est potentiâ. Sed vt verbis eiusdem autoris loquar, quomodo in humore potest esse desiccata tota humorositas? Ego non arbitror fuerit humor sine humorositate, nisi forte est, vt pituitæ illa species, quã gypseam barbari omnes de sententia Auicenę appellãt, atq; in articulis magna ex parte colligi dicunt. quod si quid est, quale illi depingunt (fieri autem posse non nego) non magis humor est, quàm si calculum renum velles humorem appellare. Sed hic homo oblitus est eius diffinitionis, quã humori assignauerat: Est corpus humidũ liquidũ. Sed hæc non merentur amplius sermonem remorari.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Controuersiarum medicarum ac philosophicarum.

Caput vigesimum. Melancholia naturalis quæ confluit adventriculum, excitet ne naturalem appetentiam, an tantum iuuet concoctionem.

GAleno autore libro quinto De vsu partium, vt vesica fellis expurgat sanguinem, qui in hepate gignitur à biliosi excrementi multitudine: & quam bilem traxerat, ad intestina deinde remittit alicuius vtilitatis gratia, ita lien à melancholico excremento purgat: quod deinde in ipsum reiicit vẽtriculum. id quod nõ sine magna commoditate fuerit à natura summè alioqui artificiosa, institutum. De huius excrementi in ventriculum quotidie reiecti vsu, disputationem nũc exordimur: de reliquis in secundo sermone dicemus. Galenus quinto De vsu partium ita scripsit: Ventriculum intẽdit, & cõtrahit in seipsum: cogitq; cibos ad vnguem complecti, & retinere, quousque fuerint percocti. Est igitur hic vsus, quem Galenus inuenit, concoctionem & retentionem ventriculi iuuare. Auicena alium præter hos vsum addidit, hos interim non negans: nempe, excitare appetentiam vẽtriculi. Damnatur hæc sententia à Leonharto Fuchsio, viro in Galeno versatissimo, ea potissimùm ratione, quòd, vt illi videtur, Galenus hunc vsum nõ dixerit, neque inuenerit. quasi verò nihil nouum iam inueniri possit, aut inuentis addi. Nemo sane Galenum pluris facit quàm nos, verùm hoc eius autoritati nihil detrahit, quòd Auicena iis, quos ille retulit, veluti auctuarium, alium humoris huius vsum addiderit. cùm præcipue, vt dicemus, Galenus ipse inuentionis viam apperuerit. Celebratissimum est apud Galenum & apud Aristotelem, rarò naturam rem aliquam ad vnum vsum effecisse, quin eadem ad multos alios abutatur. quid igitur prohibet, naturam hac humoris effusione in ventriculum vti ad concoctionem, & retentionem præcipuè: & ad excitandam etiam appetentiam ea abuti? Sane nihil. neque quicquam hîc video Galeni autoritati esse detractum. Controuersiam igitur non hanc oportet esse, sed, An ratione fiat, vt hoc humore naturalis excitetur appetentia, aut aliquid afferat hęc assertio improbabile: hoc in dubium vertendum est: & vtrorumq; rationes perpendendæ. Auicena nulla adhibita ratione, sicuti alia omnia fere protulit. Verũ nos, quibus eius sententia placet, adhibebimus. Omnes acidi succi, statim, ac in ventriculi os incidunt, appetentiam mouent. id cognoscimus experimento, & ex Galeno didicimus. Cum oris ventriculi periit appetentia, acidis fructibus vtentes, quotidie illam reparamus. succi quoque acidi, cum in ipso ventriculo gignuntur, aut in eius os aliunde copiosius cõfluunt, nimiam alimenti appetentiam faciunt. Dixit hoc Galenus primo De causis symptomatum, hãc famis reddens rationem: frigidi namque & mali succi redundantia, similem suctui morsum infert: appetentiam verò irritat naturalis affectus similitudine. De fame ea, quam caninam appellant (dices) est sermo in illo loco. Est, fateor, Sed dicito mihi, si cùm immodicus & prẽter naturam congestus succus melancholicus incidit in os ventriculi, facit famem præter naturam: cur non modicus, & qui secundum natura quotidie influit, naturalem famem excitet? Cur si multus succus nimiam facit: paucus non faciet parvam, & quæ pro modo naturæ est? non enim dices, arbitror, alios succos acidos & frigidos famem facere, vt Galenus dixit, melancholiam autem id non posse. Alii enim acore & frigore faciunt, & hic quoque acidus & frigidus est. Quod si concedis, intelliges non tantum fieri posse, vt melancholici hic humoris influxus famem excitet, sed esse in illis, quæ ex necessitate contingunt. nam necessario in vẽtriculum incidens, acore similem affectum in ventriculo faciet ei, qui in fame sentitur. Neq; verò est, cur quisquam putet, famem, quæ quotidie à modica copia melancholiæ influente in ventriculum excitatur, non esse naturalem. consequitur enim necessario rem, quæ naturæ ipsius prouidentia, & instituto fit, nempe influxum melancholiæ. Sed quæ necessario & perpetuò cõsecuntur causas naturales, secundum naturam sunt, etiam si alioqui incommoda essent, & inutilia, vt senium. præcipuè cum hæc famis excitatio quotidiana vtilis sit animali. quid, quod hoc fit suctu? Fateor. sed nihil prohibet naturã vnam ad aliquam rem, vna causa præcipua vti, & alia abuti. quid, quod hoc nõ dixit Galenus. Fateor. sed neque negauit: & ductus ratione addidit Auicena. Cur ergo, si hæc quoque fuisset naturæ hac in parte intentio, meatum melancholicum succum deferentem in medium ventrem, ac non potius in ipsum ventriculi os implantauit? Huius est duplex ratio. quoniam, etsi diximus ad excitãdam appetentiam eo succo naturam vti, sed ad hoc solum eo vti, non diximus, sed ad iuuandum concoctionem, & retentionem præcipuè. propterea, quò vtrique vsui sufficeret, & præcipuo magis, in medium ventrẽ implantatus est. præterea, ne tota ipsa melancholia in ventriculi os incidens, immodice ipsum moueret, & perpetuò homo fame canina laboraret. Commodius ergo fuit ad medium ventrem deportari, vnde non potest non aliquid in ipsum os assumi: quod modice, & vt oportet excitet, non nimium: & quod in animalis incommodum possit cedere. Nam quanquam dictum est, hanc famem ita excitatam quotidie, naturalem esse: est, cùm potest præter naturam fieri, quantitate scilicet, si ex præter naturam affectu immodice congesta, & in ipsum ventrem copiosius delata, caninam excitet famem. Sed quæ

mag-

magnitudine non eſt,ſpecie non eſt per naturam. Quid,quòd melancholia,quæ à liene reiicitur in vẽ triculum non reiicitur,cùm ventriculus incipit eſurire: ſed cùm diſtentus iam cibis eſt, quo tempore nihil poteſt eſſe inutilius fame? Ego non video, vnde hęc coniectet Fuchſius. nam fames naturalis non fit(vt ille fortaſſe putat) antequam tertia concoctio, quæ peragitur in membris ex priori cibo iamiam finitur: quod in quinto huius operis libro monſtraturi ſumus capite De cauſis famis: quod vellem,lectorem ad plenioręm controuerſiæ huius deciſionem,perlegere. Interim ita refutamus Fuchſii argumẽtum. Retentio concoctionem præcedit,non minus quàm appetentia: ergo auxilium retentionis importunè aduenit,cùm multò ante incępit concoctio: ſed tu concedis ad hæc duo conferre, concoctionem,& retentionem: ergo,ſi,quo tempore dicis,influeret: non minus ſerum eſſet auxilium ad cõplendos tuos vſus,quàm tertium hunc, quem dixit Auicena. Addis(quod tacuiſſes honeſtius)mirũ,quòd Auicena non dixit,pituitam acidam eſſe ad famem excitandam: nam hæc ex libro De plenitudine famelicos facit. Colligitur ſecundum naturam,ò vir doctiſsime,melancholiæ illa portio,& ſecundũ naturam eiicitur quotidie in ventriculum. pituita acida præter naturam fit,& ex morbo. proinde illa famem naturalem facit,hęc præter naturam. illius oportuit dicere vſum,huius non oportuit. lęſio enim hęc eſt,ille vſus naturalis. quid? nunquid omnes melancholici famelici ſunt? at Galenus libro De plenitudine ita ſcripſit: Ex atra verò bile in ſuaues fiunt,& tetrici, & horribiles,& ſitis expertes. ac ſaliua referti: cibum auerſantes,nõ omnes,ſed quidam illorum: manifeſte autem ſunt famelici quibus atra bilis aciditatem ſuperantem obtinet. id fieri ſolet cum ea malignior redditur. Poſſes hic addere,ſpecierũ omnium melancholię minimè acidam eſſe naturalem,qualis eſt ea, quę à liene venit in ventriculum. Tamen dicimus, non omnem melancholicum ſuccum famelicos homines facere: ſed eum tantũ, qui multę aciditatis eſt particeps,& malignior,niſi in ipſum ventrem incumbat. nam ſi in illum incumbit, famem facit etiam ea quæ minime eſt acida, de qua dictum eſt tertio De locis patientibus, capite quinto: Sed ea,quam craſſæ fœci ſimilem eſſe dixi,in terram effuſa,non inducit feruorem,niſi forte ardẽte febri ipſam præuri contingat. minimè etiam acida qualitate participat. Tamen explicari debet hic locus verbis his,quæ in libro De atrabile capite tertio ſcripta ſunt. neque enim acerbitate,neq; acore manifeſtè hæc participant. Vt ſignificent huius melancholię acorem non eſſe manifeſtum,vt eum qui eſt in atrabile. non enim profectò omnino eſt naturalis melancholia, ſine acore. nam de hac ipſa dictum à Galeno eſt loco citato,ex quinto De vſu partium, Acerba cùm ſit,& acida. Vides, arbitror, vt non ex imaginatione ſola procedat Auicenę placitum,ſed ex ratione etiam,& experimentis. Sed vis dicam quod ſentio, reprehenditur à nobis ſæpe Auicena,quia falſa docet: ſed non raro reprehenditur, quia illi non eſt apud nos gratia. Sed de hac quęſtione hęc ſint ſatis.

Caput vigeſimumprimum. De atræ bilis ſpeciebus.

MElancholiæ naturalis ſpecies vnica eſt, ſcilicet ſanguinis fex. ſubſidet enim in ſanguine craſsior pars, vt in vino ſubſident fęces. Eſt hic humor ſubſtantia craſſus,temperamẽto cum ſiccitate frigidus,niger colore,ſapore acidus. hæc melancholia,ſolum ſubſidentibus craſsis ſanguinis partibus fit in his,qui tales ſunt temperamento naturali,aut longo timore,aut mœſtitia tales facti ſunt,aut alioqui alimento terreo,multo antè tempore ſunt vſi. quãquam & citra hæc naturaliter portio aliqua ex quotidiano cibo huius ſucci prouenit. Melancholia eſt altera,quę prçter naturã fit exuſtione (quẽadmodum Galenus inquit in eo libello qui de hoc humore tantum ſcriptus eſt: cui propterea eſt titulus De atra bile)bilis flauę,aut melancholię naturalis. Vnde duæ tantummodo fiunt melancholię prçter naturam,quam proprie atram bilem appellant medici,ſpecies. Auicena & eius aſſeclę duas alias huius bilis ſpecies addiderunt,ex omnibus humoribus,vſtionem perpeſsis, aliquam melancholiam prouenire,putantes. quare aliam ex ſanguine genitam,aliam etiam ex pituita dicũt. Celebratiſsimum eſt apud Galenum,cùm ſanguis vritur,eius tenue tranſire in bilem,& craſſum in melãcholiam. quare minus eſt improbabile,quod de generatione melancholię ex ſanguine per vſtionem dicunt. Cęterũ Galenus duas tantum ſpecies dixit, quoniam cùm ex ſanguine bilis atra generatur, meritò quis dixerit, melancholiam naturalem prius fieri,ex hac deinde atram bilem. nam cum tenuia inflammatu ſint facilia, craſſa difficilia: non mirum,ſi flaua bilis ex tenui parte ſit genita,& craſsiorem vſtio non prehenderit. quod ſi quando non ita fiat: ſed vſtio vtraſque partes ſimul inuadat, ne tum quidem generatur bilis atra,ſaltem de genere illius,quæ terram fermentat,muſcas abigit: & vt Galenus cenſet, nunquam non lethaliter excernitur. nam multo mitior eſt: vt quę ex mitiori materia, quàm illę alię, generetur. quare hanc non tam vult Galenus atram bilem appellari,quàm in atrę bilis confinio poſitam. ita enim inquit ſecundo libro De differentia febrium capite nono: ſi ſupra modum aſſetur,mutatur quidẽ omnino,quãtum ſanè ſubtilius ſimul ac pingue eſt,in flauam quantum autem craſsius in atram bilem, vt in his tumoribus,qui carbunculi appellantur. nam in h[illegible]ex ſanguine ſupra modum efferueſcente ad

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

melancholicum succum fit mutatio.ita autem hoc loco intelligi volo melancholicum succum, vt qui nondum exquisitè in atræ bilis naturam transierit,sed in quodam sit confinio constitutus.Carbunculus(vt licet videre in libello De tumoribus præter naturam) est ex feruente sanguine, cum in ipso feruore sanguis melancholicus fit.quare minus est malignus cancro:qui ex melancholia,cùm assatur,aut ex atra exquisitè bili fit.Galenus ergo ab illius atræ bilis,quæ exquisitè talis dicitur,ratione excludit eâ, quæ ex assato sanguine fit, vt qui eam tantummodo bilem atram appellaret, cui accidentia libello De atra bile descripta conuenirent. qualia nos quoque paulò antè incepimus enarrare. Nobis vero, quibus latius vti nomine est in animo, non est negandum, speciem quandam bilis præter naturam ex sanguine vsto generari, cæterum illam esse reliquis mitiorem. Quare tres iam species bilis atræ,etiam iuxta Galeni mentem sunt:quarum mitissima est,quę ex sanguine: pernicioßissima, quæ ex flaua bile: mediç naturę,quæ ex melancholia.Ita enim Galenus docet,in eodem bis.iam citato libello,dicens: Atque exitialis ad eo generatio eius esse videtur, vt quæ atro humore superassato cõtingat: multo verò hac profectò pernicioßior censenda est,ea bilis atra,quæ à flaua superassata gignitur:quanto nimirum,& humor humore efficatior est.Sexto etiam Aphorismorum commentario quinquagesimo tertio,Ex flaua(inquit)bile omnino molestissima est.Errauit ergo Auerroes,qui prima Canticorum commentario septuagesimo,atram bilem ex melancholiæ naturalis vstione omnium pernicioßissimam esse voluit.Damnandi etiam Auicena,& barbari omnes,quod atram bilem,aliquando ex pituitæ vstione fieri posse putarunt.hoc enim à ratione est omnium alienissimum. Cæterum quoniam Manardus, vir multæ eruditionis,libro nono epistola secunda,aduersus hanc opinionem efficacissime est argumentatus,minus nobis hoc in parte est elaborandum.Sed ne hîc quicquam ad quæstionis dissolutionem desideretur,breuissimè quod propositum est, monstrare nitar. Celebratissimum est à Galeno,ea quæ extremè distant,non posse in sese inuicem transire,nisi per medias commutationes.at vero pituita à melancholia per vstionem genita extreme distat. tamen vt in reliquis qualitatibus maxime hoc est obseruatum:ita in coloribus est perpetuum, de quibus Galenus primo De facultatibus naturalibus capite decimo:Siquidem,vt rubrum flauum fiat,aut flauum rubrum, vnica simplici cõmutatione est opus:vt vero album nigrum,vel nigrum album, omnibus,quæ in medio sunt.Igitur pituita,quæ alba est,non potest fieri atra bilis, quæ est nigra:nisi sanguis fiat prius,deinde bilis,aut melãcholia,deinde atra bilis.Neque verò hoc quicquam est euidẽtius.nam, quemadmodum licet videre apud [illum] nem dialogo De natura,& etiam à nobis partim paulo superius dictum est, partim dicetur modo,colores extremi,albus & niger sunt, nam & extremas inferunt passiones sensui, congregationem scilicet,& disgregationem,reliqui horum mixtione conflantur, ad hoc aut ad illud extremum accedẽtes pro ratione maioris,vel minoris portionis huius,aut illius,quam accipiũt:qui hoc ordine sunt,Albus,pallidus,ruffus,flauus,ruber,viridis aut liuidus,niger.Ita enim ex seipsis inuicẽ fiunt.ex flauo, aut rubro,quando refrigeratione ad nigredinem delabuntur liuidus:quando vstione,viridis.Verùm hæc fortasse procedente sermone dicemus.Cùm igitur hæc ita habeãt, & ex pallida, aut rufa bile vsta non possit bilis atra fieri,nisi alios colores medios prius induat,flauum scilicet sincerum,& viridem:qua ratione succus albus proxime ex albo fiat niger?Prçterea neq; Auicena ipse dixerit,calorem cuncta denigrare:sed quædam denigrare, quædam dealbare dicit pro aptitudine ipsius materiæ. Tandem vt denigretur nihil est ineptius pituita.quanquam enim humida dicit à calore nigra fieri:non tamẽ omnia humida,intelligendum est:sed ex quibus fumosa fuligo prodit copiosè.quod in pituita nõ cõtingit. Verum longus iam admodum hic sermo est,nam nihil est apertius, quàm pituitam non esse substantiam vstioni aptam. quippe & si in ignem coniiciatur,non vritur,sed absumitur in halitus dissoluta.nimirũ aquea non sunt apta vstioni.negat siquidem Aristotiles.4. Metheororum capᷤ.9.κακυς ἀ.quasi dicas cremabilia esse,quę sunt multa humiditate redundantia:sed ea tãtum dicit esse vstioni apta, quæ meatus habent ignis capaces,& in eis humorem igni inferiorem. Quod si quid crassiusculum, & desiccatũ ex pituitæ consumptione relinquitur,neque illud nigredinem patitur,sed crassum,& album, gypso simile manet. vnde ab illis gypsea pituita appellata est. His addit Manardus loco citato, fieri non posse, vt tot bilis atræ species sint,& vt decem tantum sint species omnium humorum,dempto sanguine:id qđ Galenus docet in fine secundi libri De facultatibus naturalibus, commendans Praxagoram, qui illos in hunc numerum redegit primus.nimirum pituituitæ sunt quatuor prçcipuę species,quas scripsit secundo De differentia febrium capite sexto,dulcis,acida,salsa,& vitrea (quanquam quarto De ratione victus acut.commentario decimotertio.tria tantum genera esse dixit pituitę,comprehendens, vt opinor,vitream sub acida)bilis quatuor,quas bilem naturalem,vitellinam,porraceam & ęruginosam dixit Galenus.melancholię duę,melancholicus sanguis,& atra bilis, vt habetur quarto Aphorismorum in commentariis vigesimo primo,& secundo.Sed de hac quęstione hęc sunto satis.

Caput

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caput vigesimum secundum. De secundis humiditatibus, quas inuenit Auicena.

AVicena, Fen prima primi capite De humoribus, præter quatuor humores, de quibus hactenus locuti sumus, aliorum quatuor meminit: quos humiditates secundas, quò hac ratione à primis illas distinguat, appellat. Multi hoc inuentum damnauerunt: alii vt barbarum, & ineptum: alii, vt omnino falsum. nulli tamen illorum, quam rem vitio dent, apertè loquuntur: neque quid in inuento commendandum, quidue damnandum, declarãt. proinde vtile duximus, de his aliquãtisper disserere, antequã huic primo libro finem imponamus. Non potest nostra disputatio aliunde commodiùs exordiri, quã ab ipsarum humiditatum notionibus: neque hæ ab alio, quàm à suo autore, petendæ sunt. Prima humiditas nomine caret, & oratione dicitur: Est humor in extremitatibus exilium venarum. Secũda humiditas dicitur ros, & sic diffinitur. ros est humor per omnia transiens membra, qui in nutrimentum conuerti est aptus, & ex similitudine nomen accepit. De tertia, quæ cambium appellatur, ita dicit: Cãbium est, quod parum ante congelatum est, & nondum integrè ad similitudinem completæ substantiæ transmutatum. Quarta dicitur gluten, Et gluten (inquit) est humor, per quem, par[illegible]nuitas existit. Hoc non videtur, inuenisse Auicena. principium enim inuentionis à Galeno accepit septimo Methodi, capite sexto, cuius hoc est principium: Est autem prorsus consumata siccitas, vbi solidæ simplicium partium substãtia reddita est siccior. nam est & altera siccitas, vtique, cùm ea, quorũm substantia ex humore concreto constat, sicut caro, & adeps sunt liquata: etiam tertia ante has, cum prius humor, vnde partes nutriuntur, omnino est absumptus: continetur is, in omnibus animalis partibus, roris more per eas sparsus. alia siccitas est, quæ in propriis cuiusque particulæ, exilibus venis, & arteriis consistit. prouenit hęc ex sanguinis penuria. Hactenus Galenus. quibus verbis quatuor distinxit siccitates, aut siccitatis species. quare, cùm siccitas humori contraria sit, & vnum vni perpetuò contrarium, pluribus plura: totidem ex aduerso necesse est humoris species respondere. qua ratione, dixerit aliquis Auicenæ studiosus, inuentum recte processisse. ac argumentabitur secundo, ex harum humiditatum abundantia, aut penuria, morbos aliquot distingui, non minus, quàm per redundantiam sanguinis, pituitæ, aut melancholiæ: distingui enim marasmum ab hectica febre. quare non minus (dicet) est ex vsu medici, horum, quàm primorum humorum meminisse. Adde Galenum ipsum, videri horũ humorum inuentorem primum. nam prima humiditas eodem modo finitur à Galeno, atque ab Auicena. nam Auicena, Est (inquit) humor in extremitatibus exilium venarum. Galenus. alia est siccitas, quæ in exilibus venis, arteriisq; consistit. addit (quominus ignoretur in consumptione primæ humiditatis Auicenæ consistere) prouenit hæc ex sanguinis penuria. Iam verò roris nomen Galenus primus in hac significatione vsurpauit. Esse in solidis partibus sicciorum elementorum vnionem per humida conseruatam, neque Galenus (arbitror) negauerit. Supereſt alia, quam cambium dicit interpres Auicenæ: hanc Galenus ita finit, Est, quorum substantia in humore concreto constat, vt pinguedo, & adeps, Auicena. Quod parum ante congelatum est. Igitur hac etiam in parte idem sentiunt, & solius nomiuis inuentor est Auicena, nequaquam notionis: quam apud Galenum priorem inuenit. Quid ergo dãnatur, qui hac in parte, ne vno verbo videtur à Galeno discrepasse? Certe non est damnandus, quòd de quatuor siccitatis gradibus, quatuor humiditates methodo deduxerit, numero inquam contrario: sed quod illarum inter liquorum differentias meminerit, perinde ac si liquores essent: quæ tamen tam lõge absunt à liquorum natura, quàm membrorum: aut si quę illarum humores sunt, à primis non differunt substantia. nam quid quæso est ea humiditas, quæ in exilibus venis est, aliud, quàm sanguis, ab alio, loco diuersus? forte & tenuitate: vt qui per arctas vias diductus sit: nisi forte locorum diuersitas facit humoris differentiam: qua ratione, & sanguis in corde ab eo qui in iecore: & is ab eo, qui in liene, differat specie, vt infinitæ penè humorum species fiant. Commenti sunt nonnulli barbarorum, hanc humiditatem, & si sit humor, qui in exilibus venis, arteriisque continetur: eum tamen à sanguine integro, iam esse diuersum. Galenus tamen de prima siccitate dixit, Fit hæc sanguinis penuria. Ergo contraria humiditas, sanguis est. cambium (si modo Auicena sensum verborum Galeni non corrupit) caro est, & adeps, quæ membra quidem sunt, sola mollicie à solidis differentia. Quid gluten? nonne est is humor, qui in membris seruat partium continuitatem? at vero idem Auicena dixerat capite De elementis, elementa humida retinere sicca in continuitate. si ergo elementa proprias formas retinent in compositis, vt idem autor opinatur, illud nihil aliud est, quàm elementa humida. quorsum ergo prima elementa ad tractationem de secundis (humoribus inquam) transfert? Si vero non retinent proprias formas, vt in prima huius libri quæstione probauimus: illud certe, humidæ [illegible]rtes substantiæ ipsorum membrorum sunt.

Ergo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ergo quo pacto non eſt ineptiſsimum, hæc in capite de humoribus collocare? Cum aliud, à vero ſanſanguine non differat aliud membrum ſit: aliud elementum, aut ſubſtãtiæ membri pars? Supereſt quẽ nobis obtrudant Auicenæ ſtudioſi ſolus humor vocatus ros. hic enim, humor verè eſt, & à quatuor primis videtur diuerſus. nam humor quidam eſt albus per membra omnia diſperſus, veluti ros, quo membra nutriuntur. Sed ille nec ſanguis eſt, nec pituita, nec bilis, nec melancholia. ergo non ſunt ſolum primi humores. Reſpondetur, prẽter quatuor humores, eſſe alios in corpore qui ex his fiunt ad nutriendum membra: non enim omnia ex primis quatuor humoribus nutriuntur vnica commutatione, ſed ex ſanguine fit medulla ad oſsium nutritionem: ſemen ad nutritionem teſticulorum, & vaſorũ ſeminariorum: ita ros quidam ad nutriendum carnem, vt lac, ad mammas; tamen quatuor tantum eſſe dicuntur humores: quia in communi corporis officina, tantum illi fiunt, & ab illis omnia membra, vnica aut pluribus mutationibus nutriuntur. reliqui fiunt ex his in via ad nutritionem. quare rores quidam fiunt, qui iam in medio naturæ conſiſtunt ſanguinis, & membrorum. tamen tres reliquæ humiditates, humores non ſunt, aut ſi quæ illarum eſt, à ſanguine non differt. Verum hac in parte nõ omnino damnandus eſt Auicena, ſed eius inuentum, ampliùs, & melius explicandum. nam ſi inuentiõis ratio expectetur, quam propoſuimus, non debent dici humores, neque primi, neque ſecundi (non enim ſunt vt oſtendimus) ſed humiditates, aut vt clarius loquar (eſt enim quid Auicenæ interpretem ideꝫ humiditas, & humor. mihi vero hoc loco ambobus nominibus vti liceat, vt humor ſignificet ſuccum, & humiditas humidam temperiem, nam facit modo ad diſtinctionem doctrinam) humiditatis gradus. Eo enim quod ſiccitatis gradus quatuor ſunt, ex contrariorum lege colligebamus. Sed ſiccitati non eſt contrarius humor, ſed humiditas. humor enim ſubſtantiã ſignificat, humiditas & ſiccitas qualitates ſunt. itaque quot ſiccitatis ſunt gradus, totidem oportet vt humiditatis ſint. quo magis enim illa creſcit, eo magis minuitur hæc. ita vt vbi vnica eſt ſiccitas, tres ſint humiditates: vbi duæ, totidem: vbi tres ſiccitates, humiditas vna relicta ſit: vbi quatuor, nulla præterea. Hi hnmiditatis gradus diſtinguntur, abſumptione aut conſeruatione quatuor illarum ſubſtantiarum: quas placuit Auicenæ dicere humiditates, cum ne humores quidem ſint. Sunt ergo humiditatis gradus, non humores ſecundi.

Vnde manifeſtum ſit, commodius de illis potuiſſe diſputari, in tractatione de temperamentis. quod ſi factum eſſet, nihil erat in hoc inuento non commendandum. Cæterum hæc quæſtio, & totus hic primus liber iam eſt adeptus iuſtum finem. Hic iam putamus fore commodum, vt ſermo, ne perpetuitate ſit grauis intercidatur.

*

FINIS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CONTROVERSIARVM MEDICARVM, AC PHILOSOPHICARVM LIBER SECVNDVS.

QVAE, SCRIPTORVM SVPERIORIS SECVLI ERAT BARBARA CONSVEtudo, cui studiosi omnes hactenus assueuerant: non mirum, si quis in nostris libris illud vitio det, quòd non seorsum singularum opinionum, quæ in quauis cõtrouersia sunt, argumenta, veluti qui aciem struunt, ordine collocamus: deinde his ex aduerso responsa obiicimus, maiores interim, minores, consequentia, & consequentias, & sequelas resonantes: concedo, nego, distinguo, dubito, trãseat, per buccas millies obuersantibus: quodq; notabilia non facimus, diuersis capitibus vt distributa sint: neque corollaria interim deducimus. Ego sane non mirabor, si tyrones tales effundant querimonias: neque ipsos accusauerim, etiam si sermonibus his non tam veritatem ipsam per se, & firmissimam in vnaquaque re rationem, quàm sophisticas disputationes, & tricarum multitudinem congestarum barbarè sectari se, manifestè prodant. Nam quid faciant miseri? quibus nõ tam expedit, vera dicere, quàm barbare respondere, vt à sapientissimis amice recipiantur? Nam, si quis examen subiens, in distinguendo verum à falso paulò expeditior est, neque bis singulos syllogismos repetit, neq; ridiculis quibusdam præludiis exorsus, aut beneuolentiam doctoris inepte captat, aut ex consuetudine, non ex iudicio, nescio quos putidos sermones submurmurat, hic inuidiosus cunctis fit, superbus, superciliosusq; dicitur. Si quis verò, magistros loquatur colendos, venerandos admodum, nunquam pœnitendos, medicorum facile principes, & monarchas proclamat, & bis, térue, consequentias repetit, quiq;, surgendo, & residendo, sedem iam contudit, ad rem autem respondit nihil: hic ingeniosissimus iam hinc euadit, & est mire modestus. hunc commendant sapientissimi. Huic, si vox contigit acutior, & oculi circumquaq; volubiles, & abrasus frons, disertus est, & ingeniosus: si tardo, ingenio apertè est, neque peritus, neq; disertus, sed magistros dicit, vt qui domi fuerat præmeditatus, mira huic homini est iudicandi vis: vsque adeo, dum modo des quod volunt: potes, quod lubet accipere, aut ingenium acutum, aut maturum iudicium. Quid iam, nunquid memoria vis esse firma? duo, aut tri[illegible] giuscula Galeni loca, multò ante discito recitaturus: hæc, cùm res poscet, dicito rapidè: intelligant ne alii, an non, nihil curans. Si occasio dederit felix, hæc eadem repetito sæpius. deinde inter respondendum sæpius Galeni nomen inaudiatur: & Paulos, Alexandros, Aëtios, nonnũquam etiam Auicenas effundito. Sed caue, cures verè quenquam autorum citare, nam hæc cura fortasse inter dicendum te reddet cunctantiorem. His artibus, si vtatur, videri nullus non, esse sapiens nullus potest. quãquam ne videri quidem omnibus, sed magistris, barbatis magis, quàm peritis. Nobis verò non tam est propositum inuenire, qua ratione sapientes apud insipientes habeamur: quàm in vnaquaque controuersia veram, aut maxime probabilem opinionem: vt ita cum sapientibus versemur. quo, vt nihil est iocũdius: ita neque quicquam est molestius, quàm cum idiotis vestibus talaribus indutis degere. Qui ergo medicam artem, sibi cupit comparare, à nobis illam fortasse discet: qui deceptoriam, non desunt multi, à quibus requirat. Quoniam ergo hoc nobis est institutum, & hic animus: non sophistarum verba, sed res à sapientissimis antiquorum inuentas, obseruamus. nam pleriq; hodie (absit, vt quenquã noratum velim, sed barbaram consuetudinem, quæ iam incipit facessere, accuso) argumentantes, importunam, & duplicem repetitionem, & responsum quod in forma dicunt iure poscunt, quasi in aliqua dictionis figura nerui argumentorum sint: & tamen figurarum In dictione sunt ignorantissimi. vsque adeo nostro tempore, non tam sunt sophistę, quàm hypocritę. non enim sophisticis argutiis, sed composito, quodam incessu, gestu, vestitu ad id comparato, & artificioso sermone vulgi sibi aucupantur admirationem. Neque tamen hæc diximus, qui artem disputandi vituperemus, quam dialecticam vocãt. fortasse enim huic arti plus operis, quã alii plurimi impẽdimus, & impendimus nõ infeliciter, (quare hæc liberius loquimur) sed qui rudem formulam argumentandi nihil minus quàm dialecticam, quæ tyrunculis tantummodo est vtilis, non decere in quæstionibus grauioribus, aliquãdo persuadere, vellimus: id quod solis illis non persuadebimus (satis certo scio) qui nihil præter formam, sciunt: & hãc ipsam nõ tam arte quàm longa consuetudine cõsecuti sunt. Quantum intelligo, in iis quæstionibus, quas in primo libro pertractauimus, neque quod ad materiem, neque quod ad formam expecter, adeo multum desideratur: tamen ab inepta consuetudine satis abstinuimus. quem igitur ordinem in primo totius operis libro obseruauimus, eundem in reliquis (dante Deo) sumus obseruaturi. Oratio eo peruênit, vt omnes, aut præcipuas quæstiones, quæ de elementis, temperamentis, & humoribus sunt, absoluere-

mus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mus: supersunt in hoc secundo disputandæ quæ tractationes de membris, virtutibus, & operationibus attingunt. quod faciemus, si prius, vt vulgatissimam, ita & vtilissimam membrorum diuisionem explicuerimus.

Caput primum. De appellatione partium simplicium, instrumentorum, & membrorum.

HVmani corporis, partes quædam sunt homogeneæ, quędam hęterogeneæ: hæ, quemadmodum nomen ipsum præ se fert ex diuersorum generum partibus constant illæ constant ex solis primis elementis, & sunt vndequaque similes, quæ à Græcis nonnunquam appellantur προσεχῆ μέρη. ideſt, continuæ partes (vt ego intelligo) quia secundum formam & materiam continuæ sunt. Rursus, partium, quibus corpus constat, quædam dicuntur, partes aut particulæ sine adiectione: quædam dicũtur instrumenta organaue, aut partes instrumentales, aut, vt quidam alii loquuntur, partes officiales. quæ nomina vsurpatissima sunt inter medicos. quibus autem rebus dentur, opus est, declaremus. Ná pars diffinitur circũscriptione in principio primi De vsu partium: vbi ita dicitur: Quæcunque corpora, neque vndequaque circumscriptionem habent propriam, neque vndequaq; coniuncta sunt aliis: hæc particulæ vocantur. Instrumentum verò diffinitur operatione primo Methodi capite sexto, vbi ita inquit Galenus: Instrumentum verò appello animalis partem, quæ perfectam edere operationem potest: veluti oculus visionem, & lingua loquellam. Ex dictis videtur manifestum, neque partem eam quæ pars absolute dicitur, vel membrũ vel particula, neque instrumentum posse esse partem homogeneam: sed necessario esse hęterogeneam. Nam homogeneæ, neq; cõformationẽ habent, aut figurã: neque perfectas edunt operationes. Galenus libello De differentia morborum simplicibus partibus dicit accidere temperiẽ, aut intẽperiem: multiformibus, oĩa, quæ ad cõpositionẽ expetãt. Quare simplices nullã habent propriã circũscriptionẽ. Iã verò operationes, quanquã rationes homogenearum siue simpliciũ partiũ fiunt, dicẽte Aristotele 2. De partibus animalium capite primo: tamen instrumentorũ sunt, & partiũ ad operationes habentium figuras accõmodatas: vt visio est oculi: in quo tamẽ est vnica simplex pars, humor cristalinus, visionis causa: & reliquæ vsum aliquẽ præstant illi libello de Differentia morborum. Itaq; perfectæ operationes vt fiãt, his oĩbus est opus. Quare pfectæ operationes, simplicium partium, videntur esse. Igitur pars simplex non potest esse, instrumentum, membrúmue, aut pars corporis. Sed contra est, quod Galenus in eodem loco primi libri Methodi prædictis subdit hæc verba: Ad eundem modum, & venæ, & arteriæ, & neruus, tum instrumẽta, tum partes animalis sunt. Sed hæ partes simplices sunt. Libello De differentia morborum capite tertio, exempla simplicium partium sunt arteria, vena, neruus, cartilago, & ligamentum. Aristoteles etiam secundo De partibus animalium capite secundo inquit: Siccæ & solidæ inter homogeneas partes sunt, os, spina, neruus, vena. Itaque venæ, & arteriæ sunt simplices partes: quas tamen instrumenta esse, & partes dixit Galenus. Et si nullus dicat, ratio confirmat: habent enim circumscriptionem propriam, nempe, figuram rotundã, & oblongam, & operationem perfectam, pulsationem scilicet, & sanguinis delationem. Hæc itaq; est in horum nominum vsurpatione controuersia: quæ vt dissoluatur, illud opus est animo concipere, partem aliquam, homogeneam dici, aut quoniam reuera simplex sit, aut quoniam sensui talis appareat. Arteria, & vena, & neruus sensui simplicia vidẽtur: & proinde talia dicuntur, tum ab Aristotele, tum etiam à Galeno in libello De differentia morborum, vbi ad sensum referebat, quas partes simplices, aut compositas appellauit: vt ipsemet declarauit eo loco his verbis capitis quarti. Hoc verò in loco non adeo ad exactum est consideratio redigenda. Id vnũ tantũ animaduertere oportet, simplexne ad sensum, an composita sit animalis particula: tamen reuera simplices non sunt, neque alia quæpiam particula sensui subiecta, vt dicitur decimo Methodi capite vltimo: Siquidem in singulis simpliciũ, ac primarum, quas vocant, partium: alia portio substatiæ illarum est, veluti fibrosa, alia membranosa, alia carnosa: sicut, exempli causa, cùm vena vnam tunicam habeat, & eam tenuem: licet, fibras tamen in ea inuenire multas. Hoc clarius adhuc dixit libello De inæquali intemperie, vbi negauit, venam & arteriam simplices esse partes his verbis: Digitorum rursus sunt ossa, & cartilagines & ligamenta, & nerui & arteriæ, vena: membranæq; & caro, & tendones, cutis, vnges, & adeps, hęc autem diuidere in aliam speciem non est: sed sunt vndequaque similes, ac primæ: exceptis tamen arteriis & venis. hæ namque ex fibris, & membranis sunt conditæ, veluti in tractanda dissectionis ratione est traditum. Quare videtur hic rursus contradictio esse in Galeni verbis, Cũ alibi venas & arterias simplices partes, alibi multiformes dixerit. Sed, neque hic, neque illic est. nam neque instrumentum, neque membrum potest esse reuera simplex pars: tamen sensu potest esse simplex: & vena, & arteria sensu sunt simplices, natura compositæ, ac heterogeneæ partes. Sed contra est, quòd Galenus in eodem libello De differentia morborum inquit, instrumenta esse disimiles partes, & tales ad sensum dici. Tamen neque hoc est dictis

aduersum

aduersum.nam illic monet,duplicia esse instrumenta,quędam prima,qualia sunt,vena & arteria: hæc sunt exacte multiformia:simplicia ad sensum.alia secunda,qualia sunt,manus,& caput:quæ multiformia sunt etiam ad sensum.Itaq;,partes exacte simplices,neq; partes absolte,neque membra, neque instrumenta,neque partes instrumentales, neq; officiales (omnia enim hęc nomina video circumferri) dici possunt.tamen quæ simplices à medicis dicuntur,quia tales ad sensum sunt, esse possunt instrumẽta prima.Instrumenta secunda,ad sensum etiam sunt heterogenea. quare de hac quæstione, quæ ferè est de nominibus,hæc sufficiant.

Caput secundum.Procedant ne operationes à partibus simplicibus, aut à compositis.

QVanquam hæc quæstio, cum tractatione de virtutibus admodum coniuncta est, vt & pleræque aliæ de membris,& procedente sermone loco opportuno non careret.tamen,quoniam ad præcedentis intellectum est apprime necessaria: & alioqui non minus ad membra,quàm ad virtutes expectat:de membrorum operationibus hîc differemus, Sínt ne simplicium in illis partium: nam neque hoc antiqui autores admodum distincte nos docuerunt. diximus obiter in proxima quæstione, operationes ab instrumentis fieri,ratione simplicium particularum,quibus cõponuntur.id quod Galenus docet libro primo De memborum differentia,dicens,in vnoquoque instrumento vnam aliquã simplicem esse partem,operatiõis causam:reliquas illi subministrare.& illam particulam quę causa est, dici proprium instrumentum.Gratia exempli,in oculo, est humor cristalinus instrumentum propriũ visionis:humores reliqui,& tunicæ omnes,visioni,quò commodius fiat,subseruiũt.itaque operationes perfectæ,vt incedere, videre, audire, & consimiles,ab instrumentis fiunt: vt visio oculo,ingressus cruribus,auribus auditus.sunt enim in his membris ad has operationes omnia optime comparata. sed instrumenta ratione simplicium operantur.non em̃ in figura,numero, magnitudine, aut situ sunt efficientes virtutes:sed in temperamentis.in hanc sententiam libr.3.De locis patientibus.cap.4.ita est scriptum: Iam enim explicuimus (erat sermo de intemperie) eam simplicium partium, quæ primo operantur,communem esse affectionem. Cæterùm non oportuit, instrumentum homogeneum esse, quia omnes perfectæ operationes indigent dissimilibus partibus instrumentorum.vt motus secundum locum,aliis indiget in cruribus,durioribus partibus,& firmioribus,aliis mollioribus,& mobilioribus. Dicuntur hoc in loco perfectæ operationes illæ,quæ animantis operationes appellant.dicimus enim hominem incedere,& comedere,& audire:trahere autem,aut retinere,aut coquere de singulis partibus dicimus.Actiones perfectas vocat Galenus secũdas,reliquas primas. quibus appellationibus vsus est libello De sanguinis missione capite quarto dicens:Cum ergo primas actiones à simplicibus corporibus perfici,ostensum sit,ab instrumentis verò,secundas. Aristoteles non videtur huic sententię omnino fauere:qui lib.2.De partibus animaliũ cap.1. sensus per mẽbra simplicia participari, motus vero quos ille operatiões vocat(sensus em̃ passiones dicit)p multiformia.neq;verò id sine argumẽtis docet. sed sensus quiuis(inquit)certi cuiusdã generis est,& à philosophis quiuis sensus vni elemẽtorũ tribuit, igni scilicet,aeri,terræ,aut aquę.proinde ratiõe alicuius simplicis particulę fit:operationes nõ itẽ. Itaq; Aristoteles docere videtur,quanquam sensus ratione simplicium partium sint in instrumentis: tamẽ operationes minime.atque multi Aristotelici ita sentiunt. Verum ego non video, quod sit discrimen inter sensus & motus.quare censeo omnes operatiões ab instrumẽtis fieri, siue ad sensum,siue ad motum spectent,& ab opinione Aristotelis aperte recedo. non enim mihi placet quorundam interpretatio dicentium,Aristotelem asseruisse,operationes esse multiformium,sed non negasse, primam causam esse in simplicibus.nam si ita intellexisset:quod erat constituendum discrimen inter sensus & motus?an non etiam visio,quæ sensus est ab oculo dicitur facta: eius tamen causam primam humorem esse cristalinum? Sed quæ quæso tam fortia argumenta nos cogunt à tanto autore recedere?hæc quę firmissima sunt: Omnes operationes fiunt à virtutibus:virtutes consistunt in temperamentis: temperamenta tribuuntur primò partibus simplicibus:ergo & virtutes,& operationes.Pręterea: Omnis actio, quæcunque ea sit,aut cuiuscunque sit membri,minuitur,viciatur,aut tollitur ab intemperie.nẽpe omnis immodica intemperies,vt dicitur in commentario vigesimi secundę particulę Aph.deiicit actum propriæ virtutis.Sola refrigeratio potest reddere crura immobilia:& tamen intẽperies nuda nil quicquam detrahit de figura,numero, aut magnitudine,aut re alia ad compositionem spectante: ergo operationes non compositione,sed temperamento exercentur,vt prima causa.Figura autem commoda,& reliqua necessario requiruntur. Constat tamen, vt temperies in partibus simplicibus sint.quare omnes operationes ab instrumentis fiunt ratione simplicium partium.simplices enim sunt propter cõpositas.dictum enim est à Galeno libello De differentia morborum, quando inflammatio aliqua est

in

in instrumento, quod nullam habet propriam actionem; inflammationem non esse morbum, sed obstructionis, quæ morbus est, causam: inhabentibus verò actionem propriam, duplicem morbum esse, inflammationem, & obstructionem. quo loco videtur docere, esse partem aliquam omnino sine actione, quod aduersum rationi est, cùm necesse sit, omnia habere saltem naturalis facultatis actiones. Cæterum locus est ita intelligendus, sermonem illic esse de actionibus instrumentorum. nam quanquam dictum est, actiones omnes instrumentorum esse: tamen id de actionibus ad totius vsum relatis intelligendum venit: cuius modi sunt, sanguinis generatio, aut chyli, & visio, & incessus, & distributio per venas. nam seipsam nutrire, cuiuscunq; partis est per se, non vt instrumenti, sed simplicis. nam generando chylum operatur totus ventriculus, potissimum autem ratione suę proprię carnis. tamen cũ iam seipsum chylo nutrit, non amplius est ventriculi actio, sed singularum in eo partium. Igitur actiones omnes, quæ in totius vsum referuntur, instrumentorum sunt. quarum nonnullæ proprię dicuntur alicuius instrumenti, vt quæ à nullo alio fiunt, vt instrumento: vt visio est oculi: sed quæ communis cuiusdam vtilitatis fiunt à pluribus instrumentis: vt delatio sanguinis, & spirituum à venis, arteriis, & neruis, communes actiones dicuntur, non propriæ. & hæ etiam sunt instrumentorum. quæ instrumenta appellantur aliis in locis nullam habentia actionem, sed habentia vsum aliquem, sed de breui hac quęstione hactenus.

Caput tertium. De singulorum membrorum nutrimento proprio.

GAlenus tertio De facultatibus naturalibus capite sexto significat, membrum quodcunque nutriri eo succo, cuius trahendi est illi naturalis potentia: Nihil enim (inquit) trahit propter ipsum trahere: sed, vt eo cuius trahendo fit compos, fruatur (paucis interpositis) porro si retinet & fruitur, gratia eius, quod ita contingit, id facit. contingit autem vt quod qualitate conueniens, familiareq; est, sibi faciat simile. Sæpe toto illo opere Galenus vtitur hac ratione: Membra non operantur sine fine: nam neque aliud aliquod naturale agens. aut ergo propter seipsa, quo scilicet ipsa nutriantur, aut propter corpus, vniuersaue alia membra. Si secundum hoc quis concedat: ratione duci membra, non naturâ conuincetur concedere. nam quo pacto, si ventriculus conficit, quò hepati reddat alimenta præparata, hepar sanguinem generat, quo corpori vniuerso alimentum abundanter suppetat, lien, & vesica felis, & renes trahunt, quò sanguinem expurgent, primus à fæce, altera à bile, hi à sero, non ratione videãtur duci in operationibus? Ergo proprius est vnicuique membro trahendi finis: atque gratia sui quodlibet operatur: qui esse nullus alius potest, quàm fructus quem capiunt, neque frui aliter membra possunt, quàm nutrita. Hęc ratio, & hęc Galeni loca plerosque compulere dicere, nullum membrũ posse trahere succum, ex quo nullum possit recipere alimẽtum. Sed quoniam graue est dicere, atque, vt nostra fert opinio, apertè falsum, vt mox declarabimus, vesicam nutriri felle, aut renes sero: barbarorum tota classis, ineptam quandam nutritionum diuisionem inuenere. Duplicem enim dicunt esse nutritionem, aliam veram, aliam voluptuosam. priorem nemo non intelligit, etiam si non amplius explicent. Fruuntur scilicet membra suo alimento. sed voluptuosam nutritionem non, arbitror, ego intelligam, quantumuis explicent: nam est, vt opinor, quod illi sentiunt, voluptuosum esse fructum, ex quo non nutritio, sed voluptas accedit membro. sed quæ sit hæc voluptas, nõ declarant. Sane si voluptas est, sensus est dolori contrarius. talem verò sensum, neque nos sentimus, neque ipsi qui proferunt. adde, etiam si fructus aliquis citra nutritionem esse possit, ipsos tamen barbarè loqui, qui hanc quoq; appellent voluptuosam nutritionem, à nutritionis ratione aperte recedentes. Sed habuerit vtcunq; diuisio. rem deinceps totam ita explicant: hepar nutriri sanguine, atque vniuersa deinceps membra trahere sibi congruum nutrimentum, quod conficiunt vltima cõcoctione, quæ nutritio est: ventriculũ trahere de ore cibos, retinere, ac conficere, quò voluptatem inde capiat: vesicam etiã fellis, bilem flauam, & renes serum arahere, & lienem melancholiam, quo delectentur: alimentum verò his aduenire aliũde. In quorum sententia illud vitio dandum est, in primis, quòd voluptatem illam, nutritionem appellauerint. nam à rerum notionibus recedere, tamen illarum nominibus vti, omnino est hominum res vtiles barbara obscuritate perfundentium. satius multò sit dicere, fructum quendam capi, neque quicquam maius explicare. Damnandi etiam sunt, quod ventriculũm chylo nutriri verè, non admittant, neque lienem melancholico sanguine: Commendandi tamen, quòd nõ omnia membra nutriri, omni succo, quem trahunt, intelligerint. & neque vesicam alteram felle, alteram sero, aut renes ipsos quibus expurgándi sanguinem à sero, vis est insita. Nam primò, ventriculũ nutriri ex chylo, docet Galenus in principio huius quæstionis loco citato. neque verò voluptuosè nutriri, permisit cuiquam explicare. rem enim fecit clarissimam, iisq; addidit, dicens: contingit autem, vt quod in qualitate conue-

niens

niens, consentiensque est, in seipsum mutet, aut sibi simile faciat (hæc enim significat verbum μεταλαμβάνειν.) Itaque quod in cibis optimum est, id halitus specie, & paulatim, sibi attrahit, atque in tunicis suis reponit, iisdemque adiungit. Hæc Galenus. An est aliquid aliud nutriri, quàm trahere, retinere, & apponere? & alterando, simile facere? Sed & ex modo substantiæ, efficacissimum rei huius sumitur argumentum. est enim ventriculus ipsi chylo similis substantia. quorsum ergo, quem habet substantiæ modo similem, dimittat, & requirat alterum, multis commutationibus ad similitudinem indigentem? Neque quicquam hic est dubium: nisi aliqua cogat necessitas, omnia ex succo, in hepate genito tantummodo nutriri: quam tamen non video. nam ventriculus, & intestina, potius ad hepar mittunt, quàm vt ab ipso requirant. hepar verò omnibus membris, quæ vltra se sunt, alimentum præstat. quin & in ipsius ventriculi tunicas, venulæ aliquot inseruntur, ex quibus famis tempore alimentum recipit ventriculus. non tamen necesse est, totum ab hepate alimentum accipere, cùm ante ipsum cibos conficiat. Quòd si quispiam obiiciat, ex eisdem nos nutriri, ex quibus generamur: atque, ventriculum infantis in matris vtero: non ex chylo generari, sed ex sanguine, non enim per os cibos ingerit, sed per vmbilicum sanguinem trahit: quare ex sanguine semper nutriri ventriculum oportere? Respondemus, in ipso matris sanguine esse crudiorem aliquam partem, quæ intestinis & ventriculo est pabulum, chylo similem. hepar verò, cor, & pulmonem, ex melius confecto sanguine generari & ita quoque fieri nutritionem. Itaque ventriculus chylo nutritur. Lien quoque nutritur melancholico sanguine. renes verò non sero, neque vesica: neque altera vesica nutritur felle. Hæc omnia docet Galenus quinto De vsu partium capite septimo, vbi ita scripsit: Ne igitur cum vrinis per aliquod foraminum quæ in renibus habentur, quemadmodum tenue bilioſum, ita sanguis elaberetur, densum corpus eorum fuisse, præstitit: splenis verò (vt ante probauimus) contrà laxum manifestè, ac rarum, ad trahendum enim à longinquo succum crassum, aptius hoc fuit. neque metus erat, nequid sanguinis sequeretur, neque enim statim, antequam conficeretur concoqueretur & commutaretur, erat melancholicum excrementum excreturus, vt renes lotium, sed diutissime retenturus, alteraturus, & alimentum sibi ipsi facturus. meritò igitur ipse laxus factus est, & renes densi, quibus tertio iam ad sui ipsorum nutritionem vase non opus fuit, præter duo magna: quorum alterum oritur ab arteria, quæ spinæ incubat, alterum a vena caua. porrò vesica, non ea solum quæ bilem, sed & quæ vrinam recipit, purum vtraque, atque ab aliis secretum, cùm attrahant proprium excrementum, non sine ratione vasis aliis quibus excrementum illis suppeditaturis indiguerunt. Hactenus Galenus. Qua dictione omnia complexus est, lienem scilicet melancholico sanguine nutriri, retinere enim illum, conficere, & commutare, & propterea neque alia habuisse, deportandi alimenti vasa: renes verò, & vtramque vesicam, quia mera excrementa trahunt, & inconfecta dimittunt, & aliis indiguerunt vasis ad nutritionem. Rursus capite duodecimo eiusdem libri, dicens, cur intestinis, & ventriculo binæ sunt tunicæ: vesicis autem tantum singulæ, & eæ tenues, inquit: At in excrementorum instrumentis nulla futura est concoctio, eoque gracilia ea iure fuerunt. Vocat excrementorum instrumenta, quæ syncera trahunt excrementa, vt vtraque vesica. Itaque in his nulla fit excrementorum concoctio: ergo neque illis nutritio fit, non enim nutrire potest, quod non coquitur. Itaque hæc omnia ex Galeni sunt opinione: quæ etiam habent ad probationem firmissima argumenta. nam seri substantia omnis est tenuis, & aquea, omni carens pinguedine: ergo nullam habet partem, quæ alimentum possit præstare, magis quàm aqua, quæ propter modum substantiæ sero omnino similem, non nutrit. igitur serum sanguinis, ex modo suæ substantiæ non potest nutrire: quare neque renes, neque vesicam. bilis syncera est merum excrementum, ergo non potest præstare alimentum. Præterea, quemadmodum in primo huius operis libro capite decimo quarto diximus, de sententia Aristotelis, & Galeni, omne alimentum est dulce. quam sententiam eatenus esse veram diximus, quatenus nil mere amarum, & nullius dulcedinis particeps nutri possit. constat vero synceram bilem summè amarum esse succum: non ergo est ad nutriendum accommoda. Obiiciat aliquis nobis, melancholiam non minus flaua bile, esse excrementum: quare neque lien nutriatur succo, quem trahit. Huic ita respondeo, lienem non trahere melancholiam synceram, sed melancholicum sanguinem, à quo facta concoctione meram melancholiam, & ad nutriendum iam inutilem extrahit, ad ventriculumque remittit, illarum vtilitatum gratia, quas in vigesimo capite superioris libri declarauimus. Sed dices rursus, neque renes solum serum, sed serosum trahunt sanguinem. fateor. sed proinde diximus, lienem melancholiam puram à nigro & tenui sanguine, quo nutritur (declarante id præter dicta etiam sua substantia) concoctione separare. renes enim nõ concoctione (neque enim serũ perfecta cõcoctione coctile est) sed transfusione, & sola partium distractione illud enim densitati mẽbri, nõ tẽperamento

dedit Galenus loco citato, qui idem primo De facultatibus naturalibus aduersus Lycum contendit, vrinam non esse excrementum nutritionis renum. quod tamen esset necessario, si per concoctionem separaretur, quasi inutile. nunc autem sola transfusione separatur, & porinde excrementum renum non est, sed heparis. est enim excrementum, quod concoctione separatur de alimento. Si quis ex vesicæ fellis colore velit argumentari, illius nutritionem ex felle esse (refert enim colore bilem.) Huic dixerim, non ex nutritione esse, sed quoniam, Quo semel est imbuta recens: imò verò, quo semper est imbuta, seruat colorem, vesica diu. Ex contactu igitur, & aliquibus portiunculis succi, quæ in meatus, qui præ paruitate cerni non possunt penetrant, talis color in vesicæ tunica relinquitur. Sed est illud difficile, quod in principio huius capitis dictum est, scilicet, qui sit horum membrorum finis trahendo succos, quibus nutriri non possunt: Quorsum enim vesica bilem trahit? & renes serum? Quo sanguis, neque bilios us, neque serosus, sed expurgatus ad vniuersum corpus deferatur, commodum alimentum hac ratione membris futurus. Prospiciunt igitur renes, & hæc vesica reliquis membris, & illorum præcauent ærumnas. quod si faciunt, non amplius natura, sed intellectu ducuntur: sibi enim prospicere, vnicuique inditum est à natura, non animanti modo, sed etiam rei natura consistenti. Sed aliorum gratia operari, hoc intelligentis, & præcauentis est munus. Hæc ratio in opinione contraria pleroſque hoc tempore medicorum continet: & barbaros suam voluptuosam nutritionem inuenire coëgit. Cui ago ita respondeo· nonnulla membra, propria operari intentione magis: nonnulla magis intentione naturæ vniuersalis. & huiusmodi membra quæ intentione vniuersalis naturæ operantur, gratia aliorum operantur, non sui solummodo. Nihilominus non ratione ducuntur. trahunt enim renes serum, vt sanguis expurgetur: non quod ipsi aliorum præuideant mala: sed quoniam artificiosa natura præuidit. intellexit nimirum ille nostri conditor futurum, vt sanguis præ copia bilis, & seri impurus, & parum vtilis ab hepate ad reliqua membra permearet: nisi prius ab iis excrementis expurgaretur. quod intelligens, affixit hepati vesicam fellis, & pensiles ab illo renes fecit: illisque naturalem trahendi hæc excrementa vim dedit, qualem magneti trahendi ferrum, quo tamen non nutritur. Itaque trahit vesica fellis necessitate naturæ amarum succum, gratia alicuius similitudinis, quæ ei cum illius substantia intercedit, quo expurgetur sanguis. hæc tamen intentio, non membri, singularis naturæ, sed vniuersalis est. Neque video cur ad talem operationem membra hæc indigeant intellectu. nam & assumptum rhabarbarum bilem trahit, quo sanguis expurgetur: non tamen intellectu ducitur: quia ille finis proprie non est rhabarbari, sed medici. Sed dices, Si ita contingeret, neque vesica bilem, neque renes serum aliquando expellerent. nam qua qualitate traherent, ex necessitate naturæ, eadem retinerent: cùm neque coquant, neque transmutent, neque inutile aliquid secernant. Respondetur, quanquam non concoquantur ii succi, longa mora posse fieri acriores, & sua copia deinde grauare. Dices vltimò: Ergo hæc membra trahunt propter ipsum trahere, quod Galenus negat, vbi de naturalis facultatibus ex professo disputat. Respondeo non trahere quidem, ea membra dictos nuper succos, vt trahant: sed vt dictum anteà est, vtilitatis cuiusdam maximæ, quæ toti animanti accedit, causa. Illud autem non in ipsorum membrorum, sed in nostri conditoris intentione est positum. vt nuperrime diximus pharmacum bilem trahere expurgandi totius corporis gratia. quanquam illud est in medicamenti natura, & in medici consilio. Sit ne aliquis peculiaris finis illarum particularum, quo excrementa trahunt quæstio est physica: medicis enim dicta sufficiunt. Sed non dubium est, quin vtilitatis alicuius gratia, illa operentur. omnia enim natura constantia operantur propter finem: sed hic finis non est nutritio, magis quàm in ea actione qua trahitur ferrum à magnete, aut pituita ab agarico. sed aut est rei similis propinquitas, quam res omnes procurant, aut quodcunque aliud, philosophis libuerit dicere. medicas enim præcipuè hoc in opere quæstiones scribimus.

Caput quartum. De pilorum & vnguium nutritione.

*

DE pilorum & vnguium nutritione controuersia est non leuis. nam videntur hæc non minus reliquis nostri corporis membris incrementum recipere: ex minoribus enim aperte maiora fiunt: accretioni verò subministrat nutritio. Primo libro De facultatibus naturalibus: & secundo De temperamentis concedit Galenus similem stirpibus habere illos generationem. tamen

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

men libello Artis medicinalis capite nono, referens differentiam membrorum inquit: Capillorum autem, atque vnguium, neque gubernatio vlla est, sed generatio tantummodo. Quod nihil est aliud, quàm generari quidem hæc ex recrementis, non nutriri, neque facultate aliqua naturali regi. Quod de capillis non reliquit Galenus sub dubium: sed secundo De temperamentis illorum ortum sic enarrauit: Sin veluti fuliginosus, crassusq;, & terreus vapor sit, subinde contingit, vt in angustis spiramentis impactus, neq; facile rursum intro redeat, neq; vacuari possit. hunc igitur alius rursum è profundo subiens ferit, prorsumq; impellit, tũ hunc rursus alter, atq; illũ alius: ac multos mihi eiusmodi vapores fuliginosos, aliũ super aliũ impactos tẽpore cõplicari, cõiugiq; intellige: ac tale quodãmodo efficere corpus: quale est, ea quæ foris cernitur fuligo. Igitur hinc facile intelliges, capillos ex fuliginoso vapore à recrementis siccis sublato habere ortum: augeri verò perpetuò nouæ fuliginis accessu sine opera facultatis alicuius alentis. De vnguibus scripsit, secundo De anatomicis administrationibus capite vltimo in hunc modum: Verùm in vngues hæc non dispensantur, eo quod pilorum modo succrescentes, augentur. Ex his locis omnes ferè colligunt, vngues, & capillos excrementa esse, augeriq; minus propriè, atque nullo pacto viuere, eoque inter partes corporis nullibi à Galeno, aut ab Aristotele recenseri: aut sicubi recensentur, non eò quod aliqua participent vita, sed quòd alicuius gratia sunt factæ, nempè vngues ad comprehendendum res minimas, vt dicitur primo De vsu partium: capilli ad ornatum. Sunt quidam alii Aristotelici dicentes capillos, & vngues viuere anima alente, non tamen sentiente. Sed mihi horum sententia videtur multo improbabilior. nam si his particulis ratio vitæ deneganda est, omnem partem animæ puto denegari oportere. contemplare enim capillorum substantiam, & eam tam siccam, & exsucem: videbis, vt nutriendæ illius nullam rationem commodam inuenire possis præter congestionem fuliginis, vt in fornaciũ caminis copiosæ fuligines colligũtur. Præterea, si nõ ita nutrirentur pili, sed alimentũ in se assumerent, & cõmutarent: quid obsecro impedimenti esset, quominus augerentur secundũ latitudinẽ, & altitudinẽ, ac nõ potius secundũ solã longitudinẽ? Galenus etenim hãc reddidit rationẽ secundo De tẽperamentis: Quantum densatum est, tantum etiam per transitus angustiã stipatũ, in angustam prorsus redactum est formam. Tu qui vim altricem das capillis, si quid potes, aliam rationem inueni. Nobis itaque hæc opinio displicet. displicet etiam ea, quæ perinde habere vngues, atque capillos statuit. nam, quantum ego intelligo, de sententia Galeni, interest multum. capilli enim generantur, vt diximus ex recrementis nullius vitæ participes: vngues verò, non minus quàm reliquæ corporis partes, membra sunt, alimento nutriuntur, viuunt, & sentiunt. Docet hoc, ipsum experimentum in regenerandis vnguibus, cùm ex vulnere decidêrunt. regenerantur enim, non aliter quàm reliquæ partes, cum deficiunt, vt callus, inquam, in ossis fractura, aut caro, in cauo vlcere, expurgata carne subiacente, & siccata mediocriter: & in pueris citius, vt quibus fortis est facultas altrix, subcrescunt. Quod euidenti est argumento, à naturali facultate ipsos oriri, non aliter ac reliquas particulas mutatione alimenti. Quod verò sentiant, docet dolor vnguium, qui solet esse molestissimus. Dices ex neruis id habent, qui inseruntur in illorum radices. Fateor. Sed ossa vnde habent? Quin & ipsa caro, vnde habet? An non ex neruis? Galenus secundo De anatomicis administrationibus, ad finem, sermonem instituit de vnguibus, vbi ita scripsit: Pari modo sanè & vngues, ligamento quodam extremo internodii terminо coniungit, symphisi verò carni, cutique, intrinsecus vniuersim, extrinsecus toti radici adnasci fecit. cæterum in radicem ipsam, non modo neruus, sed etiam arteria, venaque porrigitur, vnde sensum vitam, & alimentum, sicuti aliæ partes, accipiunt? Hæc Galenus. Quod si gignerentur vngues ex recrementis, vt pili, nequaquam acciperent radicibus venam, vt neque illi. Quod si cui libeat dicere: Fiunt ex redundanti à vena alimento, non concocto illic denuò, & ab altrice vi confecto, sed veluti concrescente: intelligat hic, nulla ad hanc rem fuisse opus arteria, cum neque vita. Quare cum neruum, venam, & arteriam accipiat: vita, natura, & sensu potiatur necesse est. Quod si quæras. Qua ergo in re conuenit vngui cum capillo. Hac vnica, quod alimentum recipit per radices, non circumquaque æqualiter, vt reliquæ partes. nam sunt partes quædam, quas præuidit natura attritum iri ex collisione: huiusmodi sunt dentes & vngues, proinde his dedit venas, arterias & neruos, non circumquaque distributos, vt alueolos, sed immissos à radicibus, quo in inferiori parte nutriantur, & viuant, & sentiant: impellantque perpetuò ad superiorem, quod sufficiat attritui perpetuo. nam quæ circumquaque nutriuntur, cum secundum omnes differentias consequuta sunt iustum incrementum, non crescunt amplius. sed quæ à radicibus nutriuntur, impulsu augentur semper secundum longum. Ex dictis fit, vt extremi vngues multum iam à radice recedentes, neque viuant amplius, neque nutriantur propriè: sed solo impulsu: fiuntque quales in carne fieri solent calli supercrescentes. in quam sententiam scriptum est ab Hippocrate libello, De alimento, In pilos alimentum, & in vn-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gues & in extremam ſuperficiem intrinſecus peruenit. Vocat Hippocrates extremam ſuperficiem, quã anatomici hodie vocant cutem non veram, quæ intrinſecus alitur acceſſu ſubſtantiæ, ſed iam non viuit, vt extremi vngues. Igitur ſunt in modo nutritionis vngues dentibus ſimiles: quos tamen non eſt dubium viuere, quare neque vngues. Sed quod à Galeno libro Artis medicinalis dictum eſt de extremis vnguibus volo intelligi. Nam partes quæ ad radices ſunt ſitæ, facultatem habent naturalem, vt oſſa. Sunt qui argumententur, hæc omnia, capillos, ſcilicet, vngues, & dentes, non viuere: quia vel in de mortuis hominibus videntur augeri. Sed neque hoc quicquam habet veritati, quam explicuimus, aduerſum: ſed monſtrat, capillos fieri ex recrementis: creſcunt enim re vera in cadaueribus: vngues verò, & dentes, qui nutritione fiunt, non ita, ſed exeſsis ſubiacentibus partibus, redduntur prominentiores, nulla ex parte aucti. Sed de capillis, & vnguibus hæc ſufficiant. De dẽtibus dicturi ſumus, procedente ſermone plura. Quare modo ad aliam quęſtionem conuertor.

Caput quintum. De ordine generationis membrorum.

QVæ nit particula, quæ primò conſiſtit, dum fœtus formatur (ſi modò ſimul non fiunt, Num hoc etiam eſt in controuerſia) ipſe nouit euidenter, qui formauit eam creator: quemadmodum Galenus dixit, vbi pauca quædam de hac quæſtione ſcripſit. Sunt tamen hac etiam de re, alioqui obſcuriſsima, diuerſæ opiniones, & probabilia argumenta. quorum nonnulla ad demonſtrationẽ proxime accedũt, alia nõ adeo euidentia ſunt, ſed quæ neque ipſa probabilitate carent. Multi conſiderant omnium membrorum corporis mutuum conſenſum, & vt omnia omnium indigeant opera, & vt vix aliquod tam ignobile inueniri poſsit, quod reliquis omnibus vtilitatis aliquid non tribuat: hepar nimirum cordi & cerebro alimentum præſtat, cor illi vitam, cerebrum exiguũ quendam ſenſum, ne ſcilicet omnino planta ſit, rependit. ventriculus hepati præparat: accipit à cerebro acutum ſenſum: lien, veſica parua, & renes hepar expurgant, & ab illo recipiunt nutrimentum. pulmo præparat cordi aërem, cor illi alimentum mittit, quàm expurgatiſsimũ. &, vt in ſumma dicam, omnia omnibus indigent. quare vna omnium conſpiratio: omnia ſibi conſentientia, vt [illegible]us dixit Hippocrates. inſtrumentis etiam, quo ſeipſis mutuo fruantur, anexa ſunt. ſub venis arteriæ deferuntur, venis & arteriis nerui, fibris prætenuibus annectuntur. Hæc igitur illi mente cogitantes, omnia membra ſimul generari coniiciunt: alioqui (vt ipſi opinantur) neque conſiſtere poſſint, vtpote ſingulis, omnibus, quo conſeruentur indigentibus: & otioſa etiã ſint, quæ primò conſtiterint, vt quæ interim, reliquis nil impertiantur. Eſt, dicunt, particularum noſtri corporis diſpenſatio, ſimilis politicæ gubernationi, in qua quæuis pars propter alias eſt, & nulla ſine aliis poteſt conſiſtere. quare cum natura nil faciat otioſum, & iners, omnia membra ſimul neceſſario generabit. itaque hi homines cenſent, virtutem generant, ex vtroque ſemine, ſanguine menſtruo commixtis, omnia membra ſimul delineari. qui concedere poſſunt, ſi quod experimentum pro contraria ſentẽtia adducatur ex diſſectione parturientis, nonnulla membra antea alia apparere, cerebrum ſcilicet, hepar, & cor, ante renes & inteſtina: ſed non citius generari incipere. Eſt certe horum ratio probabilis. Cæterum contrariæ opinioni aſſerentium membra non ſimul oriri, ſed naturali quodam ordine alia poſt alia, omnes ferè medici adhærent: & de ordine diſceptant. primum ergo probandum eſt, nõ omnia ſimul conſiſtere: deinde ſecunda controuerſia eſt conſtituenda. Proportio quædam eſt naturalibus ad arte facta. nam & in his quæ arte fiunt, vt in ænea ſtatua, gratia exempli, eſt quædam capitis ad collum, huiuſq; ad humeros, & reliquorum ad ſingula proportio: quam ſi aut auctum, aut minutum, excedit aliquod membrum, deformis continuo, monſtroſaq; imago fit. ſed quæ talia fiunt arte, non omnia membra ſimul, ſed hoc recipiunt ante illud. Præterea, omnis generatio eſt via ab imperfecto ad actum perfectum. non ergo mirum, ſi in principio generationis, hæc quoque imperfectio ſit, q[illegible] ſcilicet membrum aliquod, ſibi ſoli viuens, aliis non ſubſeruiẽs, interim dum perficitur fœtus, cõſiſtat. ſi enim tale aliquod faceret natura membrum, vt neque in animali perfecto, alicuius eſſet vſus, & animali, aliisque nil præſtaret: meritò accuſaretur inertiæ: ſed quod hoc membrum interim ſibi viuens, aliis poſtea profuturum, in principio generet, vt qui iacit fundamenta, principium futurum fœtus, qui nondum conſiſtit, præuidentiæ, & ordinis cauſa potius commendatur. Eſt igitur in animali perfecto gubernatio membrorum politicæ ſimilis, ſed in imperfecto fœtu non ita. Adde (nam eorum quæ naturâ fiunt, erit exemplum commodius:) plantarum partes, ex iacto in terram ſemine, non ſimul generari. primo enim præ tenuis quidam cauliculus, & imbecillimæ radices à caule maiori, ac firmiori facto: deinde ram[illegible]uli, ab his poſtea frondes, vltimò & poma pendent.

Sed

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sed quod ad generationem attinet, nil videtur inter plantam & hominem interesse. naturalis enim vis, quam altricem animam dicit Aristoteles, concupiscentem Plato, ambobus est communis. Virtus vitalis, & animalis à planta animalia distingunt: & abrutis hominem ratio. Sed generatio naturalis potentiæ, eius scilicet, quæ & homini inest & plantæ, est opus. ergo vt in plantis accidit, ita & in hominum generatione probabile est accidere: Adde (quod firmissimum est argumentum) ex dissectione, illud oculis se præstare conspiciendum, vt procedente sermone declarabo. quo minus est iam huic primæ controuersiæ relictus locus. Sed ad secundam controuersiam opportune iam accedimus. Cum de ordine generationis membrorum dissentiant medici: de membro, quod primo loco generatur præcipue contendunt. nam reliqua omnia sine controuersia transigunt. Galenus cum Hippocrate hepar primum omnium consistere opinatur: contra ac Peripatetici philosophi, qui cor ante alia fieri dicunt. quibus vt in aliis plerisque, accedit Auicena. Primæ opinionis hæ sunt rationes. Illud membrum, cuius opera primum indiget animal, debet ex ratione primo loco generari. huiusmodi autem est hepar, est enim virtutis naturalis prima sedes, vt cor vitalis, & cerebrum animalis. Vi uit fœtus altrice vita primùm, deinde vitali, animali vltimò, cum ad integrum complementum animal peruenit. Igitur qui ordo virtutum est, idem est generationis membrorum. quò fiet, vt omnium primum hepar generetur. Nam hoc non genito, nullum aliud potest consistere. non enim consistit, nisi nutriatur: sed neque nutriri posse contingit sine nutrientis virtutis prin[illegible] & facilitatem generationis hepatis illud comprobare. nam si non alia ratione, hac saltem hepar generaretur primò, quòd ex sanguine tantum fuso, sine magna commutatione fiat. Si quis enim sanguinem in aquam fundat, ex coagulato sanguine substantiam hepati omnino similem efficiet. cum ergo omnia ex sanguine fiant, & nutriantur: vel hoc nomine, quòd facillime fiat, omnium primum hepar generetur. Præterea, cùm in pueris recens natis, firmissima sit virtus naturalis, animalis imbecillissima, vitalis mediocris: coniiciendum est, aliis firmioribus signis non renuentibus, hepar primo loco, cor secundo, cerebrũ vltimo inter hæc præcipua membra generari. Auicena contra censet, vt qui veriorem censet opinionem philosophi de cordis principatu, opinione Galeni. sed de his postea dicturi sumus. Verùm & si virtus naturalis in hepate sit, vt in prima præcipuaque sede: tamen primo loco generari oportere, non admittit. Non enim, inquit, hepar potest propria virtute vti, neque aliquod aliud membrum, nisi suum temperamentum, & suæ virtutes in fluxu caloris vitalis, qui à corde fit perpetuò, conseruentur. sublata siquidem cordis vi, omnia emoriuntur. at verò etiam si quorum omnium actiones cessent: nisi cordis actio substollatur, omnino morietur nunquam. Ergo necesse est, cor primo loco generari. hoc enim solum sine aliis videtur posse consistere, & [illegible]perari. Quod si nutriri non posse sine hepate dicas, duo respondet Auicena, & cor interim nutritione non indigere, quia parua aut nulla resolutio fit: & si qua fiat, resarciri generatione, quæ à virtute in ipso semine, & generante spiritu est. Sed illud etiam licet addere, virtutem naturalem non influere more aliarum, sed singulis membris esse insitam (quod paulò infra in hoc sermone monstrabimus) atque ita cor nullatenus hepate indigere. Ergo sunt hæc argumenta, & hæc responsa probabilia. quare parum abest, quin vera ratio à probabili hac labefactaretur: nisi quod recta ratio inuenit, euidens experimentum declararet, cui in hac controuersia solum credendum censeo. Puella illa psaltria, quæ iussu Hippocratis septies insiluit in terram, sexto à conceptu die, libello De natura infantis, genituram in terram emisit cum strepitu. erat autem perinde, ac si quis crudi oui putamen extraheret, vt per interiorem membranulam, inrerior humor pelluceret. talis erat genitura, rubrumque ac rotundum quodam continebat. in membrana fibræ quædam venularum albæ, ac crassæ cernebantur, sanie crassa ac rubra inuolutæ, extrinsecus circum membranam cruẽti liuores, in medio tenue quippiam hiabat, qui videbatur esse vmblicus, quo fœtus primum respirat. Ergo cum adhuc fœtus in principio generationis erat, continebat nihilominus corpus illud rubrum, ac rotundum, quod proculdubio hepar erat: cor autem nondum erat, neque cerebrum. quòd verò illud hepar sit hinc disces. Dum fœtus in vtero continetur, per vmblicum recipit alimentum, per vasa scilicet alimenti, quæ ab vmblico producuntur. & hæc vasa vnica inquam vena duæ arteriæ (quanquam Galenus duas etiam venas esse affirmet) ante reliqua omnia generantur. ergo per illa deportatur sanguis ad nutritionem, & ad generationem interiorum membrorum. sed recta conspicitur illa venula, tendere ab vmblico ad hepar, ab illo rursus ad cor progredi. Ergo primo generatur hepar, cùm præcipue tam facilem habeat generationem, vt ex effuso sanguine circa principium distributionis venarum in radices, & ramos, steuæ modo concrescat. Scio Auicenam hîc respondere, in illo putamine cordis etiam fuisse delineationes, & has etiam ante ipsum hepar, verùm præ paruitate non tam fuisse conspicuas, & materiam cordis generationi, per duas arterias potius, quam per venam deferri. illæ enim prius cordi, quam hepati se inserunt. Verùm tamen, quanquam hæc ita dicãtur, contra rei euidentiam sunt: si modo antiquis, & probatissimis autoribus de re præcipue, quam experti[illegible]nt, credi oportet. & multis etiam experimen-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rimentis cognoſcimus, partes corporis non generari, antequam earum ſit neceſſarius vſus. nam neque dentes generantur, vſque dum eſt opus ſolidiori cibo veſci: neque cornua tauris naſcuntur, vſque dum præ reliquorum membrorum firmitudine, poſſunt cornu petentes, ſe defendere. at verò interim dum fœtus planta eſt, nullatenus corde eget: non enim ad pulſandum. nam hæc actio viuentis eſt: ad calorem hepatis, & reliquorum membrorum multò minus, cùm vterus eo tempore ſit calidiſsimus, & ſemen ſpiritus ſit, & caloris vitalis abundans, & maternus calor, etiam influat fœtui cum alimento. Ergo (vt tandem huius quæſtionis finis hîc ſit) membra, dum formatur fœtus non fiunt ſimul: ſed hepar primũ, deinde cor, vltimò cerebrum. atque interim dum pręcipua hæc membra generãtur, ſimul fiunt, quæ illis ſeruiunt, aut illorum cuſtodiæ dicata ſunt. cui rei rurſus teſtimonium præſtat, quod os capitis, craneum dictum, vltimo cõcreuit. nam adeo tenue eſt, atque imbecillum circa ſinciput, vt per ipſum in nuper æditis, cerebri agitationem non ſolum tactu, ſed etiam viſu perſpiciamus. Sed de his hactenus.

Caput ſextum. Præſtet ne vtrunque ſemen efficientiam, an muliebre materiam ſolam.

*

VIdeo controuerſiam hanc, non tam eſſe de membris, quàm de virtutibus. Sed quoniam ab illa, multæ aliæ de membris pendent, propoſita hoc loco eſt. Sunt hic contrariæ opiniones, Ariſtotelis, & Galeni. Medici verò omnes, relicto Ariſtotele, ſui Galeni opinionem veriorem eſſe cenſent: quo minus nobis hic eſt immorandum: ſed quo breuius fieri poterit, vt res declaretur, danda eſt opera. Ariſtoteles ſemen virile ſolam efficientiam præſtare, fœmineum ſolam materiam, putat. Nonnulli Ariſtotelicorum, ita de ſententia illius rem declarant. Semen occurrere ſanguini menſtruo (quẽ ſolum videtur docere Ariſtoteles, mulieres generationi accommodare) & energiam, vim, actionem illi infigere: deinde foras effluere: Alii non ita, ſed Ariſtotelem ſenſiſſe, fœminam ſolam materiam præſtare: virum, & materiam, & vim generandi. quæ ſententia non adeo facile conuinci poteſt: conſentur tamen ipſi, non minus quàm priores, perperam ſuũ autorẽ intellexiſſe. nã primi illi videntur legiſſe tantummodo duo loca primi De generatione animalium: in quorum primo in primis verbis ſecũdi capitis ita ſcripſit: Nã vt diximus Generationis principia, illa quis poſsit ſtatuere marem, & fœminam: marem, vt quod motus, & generationis principium contineat: fœminam, vt quòd materiæ. Inferius aliquantulum in eodem libro ita dicit: Sed accidit, quemadmodum conſentaneum eſt, quoniam mas formam, & principium motionis: fœmina corpus, & materiam exhibet: ſicut in lactis coagulatione, corpus eſt lac, ſuccus verò, vel coagulum, eſt quod principium concretionis præbet. Ex his opinatur Galenus, illos collegiſſe, ita fieri oportere, vt, ſcilicet, cum coagulationem effecerit, ſemen effluat. Caterum, neque hi, neque ſecundi alii, quos diximus, legiſſe videntur caput tertium Secundi De generatione animalium: in cuius capitis principio: Cõſequens ſtatim eſt (inquit) vt dubitemus, & dicamus in immittentibus in fœminam genituram, ſi nulla illius pars geniti fœtus pars efficitur, quò vertitur corporata illius ſubſtantia: ſiquidem facultate, quæ in ipſa eſt, operatur. Hæc in principio capitis, in fine: Corpus vero (inquit) genituræ, in quo vnà ſemen animalis principii prouenit, partim ſeparabile à corpore: qua in parte diuinum quid comprehenditur (huiuſmodi eſt, quæ appellatur mens, ſiue intellectus) partim inſeparabile. hoc genituræ ſemen: quod quidem, humidæ eſt naturæ & aquoſę diſſoluitur, ac in ſpiritum abit. Hactenus Ariſtoteles. Quibus verbis aperte docet, ſemen in vtero receptum, inflatus abire. Quare de ſententia illius, neque effluit, neque fœtus fit materia. Sed his omiſsis: vtcumque intelligatur, falſam eſſe huiuſmodi opinionem, iam inde monſtro. Si ſemen ſolam præſtaret efficientiam, & nullatenus materia generationis fieret: neceſſe eſſet, illud, ſtatim ac ſanguini menſtruo principium coagulationis præſtitiſſet, aut hac, aut illa ratione extra vterum mitti: nam non poteſt diutius in vtero morari, quin putreſcat, quandoquidem non coquitur (non enim commutatur ſed commutat) quod verò immutatum omnino manere non poſsit, nec concoctum, nec putrefactum, ex loci, in quem incidit, calore cognoſces, & ex eo, quod retentum ſemen, cum ad generationem non retinetur, ſolet excitare grauiſsimos morbos, & ſymptomata veneni ſymptomatis ſimilia: at vero non mittitur extra vterum ſemen poſt conceptũ, quin potius eo tẽpore os vteri clauſum eſt, & vterus cõpreſſus melius ſemen apprehendit, effluere nõ permittẽs. Hippocrates quinta particula Aphoriſ. 51. ita ſcripſit. Quæcunq; vtero gerunt, iis vteri oſculum clauſum eſt. Hoc ita fieri, Hippocrates & Galenus multis argumentis ab experimento deſumptis memoriæ prodiderũt. Hippocrates, vt paulo ante diximus, vidit ſemen contentũ prætenui pellicula ſexto die à conceptu excidere.

puella

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

puella verò illa, non aliter cognouit, se concepisse (nam sexto die quæ alia signa forēt?) quàm quod ex proximo coitu nihil exciderat. Galenus multa animalia parturiētia, quo huius rei compararet sibi certam euidentiam, dissecuit. neque tamen hoc est scitu difficile: sed cuilibet licet, mulieres hac de re consulere: hæ enim, ita sibi sentiunt accidere. nimirum, vt dicitur ab Hippocrate libello De genitura: Si fœmina partus perita sit, & cognouerit, quando genitura non exciderit, sed intus manserit, sciet, qua die intra seipsam concepit. Sed superest cum Aristotele respondere, non effluere semen, sed in halitus abire: atque proinde mulieres, tum solùm nullum qui sentiri possit effluxum pati, cum cōcēpere. Sed contra est, quod ex parua humoris portione, multum aēris generatur, quare statim à conceptu vterus sentiretur inflatissimus, ac maxime elatus. cuius contrarium omnino apparet. Si quis enim tumor in vteri regione est, eo tempore subsidet vtero compresso, & circum quaque materiam conceptus comprehendente. Præterea necesse esset, illos flatus, aut tempore partus, aut alio prius, cum crepitu per pudendum exire: non aliter quàm per sedem erumpunt, qui colliguntur in intestinis. Præterea: si ex semine non fiunt fœtus partes, vnde fiunt ossa, arteriæ, venæ, & nerui, & mēbranæ, & quæcunque membra solida à medicis appellantur? nam carnem, & viscera, hepar scilicet, lienem, & cordis carnem, ex sanguine menstruo fieri, probabile est. sed solida membra multum à sanguinis distant substantia. Dicunt pleriq; de sententia Aristotelis ex semine fieri, cæterum muliebri, nō virili. sed hi non videntur assequi illius mentem. solum enim sanguinem materiam præstare docet: fœminā verò, aut nullum semen emittere, aut tenuem quādam saniem, & infœcundam. Sed huic argumento vltimo, respondet Aristoteles, & neruum, & venam fieri ex sanguine, non minus quàm carnem: tamen hanc fieri vnica commutatione: illa pluribus. non aliter quam in ædito iam infante, nutriuntur ex sanguine: quia ex illo succo fit albus succus, ex quo deinde solida membra alimentum recipiunt. Quæro tamen ab illo, nunquid seminis substantia, non est substātiæ nerui valde similis? ergo ex sanguine, quo neruus generetur, oportet prius succum fieri, semini similem, nam & ossiū medulla, & albi succi, quibus in nobis solida nutriuntur, semini sunt omnino similes. Quorsum ergo natura, alioqui artificiosa, & quæ nil frustra machinatur, expellat succum, quem habet, iis quæ generanda sunt, substantia similem, & alterius confectionem exordiatur? nam quid, quæso, incommodi est in eodem semine virtutē esse formantem, & eiusdem materiam ad fœtus generationem confici? nunquid in plantæ aut herbæ semine, non est virtus illius generans: & tamen semen in terram cadens ipsum conficitur, & in ipsam plantam mutatur, vim simul præstans, & materiam? Quod si lubet dicere, in semine esse tenuissimam quandam partem, spiritu plenam, quæ præ tenuitate commoda materia non sit, in qua virtus generans viget: hic sermo non carebit probabilitate. Cæterum illud apertè intelligitur, vtrumque semen, esse materiam generationis solidorum membrorum. Corruit igitur opinio Aristotelis: qua, sententia Hippocratis multo verior est: vtrunque parentem semen emittere, & vtrunque semen præstare, materiam, & vim. nam & illud etiam est maxime probabile, muliebre semen vim habere generandi. nam si semel monstratum est, fieri posse, vt in semine sit vtraque ratio causę, materiæ inquam, & efficientis: quid prohibet semen muliebre energiam habere? An frigiditas muliebris temperamenti? Hoc illud vnum facit, vt virtus efficiens, minus in hoc vigeat, quàm virili, sed vt tollatur, non facit. Habet enim suum calorem, & satis copiosum. Sed dicet aliqui: (nam quæ à vulgaribus philosophis: hinc inde dicūtur, contemno) si vtrunque semen, vtrumque præstaret, posset fœmina sine concubitu, ex seipsa concipere, quo nil videtur absurdius. Respondendum videtur; muliebre semen, etiam si res se habeat, vt diximus, tamen minoris esse virtutis, quam vt solum sufficiat ad conceptum: quoniam frigidius est virili. Sed contra est, quod Hippocrates libello De genitura, ita inquit: Quandoque quidem fortius est semen à muliere emissum, aliquando debilius: similiter & quod à viro, & est tum in viro fœmineum, tum masculinum semen, atque itidem in muliere. Vnde constat, fœminę semen aliquando masculi semine fortius esse, aliquando debilius. Sed dicet aliquis, quanquam ita fieri posset: verùm tamen ambo semina coniuncta, maiorem vim habere, atque proinde neutrum illorum sufficere ad generationem. sed neq; hæc solutio videtur satisfacere. quādoquidem, vt Hippocrates inquit loco citato tam à viro, quàm à fœmina potest prodire semen fœmineum, & masculinum. dicitur autem eo in loco fœmineū semen, quod debile est: contra masculinum, quod forte. Itaque (inquit) si ab vtroque parentum prodiit fœmineum semen, generatio quidem fieri potest, sed generabitur fœmina. at vero videtur vnicū masculinum semen, duobus fœmineis æquales posse habere vires. quare fœmina, quæ ex natura sua masculinum habet semen, non est quod non possit, ex se sola concipere, præcipue, cum quantum de virtute seminis detrahitur, quia solum est: tantum possit fœtus debilitate rependi. ita vt conceptio quidem fiat, sed fœminæ, atque illius, si placet, debilissimæ. quare cùm hactenus nil videatur in fœmina deficere, quo minus sine concubitu concipiat, quippe quam in seipsa materiam, & efficiens principium habere diximus, alia quærenda ratio videtur, quæ clarius doceat, fœminam non posse sine viro concipere. Est autem hæc vnica ratio, & quæ maxime redargutione caret: Si fœmina non est caloris maximi: neque semen est multæ actionis. Si verò calidissima est,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

minime est excremẽtis abũdãs: ac proinde nec satis habet multã materiæ copiã, ad fœtus generationẽ, quare necessario in muliere, aut debilius est principium, quàm vt solum possit coagulationem facere: aut materia deest, quæ fœtui pabulum præstet. Hanc vero esse firmissimam rationem, non alicuius principii efficientis, aut materiæ defectũ, hinc cognosces, quòd fœmina sæpe ex se sola solet vtero concipere: fœtus tamen ad perfectionem nũquam producitur. ex his tamen in perfectis conceptionibus, quæ dicuntur molæ matricis generãtur, & informia carnis frusta. Sed de hac quæstione hæc sufficiãt.

Caput septimum An ex omnibus membris semen decidatur, an ex solis vasis seminarijs.

ARistoteles primo De generatione animalium capitibus decimo septimo, & decimo octauo, vertit in dubium, an ex omnibus membris proueniat semẽ, aut non ex omnibus, sed ex aliquo illius generationi à natura destinato: & refert contrarias sententias, & vtriusque præcipua argumenta. Multi, in quibus est Hippocrates, libello De genitura, & libello De aëre locis & aquis, ex toto corpore semen decidi putant. Atque hi, qui in hanc sententiam conuenerunt, in controuersiam deinde constitutum esse aiunt, quid sit: atque ita illi inuicem, in diuersas sententias distributi sunt: aliis dicẽtibus, ex omnibus membris cùm liquantur, prouenire, aliis, esse excrementum, aliis commodum alimẽtum, redundans ex tertia concoctione. Hanc secundam controuersiam, nos ne attingemus quidem. quandoquidem contrariam sententiam, quæ non ex toto corpore profluere docet, cum Aristotele & Galeno veriorem esse censemus. Sed prima controuersia agitanda est, vt quod in ea est verisimum, eluceat. Prioris sententiæ hæc sunt firmissima argumenta. Filii eatenus solẽt similes parẽtibus generari, vt & habitudinem & speciem parentum proles referat. &, vt inquit Hippocrates libello De locis & aquis, Scythę macrocephali dicti, quoniam longis erant capitibus, fasciis quibusdam in longum obductis: tamen deinde sua sponte macrocephalos generabant. id quod omni videtur carere ratione probabili, nisi semen ex omnibus membris proueniat, & proinde talia magnitudine, figura, & specie generentur, qualia illa à quibus semen decisum fuerat, teste Hippocrate in eodem libro. Addũt venas quasdam esse post aures, quibus inscisis, steriles homines redduntur. quod nulla ratione fieri posset, nisi aliquid seminis ex capite deflueret coitus tempore. Præterea non illa solum cum parentibus similitudo est quam diximus, natis: sed & si manci sint parentes, manci fiunt: & si qua cicatrix in facie est, aut in alio quoquã membro patris, hanc quoque accipit filius. quoniam, scilicet, cum deficit parenti membrum aliquod, deest quoque illius in genitura pars efficiens: & quę pars ex mẽbro, cui est cicatrix, fluxit, talem quoque refert figuram. Ex voluptate etiam, & extenuatiõe, quæ ex nimio coitu fit, illud potest intelligi: nam tempore coitus omnium membrorum sentitur voluptas, & resolutio. extenuantur etiam membra omnia ex nimio coitu. tamen si ex vnico membro decideretur, illud solum extenuaretur, ex immodico seminis fluxu, non omnia. Præterea ratio videtur conuincere, vt quemadmodũ totius est aliquod semen efficiẽs: ita cuiusque partis aliquod sit, alioqui membra sine semine generarentur. Tamen nulla est ratio, quod ex hac seminis parte crus, ex illa brachium fiat: nisi hæc ex crure, illa ex brachio decidatur. Talia cum effundant mille argumenta, cæterùm Aristoteles, & Galenus contrariam tuentur opinionem. quorum præcipuas rationes hic commemorabo. nam eorum vterque per se acutissimè conuincit hanc sententiam: ille libro primo De generatione animalium capite octauo, quo loco ita argumentatur. Si semina animalium ex omnibus membris profluerent, stirpium quoque semina ex omnium illarum partibus deciderentur. nam cum animalia ab stirpibus, animali virtute, & vita distinguantur: tamen iis, quæ ad naturalem potentiam, nutrientem, & efficientem expectant, nil differunt. sed stirpes, etiam si ab illis multæ, atque illæ maximæ partes abscindantur, producunt nihilominus semina. quare neque in animantibus videntur ex omnibus membris prouenire. Præterea aut decideretur ex omnibus simplicibus partibus, vt carne, neruo, osse, & cartilagine: aut compositis etiam, vt facie, & manu. Ex compositis non videtur, qua ratione decidi possit, nisi simplicium gratia, quæ priores sunt. nam compositæ, ex simplicibus constant: simplicibus verò nulla est propria figura. quare neque hac ratione, esset, quod filii figurâ parentes referrent, sed solo temperamẽto. hoc enim est proprium simplicium partium. Præterea necesse esset, cùm ab vtroq; parente semen profluat, aut binos fœtus, alterum masculum, alterum fœmellam: aut perpetuo hermaphroditum generari. præcipue cùm nos monstrauerimus, vtrunque semen præstare efficientiam, & materiam. nam cum vir, & fœmina reliquis partibus similes sint, genitalium partium forma differũt. quare cum ab vtrisq; ex omnibus membris semen decidatur, vtramque genitalium membrorum formam in eodem fœtu, aut duplicem fœtum necesse esset generari. Adde quod cum partes seminis, quę ab omnibus mẽbris prouenirent, in matricem immitterentur: non possent in fœtu inferiora a superioribus, neque dextra à sinistris, neque ante-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

anteriora à posterioribus iusto inreruallo distantiæ collocari. quare monstrosum perpetuò prodiret animal. Melius ergo multò, quam antiqui philosophi, Aristoteles sénsit, semen non esse natura aptum ex omnibus recedere, sed ad omnia accedere: quod idem est ac si diceret, semen non decidi ex omnibus membris: veruntamen vim habere omnium membrorũ effectricem. Galenus his rationibus, quæ acutissimæ sanè sunt, aliam addidit ex his, quæ per anatomen conspiciuntur, desumptam: Arteria, & vena, ad vtrumque testem descendere conspiciuntur: non recto itinere, vt reliquæ omnes, sed variis modis inuolutæ: in his autem anfractibus, quos faciunt, antequam ad testes perueniant, albescere paulatim sanguinem videre licet. tum demum, vbi iam ipsos testes attigerint, seminis substãtia in ipsis manifeste conspicitur. vnde constat, in ipsis proculdubio esse naturam seminis effectricem. nam ex sanguine in ipsis diutius immorante, ipsum procrearunt. Est igitur opinio Aristotelis, & Galeni, semen non defluere ab omnibus partibus. Sed disidet Galenus ab Aristotele, quòd Aristoteles, testes semen gignere negauit, sed esse veluti planas quasdam, quæ ex tellis à textoribus appenduntur, quo seminaria vasa in se, non concidant, aut distorta sint: sed sint patulæ viæ, & promptæ ad seminis eiaculationem. Sed hanc Aristotelis sententiam, si nil aliud, certe ipsorum testiculorum substantia conuinceret. Illorũ substantia est alba, & coagulato semini omnino similis. quod euidenti argumento est, ipsos semine nutriri. habet enim vnumquodq; membrum, sui alimenti virtutem effectricem. Præterea, si testiculi veluti pondera tantum modo appenderentur, nequaquam illorum intemperies, modo pondus nõ deficeret, posset animal impotens federe. sed ob testiculorum refrigerationẽ, redduntur multi generandi impotes: indiget ergo homo ad generandum, non pondere testiculorum, sed temperie. Temperies autem, non videtur, aliter ad generationem esse necessaria, quàm generando semen. Adde his, quòd neque præcisis testibus, mas & fœmina similes fierent toto corpore. quod quaratione fiat, paulò infrà dicemus. Igitur stat Galeni sententia, semen neque generari in solis illis amfractibus vasorum seminario rum: neque in solis testibus, sed in vtrisque. neque vero rationes, quæ ex contraria sententia adducebantur, ea inquam quę habet, ex omnibus membris semen decidi, quicquam conficiunt. Primum similitudo, quam filiis esse diximus cum parentibus, nihil probat. nam cum in semine, etiam si ab vnico membro decidatur, sit omnium membrorum virtus effectrix, non mirum, si reliqua omnia membra similia generentur membris illius animalis, ex quo decisum est. nam quanquam non est decisum ex omnibus: est tamen singulis mẽbris cum reliquis omnibus eiusdem animalis proportio quędam, & similitudo. pręcipue, cùm non adeo hoc perpetuum sit: sed sępe filii parentibus suis nulla ex parte simi les generentur. neque ex mancis manci, nisi raro. id quod casu forrasse fit, non quòd membri illi men desideretur. nam ita perpetuo fieret, neque posset quoquam pacto, ex mãco sanus generari. Adde dictis, filios in multis solere similes parentibus fieri, ex quibus semen decidi nullus dixerit, vt in vnguibus, & pilis. Neque magis illud, quod de voluptate dicebatur, quidquam probat. nam sentitur quędam veluti relaxatio, & resolutio ex motu & calore, in corpore vniuerso. cæterũm voluptas in eisdem partibus fit, in quibus & pruritus. Addebatur aliud de extenuatione, quòd neque ipsum est efficax argumentum, si semel extenuationis causa intelligatur. Extenuantur corpora ex nimio coitu, duplici de causa, cum propter vehementem exercitationem, & assiduam: tũ etiam, quòd euacuato multo albo humore, solida membra priuantur alimento. Nam scire licet, sucum illũ album in testiculis vim quandã ex maiore elaboratione comparare: cęterum similem esse ei, quo solida membra nutriuntur, medullis inquam ossium, & arteriarum, venarumque alimento. propterea enim, & membra, quæ solida sunt, seminalia appellantur, quoniam generantur ex semine, & nutriuntur. omnia enim membra ex similibus nutriuntur, & generantur. propterea Plato, in dialogo De natura, ex redundantia huius humoris, qui medullã in ossibus appellatur, quem etiam ille semen appellat, libidinosum hominem fieri, cẽsuit, c dicẽs, Cui verò multum semen fluidumq;, circa medullam generatur, vt si arbor, pluribus quam conueniat fructibus grauida, nimia vbertate luxuriet, is profecto, multis passim doloribus, multis item voluptatibus in libidinibus ipsis, earumq; fructibus, affectus, plurimum vitæ ob ingentes voluptates, ac dolores furens. Ecce igitur, vt Plato, tam ossium medullam, quàm illud quod in seminariis vasis continetur, semen appellet. Neque verò possunt hi succi naturâ aut substantiâ differre: cùm altero illorũ generentur membra: altero augeantur. differt autem accretio à generatione hoc vno, quòd in illa primo formantur membra: in hac nõ primo, sed illis quæ formata iam sunt, similium omnino partium fit accessio. igitur materia, ex qua fiunt, eadem omnino est. Adde monstratum à nobis esse, ex anatome, in vena, & arteria, ex quibus anfratus illi fiunt, quorum paulò ante meminimus, semen generari. sunt vero illa vasa reliquis omnibus, quæ in vniuersum corpus deducta sunt, substantia simillima. quare non est, quod reliquæ etiam venæ, & arteriæ non possint humorem semini substantiâ similem, generare. Igitur attenuantur vniuersa membra, non colliquefacta, atque in semen abeuntia, vt quod ex illis omnibus decidatur: sed quoniam vacuatur illorum alimentum. non quòd medullę, quę interius in ossibus reconditæ sunt, coitu ad testes defluant: sed quoniam cùm hic humor ex sanguine generetur, sunt in sanguine partes quędam illi generãdo accõmodatę: quæ omnes, cùm quis immoderatiùs venereis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vtitur, insumuntur in testes, & vasa seminaria. Illud quod ab Hippocrate dictum est libello De aere locis & aquis, reddi homines impotentes ad generandum scissione arteriarum, quę post aures sunt, proinde fieri putauerim, quòd cerebrum imbecille redditur, priuatum in fluxu spirituũ vitalium. Quare, illi ignaui redduntur, & imbecilles, neq; potentes laborem coitus sustinere, & satis vehementes ædere motus. Solet enim eo tempore cerebrum vehementer laborare. aut fortasse cum venis pręscindebatur neruulus quidam, quem Andreas Væsalius, vir in dissectione exercitatissimus, dicit se vidisse in multis, à sexta neruorum cerebri coniugatione descendere in testes, & vasa seminaria. Sed argumentetur aliquis, contra ea quæ paulo ante diximus: Si ea esset seminis natura, quam retulimus: & in omnibus solidis membris generaretur: possent solida membra, cùm semel essent excisa regenerari. sed cõtrarium docet Hippocrates multis in locis, præcipue sexto Aphorismorum decimo nono: & Galenus in commentario. quod experimento etiam cognoscitur. nam si confractum est os, non potest ossis generatione copulari: sed vniuntur confratæ partes quodam callo, quod substantiâ quidem multò mollius est ipso osse, dicente Galeno sexto Methodi cap. quinto. neque verò os solum non potest coalescere, sed neq; vera cutis potest regenerari: sed vt pro osse fit callus: ita pro cute cicatrix tertio Methodi capite quinto. Non igitur semen simile est naturâ ei humori, quo membra solida nutriuntur: aut huius rei, reddi rationem oportet. Nam multi facile responsum esse putant, mẽbra illa ex semine esse genita: atque proinde, si semel perierint, genito iam integre animali, regenerari non posse, quoniam materia generationis non suppetat. Sed hi delirant, non intelligentes, qđ paulò superiùs de sentẽtia Hippocratis diximus, eisdem nos nutriri, ex quibus sumus: atque proinde materiam, quæ generationi est inepta, neque incrementum præstare posse. Alii dicunt, etiam si materia sit: non amplius esse virtutem generandi, operari enim generantem virtutem, vsque ad formationis complementum. quod postq; adeptum fuerit animal, succedere nutrientem generanti, cessante priore. Cæterùm contra hos est, qđ multa membra solida quotidie generantur in adultis hominibus. nam vlcera caua carne implentur noua, quæ non potest non esse multis venis, & arteriis capillaribus intersita. quæ quanquam tenues sint, habent nihilominus propriã cõformationem, & figuram oblongam, & cauam. Libro primo De semine Galenus. cap. decimotertio, testatur, vidisse se regeneratas, cum aliis in partibus, tum in capite magnas & multas arterias. Libro sexto Methodi cap. quinto dicit, mollia ossa, cuius modi in puerulis conspiciuntur, coalescere posse. Igitur neque deest materia, neque virtus generans. quam virtutem, non ego in membris ipsis conseruari, quo illorum necessitatibus posset subuenire, quemadmodum barbam multi dicunt. sed eandem esse virtutem cum nutriente dixerim. eadem enim virtus, quantum intelligo, arteriam discissam vnit, & vnitam auget. ambo enim eadem ratione fiunt appositio alimẽto, & commutato ad naturam nutriti. Quæ ergo, si hæc ita se habent, ratio esse potest, quòd tam ratò regenerentur. certe nulla alia, quam illa, quam Galenus docet libro primo De semine cap. decimotertio, quòd neque virtus tam vehemens est, quàm in ipso vtero, cum fœtus generatur: neque tam est materia abundans, quæ necessaria est ad solidorum generationem. Adde membra in adultis facta duriora. sed, quæ dura sunt, vel sola hac ratione, difficulter coalescũt, quæ cõtra sunt mollia, sibi ipsis vniũtur facile. Adde etiam, quòd cum in parte aliqua deest arteria aut vena, necesse est, etiam carnem esse vulneratam, cùm verò caro multò facilius, & prõptius generetur, propterea quod mollior est, & sanguis in corpore abnndat, antequam arteria generari possit: anteuertit caro supercrescere, & arteriæ generationi impedimento est. quod si quis medicamento carnis generationem cohibeat, eadem opera arteriam prohibebit generari. Hæ igitur sunt rationes, quibus rarissimè membra coalescunt solida: non defectu virtutis, aut materiæ. Hoc verissimum esse, inde intelliges, quod tenuissimæ, & mollissimæ arteriæ, & venæ, quales sunt capillares, prompte regenerantur. neque solum hæ, sed & ossa etiã cœca, & mollia. Sed quod omnium maxime, apertam membrorum solidorum regenerationem ostendit sunt dentes. horum enim maior pars, deciduntur in puericia, & regenerãtur: vltra quam ætatem, qui deciderint, non amplius regenerari possunt. quorum euẽtuum causas reddit Aristoteles quinto libro De generatione animalium. cap. vltimo, dicens, incisorios dentes, qui priores sunt, lactentibus adhuc pueruli prodire, propter calorem lactis (hoc ipse euentus declarat. nam quo calidiore lacte vtitur infans, eò citius erumpunt dẽtes. ego addiderim, & exercitationem, confricationemq; mandibularum) deinde caninos, posteriores molares, vsque adeo, vt vigesimo anno multis erumpant. & omnium vltimi nonnullis, vel senescentibus eruperint. tamen qui præcoces sunt, decidunt: sunt enim angustiori vasi, & debilioribus, paucioribusq; radicibus, posteriores hæc habent ampliora: proinde decidui non sunt. regenerantur vero anteriores, quia tam citò cadunt, vt secundæ generationis tẽpus inueniat adhuc crescentem ipsam partem mandibulæ. priores enim generari non possunt, vbi mandibula cessauit à manifesto incremento: posteriores generantur vicesimo anno, vt diximus: & nonnullis grandiori ętate. quia ex ampliori vase nascuntur, & alimenti habent maiorem copiam. Ergo generatio dentium, & regeneratio ita habet. Recipiunt dentes alimentum à radicibus, vt capilli & vnges: tamen vt paulò supe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuperius monſtrauimus, vnguium & dentium nutritio eſt vera: capillorum non ita: ſed excrementorum congeſtio. Cũm ergo hæc membra ſanguinea non ſint, & manifeſtam regenerationem recipiant: neque ſolum hoc, ſed & generationem primam: ædito iam homine, non dubium eſt, quin horum etiam generans facultas aliqua in nobis perſeueret: quodque, ſi pauca admodum membra de numero ſolidorum, atque ea tenuia, ac nonniſi in infantia, aut pueritia generari conſpiciuntur: duricie membrorum, paruæ nonnunquam alimenti copiæ, debilitati facultatis, haud quaquam naturæ illorũ imputandum ſit. Sed videtur iam hæc quæſtio iuſtum adepta finem. Cæterum, ne quicquam in hac materia deſideretur: illud lubet interrogare antequam caput cõcludatur, quam ob cauſam fœtus matribus, aut patribus fiant ſimiliores; & vtrum illorum frequentius accidat. Multi, de quorum numero Atheneus, fœtus tam maſculos, quàm fœminas matribus magna ex parte ſimiles eſſe affirmabant. atqui cũ ratio videretur aduerſari (cum enim efficiẽs principium, aut à ſolo mare profluat, aut ab illo magna ex parte, videtur illi, euadere fœtus ſimiles oportere, præcipue eos, qui maſculi generarentur) excogitarunt formam, aut ſpeciem in vnaquaq; re, quæ ſecundum naturam generaretur ab efficienti principio fieri: cæterum figuram, & cõformationẽ à materia: atque proinde fœminis etiam maſculos fœtus fieri ſimiles, quoniam ab illis materiæ copia profluit. Sed horum ratio falſa eſſe videtur. nam falsò aſſumũt, ex materia, aut alimento, permutari figuram. nam arbor per ſicca in Ægyptum tranſlata, bonum alimẽtum nacta eſt, & eſui idoneum frutum protulit: tamen figuram nũquam permutauit. neque, arbitror, Policletus ſtatuam effingens, aut humanam, aut equinam: ſimum naſum, cæſios oculos, lato aut ceræ permittet facere. Quare materia non præſtat ei, quod generatur figuram: ſed illud ipſum quod generat. cõformationes præterea diuerſæ membrorũ, & variæ figurę, quibus cõtingit, filium, aut matri, aut patri ſimilem euadere: ex figura ſolidorum membrorum fiunt, nõ ex carnoſis partibus, quæ circa hæc obductę ſunt. membra verò ſeminaria non generãtur ex mẽſtruo ſanguine, ſed ex ſemine. quare præter rationem eſt, opinari, propter multam materiam, quam fœmina præſtat, reddere ſibi fœtum ſimiliorem figura. adde fœtum non perpetuo eſſe ſimiliorem matri, ſed aliquando matri, aliquando patri. Ergo ſimilitudo non fit propter hanc materiæ multitudinem, quam perpetuo præſtat fœmina, & ea ſola: ſed propter illius materiæ, quæ ab vtroque parente profluit, multitudinem, aut vigorem. Huiuſmodi eſt ſemen, quod ab vtroque promanare diximus. quare vtrum illorum calidius, & vehementius eſt, illi fit fœtus ſimilior? & cùm, vigente etiam fœmineo ſemine, marem generari poſſe, paulò ſuperiùs de ſententia Hippocratis, monſtrauerimus, quoniam, ſcilicet, nonnunquam ex fœmina maſculinum, & potens, ex viro fœmineum, & debile ſemen profluit: ex ratione fit, vt nonnunquam mares ge[illegible] & matribus ſint ſimiliores. maxime quòd, ſi eorum, quę de cauſa generationis maſculi, aut fœmine in libro primo diximus octaua quæſtione non ſumus obliti: ratio nil aduerſatur. Sed con[illegible]a eſſe videtur, quòd ſi, quia fœmineum ſemen prævalet maſculino, aut contra maſculinum fœmineo, ſimilitudo fieret: filius aut matri, aut patri membris omnibus ſimilis euaderet, cuius contrarium conſpicitur. ſæpe enim oculis matri, naſo patri gratia exempli, aut in aliis ſimiliter patri, aut matri ſimiles ſunt. Sed neque hæc ratio quicquam habet difficile. nam quanquam vtrũque ſemen ſimplex eſt, & homogeneum: tamen partibus eſſe non æque calidis, nil prohibet. quin potius rationi eſt cõſonum, id quod prima eiaculatiõe emittitur craſsius eſſe & calidius, deinde frigidius & ferosius. Quare fieri poteſt, vt in vno membro vigeat virile ſemen, in altero fœmineum. cum vtrunq; ſit ſecundum diuerſas partes, non æque calidum. Quare poteſt maſculus generari matri, & fœmina patri ſimilis, aut cõtrà: & vterq; fœtus his membris patri, illis matri eſſe ſimilis. neque quicquam habet hęc opinio, in difficillima præcipue tractatione diſſonum. ſed hęc quæſtio iuſtum eſt conſecuta finem.

Caput octauum. An ſemen deciſſum viuat.

QVibuſdam videtur ſemẽ, cùm deciſſum ab humano corpore eſt, atque in vterum incidit, nullius vitę eſſe particeps: ſed humorem quendam, non viuentem, aptum generationi: vt ſanguis eſt ſuccus, nulla vita prędituſ, ſed nutritioni commodus. Quorum rationes hę ſunt. Semen (quemadmodum proxima quæſtione monſtrauimus) eſt ſuccus quidam albus, ſimilis medullę, quo ſolida nutriuntur, & generantur, vt ſanguineę partes generantur, & nutriuntur ſanguine. cum ergo ſemen nullius membri ſit pars, ſed nutrimentum: non debet viuens dici. Prętereà, ſi ſemen operaretur vitâ ad generationem: videretur operari ad ſui interitum: non enim poteſt generari fœtus, quin ipſum ſemen corrumpatur. Cęterum, quanquam hic ſermo videatur eſſe aliquantulum probabilis: tamen verus nõ eſt. monſtrauimus ſiquidem, in ſemine eſſe virtutem gignentem paulò ſuperius. Sed generans virtus, vt procedenti ſermone docebimus, & modo ſine demonſtratione ex noſtra opinione dicimus, à virtute naturali non differt. ſunt alentis animę operationes nutritio, & generatio. non igitur eſſe poſſet huius virtutis particeps ſemen, ſi nulla vita viueret. ſanguis ſanè non viuit, ſed neque virtutem habet gene-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

generantem,aut nutrientem,sed materiam prestat solum. Vnde facile quiuis intelligat,errare nonnullos,putantes de sententia Galeni,menstruum quoque sanguinem habere aliquam efficientiam : quia, scilicet, insumpto semine in generationem solidorum,reliqua membra ex influente sanguine menstruo generantur. Sed hi non intelligunt,quid afferat sua opinio.cogunitur enim statim dicere, sanguinem viuere-nam generatio,actio est alentis animæ.in quo est actio:& virtus sit oportet,præcipuè naturalis,quæ insita est viuentibus:non influens,vt hic etiam sermo procedens declarabit. Res igitur,ita habet. Semen defert generantem facultatem,atque viuit vita plantæ,qua fruitur fœtus,vsq; ad sentiēdi tempus,Incidens ergo semen,propria virtute in membra seminalia trāsmutatur:sanguis ab ipsis mēbris primis,& semini insita vi,in membra sanguinea permutatur. Sed qua ratione viuit semen, si medullis ossium est similis substantiæ? An viuunt,& ipsæ medullæ? Minimè.sed viuiscit semen, maiori illa elaboratione,quam in testibus recepit. Qua ratione se conficit semen? videbitur enim agere ad sui interitum? Huic argumento ferè respōdimus in quinta quæstione. Nihil incommodi est,in eadem re, vt putà semine,esse vim actiuam,& passiuam,modo in diuersis substantiis vigeant potentia, & impotentia. generans vis viget in spirituosa parte seminis, quam multi medici mihi vidētur probabiliter, & inuenisse,& appellasse spiritum complantatum: qui qualis sit,procedens oratio dicet.esse quidē omnino,hæc ratio videtur demonstrasse. Viuit itaque semen.

Caput nonum. De partu octomestri.

POssintne octomestres vitales edi , an non:non est quod in dubium vertatur: quādoquidem longo experimēto comperta res est: &, vt inquit Hippocrates,libello cui titulus est De septimestri partu, Mulieribus de partu fidem derogare non oportet(& paucis interpositis)quæ verò iudicio præditę sunt,semper dicunt,ac testantur,nasci septimestres,& octomestres,& nouimestres,& decimestres,& vndecimestres:& ex his,octomestres non superesse.Itaque fiatne,an non,non est in controuersia cōstitutum:sed illud in disputationem venit,qua ex causa id contingat . cuius rei multiplices sunt rationes,ab Hippocratis libris,qui primus omnium de hac re inuenitur diffusè tractasse,desumptæ . Prima ex ratione conceptionis,& cōformationis desumitur:nam mutationes pcipuæ, quæ contingunt fœtibus, certis quibusdam temporibus dum vtero geruntur,sunt figuratio,& motus,& partus: horum tēpora ad seinuicem est proportio hæc:tempus motus duplum est temporis figurationis: & tēpus partus est triplum temporis motus.igitur pendet tempus partus à tempore figurationis,cuius non est simplex terminus,sed varius:atque proinde tam multi sunt termini partus humani, vt & septimo, & nono.& vndecimo fieri,& duodecimo,contingat:quin &,quod multo magis mirandum,quatuordecimo etiam,vt inquit Auicena libro tertio,Fen vigesima prima:nisi fortè detrahenda fides ei est,quia ex relatu loquebatur:ita enim inquit:Et iam dixit mihi fidelis quidam,quandam mulierem peperisse decimo quarto mense:& bene dixit. Termini figurationis , quemadmodum apud Hippocratem videre est libro De alimento,sunt nunc dies triginta,nunc triginta quinque,nunc quadraginta quinque,nūc quinquaginta.quo loco eam,quam diximus proportionem , obseruat Hippocrates:nam eos , qui triginta quinque figurantur,septuaginta moueri,& ducentis,& decem ædi tradidit. Ex his itaque terminis licet colligere,partus naturalis terminum esse septimum mensem qui constat ducentis & decē diebus:& nonum,qui completur ducentis septuaginta diebus , qui terminus fit ex quadraginta quinque bis sumptis,atque constituentibus nonaginta ad motum, atque ex illis rursum ter sumptis ad exitum. Potest verò etiam in principio septimi mensis ædi , quando scilicet solis triginta diebus figuratur fœtus:mouetur enim sexaginta diebus,& æditur centum & octuaginta,quod est anni dimidium,& principium septimi:atque etiam in vndecimo æditur qui configuratur quinquaginta : mouetur siquidem centum,& æditur trecentis:atque ita aut citius aut tardius,prout cito,aut tarde figuratur. Tamen nullus octauo mense æditur:nam qui quadragesimo figuratur(figurātur autem pauciſsimi)hic bis centum & quadraginta æditur,qui quatuor iam dies ex nono mense desumpsit. constant enim singuli menses ex viginti nouem diebus cum dimidio. Verùm quoniam hæc ratio , qua sola barbari medici vtuntur, plurimum claudicat(nam quod formari possint quadragesimo, docet idem Hippocrates loco citato, & iidem ipsi non negant:sed raro fieri posse dicunt:si verò figurantur quadragesimo , oportet vt octo mensibus in lucem ędantur:quod si tamen aliquam partem ex nono desumere dixeris,eos qui trigesimo quinto figurantur inuenies octauo mense ædi)alias rationes his oportet superaddere. est autē omnium commodissima ea,qua vsus est Hippocrates libello De septimestri partu: Partus terminantur, quemadmodum & morbi:nam quemadmodum ad morborum iudicationes sunt quidā dies , in quibus insignis est vis,alii imbecilles,alii praui in iudicando:ita & ad ipsos partus. Dictum autem est à Galeno,breues morbos per quaterniones,longiores aliquantulum per septimanas: longos verò per decimos primùm,deinde & per vigesimos dies iudicari.itaque quò lōgior est affectus , eò per longiora interualla

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

terualla recipit mutationes. prægnatio autem est plærisque morbis longior: quare, vt illi per septimanas, ita prægnatio per quadragenarios recipit mutationes. Est verò hoc non ratione solùm, sed & experimento inuentum. quãta enim vis sit quadragenariorum dierum, ad fœtus, inde cognosces, quòd mulieres experimento obseruauerunt, primis quadraginta diebus plurimas fieri abortiones, & quæ hos euadunt, rarò abortire. Recens natus infans, & si titilletur, ante quadragesimum diem non ridet: nisi fortè ille, qui ad finem decimi, aut vndecimo mense æditur: rationem mox apponemus. Cum ergo hæc ita se habeant, illius quoque oportet meminisse, quod Galenus primo De diebus decretoriis docet: nempè septimo maximam esse in iudicando vim: quinto etiam satis magnam, sextum autem est se infelicissimum. Ergo si quis rectè supputet, inueniet quintum quadragenarium respõdere septimo mensi: septimum nono, & decimi principio: sextum, totum octauum mensem comprehendere. Quare in hoc nihil potest feliciter contingere. moriuntur enim omnes. eo quod septimo mense fœtus incipit conuerti in vulua ad exitum. Nonnulli igitur, qui eo tempore firmiores sunt, non solùm conuertũtur, sed & vno impetu exeunt: qui verò id non possunt assequi, laborant morbo ex defatigatione, quę ex conuersione accidit: qui morbus durat diebus quadraginta. Si igitur illis quadraginta diebus (quibus totus octauus mensis continetur) prodierint, moriuntur, nouo labore partus, adueniente pristinę ægrotationi: si verò toto illo quadragenario quieuerint interius, sanantur, & post modum sani prodeunt, possuntq; melius exitus laborem sustinere, atque eò melius, quò longius abfu[illegible] illo quadragenario. atque proinde diximus paulò superiùs, eos qui ad finem decimi, aut in vndecimo ędũtur, firmiores prodire, & minus extra laborare, atque citius ridere. His rationibus addit Hippocrates aliam, quam ex naturali cuiuscunque rei conformatione, rhythmoq; desumit. quam licet cuiq; appellare, proportionẽ efficientis ad id quod accipit & patitur. omnibus enim rebus, tam animantibus, quã arbustis, cæterisq; satis, constitutus est quidam ortus terminus à natura: atque hic non perpetuò idem: sed aliquando breuior pro cœli, terræq; benignitate: aliquando tardior, quoniam hæc desunt. Sunt igitur hominibus ad ortum constituti hi termini, vltra neq; citra quos non æduntur. nonus scilicet mẽsis, naturalis ac frequens terminus: septimus iis, qui quasi benigniori cœlo, & terra generantur. Huic rationi videtur maximè consonum esse, quod Aristoteles De historia animalium in quadam Græciæ parte octomestres nonnunquam viuere, memoriæ prodidit. Est igitur & ex ratione dierum iudicantium, & ex proportione temporis cõformationis cũ reliquis temporibus, & ex his quæ frequenter eueniunt, de sententia Hippocratis monstratum, octomestres non viuere. Cæterum neque id esse omnino impossibile, docuit Aristoteles. Fœminæ tardius figurantur, quàm viri: sed neutris est vnicus constitutus terminus. est verò discrimen non alia in re, quàm in partium à se inuicem distinctione [illegible]um enim humidius sit muliebre corpus, & excrementi magis redundans tardius actione caloris elaboratur, & recipit dissinctam figuram, ac nunquam ante quadragesimum: viri verò trigesimo, aut trigesimo quinto. quo clarius est, non seruari illam figurationis ad motum, & motus ad partum proportionem. nam alioqui, perpetuò viri septimestres, & fœminę nonomestres, aut decimestres ęderentur. Secunda ergo ratio, & tertia magis placent: quippe quæ Hippocratis sunt, & minus difficultate plenę. Quare de re difficili, quam experimento cognoscimus, & rationem nouit euidenter solus ipse Deus, hæc dixisse sufficiat.

Caput decimum. De septimestri partu.

EOrum, quos proxima quæstione septimo mense in lucem ædi posse, & supereśse, monstrauimus: quemadmodum Hippocrates, & Galenus obseruauerunt, & alii fortasse ante hos, quorum monumenta vetustate periere, primus partus terminus est, centum & octoginta duo dies, & quindecim horæ cum vigesima quarta horæ parte: vltimus ducenti & quatuor dies. ante illum terminum nullus ad maturitatem peruenit, & fatale exeundi tempus. qui hunc vltimum transcendunt, non exeunt vitales, nisi quadraginta dies (vt diximus) in vtero quiescant: atque tum demum prodeant, refectis viribus, nono mense. ęduntur vero primo, aut vltimo termino, aut inter hos alio, prout concepti fuerint, aut in plenilunio, aut interlunio, aut medio tempore. Nimirum experimento inuenimus, lunam multam habere vim in conceptionibus. Quantum igitur præteriit primi mensis in conceptus die, tantum de eo mense detrahi debet, modo non sit maior pars dimidio mense: vltimi etiam mensis necessariò debet fœtus accipere quindecim dies: nam vt semel in septimum mensem inciderit, debet accipere plus dimidio: à primo quidem, minimùm viginti dies & tres horæ accipiuntur: reliquum est, quod amitti potest propter tempus conceptionis. de vltimo quindecim dies necessariò assumũtur, quinque inter medii integri sunt. Sed est vniuscuiusq; terminus viginti nouem dies cũ dimidio: ita vt vnde sexaginta dies duo menses sint, & quinq; menses centũ & [illegible]adraginta septem cũ dimidio: quibus si addantur viginti dies, & tres horæ, & rursus quindecim die[illegible] constituitur exquisitè ferè dimidius annus,

centum

centum & octoginta duo dies, & quindecim horæ ante, quẽ terminum nullum vitalem prodire posse diximus. Sed iam neque vltra ducentos & quatuor, posse fieri vitales, docendum est. Quinque mẽses intermedii (vt dictum est) centum & quadraginta septem dies habent cum dimidio. Si igitur conceptus infans est in interlunio, & totum septimũ mensem in vtero peragat, maiores primi mensis & vltimi partes accipiet. at verò neque si id ita contingat, potest illos accipere integros. nam neque primo momento mensis concipitur, sed aliquid necessario detrahi debet, gratia illius quod insumitur in expurgatione. Si igitur septem essent menses integri, bis centum & sex dies cum dimidio continerent. nunc verò dictâ causâ duo cum dimidio detrahuntur minimùm, in aliquibus enim prægnãtibus plus, sed in nulla minus. Atque ita constat, vt septimestrium breuissimus terminus sit anni dimidium: longissimus ducenti & quatuor dies.

Caput vndecimum. Sit ne caput factum propter cerebrum, an propter oculos.

Vtilis quidem omnibus quæstio hæc de capitis vsu foret in præsentia relinquenda: cùm quòd nihil habet ad artis opera necessarium: tùm etiam, quòd diffusè admodum, & distinctè à Galeno ipso est agitata octauo libro eius operis, quod De vsu partium scripsit: nisi illius opinionem, quam illic acutè admodum confirmat, barbarorum nonnulli, partim eorum, qui quæstiones medicas ante nos scripsere, partim eorum, qui artis præcepta suscepere pertractanda, aut aliorum scripta commentariis prosecuti sunt, damnantes, inanibus quibusdam argumentis lacessissent. Quibus proinde fuerit opere precium respondere, opinione, vt oportet, constituta: Cur in hominis formatione post humeros excelsius quodam membrum natura formauit, ex ipsis humeris collo producto: quo cerebrum & sensus continetur. ac non potius in thoracis ipsius quadam parte cerebrum collocauit, & illic sensus infixit, vt in quibusdam animalibus de eorum genere, quæ ἐγκεφαλόδερμα, quasi crustata dicas, appellantur? An quoniam melius fuit, cerebrum in æditiori esse loco, aut quoniam aliquid aliud eorum, quæ in capite nunc continentur, melius fuit in sublimi collocari? omnino enim propter aliquid eorum, quæ in illo sunt, caput fuerit factum: non propter ea, quæ alibi. Quantum licet ratione assequi, illius membri gratia factum sit, cuius operationi plurimum conducit sublimis situs. Cerebrũ, vt procedẽte sermone mõstrabimus, & interim ex receptissima opinione petimus, sedes est animalis virtutis. igitur eius vsus est, virtutem animalem ad reliqua membra demandare per neruos. Huiusmodi virtutis influxus, aut spiritu fit, aut illustratione. nihil igitur illum iuuat excelsus illustrantis locus. Si enim graui aliqua substantia virtus deferretur, iuuaret illius defluxum de cliuis via: atque ita multùm conferret, virtutis fontem in excelso collocari: cum verò illustratione fiat, quę versus quaque fit facile, nihil videretur interesse, cerebrum in capite aut thorace collocari. Speculatores verò, quò in sublimiori sunt loco, eò longius despectant. nam nosipsi, cum propter longinquitatem despectantes, aliquid minus possumus cernere, in sublimem aliquem locum conscendimus. quæ res satis declarat, quãtum oculorum actionem iubet sublimis situs. Cum igitur actionem cerebri, nihil ex proceritate corporis iuuari mõstrauerimus: satis videtur probatum, propter oculos naturam caput de thorace deduxisse, non propter cerebrum. Huic etiam rationi attestantur ipsa naturæ opera, cùm enim, vt paulò ante retulimus, nonnullis animalibus, quæ capite carent, cerebum in thoracis regione constitutum sit: aut illa animalia oculis omnino carent, aut excelsa quædam habent cornua, quibus soli oculi imminent. quæ naturæ opera declarant, oculos sublimi loco indigere perpetuò: cerebrum non eâtenus. Est igitur ita Galeni opinio constituta. Quam damnat Auerroes secundo Collectaneorum, cum quo & alii multi, his rationibus. Membrum quodcunque illius gratia factum esse censetur, cuius quantitatem, & figuram præsefert, cùm, scilicet, propriam figuram, & propriam magnitudinem ad illius custodiam habet comparatam. sed craneum ea est magnitudine, & figura, qua esse oportuit, ad cerebri conseruationem. & si quis ex figura singularum partium iudicet: totius capitis partes cerebro tributæ sunt, aut ad custodiam, aut ad expurgationem: Est igitur caput factum propter cerebrum. Præterea, cùm cerebrum tanto præstantius membrum sit oculis, vt tota videndi vis à cerebro illis influat: non videtur rationi consonum, naturam gratia membri minùs nobilis caput constituisse, cùm in eo aliud tanto præstantius sit. Cæterùm hæ rationes, quibus illi adducti à Galeni opinione recedunt, potius videntur eorum hominum, qui ea quæ ab autoribus dicuntur, non intelligunt: quàm qui ex seipsis possint vtile aliquid excogitare. Nõ enim negauerat Galenus, craneum ad custodiam cerebri esse comparatum: sed caput ex humeris deduci, & in sublimi æditissimaq; parte collocari, non tam esse ex vsu cerebri, quàm ex vsu oculorum, illud vnum docet. quandoquidem cerebrum poterat animalem virtutem transmittere in thorace constitutum nihilo deterius. sed oculi, quò in humiliori loco essent cõstituti, eò hominibus minus essent ex vsu: quoniam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niam eo ad minorem distantiam, possent cernere. factum est igitur caput sublime gratia oculorum, à quibus,tamen cerebrum separari non potuit:quoniam ad hos erant molles ramuli neruorum,qui optici, idest, visui destinati dicuntur,deducendi. hinc etiã factũ est,vt cerebrũ collocaretur in capite, qđ primò,gratia oculorum factũ esse,diximus.Cum verò semel quis intellexerit, caput propter oculos esse factum:cerebrum verò gratia oculorum in capite esse constitutum : facile adducetur ad intelligendum,oportuisse reliquos sensus,ita vt factum est,in capite collocari. nam neque ad hos nerui molles, quales sensui destinatos esse oportet,si essent distantiores,deduci possent:omnes enim nerui,recedentes à cerebro,duriores fiunt. Talis igitur fuit capitis constitutio,cui nec ipse cerebri principatus obstat. potest enim(vt res habet)oculis esse præstantius tamen non adeo sublimi loco indigere. Quare natura propter oculos caput faciens,cerebrum non despexit: sed dedit vnicuiq; iuxta dignitatem propriã, & necessitatem.nam & ipsum cerebrum,quanquam non indigere sublimi adeo loco monstrauimus: tamen nõ est in capite deterius,quàm in thorace:sed ad alia etiam multo melius. Nam,quemadmodũ Plato inquit dialogo De natura,Nostri formatores caput à pectore,ceruice & collo interiectis separauerunt:religiose cauentes diuinum mortalium contagione,nisi quantum summa necessitas cogit,polluere. Quod perinde est,ac si diceremus, melius esse cerebrum longè à thorace situm fuisse: ne rationalis virtus,quæ in ipso est,ab irrationali,quæ est in corde,conturbaretur:atque ita animali nunquam liceret,esse prudenti:sed ageretur potius irrationabilibus affectibus,quàm ratione.Inuenit igitur Plato vsum alium capitis generandi,longè diuersum ab eo,quem Galenus docuit. Quare alterum dicendum est: aut vsam quidem esse naturam capite ad facilem intuitum: & abusam esse eodem ad separandum potentiam rationalem ab irrationali:aut vtriusque gratia caput esse factum,cerebri,scilicet,& oculorum:id quod probabilius esse censeo. nam quanquam Galenus, loco citato alterius tantum vsus meminit:consonum tamen videtur rationi fore,si cerebrum in thorace collocatũ esset, vt plusquã oporteret, vitas animalis traheretur ad compassionem cordis,& animal duceretur,non prudẽtia, sed perturbatiõibus.quod minus cauit natura in his animalculis,quibus imperfecta est imaginatio, & nulla irrascibilis potentia.atque proinde illis,non dubitauit,aut cerebrum in thorace dare,aut caput à pectore,nullo collo seiungere. Est igitur, quantum ego opinor,caput, & propter cerebrum, & propter oculos factum.quanquam neque id probat cerebri principatus,neque capitis figura,vt barbari illi autores dicebant:sed diuina Platonis ratio persuadet. & de hac quæstione hactenus.

Caput duodecimum. De numero membrorum principalium.

MOs est medieis,membrum principale appellare,illud,in quo virtus aliqua, earũ, quibus corpus humanum gubernatur,vt in præcipua sede,viget maximè. Cæterum de numero membrorum, quæ principalia dicenda sunt,parum videtur,conuenire. Aristoteles siquidem tertio De partibus animalium cap. quarto,vnicum membrum censet esse principale, cor: atque in eo, omnes virtutes præcipuas residere: ab illo in reliqua omnia membra demandandas. Auicena Fen prima primi doctrina sexta.cap.primo,Aristotelis opinionem insecutus est.Galenus diuersam omnino tuetur opinionem,vt multis aliis in locis,ita vel præcipue sexto De placitis. sed Aristotelis hæc sunt argumenta. Vbicunque fieri potest,principium vnum esse quàm plura,melius est. si igitur virtutes omnes à corde possunt in reliqua membra demandari,præter consuetum naturæ ordinem sit(natura enim semper facit,quod melius est) virtutes corporis gubernatrices,in multis membris collocari.Preterea:si hoc non ita esset,residerent,vt fert contraria opinio,virtus animalis in cerebro,vitalis in corde,naturalis in iecore:sed hac ratione,cor minus nobile esset quàm cerebrum,quod tamen prouidentia videtur redargue re naturæ:quæ cor in medio corporis constituit,vt in tutissimo,& nobilissimo loco. Adde,in eo mẽbro,coniectandum esse,virtutem residere, à quo instrumenta illius virtutis ducunt originem: sed ex corde oriuntur,non arteriæ solum,sed & venæ,& nerui. Quod de vena probatur primò. In illo membro videtur esse prima radix venæ,quod venæ non penetrãt recta via:sed in quod finiuntur.in hepate nulla est vena,quæ non recta via ipsum penetret, nequaquam in ipso terminata:sed vena caua,quę in cor tendit, intrat per dextrum ventriculum, & in ipsam cordis substantiam insumitur.nam alia,quę ex paulò superiore parte ad pulmonem demandatur,tam diuersa est à priori,vt, cùm prior esset vena, secunda non ampliùs vena, sed vena arterialis sit.Est igitur cor origo venarum. Quod verò,& neruorum,inde disces:quòd eius substantia crassa est, & multis neruis intersita,& dura: cerebrũ verò,ex quo Galenus neruos oriri opinatur,est molle: atque proinde minus commode videntur,ex ipso nerui posse proficisci,quos duros esse constat, cũ orta attestẽtur sui principiis.His rationibus persuasus Aristoteles,& aliis permultis,quas consultò prætereo,censet,cor primam esse sedem omnium virtutum. Galenus

lenus contrà, cuius rationes, ex euidentioribus desumptæ sunt, virtutem animalem, qua corpus mouetur, & sentit, in cerebro: naturalem, qua nutritur, & augetur, in hepate: vitalem, qua viuit animal, in corde cum Platone in dialogo De natura collocat. Prima huius sententiæ ratio ex anatome desumpta est: quæ distinctè docet, neruos ex cerebro descendere, aut spinali medulla, quæ ab illo procedit: arterias ex corde: venas verò ex hepate. Nam quãquam illi venis ex corde tribuant originem, ex nescio qua apparenti ratione: cæterum dissectio fœtuum, qui vtero gestantur, Luce clarius docet, sanguinem ex hepate mitti ad cor, non ex corde ad hepar. recipiunt enim fœtus alimentum ex materno sanguine per vmblicum, in quem subeunt vasa hæc, vna vena & duæ arteriæ: vena rectâ tendit in hepar ipsum, arteriæ ad regionem vesicæ, atque inde repentes per spinam, inserũtur in cor, priusquàm ad hepar veniant: quemadmodum vena prius inseritur in hepar, quàm cor attingat: declarat, scilicet, hæc constructio venas oriri ex hepate, arterias ex corde. sed hanc anatomen latius explicuimus, paulo superius in hoc eodem sermone. sed & illud, quod in æditis iam in lucem per anatomen apparet, satis rem declarat. sumuntur enim alimenta, quæ in ventriculo in chylum transeunt. hic descendit ad intestina per pilôrum. ad intestina nullæ aliæ venę veniunt, quæ chylum possint ad alia membra transumere præter meseraicas: hæc verò in hepar deducunt rectà, in quibus, & in ipso hepate, vt dissecanti licebit, oculis conspicere, ex chylo copiosus sanguis generatur: à quo, non ad cor solum, sed ad vniuersum corpus alimentum, futurum nutritionis materia, demandatur. Igitur cor recipit sanguinem ab hepate per venas. quare venæ deueniunt ab hepate ad cor, non à corde ad hepar. Quòd si concedẽtes, sanguinem in hepate generari, dixerint, hepar non generare sanguinem, qui sit alendo toti corpori: sed cordi præparare, vt illi præparat ventriculus: conuincuntur ipsa anatome. non enim hepar remittit totum sanguinem cordi, sed partem quandam reliquam, in totum corpus dispensat. tamen omnia membra, quę materiam aliis præparant, totam eam, atque integram, illis quibus præparant, solent reseruare. neq; alius quispiam meatus à pulmone aliorsum tendit, quàm in cor: neque è ventriculo & intesti[illegible]s, præterquã ad iecur aliud permeat foramẽ: neque ex reticulari contextu (hoc inquit Galen. ego enim) contextum hunc haud vnquam vidi) nisi in cerebrũ: neque ex seminariis vasis, nisi intestes. Quare est, vt diximus cor solum arteriarum principium, & cerebrum neruorum, & hepar venarum. Adde rationes, quibus contraria opinio vtitur, nil probare. licet enim nobis respondere, si virtutes omnes, quibus gubernatur corpus omnino essent ęquales perfectione, ita vt nulla illarũ, reliquis emineret: aut si membra, in quibus residents, tam essent diuersa, vt tria animalia, non vnum animal constituerent: præstaret, vni[illegible] esse virtutem, & vnicum membrum sed cùm hę virtutes, quanquam tres sint, vni tamen rationali, q[illegible]æ reliquis naturâ imperitat, natæ sint parere: & membra tam multis vinculis sint annexa: vt, quocunq[illegible]e illorum permoto, reliqua facile trahantur ad compassionem: non est, quòd quisquam hanc multitudinem virtutum, aut principalium membrorum damnet. Decentius præterea videtur, quemadmodum Plato inquit, sublimem virtutem in sublimi, & excelso loco, quod caput est, quàm in sede media, collocari. Ex affectionibus etiam præter naturam, quę his membris contingunt, licet illud euidenter argumentari. cùm enim intemperies aliqua, aut tumor præter naturam, aut obstructio in cerebro fit: vitiatur mens, aut reliqua membra motu priuantur: patitur, scilicet, per id tempus, animalis facultas: atque proinde in eius operationibus symptomata contingunt. nam, vt Galenus argumentatur, vt multis aliis in locis, ita tertio De locis patientibus, cap. 4. cũ vitiũ aliquod virtutis animalis cõtingit, vt corrupta phãtasia, ratio, aut memoria, medicamenta capiti imponũtur: quę tamẽ thoraci oporteret imponere, si virtus animalis in corde resideret. Sed inuenit Auicena argutũ quẽdã modũ defendendi opinionẽ Aristotelis. Sunt emẽ, dicit, de sententia Aristotelis oẽs virtutes in corde, vt prima radice: cęterũ manifestæ f[illegible] in aliis mẽbris: animalis scilicet virtus manifestatiuè (ita loquũtur) est in cerebro: radicaliter in corde: quemadmodũ (dicunt) de sententia Galeni, videndi virtus in cerebro est, vt in primo fonte: tamen in oculis elucet, propterea quòd sunt ad videndum commodum instrumentum. Hęc dicit Auicena. Cæterùm illud à me primum intelligat, vellim, non loqui se ad mentem Aristotelis: deinde, falsum esse id, quod affert. nam primò tam longe abest, vt Aristoteles hunc vsum cerebri substãtiæ tribuat, quòd in ea animalis actiones eluceant, vt secundo libro De partibus animalium, cap. septimo, parum absit, quin cerebrum excrementum esse dicat. de quo ita scripsit. Est verò neque excremẽtum, neque continua particularum aliqua, sed est proprii cuiusdam generis, & meritò talis. nullam vero cũ partibus, quæ vim obtinent sentiendi, cõtinuitatem habere, cùm intuitu patet, tum vel maxime, quòd cùm tangitur, nullum efficit sensum vt neque sanguis, neque aliquod animantium excrementum. datum autem hoc animalibus est ad naturæ totius salutem. Atque paucis interpositis: Iccirco (inquit) aduersus cordis sedem, & calorem cerebrum natura molita est. Videat, quàm longè hoc abest ab ea, quã Aristoteli opinionem imponit Auicena. Censet enim Aristoteles, cerebrum frigidissimum esse membrum: atque proinde ad reliqua omnia inutile, ad attemperandum calorem cordis solum modo fuisse comparatum. Quam sententiam, quoniam Galenus expugnat octauo De vsu partium capite secũdo & tertio apertissimè, non sumus nos propr[illegible] quæstione insecuti. nequando res eò est à Galeno perdu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cta, vt nil requirat splendoris, eos qui ante nos controuersias scripserunt, imitaremur, qui vbi nil possunt lucis addere, obfundunt tenebras, ne quicquam reliquatur intactum. Sed illud in præsenti monstrandum est, neque si ita sensisset Aristoteles, quemadmodum interpretatur Auicena, vera protulisse. quare duobus nominibus damnandus est Auicena, & ꝙ autoris mentẽ non fuerit assecutus, & ꝙ placitis absurdis adhæserit. Nam quanquã virtus esset manifestatiuè (vt aiũt) in cerebro: tamen nõ proinde oporteret corpus totum ex cerebri obstructione reddi, immobile, & sensus expers. remaneret enim virtus animalis in prima radice. Sed dices, priuatur corpus vniuersum sensu, etiam si obstruatur cerebrũ solummodo, quemadmodũ exertis oculis priuamur visu, etiam si virtus cernendi, quæ influebat, maneat in cerebro, vt in radice. esto, vt dicis: sed oportet, obstructo corde, aut interscisis viis, quę sunt ad cerebrum à corde, aut conclusis, priuari animal virtute cerebri, nõ aliter, quàm obstructa neruorum opticorum radice, priuantur oculi, cernendi facultatis influxu. nam ex tua opinione: quemadmodum virtus animalis demandaretur à cerebro ad reliqua membra: ita à corde ad ipsum cerebrum. quare ex cordis vitio, aut obstructione, aut præscisione, deberent repente reliqua omnia membra priuari animali virtute, repente enim animalis virtus influit, illustratione. sed hoc tam contingit aliter, vt viderit Galenus nõ rarò, animalia in sacrificiis, præcisis cordibus, vociferari, aut currere. Est igitur de sententia Platonis, & Galeni, non vnicum membrum principale, quemadmodũ Aristoteli visum est. Sed est ꝙ aliquis nobis obiiciat Platonem, qui in dialogo De natura ita scripsit de corde. Cor verò venarum originem, fontemq; sanguinis per omne corpus impetu delati, in stipata regi[illegible] respergere voluerunt. Cæterum hæc Platonis verba, pulchrè declarat Galenus sexto De placitis vltimis verbis, arterias ab antiquis venas appellari, in arteriis autem contineri sanguinem, non quemcũque, sed tenuẽ, & calidum, qui impetu per corpus vniuersum diffunditur, atque huius sanguinis cor esse fontem. Itaque constat, vt Plato & Galenus suis constent dictis. Sed hactenus illud vnum diximus, non esse vnicum membrum principale, sed plura. Quot autem ea sint, nondum diximus. Galenus sexto libro De placitis prope principium libri, tria tantum esse docet cum demonstrationibus ex Platone petitis. qm̃, scilicet, tres sunt virtutes, quibus humanũ corpus gubernatur, animalis scilicet, vitalis & naturalis: singulis harum data sunt singula membra à natura, animali cerebrũ, vitali cor, naturali hepar: quę proinde membra principalia dicuntur, & sunt. Sed contra est, quod Galenus libro artis medicinalis, nõ tria tantum, sed quatuor esse dixit. quoniam his addidit testes. quos, videtur esse rationi consonum, inter principalia mẽbra connumerare, cũ virtutis cuiusdam generantis sint origo, scilicet, quę speciei est apprime necessaria. nec vero tantum speciei, sed indiuiduo ipsi videntur testiculi facultatem aliquam impertiri, virilitatem scilicet. quæ nil aliud est, dicente Galeno secundo De semine libro, q̃ virtus quædã, qua sexus distinguntur. hac nempe vir à fœmina, & fœmina à viro differt. Sunt qui his rationibus contendant, quatuor esse membra principalia. Aliis non ita videtur, sed testiculos à ratione membrorum principalium secludi oportere. nam generandi virtus non est à naturali virtute diuersa. sed generatio, naturalis virtutis actio est, non minus q̃ nutritio. virilitatem (vt ita loquar) dicunt hi, non esse virtutẽ ab aliis tribus diuersam: sed illis omnibus robur nouũ addere. vir scilicet nullã actionem habet, demptа generatione, qua eunuchi careant. Sed hoc solum habet, ꝙ eas actiones, quę ad animalem, vitalem, & naturalem pertinent, obit strennius. Est igitur ita hæc controuersia constituta, in qua vtriusq; sentẽtiæ videtur esse Galenus autor. Mihi nihil videtur interesse, sic aut aliter dicere. quandoquidem de nomine videtur esse disceptatio: modo illud non prætermittatur, sit ne virtus generandi diuersa à virtute nutriendi. hoc enim vnũ interest scire. atq; proinde nos caput huic quæstioni propriũ, statim dabimus. interim diximus, quo pacto possit quis defendere, testes membrũ esse principale, aut non esse. dicendũ tamẽ vbi Gal. tria tantũ esse dixit hęc mẽbra, indiuiduũ respexisse, vbi quatuor speciem quoq;. cæterũ proferet aliquis locũ aliũ Galeni ex sexto De vsu partiũ quò iis quę modo dicũt videtur cõtraria protulisse. ὅπως δέ μοι τῶν λόγων μή μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ εἰς αὖθις ἕτοιμος παρακούων μηδεὶν, ἐθέλω σοι διελθεῖν, ἐξ ὧν χρὴ διαγινώσκειν ἐν ζώου σώματι μόριον, ἀκυρόντε, καὶ κύριον, ἄχρηστόν μὲν δὴ τῆς χρείας ἀμφοκρίνειν ἔστι δ' ἔστιν αὕτη τριτὴ κατὰ γένος, ἢ γὰρ εἰς αὐτὸ τὸ ζῆν, ἢ εἰς τὸ καλῶς ζῆν, ἢ εἰς τὴν τούτων φυλακὴν διαφέρει. τὰ μὲν εἰς τὸ ζῆν αὐτὸ χρήσιμα μόρια κύρια πάντως ἡγεῖσθαι, τῶν λοιπῶν δ' ἑκατέρων γενῶν ἀκύρων ὑπαρχόντων. Idest. Vt autem quod à medicitur non modò nunc, sed in posterum etiam intelligens; nihil obaudiens: volo tibi percurrere, ex quibus oportet cognoscere in viuente corpore partẽ principem & ignobilẽ. oportet aũt ambo diiudicare ab vtilitate. est aũt hęc vtilitas genere triplex, vel eñ est vtilis ad ipsam vitã, vel ad melioré vitã, vel ad horũ ipsorũ custodiã. partes aũt ad ipsam vitã vtiles, principes omnino oportet existimare: reliqua verò genera ignobilia cũ sint. &c. Vides vt dicat ea tantũ membra quę necessaria sunt ad vitã esse principalia: quę ad melioré vitã ignobilia. tñ testes vt experimur & Gal. ipse docet. 1. lib. de semine, nõ sunt necessarii ad vitã sed ad melioré vitã. quare videtur illos Gale. inter ignobilia mẽbra reposuisse, tãtũ abest, vt principẽ partẽ di[illegible]erit. tñ cõsiderãdũ hic est, duplicẽ esse partis principatũ, aliũ qui ex facultate principe qua pollet ac[illegible]dit mẽbro: aliũ qui ex indigẽtia particulæ,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quę aĩanti est. de illo modo toto hoc cap. locuti sumus, hic vltimus est, q̃ cõsiderat̃ in extimãdã morbi magnitudine, quæ accedit ex parte. 4. Meth. cap. 6. Primo modo referũt̃ testes inter principes partes: Secũdo nõ inter oĩno ignobiles, sed inter minus nobiles priorib⁹, vt verba quę sequũt̃ post scripta modo declarãt, si quis locũ cõsulat. Ex dictis satis cõstat male enarrasse illũ locũ Valeriolã, q̃ verba illa ἀπ' εἰς τὴν τούτων φυλακὴν. vertit, aut ad generis cõseruationẽ. nã Gal. illic de nulla partis virtute loq̃batur, sed de necessitate. neq; ꝓfecto vis generis cõseruãs est ratio ignobilitatis. Sed mẽs Gal. est, partes esse posse secũdo quo dixim⁹ modo, principes tripliciter, primo & p̃cipuo principat⁹ modo, cũ sũt necessarię ad vitã, tales sunt cor vẽtricul⁹ & alia oĩa ad vitã necessaria. aliis duobus modis sunt principes partes, necessarię ad meliorẽ vitã, vt testes: aut quę his subseruiũt, vt gula vẽtri, larinx pulmoni, vena caua cordi. Itaq; cõstat quib⁹ modis testes sint princeps mẽbrũ, & quib⁹ nõ sint, Hepar quoq; videt̃ nonnullis, citra rationẽ mẽbris principib⁹ annumerari: q̃quidẽ nulli⁹ virtutis principiũ est, magis q̃ vẽtriculus, aut liẽ. foret. n. si alicui⁹, naturalis maxime. at verò naturales facultates, trahẽtẽ, retinẽtẽ, alterãtẽ, & expellẽtẽ, insitas esse singulis mẽbris, in opere De virtutib⁹ naturalib⁹ lõgo sermone mõstrauit Gale. Quod si ita habet, illud vnũ tribuẽdũ est hepati ꝓpriũ, generare sanguinẽ, futurũ corpori vniuerso nutrimẽtum. Sed hac ratiõe, vẽtriculũ oportet multò ante, mẽbrũ principale dici. Quęstio hæc, quomin⁹ de noĩe futura sit, ab illa cõtrouersia debet incipere. Sit ne virtus aliqua naturalis, quę ab hepate in reliqua mẽbra influat, aut oẽs naturales virtutes singulis naturalib⁹ mẽbris insitæ sint: quæ in hoc eodẽ sermõe, est ꝓpriũ caput habitura. Interim dicimus sine demõstratione, vt nostra fert opinio, nullã virtutẽ naturalẽ esse influẽtẽ: dici tñ hepar meritò mẽbrũ principale, nõ ꝙ ab illo virtus naturalis reliquis influat, sed ꝙ in illo vigeat maxime p̃ cęteris oĩbus, atq; proinde nos caute in principio huius quęstionis mẽbrũ principale esse diximus, in quo virtus aliqua earũ, quib⁹ corp⁹ humanũ gubernat̃, maxime viget. Pręcipua omniũ actionũ, quæ ad naturalẽ virtutẽ referũtur, est sanguinis generatio, quę hepatis est actio ꝓpria.

Cap. 13. Sit ne aĩalis facultas in cerebri mẽbranis, aut in ipsa substãtia.

MOnstratũ hactenus est animalẽ vim in cerebro residere: sed cũ cerebri noĩe id qđ intra cranẽũ cõtinet̃ medulla inq̃ cũ meningib⁹ intelligi soleat, cõtineat̃ ne ea in medulla, aut in inuolucris operiptiũ erit disputare: id qđ inuẽtu videtur difficillimũ: neq; em̃ ex anatome inueniri posse videt̃ qñ p oĩa mẽbra mẽbranę illę simul cũ fibris neruorũ, q̃ ex substãtia ꝓcedũt, deducãt̃: neq; ex loco cui imponẽda sũt medicamẽta, cũ ea virt⁹ lęsa est, qñquidẽ capiti imponẽda sunt, vtcũq; habeat, qđ modo inuestigamus. Ioãnes Fernelius inuexit nuper opinionẽ quandã nõ parũ subtilẽ à Galeni de hac re opinione lõgè diuersã. facultatẽ mouẽtẽ, inquit esse in cerebri medulla & p̃ neruorũ fibras distribui. sentiẽtẽ in meningibus & deduci p̃ neruorũ tunicas. id nitit̃ mõstrare hoc argumẽto: Substãtia cerebri habet motũ assiduũ, & caret sensu: mẽbranæ cõtra sensũ habẽt acerrimũ & p̃ se motu carẽt (hęc docẽt & Gal. ipse & experimẽtũ) ergo neq; substãtia sensũ, neq; mẽbrana motũ p̃stare põt: quippe quo caret. sed per neruos deducũt̃ hęc ambo. Venit igit̃ sensus ex mẽbranis, & mot⁹ ex medulla. Licebit hic argumẽto aliud addere ex phrenitide, q̃ lęsionẽ sensus in primis facit, tñ dicẽte Gal. 4. De causis pulsuũ cap 14. ex tenui meninge p̃cipue gignit̃. Hęc est illi⁹ sentẽtia his argumẽtis cõfirmata. Tñ Gal. lib. 7. De placitis lõgè aliter sentit. vnicã esse vim mouentẽ & sentiẽtẽ: hãcq; in cerebri medulla, vt in sede p̃cipua cõtineri: meningas vero esse ad cõtinẽdã & nutriẽdã (habẽt em̃ venas & arterias) eã substantiã. Cõfirmat hoc Gale. experimẽto. si quidẽ præcisis nerui fibris aliquibus, mẽbrũ in quod illę tendebant priuatur sensu & motu: tñ si denudet̃ nõ à carne solũ, sed etiã ab indumẽtis, q̃ a meningib⁹ accipit, illęsis fibris nulla pars subiecta lędit̃. tota igit̃ vis deportatur p̃ fibras ex cerebri medulla. Certe hęc ratio monstratio erit, si semel qđ in ꝓpositiõe accipit̃ experimẽto exploratũ sit. est tñ quãtũ iudico exploratu difficillimũ. quis. n. meningẽ tenuẽ à neruo separet fibris nihil lęsis? id itaq; ego nõdũ exploraui, neq; an verũ sit satis scio. Sed illud scio satis certò argumẽta Fernelii, nõ carere cõmoda dilutiõe. Nã qđ cerebrũ nõ sẽtiat (si modo verũ est qđ accipit) etsi vĩ habeat, facere põt ineptitudo instrumẽti est. n. valde humidũ. Quod si dixeris sensũ humidis instrumẽtis agi melius. fatebor, at nõ quãtumcũq; humidis, sed intra mediocritatẽ quãdã. nerui em̃ valde molles paralysim pati solẽt. qđ si addideris humiditatẽ pl⁹ lędere motũ q̃ sensũ, quare qđ moueri est aptũ nõ esse ineptũ sẽtire, nisi facultate careat: respõdebo, id de motu quidistẽtiõe fibrarũ agit̃ vere esse dictũ, quippe illa firmitudine indiget. at motũ cõpsiõis & dilatatiõis, cuiusmodi est in cerebro palpitatiõi cuidã similis, in humidissima etiã substãtia agi meli⁹: quia ea est tãto dilatatu facilior, quãto hmidior quare qđ à Gal. dicit̃. 1. De symptomatũ causis, nullã partẽ carere sensu nõ carẽtẽ motu: de primo illo motu dicã intelligẽdũ: aut excipiẽdũ cerebrũ ipsũ. meninx à medulla accipit sensũ, vt alia quęuis sentiẽtiũ particularũ: tñ haudquaquã mouetur. id enim nulli parti contingit nisi per musculos, aut carnosam cutẽ, quæ pro musculis alicubi est. tñ per eius inflãmationẽ cõtingit cõtinẽter delirare gratia viciniæ, ei semper cõsentiente cerebro. prętereq̃ ꝙ rarissimũ esse puto, solã meningẽ sine cerebri substãtia inflãmari. Itaq; cũ apud me saltem nulla assertionũ habeat euidentiã, nõ video cur argumẽta Fernelii nos cogãt Galenũ destitue[illegible]. Sed qm̃ hæ quæstiones, vt & aliæ pleræq; de mẽbris, ab iis quæ de virtutibus sunt dicenda videntur [illegible]endère, ad quę iã propero: dicẽdi de mẽbris hîc finẽ faciã.

Caput

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caput decimum quartum. De modo quo virtutes, quę in principalibus mẽbris residẽt, communicentur reliquis.

VIrtutes distinguntur per actiones, & actiones per opera, quot igitur, actionum genera humano corpori ab anima, quâ forma est, tribuuntur, tot virtutibus vniuersalibus illud gubernari necesse est. Actionum verò triplex est genus: quodam earum, quæ in plantis, & seminibus, & viuentibus omnibus, etiam nõ sentiẽtibus, inueniũtur: huiusmodi sunt, nutritio, & generatio: & ad has particulares (vt ita dicã) actiones, quibus hęc agũtur, tractio, scilicet, retentio, cõcoctio. sed de harũ, quas particulares modo dicimus, numero, procedẽte sermone instituetur propria disputatio: nũc de vniuersalibus agimus. Est aliud actionũ genus, perfectioribus tributũ, nẽpe, sensus, & motus secundũ locũ, quę ambæ actiones omnibus animãtibus, quibus est sensus, insunt: quibusdã verò secundũ imperfectioré gradũ, vt affixis quibusdã animalculis imperfectus quidã motus est. cõtrahũtur em̃ solũ, & dilatãtur in suo loco. locũ tñ nõ mutãt. qm̃ his solus etiã tactus est, & fortasse impfecta imaginatio. Atq;, vt semel dicã, in animaliũ generibus, pro perfectione sensus videtur perfectior, aut imperpectior esse motus. nã hæ duę actiones propter eundẽ naturæ finẽ sunt (proindeq; eiusdẽ sunt vniuersalis virtutis) nẽpe, propter perfectioré vitã animalis. ad quẽ finẽ neq; sensus sine motu, neq; motus sine sensu, quidquã ꝓficeret. sentire em̃ quę prosunt, aut nocẽt, nihil est vtilius, nisi hęc possimus fugere, & illa prosequi posse verò fugere nocentia, & vtilia prosequi nihil conducet, nisi possit animal vtraq; distinguere. Sũt igit̃ sensus & motus, actiones ad eundẽ finẽ necessariæ, eidẽ animatorũ gradui tributę: secundũ gradũ perfectioré iis, quibus est motus progrediẽdi, aliis secundũ imperfectioré: atq; proinde eiusdẽ facultatis vniuersalis, quæ facultas aĩalis appellatur. Est aliud genus actionũ inter hęc medium: quod propterea sine his nunquã inuenitur. ad quod refertur cõseruatio caloris naturalis totius corporis influxu caloris vitalis & arteriarũ motu, quẽ pulsum appellamus, facta. Est hoc genus actionũ vitaliũ, quod multis rationibus mediũ tenet inter priora: & perfectione (nã vitales actiones quantũ superantur perfectione animalibus, tantũ naturales superãt) & motu: est enim animalis motus liber natura sua ex volũtate profectus: est etiã quidã motus naturalis secundũ locũ, in his instrumẽtis, quæ fibris operant̃: sed qui neq; ex voluntate fit, neq; pro ratione vsus, sed vt operationes merè naturales solent, pro ratione efficientis & instrumẽti, ad resistentiã. Vitalis motus medius est, qui quanquã nõ pro volũtate: tñ pro ratione indigẽtię fit. Tot ergo sunt virtutes, quas Plato tres animas dixit, rationalẽ, irrascibilẽ, & cõcupiscẽtem: & primã in cerebro residere, secundã in corde, tertiã in hepate. Aristoteles alentẽ animã, sentiẽtem, & rationalem distinguebat, & has omnes in corde collocabat. Stoici alentẽ, neq; animã quidẽ non ꝓbãt, sed naturã. Galenus nõ animas, sed virtutes dicit, animalem, vitalẽ, & naturalẽ. De locis in quibus residẽt, attulimus demonstrationẽ superiore capite. de appellationibus Galenus nos monet millies, ne soliciti simus. nil enim refert, ita aut aliter appellare, modò res non ignoretur. Illud vnũ scire licet, medicos debere, ex Platonis opinione numerũ membrorũ principaliũ desumere: tamen animarum multitudinem nõ debere. nihil enim impedit, Vnicam esse animam tribus prædităm potentiis, quibus pręcipue in tribus his mẽbris operetur. ista enim animarũ multitudo, quã Plato inuexit, & multi consent theorematis medicis cõgruere: mihi videtur carere omni probabilitate. quod in quarto huius operis libro capite de sympathia & protopathia, mõstraturus sum. Ex quo loco potes hanc quæstionẽ requirere, si sine ea nõ vis vlterius progredi. nã mihi certũ est, de nulla re bis scribere. Interim tamen, siue hoc, aut illo modo dicatur, illud vnũ constat, virtutem animalẽ esse in cerebro, vitalem in corde, naturalem in hepate præcipuè vigere. Constat etiã, animalẽ & vitalẽ influere in reliqua membra: quomodo influãt, nondũ constat. Tota barbarorum schola affirmat, spiritus trãsmitti ad membra omnia, & illis virtutes deportari. itaque virtutẽ quancunque influentem communicari spiritus influxu. Galenus enim hunc vsum pluribus in locis, quàm vt referri conueniat, spiritus esse, videtur dicere. atque proinde instrumentum proprium animę illũ esse. Sed contrà est, quòd si spiritus transmissione virtus communicaretur, nequaquam repentè communicari posset, sed manifesto tempore. est enim spiritus corporeus, & vt Galenus monstrat, libello, quo disputat, An sanguis in arteriis secundum naturã contineatur, crassior aẽre. at verò, tã cito mouemus pedem, quàm volumus, nil, quoad virtus influxerit, expetantes. arteriæ quoque, quæ in extrema manu sunt, simul mouentur cum corde, quod euidẽti est argumento, repentè communicari virtutem. Huic argumento ita respondent. naturam nunquam transmittere, quod semel valeat mouere: sed semel mittere, quod possit mouere pluries. atque proinde, cùm secundum motum aggredimur, habere nos vim, quæ prius influxerat. Sed rursus ab his sciscitabor. Cum exhausta fuerit ea vis, quæ influxerat, nonne, si vlterius producere motum lubet, oportebit influxus tempus expectare? Respondebunt fortasse. Minime: quandoquidem mittit natura nouas vires ante priorum integram consumptionem. Cer[illegible] multo consilio opus est in singulis virtutibus, & multa pręsensione ad hanc spirituũ dispensation[illegible]. Sed huic saltem vltimo argumento nõ res-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pondebũt. Si spiritus influerent in singula mẽbra: & nõ alia ratiõe virtutes deportarentur: nõ possent priuari subito sensu & motu ex cerebri obstructione: neq; pulsu, ex præcisione cordis. quãdoquidem vsq; dũ cõsumeretur copia spiritus, qui influxerat, seruarẽtur virtutes & actiões, etiã si nouus influxus nõ fieret. Tamen nõ ita fit. non enim citius obstruitur integrè cerebrum, q̃ priuẽtur membra sensu & motu. Quod si dixeris, indigere virtutem illã, etiã si iã influxerit, aliqua cerebri aut cordis præsentia, quo conseruetur: necesse est cõseruationẽ illã fieri qualitate aliqua, quæ sit illustratio, aut alia, quę proportione illi respondeat. quã si cõcedis, frustra tranlmissionẽ spirituũ requiris, cùm illâ eâdẽ qualitate, quâ dicis conseruationẽ fieri, possit fieri virtutis transmissio. Est itaq; Galeni opinio, quã vbi ex professo rẽ tractauit, scripsit, septimo (inquã) De placitis Hippocratis & Platonis, virtutẽ per omnes neruos motus, & per plerosq; sensus influere illustratione quadã, aut (si nõ ita plãcet) alteratione quadam spirituali sine materia, quę proinde repẽte influere potest in longinqua, & per solida etiã penetrare. Quod præter cætera, anatomes quoq; declarat. sunt em̃ illi nerui densi & duri. quare spiritibus, quos mediocris cuiusdã crassitiei esse diximus, nõ sunt pertii. nerui enim, quos spiritus ipsos recipere oportuit nõ splendorẽ solũ, cuiusmodi sunt optici, vt mõstrabimus, cùm de modo quovisio fit dicemus, hi molles sunt & raræ substantiæ. neque tamen quieti sunt animales spiritus in cerebro, sed impetũ faciũt. illo tamẽ impetu, nõ feruntur ad membrorũ extrema, sed ad breue quodam cauũ, quod est in exortu spinalis medullæ: cætera illustrant splẽdore. vitales spiritus impetu delationis ferũtur in totas arterias (sunt enim cau[illegible] sed virtutem dilatantem, non his, sed illustratione influere per ipsas tunicas arteriarum Hinc discẽs, quòd si in præcisam arteriã calamũ secundũ illius longitudinẽ immittas, & constringas arteriam laqueo, etiã si spiritus transitus nõ est intercluſus (patet em̃ per calamũ via) tamẽ partes, quæ vltra laqueũ sunt, immotæ statim fiunt. Itaq; influit vitalis vis in arterias, non est autem illis insita. quod multis rationibus p̃ter modo dictas cõfirmat Galenus. 6. De placitis. quanquã cõtrariũ tibi videri possit docere lib. 2. De causis symptomatum cap. 2. vbi in hũc scribit modũ. Neq; em̃ sicut arteriis, quæ semper & secundũ naturã pulsant, consentaneũ est facultatẽ quandã esse insitã: ita etiã partibus, quę palpitant. His verbis aperte videtur dicere facultatẽ pulsandi esse insitã arteriis. Tamen animaduertẽdum est (quod sæpe solemus monere) autoris mentẽ captãdã esse ex eo loco, quo ex professo disputat de re, de qua dubitatur: cętera declaranda esse iuxta institutũ sermonem. Galenus igitur nonnunquã appellat eã facultatẽ insitã, quæ nõ influit aliunde: nonnunquã eã, quæ est naturalis rei. Itaq; est facultas dilatans insita arteriis ad pulsum, idest naturalis: minime enim pulsus fit, vt palpitatio sine rei dilatatæ virtute. & hoc est quod secundo De causis symptomatum docet, vt ostendit ipsa consequentia sermonis: tamen nõ est illis (arteriis inquam) facultas insita, idest non influens: quin potius influens à corde. Sed hæc fortasse cùm peculiaris pulsibus dicabitur sermo consequentia sermonis cogemur repetere. proinde de modo, quo influentes virtutes communicantur, hæc sufficiũt. Vtrum naturalis virtus influat, aut singulis membris insita sit, fuerit operæpretium disputare.

Caput decimum quartum. Sit ne aliqua virtus naturalis influens.

HActenus monstratũ est: virtutẽ animalẽ & vitalẽ in cerebro & in corde residere, atq; illinc in cętera mẽbra influere. monstratũ nõ minus est, naturalẽ virtutẽ in hepate vigere potissimũ. Illud modo in cõtrouersiã vocatur, Influátne naturalis virtus ab hepate in reliqua mẽbra more aliarũ virtutũ: aut insita sit singulis mẽbris, nulla ex parte proueniens. Auicena Fen prima primi cap. de virtutibus inquit: Et huius quidẽ speciei sedes, & operationũ ipsius processus est hepar. Barbari omnes qui illius doctrinã sequũtur, virtutẽ naturalẽ influere, & naturali spiritu deferri, nõ minus aliis defendũt. Verũtamen horũ opinio omninò est improbabilis. nã quod naturale est, & cuicũq; mẽbro ad vitã necessariũ id videtur ex ratione vnicuiq; rei insitũ esse à natura. Nõnulli hãc opinionẽ per seipsam improbabilẽ esse cẽsentes: & ab ea, qnę habet, hepar alicuius virtutis esse originẽ, nolẽtes recedere, ita excogitauerunt. particulares virtutes, & ad nutritionẽ propriã necessarias, cuiusmodi sunt trahẽs, retinens, alterãs, expellẽs, nequaquã influere, sed insitas esse mẽbris omnibus vniuersalẽ autẽ quandã virtutẽ, quæ vniuerso corpori alimentũ operatur, quę est sanguinẽ generãdi, hanc ab hepate in venas influere fieri em̃ in venis sanguinẽ, multis in locis Galenus docuit. sed propria virtute suarũ tunicarũ nõ fieri, docet sexto De placitis, ex propria illarũ substãtia, quę nerua est, ac mẽbranea mõstrãs. Hoc volũt significasse Galenũ primo De locis patiẽtibus. cap. vltimo dicẽtẽ: Atq; hac in re plurimũ differũt naturalia ab animalibus instrumẽtis, siquidẽ naturalibus, insitã actionis vim esse: aĩalibus verò instrumẽtis à principio, veluti lumen à sole, influere, ostensum est. ergo vt magnes lapis vim habet in seipso qua ferrũ trahit: ita naturalium quoq; instrumẽtorũ quodcũq;. Interpretãtur itaq; hęc Galeni verba De particularib⁹ illis, quas diximus, virtutib⁹. aliud tñ esse de sanguinẽ efficiẽte virtute, ꝓbãt ex innumeris Galeni locis, q̃b⁹ hepar cuiusdã virtutis originẽ esse dicit. q tñ nõ esset, si nulla virtus ab eo in reliqua mẽbra demãda

re

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

retur. sexto De placitis versus libri principiũ ita inquit: Talis em̃ cuiusdã facultatis origo iecur est, qua c
lis plantis inest. rursus octauo libro repetit: Atq; idcirco alentis facultatis principiũ esse conficiebatur. c
Secũdo De ratione victus commen. 47. facultatẽ venarũ ex hepate oriri. libello De sanguinis missio- c
ne cap. 6. Tertia facultas, nẽpe nutriens, quã à iecore oriri demõstrauimus. Ex his itaq; locis probant,
virtutẽ sanguinis efficientẽ influere ab hepate in venas: quanquã alię, quas particulares appellãt, insitę
sint, Veruntamẽ, quantũ ego intelligo, Galeni mẽs lõgè aberat ab hac sententia, cuius vera opinio est,
nullã virtutẽ naturalẽ influentẽ esse, sed omnes suis mẽbris insitas. nã primo De locis patiẽtibus, loco
citato, paulò infra verba superiùs adducta, inquit, instrumentis animalibus accidere nonnũquam, vt
ipsis illæsis eorum actio pereat: tamen naturalibus id nequaquã posse accidere. quod his verbis docet:
Quamobrem solis partibus, quæ sentiendi & mouẽdi vim habẽt, accidit: ipsis interdũ nequaquã læ- c
sis tamen eorũ actionẽ perire. id quod naturalibus instrumentis accidere nõ solet. Est itaq; Galeni do- c
ctrina, naturalia instrumenta nõ posse pati per cõsensum, affecta scilicet origine: sed semper propria
passione laborare. Quod verò hæc doctrina excludat influxũ, non solũ particulariũ virtutũ, sed &san
guinẽ efficientis, ita monstro. nã aliter, ex sola hepatis affectione priuarentur venæ ipsæ alioqui nihil
perpessæ, sanguinis generatione. atq; ita laborarẽt instrumẽta naturalia, ipsa haudquaquã affecta. id qđ
apertè citra distinctionẽ negauit Galenus. Præterea, si hęc virtus influeret: aut deferretur spiritu, aut il
lustratione. nõ enim alius est (arbitror) virtutis influxus modus. si quo tamẽ istorũ fieret, haudquaquã
Galenus dubitasset. 12. Metho. cap. 5. sit ne aliquis naturalis spiritus. Adde, quod ad naturales potẽtias
attinet, inter nos & plãtas nihil interesse. quod eleganter docuit Galenus primo De causis sympto-
tũ dicens. ὅταν γὰρ τοῦτο τὸ ἔργον, οὐ ψυχικὸν, ἀλλὰ φυσικὸν ὑπάρχον, ὁμοίως ἐπιτελῆται, κατά τε τὰ φυ
τὰ καὶ τὰ ζῶα. Idest, totũ em̃ hoc genus actionũ, quod aĩale nõ est, sed naturale, eodẽ modo perficitur
in stirpibus, atq; in animalibus. Nutriũtur itaq; & crescũt, & generãt plantæ, nõ minus q̃ homines. om
niaq; munia obeunt ad naturalẽ virtutẽ spectãtia. Quare, si virtus naturalis in illis alimẽta dispẽsat, &
omnia suæ virtutis opera exequitur sine influxu, nõ est quod influxus in hominibus desideretur. Est i-
gitur nulla virtus naturalis influẽs. Dicitur tñ hepar illius virtutis origo meritò. cùm, qm̃ ea virtus in he
pate viget potissimũ: tũ etiã, qm̃ vt paulò superiùs diximus, venarũ omniũ, quę propria illius virtutis
instrumẽta sunt, radix est, & origo. Quòd verò propterea origo virtutis dicatur, ꝙ venarũ est origo:
apertè declarauit Galen. 8. De placitis, ita dicẽs: Secundã iã habes iecoris demonstrationẽ, qua esse id c
venarũ omniũ, atq; iccirco facultatis alẽtis principiũ, cõficiebatur. Itaq; in hoc sensu intelligendus est c
Galenus, vbicunq; dicit talis cuiusdã facultatis originẽ esse hepar, Verũ illud vnum supereſt ex aduersa c
opinione argumentũ: Si virtus naturalis nõ influit: non est quod possit sanguis in venis generari. nam
aut influente virtute, aut insita generetur necesse est. insitã nõ habent: est em̃ illarũ substantia à sub-
stãtia sanguinis lõgè diuersa. qui igitur influentẽ substulerit, cogetur, aut negare sanguinis generationem
in venis, aut dicere eã generationẽ à nulla virtute fieri. Huic argumẽto ita cẽseo respondendũ: Virtutẽ
sanguinis effectricẽ quodãmodo insitã esse venis: quoniã, scilicet, in ipsis sanguis fit, facultate nõ aliun
de demãdata. qua ratione dictũ est à Galeno. 4. De vsu partiũ. cap. 17. Quemadmodũ igitur venis, cùm c
eas distributionis instrumẽta fecisset, facultatẽ sanguinis efficientẽ indidit, ne tẽpus quo pereas fertur, c
ipsi alimẽto frustra periret. Itaq; cõstat, vt Galenus dixerit, naturã indidisse eã facultatẽ ipsis venis (quã-
quã forte hæc verba possint à contraria opinione declarari nõ incõmodè) quodãmodo tamẽ, neq; in-
sita, neq; influens est illis sanguinẽ generandi virtus. nõ em̃ in illis sanguis fit propria ipsarũ virtute, sed
calore membrorũ adiacentiũ, & caloris copia, qui defertur cũ ipso sanguine, qui ad ipsas venit melius
cõfectus. In hanc sententiã dictũ est à Galeno. 6. De placitis: vt igitur si quis à neruis, aut mẽbranis, aut
ossibus, aut cartilaginibus, aut pinguedine vel omnino ab aliquo corpore exangui diceret sanguinem
generari, reprehenderemus prõptè illũ, ita, vt opinor, si quis sanguinis generationẽ in venarũ tunicas
secundũ ipsarũ naturã referat. Hæc Galen. illo in loco. Iam verò quòd lib. 5. De locis patiẽtibus. cap. 7.
dictũ est: Cęterũ postquã sanguinis generationẽ hepatis munus esse intelligimus, si causa aliqua fuerit,
quę hũc generare possit, eã hepatis propriã facultatẽ esse dicemus. Nihil aliud significat, q̃ sanguinis ve
narũ generationẽ soli hepati esse propriã, ideſt secundũ substantiæ proprietatẽ cõuenientẽ. venę enim
non habẽt ad generandũ sanguinẽ vim, sed cõmoditatẽ quandã, vt cũ vinũ in vase quopiam ex musto
fit, nullus dicit vini efficiendi vim esse vasi. Addidi verò, Sanguinis venarũ, quia sanguis arteriarũ in
corde generari potest ꝓpria illi⁹ vi & ꝓprietate substãtiæ, docẽte eodẽ autore. 6. De placitis paulò post
nuper relata verba. Sed roget nos quispiã, qua ratiõe si res habet vt diximus, sanguis potiùs generat in
venis, quę ꝓpe hepar sunt, q̃ in lõginquis si nihil ad sanguinis generationẽ necessariũ accipiũt ab hepa-
te? Respõdẽdũ, accipere quidẽ eas calorẽ, qui in ipso hepate est copiosissimus: virtutẽ aũt nõ accipere,
vt quæ influere nõ possit. Dicendũ ꝑter hęc est, hepar principale mẽbrũ esse, nõ quod virtutẽ aliis prę-
stet, sed materiã nutritionis, & generationis omniũ membrorũ: & ꝙ venarum, quæ virtutis naturalis
sunt instrumenta, radix sit. Sed neq; hoc difficile est: nisi eorũ quæ paulò superius diximus interloquẽ
dum de membrorũ principaliũ numero sumus obliti. Quare huius cõtrouersiæ hic esto finis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caput decimum quartum. De naturali spiritu, an sit.

EST in hac disputatione dubiũ quodã nõ prætereundũ, An sit aliquis spiritus naturalis, quẽadmodũ vitales, & aĩales esse: diximus. Quod tñ nõ tam eget noua tractatione, q̃, vt distinctioris doctrinæ gratia, eius cõclusio ex dictis superius deducatur. Qui dicũt virtutẽ naturalẽ influere, nõ minus q̃ reliquas, continuô spiritũ naturalem esse non negãt. hii melius loquuntur, quãuis falso dogmati adhæreant. Quidam alii, qui hodie virtutẽ sanguinis effectricem influere in venas putãtes, tamẽ spiritu ad influxũ opus esse nõ intelligunt. Gale. 12. Metho. cap. 5. visus est illud sub dubio relinquere, ita dicens. Quod si naturalis quoq; aliquis spiritus est, vtiq; is quoq; in hepate & venis continebitur. Sed tamen cũ ex iis, quę in proxima quæstione diximus cõstet de sententia illius, naturalem facultatẽ nulla ex parte esse influentẽ: sed singulis membris per se insitam: certe neq; aliquo spiritu, neq; illustratione habet opus. Quare neq; commodè illud videbatur sub dubio potuisse relinquere, qui de Hippocratis & Platonis placitis multò ante scripserat. Reliquit tamen dubiũ, non qui parũ cõstanter decreuisset, naturalẽ facultatẽ esse insitam, vnde nullo naturali spiritu esse opus colligebatur: sed qui aliô properaret, & illic obiter in quæstionẽ de spiritibus incidisset. Nullo ergo spiritu naturali fit nutritio, aut accretio, quę operationes sunt naturalis facultatis. neq; aliquis spiritus in hepate generatur, quod humorũ tantũmodo est officina. Non tamen hîc oportet dubiũ hoc cõcludere: sed illorũ meminisse, quæ in quæstione septima huius libri diximus, disputantes, An semen decissum viueret. vbi viuere illud monstrauimus, alente vita. q̃ virtutem generandi habet: quę naturalium facultatum est præstantissima. Quam assertionem illi tantũ vidẽtur mihi posse effugere, qui dixerint, semẽ patiendi tantũ habere potentiã, quod tamen adhuc dixit nullus: saltem de virili genitura. Ducti etiã sumus consequentia sermonis in eã sententiã, quę spiritũ, quẽ cõplantatũ dicunt, induxit. quô, scilicet in spirituosa parte genituræ sit effectrix vis per se, & p̃cipue: in crassiori patiendi potẽtia. ne idẽ sit exquisitè agens, & patiens: & ne quidquã videatur agere in suum interitũ. Est igitur spiritus in genitura, quẽ cõstat naturalẽ esse. est enim generãs. Hoc interest inter hunc, & reliquos spiritus, q̃ reliqui quidẽ instrumenta sunt facultatum, ipsi, quantũ ratione consequor, non viuentes (nullã enim in se ipsis virtutẽ edunt vitalem, sed vt facultatum instrumenta, membrorũ & calorẽ, & temperamẽta fouent: generantur à facultate cordis & cerebri, insumuntur perpetuo in actionibus: augentur accessu aliorũ spirituum generatione noua) tamen hic implantatus, viuit: generat siquidẽ. Quoniam verò monstratũ est duodecimo cap. huius libri, hepar nihil aliud habere præcipuũ, q̃ generationẽ alimenti omnium membrorum, & dispensationẽ per propria delationis instrumenta, quæ ab illo oriuntur: verisimile admodũ est, hunc spiritũ in testiculis generari, & cũ humore albo permisceri: hancq; esse pręcipuã elaborationẽ, quã semen in testibus recipit, qua fœcundũ fit. huius materiã consentaneũ est rationi, esse spiritũ vitalẽ, qui arteriis, quę in testes inseruntur deportatur: quemadmodũ spiritus animalis fit ex vitali in cerebri ventriculis, potissimùm in medio. Atq; hac ratione meritò testes membrũ principale dicũtur, vt qui virtutẽ generandi tribuãt semini, & instrumẽtũ illius virtutis generẽt. Est igitur aliquis spiritus naturalis, qui tamẽ neq; in venis, neq; in hepate fit, nã ad illorũ actiones nulla ratione est necessarius. Sed quomodo Galenus dixerit vere, Si aliquis spiritus naturalis est, hic in hepate aut venis generatur? Quoniã ille disputabat de naturali vi, quæ conseruat individuum, & propterea de nutriente aut augente spiritu, non degenerante.

Caput decimum quintum. De substantia virtutis generantis.

TANTũ est demiratus Galenus, vt multis aliis in locis, ita vel p̃cipuè in eo libello, quẽ De fœtuũ formatione scripsit, sapiẽtiã artificis in nostrorũ corporũ cõformatiõe: vt sit ne nostræ cõformatiõis autor Deus aliquis, aut anima, aut facultas aliqua in nobis, aut natura, aut facultas in semine, atq; hæc, aut in ipso humore, aut spiritu aliquo dubitãs, neq; quicquã probabile se habere nõ negãs, illud verisimũ esse cẽseat, generationẽ nõ esse opus alẽtis, aut cõcupiscẽtis, siue naturalis facultatis (nihil em̃ refert vtro horũ modo noĩes) qm̃ hęc facultas ratiõis sit expers, corpora aũt nostra tam sapiẽter formata sint. Elucet sanè in nr̃a cõformatione tãta creatoris sapientia, vt in nullo corporis humani mẽbro, aut substãtię modus, aut magnitudo, aut figura, aut situs citra læsionẽ possit cõmutari. est em̃ eorũ conformatio suis actionibus accõmodatissima, quod proculdubio summę formatoris sapiẽtię est argumẽtũ. Sed nõ possum non mirari Galenum, qui hac in parte videtur ignorasse, omnes inferiores causas diri gi à prima, quam ille non ignorauit, summè esse potentem, sapientem, & bonam. hoc enim si semel intelligatur, nihil habet admirationis naturam in suis operationibus nihil errare. diriguntur enim naturales actiones à conditore operum naturæ. Proinde ab Hippocrate dictum est libro De alimento, Naturę omnium nullo doctore vsæ sunt. Quandoquidem natura, nec intellectu, nec arte prædita, nec à quoquam docta, perinde operatur, quasi ma'ima sapientia esset prædita: sed fit illud, quemadmodum diximus, propter infinitam creatoris sapient[illegible]m, à qua dirigitur. Est ergo generationis animalium peculiaris

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

culiaris causa, generans facultas, quæ in ipsis animantibus est: vniuersalis, vt in aliis omnibus actionibus, Deus. Vtrum verò hæc generans virtus, interim dum formatur fœtus agens, deinde recedat, atq; cùm cessat generans, nutriens virtus incipiat operari, hoc nondum diximus. Videtur sane plerisq; ita fieri. quandoquidem generatur fœtus in vtero, dum formatur: nutritur & augetur post conformationem. Sed contrà est, quod paulò superiùs quęstione septima mõstrauimus, solida etiam membra, si periissent, posse sæpe regenerari. nam in capite arteriam satis insignis magnitudinis vidit regeneratã Galenus: & ossa ipsa, saltem in infantibus, quibus mollia sunt, coalescere posse, non negauit. & in omni cauo vlcere implendo constat, venas & arterias, paruas scilicet, quas capillares vocant, recuperari. nam aliter non essent viæ, quibus noua caro nutriretur. Cõstat verò, vt horum membrorum restitutio, generandi facultatis sit opus: nam nutrientis tantum est, genita membra aut conseruare, aut augere: noui membri generationem, & figurationem sola generans assequitur. Hoc argumento compelluntur nonnulli dicere, in ipso sanguine esse facultatem seminis: atque ita illum nõ minus semine facultatem habere, & vim ad generandum. Cæterùm horum stultam opinionem paulò superiùs conuicimus, mõstrantes, oportere continuò, ipsum viuentem appellare. Alii, de classe barbarorum, dicunt, spiritum illum implantatum, cuius sępe meminimus, reseruari in humano corpore toto vitæ tempore, atque in illo generantem virtutem, pro necessitatibus animantis. Sed ego non intelligo, qua ratione spiritus ille, si adamantinus non est, multò antè non absumitur. Quare quod in quæstione sexta cœpi dicere, illud videtur in pręsentia concludendum. Virtus generans quam semen in vltima elaboratione à testiculis recipit, membrorum solidorum generationem exorditur, semine in generationem illorum insumpto. est enim non tantum efficiens, sed & materia. Generans virtus in ipsis membris relinquitur. atq; ita ipsa reliquorũ, quę desunt, perficiũt generationẽ. Atqui cùm omnia iam mẽbra formata sunt, eâdem facultate conseruantur, & ad incrementum summum deducuntur: & si quod membrũ periit, modò non sit, aut admodum grande, aut admodum durum, ab hac eadem virtute reparatur. Quare, quantum ego opinor, quanquam hęc sententia, vulgaris non est, nec nisi doctoribus, & ingeniosioribus proponenda: virtus generans, à nutriente re vera non differt: sed eadem est, quę cõ integrã conformationem à principio operatur, generans: cũ verò hęc eadẽ conseruat, aut auget, nutriens dicitur. Id quod his rationibus probatur. Eisdem particularibus actionibus completur generatio, quibus & nutritio: vtraq; enim actio fit cõuersione alimenti in substantiã aliti, quemadmodũ nutritio fit medulla in ossa, & sanguine in sanguinea membra permutato, nulla in parte consistente differentia: nisi forte, q̃ in generatione fiunt mẽbrorum conformationes: in nutritione verò minime, sed quę multò antè fuerant formata, conseruãtur. Sed videtur hoc posse cõtingere, vt, scilicet, in nutritione figura nõ fiãt: vel quoniã formatis iam membris, nouis figuris nõ est opus: vel quoniam nutriens virtus ex sua natura figuræ generationem non assequitur. quod non video qua alia ratione discerni posset, q̃ obscurãdo an cùm formata iam, & adulta animalia ex præcisione, aut corrosione, mẽbro aliquo deficiuntur: quo tempore nõ solũ nutritione, sed & particulæ quæ deest generatione indigent: virtus nutriens, quę singulis membris insita est, membrorum, quę desunt, tentet delineationem. Id quod plane verum esse in ipsis operibus sæpe fit conspicuũ. Est igitur rationi consentaneum, generantẽ virtutẽ in singulis membris esse, neq; differre à nutriente: sed generationẽ esse, quasi vlteriorẽ quendã motum eiusdem facultatis, quę & nutriens est. Atqui, quantum ego intelligo, hæc opinio est cui rerũ euidentia maximè attestatur, prętерquam quòd rationi maximè consentanea adducit, & minus absurda cogitur admittere. Sed de generante & nutriente vi hæc sufficiant. De augente sunt nonnulla apponenda.

Caput decimum sextum. De virtute augentẽ.

ARistoteles tres esse species motus, inter se diuersas, alterationem, accretionẽ, lationẽ, censuit. quãdoquidẽ ad tria tantũ, quantitatẽ, inquã, qualitatẽ, & vbi, motũ esse per se monstrauit. atq; ita longo sermone primo De ortu & interitu cap. 5. probat accretionẽ ab aliis motibus differre. Galenus, non solũ à latione, & alteratione, sed & à generatiõe videtur illã facere diuersam primo De facultatibus naturalibus cap. 7. dicẽs; augentẽ quandã esse facultatẽ à generãte, & nutriente diuersam. Nobis verò, nõ magis videtur diuersa augens facultas à nutriẽte, q̃ generans. Quemadmodũ verò paulò antẽ ostensum est, generantẽ à nutriẽte nõ differre: ita tentandũ est ostendere, nec augentẽ ab illa esse diuersam. Galenus capite nuper citato inquit, in fœtu, & in hominibus etiam, postquam in lucem æditi sunt, & adultis, virtutes esse, generantem, nutrientem augentem, tamen in fœtibus, dum vtero geruntur, nutrientem & augentem ministrare generanti, à tempore ortus vsque ad consistentiam, dominari augentem, atque huic nutrientem ministrare. Quem locum ego ita interpretor. eandem facultatem, alentem scilicet, hæc omnia facere: sed tamen generare modò nutrire modò, modò augere pro ratione conditionis, & ætatis rei alendæ. Quod v[illegible] de reliquis duabus monstratum est, ita de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nutriente & augente modo:& fortasse clarius demonstrabitur. Virtutes diuersæ diuersarũ operationum oportet vt sint. Sed augentis virtutis nulla est propria actio diuersa à nutritione. nam cùm tantũ reparatur ex alimento confecto, quantum quotidiana exolutione perierat, nutritur corpus: cùm plus, augetur. sed plus aut minus reparari, non variat actionis speciem. ergo nec virtus est diuersa. Prẹterea, plus aut minus aut tantũdem reparari, necessariò fit ex eiusdem virtutis maiori, aut minori, aut ẹquali robore: aut maiori, aut minori, aut æquali illius, quod commutatur, dispositione. sed neque robur aut debilitas efficientis causæ, nec dispositio eius quod patitur, potest permutare speciem virtutis, etiam si possit permutare modum actionis. ergo eadem virtus naturalis est, quæ nutrit corpus, & quæ auget. Nam quemadmodum, cùm hæc imbecillis reditur, corpus minuitur: ita cùm hæc vehemens est, illud augeri, est apertum. alioqui oportet etiam aliam imminuẽtem facultatem inuenire, augẽti cõtrariam, quò nihil est absurdius. sed vt deficiente nutritione, & remisso calore, minui potest corpus: ita nutritione abundante, & calore forti, in substantia humida, & sequaci accretio fieri potest citra diuersam facultatem. Vnica ergo alens facultas, nutrit, generat, & auget, quas distinctioris doctrinæ gratia separauit Galenus, & sibi mutuo subseruientes appellauit. Nobis tamen vnicam esse, vel illud præter cætera monstrauit, quòd eisdem vtuntur particularibus facultatibus, & subseruientibus, trahente, scilicet, retinẽte, alterãte & expellẽte. De quibus, quando de his præcipuis satis dictũ est, dicere aliquantulũ iã propero. De ipso accretionis motu, an sit motus ab aliis specie diuersus, an citra motum distinctum, sit necessario consequens alios motus: in fine huius sermonis, vbi de operationibus loquemur, disputabimus.

Caput decimum septimum. De numero facultatum naturalium, quæ ministrantes aut particulares appellari solent.

QVatuor tantum ẽsse naturales facultates, nutrienti, aut generanti, aut augenti (monstratum enim est paulò antè, eandem facultatem significari his nominibus) ministrantes, à Galeno recipit Auicena, & ab Auicena tota medicorum schola. Scripsit Galenus opus celebre De naturalibus facultatibus, in quo diffusè admodum ostendit, generationem, nutritionem & accretionem quatuor aliis virtutibus vti: quas vocat ἑλκτικὴν, κατεχούσην, ἀλλοιωτικὴν, ἐκκριτικὴν vel ἀποκριτικὴν. Idest, trahentem, retinentem, alterantem & excernentem, siue expellentem. Cõstat enim, ortum, nutritionem, & accretionem, fieri mutatione materiæ: ex qua fiunt in substantiam illius, quod generatur, nutritur, aut crescit. Sed ad hanc commutationem, si tractio fit eius quod est vtile, & eius quod tractum est, retentio, & retenti mutatio, & partis inutilis, qualis necessariò in quauis concoctione separatur, expulsio: constat, vt nihil amplius desideretur. Quatuor ergo sunt solummodo virtutes naturales ministrantes. Sed est quod aliquis possit contradicere, obiiciens nobis facultatem distribuentem secernentem, & appetentem: quarum videtur Galenus sæpe mentionem facere. quanquã ab illis quas retulimus, apparent diuersæ. nam tertio De causis symptomatum in fine meminit Galenus distribuentis, quam ἀναδιδομένην appellat: & secernẽtis quam dicit διακριτικήν. neq; solũ meminit nominum, sed docuit etiam symptomata quædam esse his facultatibus, quæ ex vitiatis illarum actionibus proficiscũtur: vt atrophia fit ex defectu distributionis, & morbus regius ex defectu secretionis. Secundo etiã Aphorismorum commentario decimo tertio, huius secernendi facultatis meminit, reddens rationem, qua illi, quibus crisis futura est, habent noctem antecedentem difficilem, vbi ita scripsit. γίνεται δὲ τῆς φύσεως διακρινούσης ἀπὸ χρηστῶν τὰ μοχθηρὰ, καὶ παρασκευαζούσης πρὸς τὴν ἔκκρισιν. Idest. Fit autem cũ natura separat à bonis mala, & præparat ad expulsionem. Ab his locis talia desumuntur argumenta. His facultatibus, distribuenti (inquam) & separanti, respondent actiones diuersæ ab operationibus illarum quatuor. longè enim videtur aliud esse, deducere alimenta per corpus, & excrementa separare, vt expellantur: quàm trahere, retinere, coquere, aut expellere. Fit ergo ex illo principio, quod sæpe vsurpauimus, Potentiæ distinguntur per actiones: vt virtutes hæ ab illis diuersæ sint. Adde illud, quod paulò ante de sententia Galeni de symptomatum, quę ex illarum læsione fiunt, diuersitate dicebamus. Alterius etiam facultatis præter has, visus est meminisse primo De symptomatũ causis: vbi referẽs causas naturalis famis, inquit primo venas exinaniri, deinde appetere naturali appetitu, deinde trahere sugendo ex ventriculo: ex cuius tactus sensu excitari animalem appetentiam, quam famem dicit. Est verò hæc appetentia animalis: illa naturalis. quoniam quæ est in ventriculo: est cum sensu: quæ in venis, sine illo. Habent ergo naturalia instrumenta, cum naturaliter appetant, appetendi facultatem. nã numero actionum debet respondere numerus facultatum. nihil enim sine causa fit. Si igitur appetere aliud est, quàm trahere, retinere, coquere, aut expellere: diuersa etiam ad appetendũ opus est facultate.

prẹter

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Præter hæc, habet etiam huius facultatis læsio sua symptomata. nam sexto De locis patientibus, capite tertio docet Galenus, diabetem nasci ex debilitate retentricis renum. sed nimiam sitim, quæ in illa affectione est, ex nimia appetentia naturali renum, cuius gratia multum ad se serum alliciunt, & desiccando ventriculi os, sitim excitant. estq; hæc affectio renum, similis partim diarrheæ, partim fami, quã caninam vocant. Videntur ergo iam tres aliæ facultates prioribus accessisse, distribuendi, separandi, & appetendi. atque ita esse non quatuor, vt communis medicorum opinio fert. Præterea quãquam accretio fiat tractione, retentione, alteratione, & expulsione: videtur tamen quinta etiam ab his diuersa facultate ministrante opus habere, dilatante scilicet. Ergo plures sunt quàm quinque particulares vocatæ, & principalibus subseruientes. Quod argumentum, modò propositio confirmetur, non modò hoc, sed illud etiam subuertit placitum, quo dicebatur, eandem facultatem nutrire, & augere. fuerit enim ita inter vtrãque non parua differentia constituta. Propositio verò talem habet cõfirmationem: Quo augeatur corpus proprio incremento, nõ est satis, si nutriatur: sed opus est, vt plus recipiat alimẽti eo, quod resoluitur: & vt alimentum apponatur, subiens in minimas quasq; particulas per ipsos poros, id quod fieri non potest, nisi ipsum corpus dilatetur, quo pori ampliores fiant, & alii, in eo quod apponitur, generentur. Duplex igitur contingit in incremento corporis actio, nutritio & dilatatio. prior potest à quatuor illis fieri: sed tamen dilatatio non potest. Habet ergo augens facultas aliam ministram præter illas quatuor: quam licet modò nobis appellare dilatantem: quæ si illis addatur, quas pcedentia argumenta inuenerunt, cùm quatuor primis erunt numero octo facultates naturales ministrantes trahendi, retinendi, alterandi, expellendi, distribuendi, secernendi, appetendi & dilatandi. tot enim actiones videmur inuenisse. Sed & præter dictas octo, videtur alia esse subseruiens nutrienti: id quod ex actionibus inuenies. Nam quô nutriatur corpus, non satis est, si trahatur, quod nutriturum est, & retineatur, alteretursq;, & quod inutile est, expellatur: nisi id, quod retinetur, affigatur nutriẽdæ particulæ. neque enim affigendo cibo membris sufficiunt reliquæ facultates. efficeret enim id profectò, si quæ illarum, retentrix. tamen tractio versus partem, longaq; in illa retentio, vnionem tantum potest facere. affigendi & vniendi actio eadem non est, vt monstrat Galenus primo De facultatibus naturalibus capite vndecimo, argumento quodam, quod iis quæ à nobis dicuntur modo, addet magnã euidentiam. In hydrope (inquit) ascite fit praua nutritio, quia etiam si appositio ciborum fiat: tamẽ interuentu aquei humoris non affiguntur. Ex his addemus nos dictis maiorem vim. Accidũt huic propria symptomata, quæ nullius dictarum facultatum sunt, vt exemplo hydropis, quo vsus est Galenus, constat. ergo affigendi actio propriæ facultatis est ab aliis diuersæ. Quare collegimus iam facultates naturales, de numero ministrantium, nouem. Cæterum quanquam hæc argumenta non sunt tam leuia, quin indigeant expositione: sed neque tam fortia vt veram sententiam subuertant, quæ recta à principio constituta est. esse, scilicet, tantum quatuor priores, & has easdem, generanti, nutrienti, & augenti ministrare. nam cum distributionem alimenti in corpus vniuersum fieri, aliis membris expellentibus, iis, scilicet, quibus redundans est succus, aliis trahentibus propter indigẽtiam, multò antè docuerit Galenus: nõ admodũ nos perturbabit, distributionẽ nominãs, fuerit eñ facile dicere, hãc non esse ab aliis diuersam, sed reduci ad expellentẽ, & trahẽtẽ. ad quas etiã cũ alterãte reduci secernẽtẽ cõstat. nã cũ cõcoctio omnis separet excremẽta ab alimẽtis: & mẽbra vim habeãt trahẽdi cũ delectu vtilia, reliqua expellẽdi: qua amplius facultate secernente est opus? an nõ hęc necessario cõsequitur secretio? Appetitũ naturalem singulis naturalibus instrumentis inesse, eius, quod sibi secundum naturam cõueniens est, non est dubium. Sed tamẽ cùm propter finem operari, & illum appetere, insitum sit etiam inanimatis in quibus facultates naturales non sunt: non magis indigent membra facultate ad appetendum alimenta, quàm terra ad appetendum descendere, sed natura appetunt. Dilatare etiam caloris, est proprium in materiã mollem agentis. fit id non in corporibus animatis solùm, sed in inanimatis quamplurimis multò clariùs. Quare dilatat natura sua calor humidas partes: non aliqua membrorum facultas ad id destinata. Quare rectè à principio dictum est, animatis quatuor solũ esse facultates naturales ministrantes nutritioni. nam quas habent cum omnibus natura constantibus communes, eas neq; facultates quisquam meritò appellet. talis etiam est affigendi actio. hanc enim in nobis, non facit facultas aliqua vitæ: sed vt in reliquis etiam inanimatis, quæ suo modo substantiæ facilè affiguntur, cùm cõiuncta aliquãto tempore morantur, affiguntur sua spõte, vt cera ceræ, pix pici, breui tempore si simul sint, & nihil impediat, vniuntur, potissimùm in ipsa agente igne, vt in alimenta agit noster calor. Quod verò omnia affigũtur in nostro corpore, tali quapiam causa, ex dispositione (inquam) ipsius materię, disces ex eo qđ à Galeno scriptũ est. 6. Methodi. cap. 5. Quòd igitur coalescere nequeat tã durum os, q̃ id, qđ in adolescẽtibus iuuenibus, & viris, multoq; magis in senibus est. Id profecto, vel cuiuis patere potest. solum illud potest, vnionem recipere, quod abundè molle est: cuiusmodi est in puerulis. Vides, Galenum, molliciem causari, quòd affigantur nonnunquam ossa. vt & libello artis Medicinalis nonagesimo nono capite, Molle verò & puerile (inquit) os coalescere potest. Itaque neque affigendi per se est actio facultatis alicuius altricis. Quare quatuor tantum supersunt facultates. Quod verò symptomata

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

promata contingere possint læsis actionibus, quæ nullius dictarum facultatum sint: dicturi rursus sumus in libro huius operis quarto. Quare de hac quæstione hæc sufficiant.

Caput decimum octauum. De numero facultatum animalium, quæ rectrices dicuntur.

QVæstiones ad animalium facultatum notitiam attinentes, opportunum est iam attingere. Sunt verò facultates hę duplices. Quędam in ipso cerebro, quod primam illarum sedem esse diximus, residēt: & à medicis rectrices appellantur. quædam peculiares, quæ scilicet peculiarium sunt actionum, & peculiaribus instrumentis operantur, vt visus odoratus, auditus. De rectricum numero est prima quæstio, quæ occurrit. Profitentur enim omnes Aristotelici, cū quibus & Auicena, esse quinque, sensum communem imaginationem quæ Græcis phantasia dicitur, rationem, quę existimatiua vulgo appellatur, memoriam, & reminiscendi vim. Confirmant suam sententiam, tribuentes his omnibus diuersas operationes. nam cùm potentiæ distingantur per operationes: cōstat futurum, si actiones differunt, vt differant & potentię. sed sensus communis (dicunt) confert res subiectas peculiaribus sensibus, vt quando album cum dulci componit. imaginatio, ex iis quę sentiuntur incipiens, componendo, ad ea etiā quę impossibilia sunt, procedit (qua actione, & aureos montes, si lubet, & volātes boues confingimus) tamen à rerum quę sentiuntur, speciebus non recedit. ratio non hoc solum facit: sed ab speciebus sensibilium, insensibilium etiam rerum species elicit, vt amicitiæ, & odii, & aliarum rerū, quæ in sensum non veniunt. Memoria retinet species, & res absentes recolit. Reminiscendi vis, si quid memoria excidit, ab iis quę retinentur colligens, reducit. Videntur verò hęc omnia differre. Quare, cū quinque modi operationum sint, videntur etiam quinque potentiarum species fore. Galenus tres tantum esse dixit, imaginationem, rationem, & memoriam, quas vocauit principem animi partem, ἡγεμονικὸν octauo De vsu partium. cap. 6. Quod probat libello De differentia symptomatū per species phrenitidis hoc argumento: Quacunque rectricum facultatum læsa, contingit hominem insanire necessariò: quandoquidem princeps animæ pars est. ergo tot sunt potentiæ, quot læsionum modi, & insaniæ. sed huius tres tantum sunt species (tripliciter enim tātum potest lædi mens: vel quoniam homo errat in cognitione, vt Theophilus, qui tibicines se videre in domus angulo dicebat, quos videbat nullos: vel quoniam cum in hoc nihil erret, tamen prauè ratiocinatur, vt qui, cùm vasa vitrea cognosceret, & proprium nominum recordaretur, tamen cognita proiiciebat: vel quoniam lædit memoria) cùm ergo tres tantum sint læsionum modi, constat tres solum esse potentias. Auicena huius argumenti solutionem hanc imaginatus est. læsionem sensus communis necessario comitari lęsionem phantasię: & læsionem reminiscendi, memoriæ: atque proinde medicorum nō interesse, plurium quàm trium potentiarum meminisse. Sed cur ita fiat, vt semper cum sensu imaginatio, & cum memoria lædatur reminiscēdi vis, si diuersę sunt facultates: neque dixit, neque potest dicere. Quare hoc etiam, argumēto est, non in euidenti, tres tantum esse has facultates, & eas actiones, quæ illis tribuūtur, non esse quinque, sed tres tantum species, & quinque operationum modos. nam actio sensus, & actio phantasiæ, hoc vno differūt, quod sensus componit sensibilium species in præsentia: imaginatio componit has easdem in absentia. Constat verò, vt hæc non sit speciei differētia. Quare non sunt duæ operationum species, sed eiusdem actiōis duo modi. quo circa vnius sunt facultatis. Reminisci præterea memoriæ est opus, cùm se reflectit in seipsam. non enim est memorię opus, vt multi putant, solum species retinere (ita enim non esset potentia cognoscens, sed seruans tantum species) sed memoriæ est recordari rerum absentium, vt res sunt actæ. ergo imaginatio est sensus: & reminisci memoriæ vlterior quidam motus, non actio diuersa. Quod non tantum Galenum sensisse, sed & Aristotelem monstrabo quidquid dicat Auicena. Tertio libro De anima. cap. 3. cum de imaginationis essentia multa disputasset Aristoteles, ad finem capitis addit: Si igitur nihil aliud præter imaginationem habet ea quæ dicta sunt, fitque id ipsum quod diximus, imaginatio motus profecto fuerit, sensus iam operantis. Quę verba oscitanter omnes prętereunt. Constat tamen illis nihil aliud significari, quàm imaginationem actionem esse eiusdem potentiæ, cuius est sensus actus. Sed hanc eandem potentiam, quæ sensus est, cùm rebus pręsentibus operatur, sensum esse, cumq; vera componit: cùm verò falsa, phantasiam. Memoria, dicente eodem Aristotele libello De memoria & reminisci, differt à sensu, quod memoria in absentia rerum operatur cum sensu temporis: phantasia operatur in absentia rerum, sed sine sensu temporis. cùm enim lectiones fingimus, aut disputationes ad ambitrium, imaginamur: sed cū disputasse nos heri, legisse nudius tertius cognoscimus, recordamur. quia cum cognitione rerum temporis sensum coniungimus. Reminiscimur memoria se in seipsam reflectente. ergo eiusdē potentiæ motus sunt, recordari & reminisci. Quare de sententia, etiam Aristotelis, tres tantum supersunt rectrices, potētiæ imaginatio, ratio,

&

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& memoria. Videtur ergo sententia hæc Galeni cum verbis Aristoteles plurimum conuenire. quæ si vt scripsimus intelligatur, nihil videtur habere difficile. saltem ea argumenta, quibus plures esse quàm tres, nonnulli contendunt, mihi nullam inferunt difficultatem. videtur aliquanto difficilius, quod Galenus libello secundo De motu musculorum inquit. Pars enim animæ quæ imaginatur, quæcũque ea sit, hæc eadem recordari videtur. Quare si eadem pars imaginatur, & recordatur, imaginatio & memoria vnica est potentia. Cæterum hoc ita interpretandum est. videtur imaginandi potentia recordari. quoniam pro ratione imaginationis, quæ præcesit, subsequitur firma aut debilis recordatio. quoniã cum fortis imaginatio fit, insignes impresiones rerum fiunt, quæ memoriam deinde firmiter permutant. Differunt tamen recordatio & imaginatio, differentia illa, quam inuenit Aristoteles: quod, scilicet, memoria operatur cum sensu temporis. Sed de numero harum facultatum, hæc sunt satis. Nũc de sede illarum est aliquid apponendum.

Caput decimum nonum. Distingantur ne locis potentiæ animales rectrices.

COmmunis omnium fere medicorum opinio est, imaginationis sedem esse anteriorẽ cerebri partem: rationis medium ventriculum: memoriæ postremum. Aëtius sermone secundo Tetrabli. secundi capite secũdo ita scripsit: Proinde anteriori cerebri parte læsa, imaginatio solum læditur: medio verò cerebri ventriculo læso, ratio peruertitur: posteriore autem circa occipitium parte læsa, perit memoria, & cum ipsa omnino etiam reliquæ duæ facultates. Hęc Aëtius. Auicena Fen prima primi doctrina sexta capite quinto eandem hanc sententiam apertè scripsit. Itaque his autoribus censent plerique medicorum, tres facultates, quarum nuper meminimus, differre locis: eoq; nunc apponenda esse remedia syncipiti, nunc occipiti, nunc medio ventriculo in illarum læsionibus. Sed tamen ego non video, ex quo Galeni loco collegerint hanc locorum differentiam. Esse quidem has facultates in cerebro, & vitiata quacunque illarum capiti esse apponenda medicamenta, monstrat Galenus multis in locis, quæ nos paulò antè retulimus. Sed hanc partium cerebri differentiã (quod ego legerim) docet nullibi. quin potius contrarium videtur deduci ex nonnullis illius locis. Primum octauo libro De vsu partium capite sexto sub vnico hoc nomine ἡγεμονικόν comprehendit tres potentias animales, & eas in cerebro dicit residere, nulla particularum cerebri facta distinctione. cum tamen, si quæ foret, eo loco illam maxime oporteret dicere, quo loco de particularum vsu erat sermo institutus: potissimũ eam in eodem libro cerebrum in tres partes distribuat, duos anteriores vẽtriculos, & parenchephalidem, hoc est, postremum, & communem meatum, qui ventriculus medius est, & singularum doceat vsus ab iis, quos isti dicunt, longe diuersos. primis enim ventriculis, inquit, fieri odoratum, & elaborari animalẽ spiritum: secundum esse porum transitus spirituum: in tertio, vbi cerebellum est, vigere maxime, & operari animalem facultatem. Itaque non videtur rationi consonum, si istam facultatum diuersitatem secũdum loca Galenus suboluisset, fuisse eam illo loco prætermissurum. Libello etiã, cui titulum fecit De instrumento odoratus, de quo procedente hoc sermone nos quoque sumus disputaturi, contendit monstrare, ventriculos anteriores esse instrumentum odoratus. Sed non est rationi cõsentaneum, eandem partem esse instrumentum odoratus, sensus nempe singularis, & communis sensus: quem, dicente Aristotele, veluti centrum aliorum oportet esse. Adde nullam talem indicationem ad imponendum auxilia desumpsisse Galenum, qualem illi dicunt, ex facultate quæ læditur in phrenitide. Sed quæcunque phrenitis sit, decimo tertio Methodi capite vigesimo primo, auxilia infundit in futuram coronalem sumpta indicatione à structura membri, quasi ex ipsius membri partibus nulla alia indicatio desumi possit. Præter hæc, quæ quæso tanta diuersitas est in modo substantiæ partium ipsius cerebri? aut quæ tam diuersa temperamenta? quæ hanc facultatum diuersitatem persuadeãt? Dicitur etiam à Galeno secundo De motu musculorum loco illo, quem in proxima quæstione adduximus. Si itaque insignes impresiones rerum in imaginationibus acceperit, conseruat perpetuò. Quod ita interpretati sumus, confirmari memoriam interim dum fit fortis imaginatio. quod non video quomodo fieret, nisi imaginatio & memoria eodem in loco operarentur. Sed dicent qui contrariæ opinionis sunt (nullum enim aliud video ab ea opinione forte argumentum) qua ratione in eadem parte possint esse tres facultates, & vt vna lædatur aliis illæsis? Illis enim facile est huic quæstioni, qua quæritur, quomodo lędatur vna illarum, illæsis aliis, respondere, dicentibus, cùm læditur sola pars anterior, læditur sola imaginatio: cùm solus ventriculus medius, sola ratio. tamẽ nobis qui negamus hanc locorum diuersitatem: vel saltem non asserimus, vtpote nulla cogente ratione, necesse est facultates has diuersis eiusdem partis temperamentis tribuere: vt nihil mirum sit, vnam lædi illæsis aliis. quemadmodum in toto ventriculo sunt trahendi, retinendi, alterandi, expellentia virtutes: non tamẽ quacunque illarum læ-

sa

sa,lædūtur omnes.nã alteratio fit calore cum humiditate: retentio & tractio quadam siccitate: expulsio etiam,sed minori. Quo fit,vt possit per se quæcunque illarum lædi propria læsione. Sed hęc euadẽt multo clariora ex tractatione de causis symptomatũ. Dicẽt secũdo,oportere ex nostra opiniõe, vt nulla esset ventriculorum cerebri, dignitatis differentia. nam cum omnes virtutes sint in partibus omnibus,æquè principales videntur fore omnes partes. quod tamen est contra Galenum octauo De
c vsu partium, vbi postremum aliis præfert.& tertio De locis patientibus capite septimo, vbi ita scripsit:
c Ac primum ipsius instrumentum, tum ad sentiendi actiones omnes, tum ad eas quæ à cõsilio & vo-
c luntate prodeunt,spiritum esse,qui in ipsius ventriculis,maximeq; postremo,continetur.quamuis nõ
c contemnendus sit medius.perinde quasi non præstantissimus sit.multæ enim rationes,nos adducunt
c ad hunc,& à duobus anterioribus auertũt: Hoc loco Galenus vltimum reliquis omnibus,& medium duobus anterioribus præfert. Sed neque hoc ex principatu facultatum,quæ in hoc aut illo ventriculo resident,fieri puto,quemadmodum illi interpretantur. Sed omnes facultates in toto cerebro operari,minime verò in anterioribus ventriculis,maxime in postremo: in medio,medio modo.quemadmodum est alterandi facultas in toto ventriculo,viget verò maximè in fundo. Sed quando satis diximus de rectricum facultatum sede,ad aliam quæstionem transgrediamur.

Caput vigesimum. An sentiendi & mouendi vis per eosdem neruos eisdem spiritibus aut eadem illustratione deferatur.

SVnt quibus videtur difficile,eodem spiritu,vel eadem illustratione, & per eosdem neruos deferri virtutem mouendi & sentiendi. Sed contrà oportere autumãt, vt alii sint nerui motus, alii sensus, & alius sensus spiritus,alius motus. nam diuersis facultatibus diuersa (dicunt) instrumenta debent esse tributa.spiritus autem est facultatis instrumentum ad transmittendam virtutem: nerui sunt instrumenta facultatis animalis ad operandum. Virtus mouens diuersa videtur esse secundum speciem à sentiente,cùm sint actionum diuersarum.multum enim interest inter motionem & sensum.ergo & spiritibus diuersis,& per diuersos neruos debent fieri. Præterea,si vnico influxu ambæ virtutes deferrentur: nullus esset neruus motus,qui non esset sensus neque contrà. Tamen res aliter se habet. nã tendones musculorum sunt qui mouent,& nerui quibus contexta est cutis,qui sentiũt. Quòd si quis dicat, neruos motus non omnino priuatos esse sensu: sed præditos aliquo tactu: verè dicet. tamen de neruis sensus,non idem posset afferre. multi enim sunt nullum motum facientes: huiusmodi sunt,quos modo dixi,texentes cutem,& magna pars eorum, qui de cerebri substantia oriuntur, vt optici. hi enim nullum oculis motum præstant: sed videndi vim deferunt. Imo verò (vt semel dicam) nullus neruus mouet,præter eos,qui in musculos inseruntur (nisi forte mouent frõtem, qui distributi sunt incarnosam vocatam cutem,sine musculis: quanquam hæc ipsa cutis qua parte habet carneas fibras est reuera musculus) propterea à Galeno dictum est,conuulsionem,cuius propriũ symptoma est deprauatus motus,esse passionem musculorum ptimo De causis symptomatum. In opere De motu musculorum motum adscribit musculis,vt actionem propriam. Cùm ergo multi nerui sint, qui in musculos non inseruntur: videntur alii esse mouentes,alii sentientes: ideſt,alii recipientes influxum facultatis mouentis, alii sentientis. Tamen res nõ ita se habet.neque ita Galenus sentit. Sed vnica est animalis facultas, hęc scilicet,sub communi appellatione,quæ continet singulares alias virtutes, mouendi scilicet & sentiendi. Atqui sentiens habet alias peculiares,audiendi scilicet,viuendi, & reliquas. sunt tamen hæ omnes eiusdem animæ vires: quæ pro diuersitate instrumenti,hic hanc,illic illam actionem operatur. quemadmodum vnica alendi potentia, hîc cõficit,illic trahit,alibi expellit. Itaque est vnicus,aut spiritus animalis,aut illustrationis influxus. nempe per hunc omnes vires facultatis animalis natura influunt. Tamen hac illustratione,in oculo visio,in auditu auditio fit.quia oculus est instrumentum comparatum ad videndum,nequaquam ad audiendum: vt aures ad audiendum,& ad videndum minimè. Cùm verò ad duas,aut etiam plures actiones instrumentum vnicum non est ineptum: eas omnes suscipit, vt nerui texentes cutem linguæ gustum,& tactum: & neruus quicũque mouens,motum & tactum: hoc enim nullus neruus priuatur. Ad quam vero actionem est ineptum instrumentum,ea priuatur. propterea neque duri admodum nerui,sensui multum: neque molles motui deseruiunt. non quòd vtraq; virtus in vtrosque non deferatur vnica illustratione. Hinc cõstat,nullum esse spiritum videndi ab eo, quem animalem dicimus,diuersum: neque audiendi,neque olfaciendi. Sed animalem spirituum in hęc omnia organa influere: aut pro illo illustrationem,& virtutem animalẽ deferre. quæ cùm omnes has vires habeat,pro ratione instrumẽti operatur. Galenus toties,vt pigeat repetere,animalis spiritus meminit,& illustrationis,& animalis influxus in instrumenta.qui tamen nullibi distinxit, aut spirituum,

aut

aut illuſtrationum formas, eoq; niſi res haberet vt diximus, omnino eſſet autorum omnium, in diſtinguẽdo rem preclaram negligentiſsimus. Sed neque mens humana capit, aut ratio, aliter fieri. Nam oporteret, multiplices ſpiritus in cerebro ipſo generari, alios ad oculos, ad aures alios, alios ad reliquos ſenſus, alios præter hos, ad motus inſtrumenta demandandos: & hos omnes in certa quadam proportione: & eſſe interim dæmonem quendam, qui ex magna deliberatione hos hâc, illos illâc: &, ſi quàd oporteret, vtroſque mitteret. quod vt in ſpiritibus contingeret, quantumuis abſurdè: tamen in illuſtratione fieri nequaquam poteſt, quippe quæ non hâc, aut illâc mittitur, neque per motum diſtribuitur: ſed ex fulgidi corporis luce neceſſario in quamuis partem capacem ſplendoris repẽtè producitur: Sed diceret aliquis fortaſſe, vnicum animalem ſpiritum in omnes partes deferri. tamen hũc in ſingulis inſtrumentis ſuo modo elaborari: atque ita, viſui aptum fieri, aut auditui, aut motui. Sed eſſet cõtra hũc, quod in plæraq; ſenſus & motus inſtrumenta ſola illuſtratio peruenit: ex qua non arbitror, fieri poſsit ſpiritus: &, ſi quo peruenit ſpiritus, nihil prẽſtat aliud, quàm vt ſit virtus animalis, quę ſentiat affectionem proprii inſtrumenti. Quô fit, vt ex modo patiendi propriorum inſtrumẽtorum ſenſuum, diuerſi fiant ſenſus actus: non ex diuerſitate virtutum influentium. ſenſus quippe fit affecto proprio inſtrumento, & facultate percipiente affectionem. Si igitur inſtrumentum à coloribus afficitur, fit ſenſus colorum: ſi à ſono fit ſoni ſenſus. atque ita de reliquis. Ita facultas animalis, ſi in membrum incidit firmũ, & ſecundum compoſitionem bene ad id comparatum, mouet: ſin minus, ſentit tantummodo. Quod Galenus eâdem omnino virtute fieri, clare ſignificauit primo De cauſis ſymptomatum capite quarto dicens, nonnunquam lædi motum illæſo ſenſu, quòd minus virtutis influat, quàm vt ſufficiat ad mouendum: tantum autem, vt valeat ad ſentiendum. Ergo eâdẽ vi fit motus, qua & ſenſus, maiori tamen. Sed de facili quęſtione hæc ſufficiant. De ſenſibus externis opportunum eſt iam diſputare.

Caput vigeſimum primum. De numero & temperamento ſenſuum externorum.

QVatuor ſenſus externos eſſe præter tactum, ſcimus omnes: & nullus philoſophorũ negat. Sit ne tactus vnicus ſenſus, aut plures, Ariſtoteles ſecundo De anima capite nono diſputat. qui colligẽs hinc inde rationes, probabilius cenſet plures eſſe, non vnum. ſpecies enim ſenſuum differentiâ rerum ipſis ſubiectarum diſtinguntur, nõ inſtrumentorũ. Quanquã ergo tactiones omnes eidem partibus fiunt: tamen ſi multarum oppoſitionum ſunt, calidi ſcilicet & frigidi, humidi & ſicci, duri aut mollis, & illarum non ſub eodem genere conſiſtentium, conſtat plures eſſe ſenſus. Quòd ſi non vnius oppoſitionis eſſe auditum dices, ſed eſſe ſonum grauem & acutum, magnum & paruum, lenem & aſperum, nihil efficies: nam pleræque harum analogiâ dicuntur de ſono non propriè & omnes illæ vnicę rei tribuuntur, ſono inquam. Humidum verò & ſiccum, calidum & frigidum non continẽtur ſub vna aliqua re: ſi enim dixeris, vt dicunt multi, ſub ratione qualitatis tactui ſubiectę: hoc nihil maius eſt, quàm ſi nihil dicas. nã & hoc ipſum quod tactui ſubiectum eſt multiplex eſt, ſi tactus ſunt plures. Neq; quicquam eſt quod videatur oſtendere, vnum eſſe. nam guſtus & tactus duo ſunt, tamen eadem parte fiunt: conſtatq; vt guſtus & tactus, etiam ſi guſtus per corpus vniuerſum diſperſus eſſet, diuerſi forent. Itaque ſenſus externi plures ſunt, quàm quinque, ratione rerum illis ſubiectarum: ſed quinque tãtum ſunt ſenſuum inſtrumenta, & quinque inſtrumentorum temperies. nam tactus omnes inuicem eiuſdem ſunt ferè naturæ, aut parum deſident, ſaltem eidem tribuuntur elemento, nempe terræ. atque inde fit, vt eiſdem in partibus fiant tactiones omnes. Sed quando de illorum temperamentis incidit ſermo. age, de his tantiſper diſputemus. quæ tam obſcurè docuit Ariſtoteles, vt autoris obſcuritas peperit multam interpretationum varietatem. Tertio libro De anima ita ſcripſit: Nam ex hiſce duobus ſimplicibus tantum inſtrumenta ſunt ſenſus, ex aëre & aqua: etenim pupilla ex aqua, auditus ex aëre, odoratus ex horum altero conſtat. ignis aut nullius eſt inſtrumenti, aut communis omnium eſt, quippe cum ſine calore nihil ſit ſenſui aptum: terra etiam aut nullius eſt inſtrumenti, aut in tactu maxime commixta. Hinc explanatorum nonnulli eliciũr, viſum eſſe aqueum: tactum, cum quo & guſtum intelligunt, terreum, auditum aëreum, de odoratu hęrent, quia ex horum altero conſtare dixit, aëre, aut aqua. Sunt qui tribuant odoratum vtrique, alii igni & aquæ, Secũdo De anima capite De odore: Odor eſt ſicci, & talis eſt odoratus potentia. Libro de ſenſu & iis, quæ ſentiuntur: Odoris facultas ſuâpte naturâ calida eſt. eodem libello ita inquit. quare ſi hæc ſe habent vt diximus, manifeſtum eſt oportere hoc modo tribuere & aptare ſingulos ſenſus ſingulis elementis, vim oculorum videndi aquæ, ſonorũ ſenſum aëri, odoratum igni. hæc Ariſt. Sed tam ſententiæ Ariſtotelis, quàm illorum interpretationes, videntur concedere multa abſurda. præterquàm quòd explanatores in nonnullis non aſſequuntur autoris mentem. Nam primò, ſi viſus aqueus eſſet, qua ratiõe eſſet omniũ ſenſuum puriſsimus, & à materiæ

teriæ conditionibus remotissimus, cùm aqua crassitie proxime accedat ad terram. Sanè si omnes sensus, vt videtur docere Aristoteles, aëre & aqua constarent, purissimus omnium auditus esset. Quę obsecro ratio prohibet sensum aliquem igni aut terræ tribui, ac non omnes aëri, aut aquæ? An quod hæc sunt duo media sensuum externa, per quę sentimus? O inanem rationem. degimus siquidem in aëre & aqua, non in terra & igne. Proinde consentaneum est, vt per illa sentiamus: vt verò ex illis cõstent omnia sensuum instrumenta non adeo est probabile. Præterea aut errat Aristoteles dicens: Odoratus ex horum altero constat, nempe aëre aut aqua, aut nullus suorum explanatorum assequutus est illius mẽtem, aut vtrunque. Nam aut significat constare ex aqua aut ex aëre, sed ex quo illorum constet nõ explicat, atque ita obscurè docet: aut nunc constare ex aqua in his scilicet animalibus, nunc ex aëre, & ita opportuisset referre ea in quibus aqueus est, & in quibus aëreus, aut saltem humanus olfactus cuius esset elementi definire. tamen nihil horum verum est, neque illius sententia potest carere reprehensione. Multo melius rem hãc docuit Plato in dialogo de natura cuius sententiam vt verisimã sequutus est Galenus. De illorum sententia quinque cum sint externi sensus, vt explicuimus (nil enim prohibet tactum esse reuera plures, & modo vnicum dici) duo sunt crassissimi, quia crassissima elementa illorũ instrumẽtis permixta sunt maxime, tactus terreus, & gustatus aqueus: duo tenuissimi & purissimi, tributi purissimis elementis, igneus visus, & aëreus auditus. inde fit vt illis maxime delectetur corpus, his mens. est quintus medius natura inter vtrosq;, odoratus, qui nulli elemento tribuitur, sed substantiæ cuidam mediæ inter elementa, nempe halitui. fit enim halitus cum aut aër in aquam, aut aqua trãsit in aërem. Tota hæc sententia vnica hac ratione confirmatur. tales sunt sensus, quales sunt res ipsis subiectæ (nam oportet vt hæ sensibus proportione respondeãt) sed singulorum sensuum res tales sunt, quales ipsos sensus esse diximus. igitur & sensuum temperamenta sunt talia. Coloris naturam quanquam Aristoteles est aggressus definire libello de sensu & iis quę sentiuntur, tamen inexplicatam reliquit. est enim (inquit) extremitas perspicui, in corpore terminato. quæ definitio colorem, non vt qualitas quędam est, comprehendit, sed vt immutat sensum. cõstat vero habere colorem propriam essentiam, etiam vbi non potest visum afficere. sum enim ego eiusdem coloris in tenebris & in lumine. Præterea habent solida corpora, vt frangenti videre licet, eundem colorem interius, quem in extima superficie, quanquam qui in superficie est solum elucet. tamen mihi ridiculum videtur colorem à perspicuitate medii generari. sed illud vnum intelligo, sine perspicuo medio non apparere. Non ergo explicat Aristoteles coloris essentiam, quam disertè admodum definiuit Plato nuper citato loco, dicens. Appellamus colorem flammam à singulis corporibus emanantem, partes habentem visui ad sentiendum accommodatas. Huiusmodi diffinitiõe vtitur Plato, qua apertè significat, colorem esse naturę fulgoris. fulgorem vero igneorum esse corporum apertè conspicimus. Sed si quis dici putat improbabilia, intelligat duplicem esse ignem, quendam elementarem vocatum, cui coniuncta est lux cum calore: quendam celestẽ, qui sine calore fulgorem habet. Hic ignis purus, simplex, sine calore, frigore, humore, aut siccitate, est cœlestium corporum materia. quæ corpora propterea ab antiquis philosophis dicta sunt eternus ignis, quanquam illorum sententiam maligne impugnat Aristoteles, colligens, si ignea sunt, esse participia peregrinarum alterationum. Sed iam monuimus, ignem huiusmodi non esse eiusdem naturæ cum igne elemento. Bona portio huius ignis per hæc inferiora dispersa est. Huius permixtiõe cum elementis colores, qui sunt, velut flammulæ, fiunt: quemadmodum in iride & nubibus permixtione lucis, & opaci multos colores videmus generari. Est igitur hac ratione explicata coloris natura, ignea. Quare talis etiam naturæ visum oportet esse, quod, vel nobis, neque colligentibus, nec monentibus videre licet cuilibet, consideranti felium, leonum, & aliorum etiam animalium oculos in tenebris: qui plurimum conspiciuntur corruscare. Nobis etiam vel claudentibus oculos aut morantibus in tenebris multi videntur fulgores ante oculos obuersari. quod qua ratione fieri possit, nisi interius ignis ille cœlestis delitesceret? delitescunt sane spiritus animales, quorum magna copia ad oculos confluit, qui ignei sunt cœlesti igne. Est igitur visus meritò igni tributus. Quòd auditus aëreus sit, nemo dubitat: vt neque quod sonus aëris aut aëreorum sit accidens: neque quod tactus terreus sit cuiquam est dubium. est siquidem crassissimus. Quòd gustus aqueus sit, constat: quoniam rerum sapores nõ antea sentiũtur, quàm illarum humor cum humore, qui multus in ore & palato generatur, permiscetur. Odoratum neque aëris, neque aquæ esse, sed vaporis: cognosces, si consideres id quod obseruatum est ab omnibus: tum res omnes odorem spirare, cùm aut madefiunt, aut calore attenuãtur. fit verò vapor substantia media: cùm, aut aër in aquam, aut aqua abit, in aërem. Propterea ex ratione fit vt odores, & sapores proportionem seruent. Differunt enim humor, & halitus ferè solutione sola, non natura: ex resoluta nempe aqua fit vapor & ex concreto vapore aqua. Quare melius dixisset Aristoteles, odoratum ex neutro constare, neque aqua videlicet, neque aëre, sed substantia media: quàm ex illorum altero. Et fortasse ita intelligendus est Aristoteles, quanquam suorum explanatorum intellexerit nullus. odoratum constare ex altero. quia odores in halitibus recipiuntur. generantur verò halitus ex illorum altero, aut ex aqua soluta, aut ex aëre coacto. Quanquam videtur sibi Aristoteles intercluisse hãc viã

libro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

libro De sensu & iis quæ sentiũtur, dicens, odoratus igni, quia odor est fumida spiratio. talis porrò spiratio ex igne est. Quo loco magis delirat. tribuit enim denominationem sensui, non ex substantia rei obiectæ, sed ex efficiente illius causa. Quasi verò quod eleuatur ab igne ignis sit: ac non potius vapor. Sed tam variæ de eadẽ re sententiæ satis ostendũt dogmatis Aristotelici hac in parte inconstantiam. Quare maximè probabilis est, & dilucida sententia, quæ quatuor sensus quatuor tribuit elementis: & quintum medium illorum constituit. Sed de illorum numero, & temperamento hęc sunt satis. Nunc de instrumentis odoratus & auditus, quoniam de reliquorum instrumentis nulla controuersia est, agitanda est quæstio. Posteà nonnihil addẽtes de operationibus, secundũ hunc sermonẽ concludemus.

Caput vigesimum secundum. De instrumento odoratus.

MOnstratũ est paulò antè, odores in halitibus esse: atq; ita olfactus tẽperamentũ nulli elementorũ tribui: sed mediæ substãtiæ, vapori scilicet. Nũc de instrumẽto dicendũ est. Quã quæstionẽ tanti fecit Galenus, vt librũ propriũ illi dederit, cui titulus est De instrumento odoratus. Ex quo loco licebat studiosis illã petere: & proinde nobis, illis ad librũ Galeni remissis, eã præterire. Sed dicem⁹ fortasse breuius: & addemus nõnihil huic quęstioni. Aristoteles instrumentũ odorat⁹ nasum esse putat. 2. lib. De aĩa. cap. 9. & libello De sensu & iis q̃ tentiũt. Eidẽ sentẽtiæ visus est acquieuisse Plato, qui in dialogo De natura ita scripsit: Circa nariũ vim species nõ sunt. Vocat itaq; olfactũ, nariũ vim. Galen⁹ . . . tis argumẽtis inducẽs nõ inefficacibus aliter opinat, olfactũ nõ fieri in nasi parte aliqua, sed vẽtriculos anteriores cerebri huic vsui esse destinatos, vt paulò superiùs de sentẽtia illi⁹ cępimus dicere. cuius prima ratio est hęc. Aut odorãdi vis esset ĩ osse aliquo nariũ, aut cartilagine, aut ĩ tunica partes nasi exteri⁹ vestiẽte. nulla. n. p̃ter has est nasi particula, q̃ possit olfacere. Sed neq; ĩ osse (nã ossa neq; hoc, neq; alio quopiã sensu p̃dita sunt) neq; in tunica: est em̃ hęc tunica eadẽ cũ vestiẽte linguã, & pa . . . tũ, & reliquas oris partes. Quare oporteret illis oĩbus partibus sensum hũc ineesse cõmunẽ, aut propriũ aliquid huic tunicę parti accidere. Quod nõ videt quid sit: nã neq; maiores nerui in hãc tunicę partẽ inferunt, vt in linguã: neq; est aliud, qđ sensũ hũc possit facere. Secũdò, si olfact⁹ in ipso naso foret, nõ indigerem⁹ respiratione ad odorandũ: qđ cõtra fit, quẽadmodũ expertus est ipse Aristoteles lib. De sensu & iis quæ sentiũtur dicẽs, respiratione abuti naturã ad odorandũ. Sed nihil prohibet, nasum halitibus impleri sine respiratione. ergo cõiectandũ est, nõ hic fieri odorationẽ, sed alio in loco, in quẽ nõ possunt sine inspiratione penetrare. hunc locũ cõstat esse ipsum cerebrũ. Pręterea nos ipsi frequenter sentimus inter odorandũ, halitus odoros cerebrũ ipsum subire, & talibus caput repleri. Quidã etiã, vt refert Gal . . . us ex atracta nigella inspiratiõe sensit mordicationẽ in intimo cap. Attestantur ergo hęc omnia veritati, quã Galenus gloriatur se inuenisse, fieri inquã odorationẽ in primis cerebri ventriculis. Cæterũ Aristoteles nõ fuit horũ argumentorũ nescius, quin potius secũdo illi de necessaria inspiratione ad odorãdũ, cui maxime Galenus videtur fidere, respõdet citatis in locis: animalibus, quæ respirãt esse huius sensus opercula quędã, vt oculis sunt palpebræ: reliquis animalibus nullũ sensus huius velamẽ esse, vt & multa animalia habent oculos nudos sine palpebris. Huiusmodi ergo opercula inspiratione reserari. Hæc Aristot. Quæ ita conatur Galenus subuertere: primò dicens, nullũ taliũ operculorũ esse vsum vtilem. satis em̃ videbat odoratũ naso circũuallare sine aliis velaminibus, quẽadmodũ aures tegit solis auricularis. Præterea si talia essent opercula, aëris ingressu reserarent. Sed nõ ita fit. nã neq; si quis nasum exponat, obtendẽs illũ vehemẽter flãti aquilonι, quidquã odorabitur: neq; videtur ratio aliqua cõmoda, q impetu aëris nõ possint reserari, inspiratione possint: nisi motus claudẽdi & aperiẽdi est liber. quod si esset etiã sine inspiratione possemus aperire, cũ vellemus. Nõ ergo propter aliqua tal . . . velamina olfacimus respirãtes: sed propterea quod odor sentitur intra ipsum cerebrũ: in quẽ locũ nõ potest halit⁹ penetrare, nisi atractus inspiratione. Quare cũ ea quæ inuenit Aristoteles nõ adeo videãtur probabilia, stat Galeni sententia odorationẽ fieri in primis vẽtriculis cerebri. Cui sentẽtiæ vel ex iis quę proxima quęstione diximus accedit maior fides. oportet em̃ quales sunt res q̃ odoratu sentiuntur, talia esse odoratus instrumẽta. odores resultant ex halitibus halituosum ergo aliquẽ locũ instrumentũ illius esse cõuenit. talis est cerebri anterior pars abũdans spiritu. est em̃ pars eadẽ spirituũ animaliũ officina. Sed quęres, cur impetus vehemẽter flãtis vẽti nõ potest odores in cerebrũ anterius protrudere per nares, perq; ossa colatoria vocata & tunicã eò loci tam perforatã, vt de cerebro possit defluere etiã crassissimus mucus? Aut cur nõ calidissimi & acutissimi odores, quales sunt sulfuris & vituminis possint eò loci penetrare? Causa huius prõpta est, si semel intelligat id qđ Gale. docet. 8. De vsu partiũ. cap. 10. dicẽs, anteriores cerebri vẽtriculos facere expirationẽ & inspirationẽ propriã cerebro. Explicat rẽ hãc magis libello De instrumẽto odorat⁹. videm⁹ nos in recẽs natis pueris anteri⁹ cerebrum tam conspicuè palpitare, vt ossa ipsa q̃ mollissima eo tẽpore sũt, moueãt. qu . . . motũ nõ esse in arteriis, quẽadmodũ multi putãt, quô motũ hũc cerebro detrahãt, inde discęs, q̃nõ . . . nouet ad numerũ pulsationũ in aliis arteriis.

Arteriæ

Arteriæ verò, vt in proximo ſermone ſumus monſtraturi, ſimul eleuantur & comprimuntur. Nõ mirum igitur ſi cerebrum, cùm alia moueat, ſibi motum quendam, eumq; exiguum præbeat, modò in ſeipſum, modò ex ſeipſo. Hoc ergo motu trahit cerebrum aërem, & expellit fuligines, vt & alia reſpiratio. Et quo minus huius motus mireris, neque impoſsibile putes, cerebrum ſeipſum mouere: memineris ſternutamẽtorũ & concuſsionis morbi comitialis: in quibus affectionibus cerebrum ſeipſum quatit. Ergo cum conſtringitur cerebri ſubſtantia, relinquũtur ampliora ſpatia, & ſucceſsione eius quod euacuatur, intrat aër: & cum cerebri ſubſtantia dilatatur, aër exit. Quare niſi cerebrum conſtringatur, nihil poteſt in illud intrare, neque ſi violenter impellatur. Itaque reſpirat cerebri anterior pars & olfacit. Eſt igitur opinio Galeni conſtituta. Cui tamen (vt verum fatear liberè) non omnino aſſentior. Nam ꝙ cerebrum habeat propriam illam reſpirationem, & ea vtatur ad trahãdum aërem, quo ex illo ſpiritus animales generet, hactenus concedo. Sed quòd odoratus ſenſus non in naſo fiat, non probo. quin potius arbitror odoratum in naſo eſſe, & nullum ſingularem ſenſum eſſe in ipſo cerebro: niſi fortè obſcurus aliquis tactus illic eſt: nam & hoc videtur Galenus negare, qui tertio De cauſis ſymptomatum cerebrum organum non ſentiẽs appellat. Cuius rei quæ poteſt eſſe commoda ratio? niſi quod cùm cerebrum totius ſenſus ſit origo, ſingularium ſenſuum eſt expers? Quo ergo pacto rationi conſonum eſt, vt ſi ſenſus tactus, qui per omnia diſperſus eſt, ſolo deeſt in cerebro: ſingularis alius ſenſus adſit? Opinor itaque nullum ſenſum ſingularem eſſe in ſubſtantia cerebri præter tactum, & eum exiguũ & obſcurum. nam quanquam Galenus videatur innuere nullum tactum eſſe in cerebro, vt dicebam: [illegible]men ideo dictum puto quòd parum ſentiat. Quod ex eodem Galeno accepimus libro De plenitudine capite quinto, vbi inquit, Cerebrum verò, & ſpinalis medulla, inter ea cenſentur quæ ſenſum obtinent. ſi enim in phrenitide, aut aliis capitis morbis nullum in cerebro ęgrotantes ſentiunt dolorẽ: id fit, quoniam vt inquit Hippocrates in Aphoriſmis. Quibus mens ægrotat, & ſi parte aliqua corporis doleant dolorem non ſentiunt. Itaque non puto cerebrum primum ſentiendi inſtrumentum, omnino eſſe plant[illegible]n: neque curo quod Ariſtoteles ſecũdo De partibus animalium capite decimo De illo differens dixit. Senſuum autem cauſam nullam obtinet. quod quidem expers omnino ſenſus nõ aliter ac excrementum aliud quoduis eſt. Nam hic autor cerebri naturam aperte ignorauit. Tamen non dubito inſtrumentum odoratus eſſe in partibus naſi. nam qua parte fit ex iis quæ ſenſibus obiiciuntur voluptas, & dolor: illâ fit ſenſus. voluptas enim, & dolor ſenſus ſunt: illa iucũdæ, hic triſtis rei. Sed ego mihi ſæpe viſus ſum, & alii etiam ita dictitant, ex admotione rei fragrãtis odore in ipſius naſi parte interiori, voluptate affici: vt contra ex odore iniucundo dolere. Fit ergo odoratio in ipſius naſi tunica. Præterea conſentaneum magis eſt rationi cum ex halitibus ſubeuntibus in cerebrum ſpiritus animales in illius ventriculis anterioribus generentur, naturam ante illos extra caluariam collocaſſe ſenſum illorum exploratorem vt guſtum, in ore fecit: quàm exploratorem adeò recondere, vt malus vapor diſcerni ante non poſsit, quàm cerebrum læſerit. Quod cum obſeruatum in ventriculo, & guſtu ſentiamus, cur nõ perinde obſeruari in cerebro & odoratu putemus? Pręcipue cùm argumenta Galeni, quãtum ego intelligo, nihil probent. nam quod non veniant ad hanc tunicam inſignes nerui, illud vnum probat: quod nos fatemur, imperfectum eſſe in nobis hunc ſenſum. Quid quod eadem eſt hæc tunica, & quæ veſtit linguam? Reſpondeto mihi, cur in linguæ tunica ſit ſenſus guſtus, & non in naſo: & ego tibi dicam cur odoratus in naſo ſit, & non in lingua. quanquam ſit eadem tunica. Certe id aut diuerſitas temperamenti, aut tale aliquid quod non ſentimus aut portiuncula nerui tertię coniugationis poteſt facere. Sed ego hactenus quod ſenſus odoratus in naſo ſit dixi: quod in nullis aliis partibus, nõ dixi. Plato ſanè dialogo De natura odores totam eam regionem interius attingere quæ à capite eſt vſq; ad vmblicum, dixit. De qua re multos ego ſciſcitatus ſum, & audiui reſpondentes, ſentire ſe odores in tota viſcera penetrare. hæc verò ſentiunt præcipuè grauidæ. Quare ego ſaltẽ in tota ea regione, in quã reſpiratio protenditur, aliquem ſenſum eſſe odorum: vigere autem hunc in naſi interna tunica cenſeo probabilius cum Platone. Cur non olfacimus niſi inſpirates? Quia halitus trahuntur introrſum inſpiratione: odoratus verò non eſt in externa ſuperficie cutis, ſed in partibus profundioribus, ad quas inſpiratione, velut ſuctu, trahũtur halitus. hinc etiam fit, vt cum obſtructa ſunt cola odoratu priuemur: quanquam is ante illa ſit, quòd ſcilicet impeditur inſpiratio cerebri, atque ea impedita minimus capitur impetus intrinſecus ad illam vaporum odoriferorum ſuctionẽ. Illud quod de nigella dictum eſt, mihi videtur Galeno in dignum. nam aliud eſt flatus fumidos nigellæ in cerebrum penetrare & mordere: aliud illorum qualitatem ad odorandum idoneam illic ſentiri. Dixi ergo de inſtrumento odoratus, quæ videntur probabilia. quanquam Hippocrates quoq; libello De carnibus perinde ac Galenus ſentiat. ſi modo liber ille Hyppocratis eſt. Sed nõ eſt, vt opinor. His ipſis ratiõibus qbus Galeni opinio eſt expugnata, euertitur ſententia quam nouiſsime inuexit Veſalius dicens, proceſſus quoſdam cerebri, qui mammillares appellantur eſſe inſtru[illegible]entum. ſed demonſtratum eſt id inſtrumentum eſſe extra caluariam: illi proceſſus fortaſsis ſint ad [illegible]n odorandi deferendam & tranſmittendam in tunicam naſi: fortaſsis ad alium vſum qui nos fugiat.

Caput

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caput vigesimum tertium. De instrumento auditus.

NOn minor dissensio est de proprio instrumento auditus. Siquidem Aristoteles secundo libro De anima capite octauo, & libello De sensu & iis quæ sentiuntur censet instrumentum auditus esse aërem quendam insitum, eumque contineri intra quandam pelliculam, quietum cùm à sonis nõ agitatur: esseq; aërem hunc animatum. sonos itaque sentiri alterato hoc aëre, externo deferẽte sonos, transmittenteq; in internum. Huius sententiæ ratio est, quòd proprium instrumentum similis naturæ debet esse cum rebus illi subiectis: & soni sunt, ex aëris verberatione: ergo non aliter possunt facultati animali offerri, quàm sono externo in membrum aliquod transmisso: sed soni nullum corpus est capax, quod aëreum non sit: ergo est tale quodpiam instrumentum in ipso meatu auditus. Autor libelli De carnibus (quem Hippocratem esse paulò antè negaui) tam longè aliter rem hanc intelligit, vt proprium instrumentum auditus esse dicat neruum quintæ coniugationis ad aurem venientem: esseque illum duriorem solidioremque, quoniam quæ talia sunt, facile sonum edunt. Id constat exemplo fidium citharę & metallorum. Galenus videtur rem sub dubio reliquisse. nam sæpissime scripsit, instrumentum auditus esse aëreum: & septimo De placitis commendat sententiam Empedoclis, quam carminibus his tradidit.

Sentimus terram tellure, liquore liquorem:
Aëre aëream substantiam: ignem quoque cernimus igne.

Tamen nullibi, quod ego legerim, apertè loquutus est de aëre illo interno. Libro primo De causis symptomatum capite tertio, vbi proprium audiendi instrumentum ex professo inuestigabat, ita scripsit: Quam enim habet in oculo crystallinus humor rationem, hanc habet in auribus ipsa audiendi meatus extremitas, vbi neruo dilatato coniungitur. Hæc sunt Galeni verba obscura prorsus. siquidem neque explicuit, an ipsa tunica dilatata, sit: aut aër aliquis, quem continet. Sed illud vnũ dicit, esse in fine meatus proprium instrumentum. Cæterùm perpendenti mihi, & ea ipsa quę ratio dictat, & quæ à Galeno aliis in locis scripta sunt, sententia Aristotelis hac quoque in parte videtur valde probabilis. Nã vt sensus fiat, necesse est affici à rebus quæ sentiuntur proprium instrumentum. Affici verò à sonis aër tantũ potest. nam corpora dura cùm sonos edunt verberando etiam ipsa aërem id faciunt: edunt verò aliũ, aut alium sonum pro modo verberationis. ergo neruus aut substantia alia dura, non potest percussione ab externo aëre sonum edere; nisi ipsum iterum aërem verberet. Quare verberatione aëris id facit. quem constat esse debere insitum & animatum: nam aliter indigebit rursus alio instrumento, quo hęc verberatio in sensum penetret, eadem ratione qua prior verberatio, ea scilicet quæ extrinsecus occurrebat, egebat internæ alicuius rei agitatione. Ergo est instrumentum proprium auditus aër insitus. Intelliges verò nomine aëris aëream substantiam: ne putes difficile aërem animatum esse. nimirum vt intra corneam sunt humores tres, qui membra sunt & viuunt, saltem alente vita: ita in meatu ipsius quintę coniugationis poris in extremo foramine auditus est substantia quædam aërea, viuens quidem illa, & membrum animantis. Quę, quanquam ex anatome euidenter non sentiatur, non tamen proinde desperãdum est talem aliquam particulam esse. nam fieri id potest. quoniam de mortuo animali, & dissecta parte, statim effluit prę tenuitate: nam & oculos cõstat spiritu esse plenos ea regione, quæ est inter humorem crystallinum & corneam tunicam: tamen statim ac emoritur animal corrugatur cornea absumpto spiritu. Certè cùm res euidenter sentiri non potest, non velle probabilibus rationibus acquiescere, sed hęsitare, Pirrhonem est agere. Andreas Vesalius anatomicorum peritissimus, vt sua opera testantur libro primo De humani corporis fabrica capite octauo, inquit, inuenisse se in foramine ossis lapidei, quod porus auditus est, ossicula duo, quę latuerant Galenum & alios omnes dissectores ante hoc seculum, adnata tunicæ illi, quæ fit ex neruo quintæ coniugationis, & oblinit cauernulam illam: alterum illorum, simile denti molari affixum duabus radicibus, ab altera parte simile paruæ incudi. alterum malleolo non absimile ab altera parte habens cuspidem, ab altera duplex capitulum. Conjectatque ex ipsis ossiculorum figuris esse instrumentum auditus: nam esse dicit pro incude & malleolo: vtque malleolus pulsans incudem sonum facit: ita ossiculum quod malleoli formam refert impetu ingredientis aëris agitari cum membranula, atque in incudem decidere, & ita sonos reddere. hęc neque admodum distinctè, neque adeò protérue docet Vesalius: sed quod ad anatomen demonstrãs:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qđ ad particularũ vſus attinet dubitat. Quod de numero oſsiũ dicit: habet certe vt dicit, & eſt quòd pro diligentia habeant omnes huic viro gratiam. Tamen mihi videor apertè conuicturus, non eſſe hunc illorum vſum, vt ſonos dicta ratione repræſentent. neque in illis eſſe inſtrumentum proprium auditus. nam ratio, qua aduerſus ſententiam autoris libelli De carnibus vſi ſumus, non minus reuincit hanc opinionem: niſi vis, iuuare quidem horum oſsiculorum motum, tamen præter illa eſſe inſitum aërem, qui vt verberationem externam, ita & eam, quam ipſa excitant, excipiat: ſic enim libenter acquieſcam: tamen hæc oſsicula eſſe proprium inſtrumentum auditus non poſſunt. nam præter alia nunquam poſſemus voces ſyllabis diſtinctas audire. aër enim recipit voces diſtinctas, quales ex ore demittuntur: tamen malleolus incudem feriens non poteſt diſtinctam vocem edere, vt neque res alia dura alteram feriens, ſed ſolum ſtrepitum. Adde illorum oculorum poſitum repugnare ſententię Veſalii. Sunt enim ambo, ea parte qua ſunt craſsiora affixa membranæ & ligamento quodam ligata inter ſe molleolus ſecundum capitulum, & aliud os ea parte qua incudem refert: quod ligamentum neceſſariò illam percuſsionem impediet. particularum vſum inuenire valde eſt difficile, ac proinde nulla de re maiori cum metu verba facio niſi particula aliqua earum ſit quæ manifeſtum vſum habent quales ſunt quàmplurimæ. ſed ſi quæ videntur conſentanea audendum eſt dicere oſsicula illa duo præſtant: primum intra tunicam poſi auditus poſita ſpacium in ea formant ac conſeruant idoneum continendo interno aëri, deinde cuſpidibus quibuſdam quas deorſum vergentes habent, pendentes, non alligatas, ad aëris maiorem refractionem faciunt. itaque omnium opinionum maximè probabilis eſt quæ aërem ſtatuit, proprium auditus inſtrumentum.

Caput vigeſimum quartum. De locis ſenſuum.

OStenſum antea eſt non eſſe aliam facultatem, quæ à cerebro in oculos, aliam quæ in aures, aliam quæ in naſum demittatur: ſed eandem facultatem, ſentientem, inquam, pro commoditate inſtrumenti, hîc videre, illîc audire, alibi olfacere. videtur tamen in præſentia perpendendum, an hæc verè dixerimus, viſionem fieri in oculis, odorationem in naſo, auditum in auribus: aut omnis ſenſus in cerebro ipſo agatur, ſubeant verò oculorum ſpecies per oculos, ſonorum per aures, odorum per naſum, ſaporum per linguam, tractabilium qualitatum per totam cutem, vt philoſophorum nonnulli ſenſere, & inter medicos Ioannes Manardus, vir non vulgaris eruditionis, libro ſexto epiſtola vltima conatus eſt deducere ex Galeno. Sunt illius verba hęc. «Dicam ex Galeni ſententia inter oculi partes cryſtaloidem principalius ad viſum concurrere eíque «principaliter videndi officium attribui, perfectam tamen & completam viſionem ſicuti & alio«rum ſenſuum operationes in cerebro abſolui, vt aperte Galenus libro decimo de vſu particula«rum. Hîc mihi videtur Manardus, alioqui bonus, dormitare. nam tam longè abeſt vt Galenus decimo de vſu particularum, viſionẽ fieri in oculo neget, vt etiam in aëre fieri, prodeuntibus radiis quę ille viſiones appellat, vt & ſeptimo De placitis, & multis aliis in locis affirmet. Quid interſit, inter eam quam viſionem completam & incompletam appellat, non intelligo: & multo minus, qua ratione humor cryſtallinus ſit videndi inſtrumentum proprium, ſi modo in ipſo non fit viſio. ſed de modo quo viſio fit ſtatim ſumus dicturi modo nollo dogmatum meminiſſe, ſed dicat hæc vt volet. videndum eſt qua ratione victus in hanc inciderit ſententiam. Quoniam aliter, inquit, non poſſet viſio impediri, nullo in oculis malo apparente, propter neruorum opticorum obſtructionem, hæc enim, inquit, ſolum impediret ſpirituum influxum: ſed citra hunc, videtur poſſe virtus influere illuſtratione ſubſtantiæ neruorum, vt fit in aliis partibus. Præterea, nihil prohibet obſtructam eſſe illam viam, & ſatis multam ſpirituum copiam eſſe in oculo. ergo non hac ratione obſtructio nerui impedit viſionem, quod impediat egreſſum ſpirituum, ſed ingreſſum ſpecierum. Quod verò illud poſsit contingere, quod in propoſitione ſumptum eſt, probat. quandoquidem ſæpe neruo obſtructo, pupilla eſt diſtenta: quæ tamen, vt Galenus monſtrat, decimo libro De vſu particularum, ab ſpiritibus diſtenditur, & illis abſumptis ſtatim corrugatur, vt fit in d mortuis hominibus, & nonnunquam in valde ſenibus. Hæc ratio non eſt contemnenda, quanquam à nonnullis qui in locum hunc ante nos impigerunt cõtẽnitur. Sed eſt quod his Manardi argumentis addamus locum alium ex Galeno, qui non parum videtur huic ſententię fauere. eſt vero is, ex octauo de vſu particularum, capite ſexto. diſputans de proprio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

proprio videndi instrumento, & modo visionis inquit: Sed nihil est plus, alterari illud quidem, nisi alterationem sentiat imaginatio, ratiocinatio, & memoria. hæc Galenus. constat potentias has tres in cerebro residere. ergo in cerebro sentiuntur alterationes propriorum instrumentorum sensuum singulariũ. Tamen quanquã hæc videntur, probabilitatem quandam præ se ferre, & Manardus huius fuerit sententiæ, quem sequutus etiam est Ioãnes Fernelius, neque ex philosophis defuerint ei assertores, tamen falsa est omnino, & apertè extra sententiam Galeni, qui libro primo de causis symptomatũ capite octauo ita scripsit. Quippe cuicunque sensui alteratio ab iis quæ sentiuntur, perficitur in singulis instrumentis. eam autem sentiens fit, ipsa quæ alteratur particula accipiens à cerebro facultatem ad ipsam per neruum venientem. Sed etsi hoc Galenus non dixisset, ratio ipsa declarat. Eo enim loco sensus fit quo dolor: dolemus vero manifestè in ea parte quæ afficitur, vt cum extremus digitus pedis pũgitur aut vritur, in ipso dolor fit, non in cerebro. Neque sanè proinde visio intercipitur obstructo neruo optico, quod via specierum intercludatur, sed spiritus. nec manardi argumentum quicquam aduersus dilutionem hanc habet. non enim alia de causa natura neruum hunc amplissimum, molissimæq; ac rarissimæ substantiæ esse fecit, atque vt alii putant etiam cauum, quàm quod sola illustratio ad vidẽdum non erat futura satis. si enim hæc, ad videndum vt ad alios sensus sufficisset, essent profectò nerui hi, vt & alii omnes facti solidiores. causa verò quà soli huic sensui, illustratio non suffecit, in modo quo ipsa visio fit, consistit: de quo dicturi sumus statim. interim tamen dicimus, ad videndum opus esse, vt videndi facultas in medium aërem diffundatur: quæ non aliter diffunditur quam illustratione. si igitur illustratio sola ad ipsum oculum ex cerebro proueniisset, non etiam spiritus substantia, nihil esset quod medium aërem posset illustrare. Neque etiam quod de distentione pupillæ, quæ obstructo cerebro nonnunquã apparet dicebatur, quicquam aduersum cõcludit. nã possumus dicere, obstructo cerebro nullos esse illic spiritus visui idoneos, sed pro eis flatum aliquem, qui pupillam distẽdat: vel aliter (quod magis placet) spiritus qui in oculum iam peruenêre, si noui influxus via obstructa sit, fulgorem amittere, aut totum, aut eum fulgorem quem retinent, citra incrementum splendoris, quod nouorũ spirituum accessu inter videndum fit, non sufficere ad externi aëris illustrationem, quam ad vidẽdum necessariam esse petimus modo, in proxima quæstione demonstraturi. itaque argumentum manardi ita diluitur. Quod verò ex Galeno nos addidimus, nihil aliud significat, quam illud quod verisimum est, eandem, scilicet, facultatem, quæ imaginandi habet vim, & cogitandi, & memorandi, quæq; hęc in cerebro facit, eandem inquam ipsam in oculis videre, in auribus audire, & gustare in lingua, & reliqua omnia, in suo quodq; instrumento, peragere. Itaque facultatem sentientem animæ ipsius esse censemus, hancq; influere à cerebro in singula instrumenta, atq; in illis nõ nouas virtutes cõparare, quibus prius caruerit, sed pro commoditate instrumenti, hoc aut illo modo operari. Ostenditur verò, ex his quæ in nobis contingere sæpe experimur, eandem facultatem videre, audire gustare & reliqua agere, quæ imaginatur ratiocinatur, & recordatur: quôd, scilicet, hæ ipsæ actiones singulares, imaginationis modum consequuntur. eâdem siquidem re obiecta contingit particulam modo dolere, modo nõ dolere, aut modo leuius, modo grauius dolere, pro ratione aduersionis animi, aut auersionis. quæcunq; attentè patimur grauius ferimus, vt à Galeno dictũ est in commẽtario sexto secundæ Aphorismorũ. quod tamen non videtur posse contingere, si diuersa facultas esset ea quæ doloris causam sentit, ab ea quæ animaduertit. ridiculum enim si quis dicat, pectrum videre acutius cum Ioannes intendit oculos attentius. Hunc sensum verba illa Galeni commodissimè recipere, intelliges manifestè loco ipso ex Græco codice in medium producto. corrupit enim illum non parum Nicolai regii translatio quã vt notarem, libuit paulò antè præscribere. habet verò locus in hunc modũ. ἀλλ' οὐδὲν ἦν πλέον ἀλλοιωθῆναι τὸ μὲν γοῦν μὴ γιγνέσθαι αὐτὴν ἀλλοίωσιν, τὸ φανταστικούμενον, καὶ μεμνημένον, καὶ λογιζόμενον, οὕτως ἔχον τὸ ἡγεμονικόν. quod ille vertit. nisi alterationem sentiat imaginatio & memoria & ratiocinatio, quod vocãt Græci igemonicon. nos ita vertimus. Sed nihil est plus alterari illud quidem, cæterum alterationem nõ sentire mentem, eam scilicet quæ potentiam habet imaginandi ratiocinandi & recordandi quam vocant igemonicon. hæc verba aperte significant τὸ ἡγεμονικὸν quod vim habet imaginandi recordandi & ratiocinandi, sentire alterationes instrumentorum, sensuum singularium. tamen quod sensus hi in cerebro fiant non significant. ex dictis satis cõstat, lapsum esse Fernelium, qui libro sexto de naturali parte medicinæ, capite decimo, non alia ratione verum posse continere Aphorismum illum intellexerit, quam si sensus omnes tum demum compleantur, cum ad cerebrum ipsum species rerum delatæ sint. Sed satis opinionem Galeni confirmauimus, & Hyppocratis sententiam interpretati sumus. itaque stat, quicquid Manardus sentiat, sententia quam confirmauimus, mentem ipsam sentire singularibus sensibus obiecta. tamen sensus singulares in suo quemque instrumento agi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caput vigesimum sextum. De accretione an sit motus per se.

*

HActenus quæstiones illas pertractauimus, quæ ad potentias ipsas, siue virtutes, aut facultates spectant. nunc tantillum de nonnullis operationibus, quæ in controuersia constitutæ sunt, addentes, huic secundo libro imponemus manum vltimam. Memini verò me paulò ante pollicitum esse, de motu accretionis disputationem, vt ea, quæ de facultate augente dicta sunt, euaderent clariora. polliciti ergo memor illud in præsentia diffiniam, Sit ne ad quantitatem motus aliquis per se, an contrà, quantitas in numero eorum reponi debeat, quæ non comparantur motu per se, sed succedunt ex accidenti. video Aristotelicorum pleroſq; quamplurimas de accretione controuersias excitare, disputantes inter cætera, An sit motus vnicus continusq;, aut intercisus. illi, scilicet, quod nos modò inuestigamus citra controuersiam transigunt, constanter affirmantes, cum Aristotele, ad tria hæc, qualitatẽ quantitatem & vbi, motum esse per se ad reliqua omnia ex accidenti, mihi cui hęc assertio displicet, nõ opus est disputare, sit ne continuus aut intercisus motus accretio, quandoquidem ne motum quidem eam esse puto, sed mutationem quandam quę motibus succedit cuiusmodi est sanatio. Itaque duo tãtum sunt motus per se, ad qualitatem, & ad locum. Hæc assertio confirmatur eodem omnino argumẽto, quo facultatem augentem nullam, esse à nutriente diuersam conficiebatur, duæ enim hæ assertiões reciprocam habent consequentiam. Illic enim ostendimus, rem aliquam augeri solo cõcursu aliarum mutationum citra motum proprium. vnde fit vt ipsa accretio non sit motus per se, sed aliis accidens. Nam qua ratione dicit Aristoteles ad nullum habitum, vt gratia exempli ad sanitatem, aut ad virtutẽ, esse motum per se? certe non alia, quàm quod habitus congenerantur (vt ita dicam) cum aliis rebus, id-est citra proprium motum succedunt aliis. vt sanitas fit, non quidem sanitate ipsa genita per seipsam: sed genito calore, si modo ęgrotatio erat frigus: aut frigore, si calor. Non aliter video fieri corporum molem. Nam si corpus crescit propriè, vt quæ alente facultate sunt prædita, nihil aliud patitur, quàm quòd partes dilatantur, & alimentum in poros subit, & is mutatur in rem quæ alitur, Finge hæc facta, & nihil aliud. necessario res est facta maior. ergo succedit illis mutationibus quantitas sine motu quopiam qui per se ad illam sit. Iam vero nullam illarum mutationum esse ad quantitatem, patet. nam dilatatio partium corporis & ingressus alimenti, lationes sunt. nõ ergo sunt accretiones. potissimum, si accretio motus per se, & specie diuersus est à duobus primis. Commutatio cibi in rem quæ alitur generatio est, non motus. (induit enim cibus nouam naturam) ergo nihil est illic quod accretio sit, tamen succedit noua quantitas: ergo quantitas succedit vt relationes & habitus: non comparatur motu. iam vero si res minus propriè augetur, sola nempe dilatatione aut accessu alterius substantiæ, quæ per totam illam non subeat, & eius naturam induat, multo minus est ad quantitatem motus. Nam illa, concedentibus omnibus, nihil reuera habet accretionis, sed latione quadam, cum aliqua alteratione aut sine ea perficitur. Neque verò si dicas, quãtitatem rem diuersam esse à qualitate & loco, proindeq; diuerso motu eã debere comparari, quidquam efficias. nam perinde posis de relatione dicere. ea scilicet differt à qualitate & loco. Nam quod tu de habitibus & relatione ais, hoc idem ego de quantitate. Quòd quidem si motu compararetur, diuersus is foret à latione & alteratione, concedo: tamen motu comparari quantitatem, magis quam figuram, aut rem aliam talem, earum quæ ex accidenti succedunt, ego. Sed de his satis, ad alias quæstiones venio.

Caput vigesimum sextum. De modo quo visio fit.

ESt vero illa omnium quæstionum de operationibus celebratissima, & dogmatis ambiguitate, & autorũ grauitate. an visio fiat admissione rei alicuius an emissiõe (extramissione aut intus susceptione vulgo dicunt) Constat enim quòd dum videmus, duorum alterum contingit: aut corpus quod videtur ex seipso ad nos aliquid mittit quo facultati videndi quæ in nobis est, sese insinuat, aut vim aliquam sentiẽdi à nobis ad se vsque peruenire expectat. Aristoteles libello de sensu & iis quæ sentiuntur affirmat, visionem fieri in ipso oculo admissis in illum rerum speciebus, vt intelligunt plerique Aristotelicorum, & Galenus interpretatur septimo de placitis prope finem, non corporeis sed indiuiduis, nulla vero facultate ex eunte, aut in ipso aẽre operante. itaque videmus in aẽre quia medium per quod, sed non quia medium in quo, est. Quam sententiam confirmat dicens minus probabile esse, sensum visus cuiusdam rei egressu cernere, & vel vsque ad sidera protendi.

Hoc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hoc censet Aristoteles improbabile, quoniam opinatur oportere, antequam visus attingeret astra, quippe quæ sunt remotissima, fore vt dissiparetur, & omnes animales spiritus vnico intuitu cõsumerentur. Præterea nec opinatur splendorem internum, hunc inquam quem spiritibus esse dicimus, posse cum aëris splendore coalescere vt Platonis sententia fert. addunt præterea sequi (quod auerroës Galeno insaniæ dat) vt aer esset sentiens non minus quam corporis nostri membrum aliquod. sed fortasse procedens hic sermo hæc omnia faciet probabilia, enarrans Galeni sententiam, quæ multo ante Platonis erat, visionem fieri in aëre ipso vt in medio in quo, & rem videri vbi est: quippe visionem diffusa facultate in ipsum medium fieri. Quæ tamen opinio variè explicari solet, quoniam à nullo ferè intelligitur eorum qui nostra hac tempestate sub Galenistarum nomine se venditant, nihil minus intelligentes quam ipsius doctrinam. Interpretãtur pleriq; spiritus exire extra oculum ad certam distantiã ad reliquum spacii deferri virtutem videndi illustratione, & propè res ipsas quæ videntur, coire cum speciebus, & illic fieri visionem, nulla interim colorum specie perueniente ad ipsum oculum. Nõnullos ego audiui ita interprætantes, visui seruientes spiritus ab oculis ad certam distantiam peruenire, ad medium scilicet spatii, & illic coire cum speciebus venientibus à coloribus, affectosq; ibidem quadam colorum forma, ad oculos reddire vt illorum nuncios. itaque ad videndum emissionem spirituum fieri, tamen visionem agi in ipsis oculis. Priorum sententia vna in re tantum deficit, quòd nihil coloris in ipsos oculos penetrare, quo visio fiat dicunt. Secundi vero omnino loquuntur inepta, & barbara. nã quæ obsecro est vis, quę spiritus illos ad oculos reuocat? an reuertuntur ipsi, aut ex animę præcepto, aut sensu indigentiæ? præterea si cum ad duo stadia videtur imago, eius species ad dimidium spacii reducebatur, cur cum ad vnum studium videtur, non producitur vsque ad ipsum oculum? itaque cogentur dicere, pro magnitudine spacii, nunc fieri emissione, nunc admissione. Ergo his missis, quæ sit Galeni sententia, iam declaro. Ex coloribus species quasdam produci non negat Galenus. quin potius illud confirmat, multis experimentis. nam videre est, si in splendido aëre, sub arbore aliqua recubuerit quispiam, arboris colore eum totum perfundi. quinetiam sæpenumero accidit, vt aër clarus, vbi parietis alicuius attigerit colorem, eum subito recipiat, atq; in alterum corpus etiam transferat. Atqui, nisi obliti sumus eorum quę in quæstione. 23. dicta sunt de colore, cõstat, illum esse flammulam quandam genitam in corporibus participatione illius cœlestis luminis. quemadmodum ergo lumen ex luce repente diffunditur in totum aërem: ita ex colore diffundi in ipsum aërem splendidum, lumen quodam præditum natura ipsorum colorum, necesse est. species etiam has, quas esse monstrauimus, in oculum ipsum penetrare, dum visio fit, probo. Primum, dicente Galeno in numeris in locis, non potest fieri sensus, quin proprium potentiæ instrumentum alteretur. est vero proprium videndi potentiæ instrumentũ, humor crystallinus. ergo nõ põt visio fieri, quin humor crystallinus afficiatur coloribus. est enim visio, cum facultas sentit passionem instrumẽti proprii quę à re illi obiecta accedit. præterea, neque videtur qua ratione manerent interius simulacra colorum in memoria, aut etiam in præsentia rerum ad sensum internum trãsfunderentur, si nulla colorum simulacra penetrarẽt per ipsos oculos. est ergo opinio Galeni, species quasdam colorum eiusdem naturæ cum ipsis coloribus, effluere ab illis, & subire in humorem crystallinum, quo visio fiat. neque video, qua ratiõe possit hoc quisquam negare. cum experimento sentiamus, si quando recto intuitu in cuiuspiam oculos despicimus, nostras ipsorum imagines illic videntes. atque recte diximus, nostras imagines videntes. videri enim possunt colorum species, non minus quam lumen, & qualitates reliquæ per corpora extensæ. nã si oĩno Sine corpore & diuisionem nullam recipientes essent, vt sensit Aristoteles, qua ratione fierent idoneę ad percipiendum potentiæ corporeæ? certè neque incorporeum corporeo, neque corporeum incorporeo proportione respondet. Mirum quòd plerique Aristotelicorum, quin & ipse Aristoteles dicit has incorporeas species: & visiones interiores corporeas. tamẽ dicunt hi iidem, si amplius interrogentur, ex externis potentiis ad internas transferri species, & ab imperfectioribus ad perfectiores, & semper elaborari magis, & (quod illi dicunt) spoliari à conditionibus materiæ. qua ergo ratione species sensus externi non sint corporeæ? sed querent illi (hoc enim est illis firmissimum argumentum) qua ratione si corporeæ sunt, videntur omnes alicuius corporis partes in quacunque parte medii? Respondent hic plærique facile effugientes, quoniam visio egressu facultatis fit. Sed nobis, quibus iam ostensum est, de sententia etiã Galeni, recipi totius corporis, quod videtur, speciem in humore crystalino, aliter respondendum est. posse scilicet, species diuersorum membrorum simul esse in eadẽ parte: quanquam singulæ illarum extensæ sint. sed diuersarum partium corporis species esse in eadem parte spatii nihil repugnat, si neque rerum diuersarum. Vt ergo lumen extensum per totum aërem est, & tamen vbique refert lucem: ita singularum particularum fulgores extensi sunt per totum spatium, & simul extensi, & proinde, in quamcunque partem habentem rectitudinem cum corpore obiecto, inciderit oculus, videt totum illud. Sed si tales essent species (addet alter) species candoris cum specie nigritiei haberet rationem contrarii, quod nõ habet: fiunt enim simul in eadem parte spatii. Huic ita respõsum volo: species illas esse colores quosdã, sed remissos: & quãquã re vera, & specie, cõtrarii sint,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tamen in illa tenuitate possent esse simul in corporibus, & simul induci in corpora perspicua. quia hęc natura sua sunt decolora. Mõstratum est alibi à nobis in his eisdem commẽtariis, qualitates cõtrarias, modò remissæ sint, posse esse simul, generari tamen non simul. moueretur enim corpus motibus contrariis, nisi corpora omnino sint expertia vtriusque. tunc enim vnico motu potest corpus ad vtrumq; contrariorum accedere. Sed non sunt vbiq; dicenda omnia. Exposcunt pleraq; horum diligentem lectorem. ne, si nunquam alias, aut ab alio quoquã scriptorũ acceperit, illum veritas sermonis huius effugiat. Galenus, qui multorum inuentor fuit, non potuit omnia extreme dilucidare. Sed inuentores posteris hæc relinquunt peragenda. quæ tamen tam longè abest, vt nostri temporis scriptores agãt, vt satis sibi videantur agere, si Galeni sententias repetãt, addẽtes nullã lucem: interim de nominis alicuius elegantiore traductione certantes. Quare qui in illos incidunt legendos, abutũtur otio. nobis non tã est animus scriptis certare, & autorũ verbis confirmare sententias, vt faciunt illorũ plęriq;: quàm ex illorũ assertionibus reliqua deducere: vt modo collegimus: ex omnibus quæ videntur species venire ad ipsum crystallinum humorem necessario, cum visio fit: & illas quidem non incorporeas, sed eiusdẽ naturæ cum coloribus. Verùm quanquã hæc ita habeant, visio fieri non potest, quin emissione fiat facultatis videndi. Nam (omitto debilia argumenta) vt color ingressu speciei in pupillam videri possit: tamẽ magnitudo, & locus videri, quin prodeat facultas per aërem ad rem ipsam non possunt. Si enim res non videtur vbi est, qua ratione potest visus cognoscere distãtiam, aut magnitudinem? Et, vt hæc duo argumentorum loca, quæ sola subuertunt Aristotelis sententiam, apertè tractentur: primò intellige videre me duo corpora, quorum alterum album sit, alterum nigrum. quod nigrum est, sit duplo distantius altero. vtrumque horum visu iudico, & corpus hoc esse album, & propinquum. quod quidẽ albũ est, specie candoris sentio: quod propinquum, si nihil de oculis prodiit ad rem videndam, non aliter potest videri, quã aut specie alia, aut illius eiusdem speciei modo alio. Sed horum alterum est ridiculum: alterum falsum. quòd enim distantiæ aut propinquitatis sit propria species, est ridiculum. Quod diuerso modo se habens eadem coloris species representet propinquitatem aut distantiam, caret veritate. nam quid aliud habere potest species ex multa distantia ad oculum veniens, quàm ex parua, præterquã, & ex multa distantia remissior iam oculos attinget: ex parua veniet intensior? Sed intensior species intensum videri faciet colorẽ, nõ propinquũ: remissior remissiorem, non distantiorẽ. Quare fieri potest, vt color, qui remotus est, videatur remissior, & si intensior sit: qui vicinus contrà, videatur intẽsior, & si sit remissior. Sed qua distantia & propinquitas videri possint, nulla via restat. præterea, neq; qua videatur magnitudo. Dices fortasse, species ipsa representat cum magnitudine quadam & extensione. Sit ita. Sed intellige mihi duo corpora, quorum alterum sit omnino paruũ, sed maxime propinquum: alterum magnum, sed remotum. fiet vt maiorem locum occupet in oculo species parui corporis, quàm magni. nã species parui, quia propinquum est, impleuit pupillam totã: magni, quia est remotum, cum species semper tendat in acutum, fortasse alteram pupillæ partem non implebit. tamen videmus, hoc magnum esse, illud paruum. quanquã huius speciem hauriamus oculis cùm maiori extensione, illius cum minori. Igitur nulla commoda via est videndi distantiam & magnitudinem iis, qui sunt opinionis primæ: quã proinde possemus suspectam habere (vbi nihil aliud esset) quod à suo autore inter respondendum physicis quęstionibus sæpe prodita est. Quinto de generatione animalium capite primo, ita scripsit Aristoteles: Quæ intus in cauo oculos habent positos, longè aspicere possunt: quoniam motus in vastum nõ dissipatur, sed recto tramite meat. Vides, vt Aristoteles prodire facultatem videndi dicat. Tertio Meteororum capite quarto cuidam homini cui debilis erat visus acies, sua ipsius imago semper videbatur occurrere. quod idcirco ei contingebat (inquit) quòd oculorũ acies in ipsum reflectebatur, quia ex morbo tam imbecilla & tenuis erat, vt proximum aërem expellere non posset: qui tamen vt remotus & densus in speculum reddebatur. Vides quàm apertè hic quoq; Aristoteles dicat visionem in speculo fieri non reflexa specie, sed acie visus. Ego sanè, quanquam Galeni opinio est mihi multò gratior: contrariam nũquam repuli, vt omnino improbabilem. Sed hanc tam eximii, philosophi sui placiti obliuionem non possum non mirari: neque possum mihi aliter persuadere, considerans illius in reliquis placitis diligentiam & memoriam, quàm, vt Galenus etiam coniectauit, sensisse Aristotelem sui placiti absurditatem aliquam, & proinde dissimulanter præteriisse. Neque enim puto propositæ quæstioni possunt Aristotelici respondere, quin prodant sententiam suam, vt fecit ipse autor. Nã necesse est, quò homo ille sibi ipsi semper fieret obuius, vt acies visus reflecteretur, aut species. Sed non est, quòd species reflectantur, & si visus hominis tenuis esset, ergo reflectebatur acies visus. Vnde aperte intelligitur, necesse esse, vt videndi potentia prodeat ad videndum. Est itaque Galeni opinio, multiplicari à coloribus species eiusdem naturæ cum illis vsq; ad pupillam oculi: & rursus exire animales spiritus vsq; ad externam superficiem pupillæ, & illinc lumen quodam cœleste, eiusdem generis cum lumine solis, quod solum per se non potest illustrare aërem, cum externo lumine coire: & veluti cum congenere recte coniungi. Iuxta quam sententiam recipit aër influxum virtutis videndi illustratione illa, non aliter quàm neruus. & ita est nobis aër pro medio cõiũcto, in quo videmus. Visio

itaque

itaque vnica agitur in aëre & oculo. hæc enim duo media vnum fiunt. Vnde constat quodammodo, aërem esse sentientem. quia videmus per aërem. Nō quemadmodum Stoici dicebant, videmus aëre vt sentimus baculo. nam cùm rem aliquam tangimus baculo, tactio in manu fit, baculo tantum fit impulsio in baculum nulla facultas influit, in aërem influit. Visio itaque fit intrantibus speciebus, quò colores sentiantur, & afficiatur proprium visus instrumentum: & facultate exeunte ad dimetiendum distantiam & magnitudinem. Cæterùm hoc interest ꝙ species, necesse est ab obiecto colore vsque ad oculū peruenire (aliter enim inalterato proprio instrumento, visio fieret) vim verò videndi non necesse est rem videndam attingere. Neque enim profecto attingit astra: sed multò antea consistens videt. fallimur tñ proinde in distantia & magnitudine rerum cū eas longe cōtemplamur. Vnde sequitur, lumē requiri. neque propter facultatem solam, neq; propter colores solos, sed propter vtrumque: propter colores, quia species non possunt multiplicari per oppacum: propter virtutem, quia solus splendor spirituum animalium non sufficit illustrare aërem, coniunctus cum externo lumine potest multiplicari, & efferre videndi potentiam. Sed est contra hāc particulam dogmatis huius forte quodam argumentū, quod nondum soluimus. Videtur sequi, si lumen necessarium esset propter virtutem, non solum propter colores: ignem non posse è longinquo videri ab oculis in obscuro loco cōstitutis. nam splēdor oculorum ab ipsis tenebris extingueretur, vt Galenus ipse dicit. Sed cōtrà fieri experimento cognoscimus. Videmus enim ignem ex loco obscuro. quin potius quò per oppacam magis noctē ignem è longinquo despicimus, eo ille plus micat. Huius argumenti non meminit Galenus. quod tamen non (arbitror) despexit. solutu enim difficile est. tamen nos hanc solutionem excogitauimus. Cum aër ad videndum sit nobis pro membro, aër illuminatus est, veluti neruus bene in temperamento & compositione constitutus. aër omnino nullo splēdore affectus, est vt obstructus omnino neruus. qui verò aër splendore illo interno solum, aut cum valde remisso externo afficitur, est veluti neruus stupidus, aut instrumentum ineptum, non omnino tamen. Vt igitur stupido neruo nondum resoluto sentitur excellens passio, sed quæ non est valde excellens, omninò ab stupido membro non sentitur: ita flamma sentitur in aëre solo interno splendore illuminato: colores, qui flammulæ quædam sunt, sed remissæ, nisi in aëre illuminato vtroq; lumine non possunt videri. Est itaque hæc mediocrium opinio, quā contraria multò probabilior: cui tamen maior accedit probabilitas ab illis, quę de visus ignea natura paulò antè diximus. Sed de hac quæstione hæc sufficiant.

Caput vigesimum septimum. An sensus omnes agantur per species.

ESt multorum Aristotelicorum placitum, quod tamen perinde Aristotelis esse non crediderim, ex omnibus quæ sentiūtur produci species vsq; ad sensus proprios: & has quidem incorporeas, & à qualitatibus, quarum sunt, diuersas natura. Ego verò tan longè absum ab hac opinione, vt tales species, quæ scilicet non sint eadem natura qua ipsæ qualitates quę sentiuntur à nullis rebus putem produci: tamen ab iis quæ gustu aut tactu percipiūtur, omnino nullas: sed ipsas qualitates quę sentiuntur, per se afficere instrumentum propriū sensus. Ducuntur in suā sententiam Aristotelici ex alio ipsius Aristotelis placito: nihil sentiri posse sine medio: neque enim res posita supra sensum. Verum plęraq; eorum quę in hac doctrina ab Aristotele dicuntur, ipsa rei euidētia conuincit. dicit enim hic autor, tactum & gustum perpetuo vti medio interno, & reliquos sensus perpetuo externo. Quorum vtrumq; falsum est. nā neruus, quantūcunq; nudus & ex carnis præcidatur, sentit præcisionē: & suffusi, quæ sunt intra pupillam vident, & fœtorē ex ventriculo, aut odorem gratū sæpe sentimus. quem sensum constat per interna fieri. Fingunt hìc mille monstra. Sūt qui dicant, dum præciditur neruus, non sentiri à particulis ipsis, quæ pręciduntur: sed ab aliquāto remotioribus, quibus aliæ (vt dicunt) pro medio sunt. Alii dicūt intercipi necessario inter cultellum & neruum, aut aërem, aut humorem, & externum mediū esse pro interno. Sed non video quæ tanta necessitas illos cogat figmenta hæc excogitare. An, quò sensus fiat, non satis est, proprium instrumētum alterari & facultatē sentire alterationem? At vero, vt hoc fiat, nō opus est medio, neq; speciebus, præcipuè intactu. Quid enim prohibet neruū per se alterari ab iis quæ illum contingūt? Nōne potest incalescere? refrigerariuè? Sed demōstro per nullas species sentire tactū. Si per species sentiret, non est ꝙ manus mea non posset (gratia exempli) sentire aërē eiusdē tēperamenti quo ipsa est, ac neq; calidiorē, neq; frigidiorē. nā qđ reuera prohibet nihil aliud est, q̄ ꝙ à similis caloris corpore non potest alterari, calfacta aut refrigerata: sed similis caloris species non video cur non reciperetur. differunt enim natura (vt isti dicunt) species & qualitas. Non ergo ità fit, sed quæ pars calorem sentit, incalescit: quæ frigus, refrigeratur. Quare tactus nullis speciebus indiget. Sed neque gustus. non enim species acoris est, neque acerbitatis. nam aliter solum per incorporei

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

saporis admissionem gustaret lingua, nihil amplius perpessa. quod tamen non fit, quin potius acrimoniam sentit incisione, saporem salsum absterſione, acerbitatem corrugatiõe, vt Plato docet in Timęo, & Galenus quarto De simplicium medicamentorum facultate. Gustus itaque & tactus non fiunt per species, reliqui sensus fiunt. nõ enim color ipse qui in corpore terminato est venire potest ad ipsum visum. Sed hæ etiam species, vt nuper in proxima quæstione dicebamus eiusdem naturæ sunt cum qualitatibus quæ sentiuntur. vt species coloris cum colore, soni cum sono, odoris cum odore. nam aliter non esset cur, qui in tunicis oculorum colores habent insignes ex natura, deterius videant, quàm quibus tunicæ decolores sunt. Nam si qualitates quæ recipiuntur diuersæ naturæ sunt à coloribus, non est quod ab ipsis coloribus excludantur: nimirum intus manens prohibet extraneum, sed cum sunt similia omnino & quod intus est, & quod extra accedit. Igitur de speciebus ita sentiendum puto.

Caput vigesimum octauum. Sit ne sentire agere, an pati.

SEntire non est quicquam operari, quemadmodum Aristoteles statuit secundo De anima capite quinto: sed affici potius ac pati aliquid, Verùm passio hæc est, dicẽtibus Aristotelicis in numero earum passionum, quæ vulgò dicuntur perfectiuæ. Galenus septimo De placitis ita scripsit: Non igitur alteratio est sensus, vt quidam putant, sed alterationis dignotio. Quæ verba contra Aristotelem scripta videntur, qui loco citato dicit. Sensus autem per motũ quendã atq; passionem contingit, vt diximus: nam alteratio quædam esse videtur. Quod sane necesse sit, quò sensus fiat, proprium illius instrumentum à rebus sentiendis alterari dictum à nobis est iuxta mentem Galeni paulò antè: quod verò alteratio ipsa non sit sensus ipse, sed illius alterationis perceptio, constat. nam si neruus qui bene habet, incalescit, sentit calorem: hic idem si plurimum à temperie recesserit, aut obstructus sit, nihil sentiet: quanquam alteretur. ergo aliud aliquid præter alterationem est sensus. Hinc colligunt quàm plurimi sensum non esse instrumenti passionem: & euidenter colligunt. Sed quod sentire non sit pati, nondũ concludunt. nam si vltra speciem sensui deseruientem est notitia sensus, quæ qualitas quædam ipsius potentię sit: & vltra speciem intellectui deseruientem notitia intellectus, quæ sit forma intelligẽdi, sentire & intelligere pati est, affici scilicet potentiam sensus, non à re quæ sentitur (hoc enim euidenter cõuincit Galeni ratio) sed à notitia. Si verò vltrà species nullis notitiis est opus, sed latione quadam potẽtiæ in rem ipsam, certè, sentire non est pati sed moueri potentiam quodam proprio animæ motu. Et sanè in hac vltima quæstione nihil habeo aut euidens, aut insigniter probabile, quod afferam: sed hoc proposui, vt declararem controuersiam. Cæterùm, potest vtrumq; dici probabiliter. Galenus primo De causis symptomatum ita scripsit: Consistit enim in patiendo magis, quàm agendo tangendi sensus itaque etiam parua virtute perfici potest. musculorum motus cum agendo, non patiendo obeatur (totum namq; corpus ab hoc transfertur) multa eget animali virtute. Videtur ergo Galenus tribuere sensibus nonnihil actionis. Nos illud vnum censemus euidenter verum, illam instrumenti sensus passionem, quæ ab ipsa re quæ sentitur est, siue per qualitates eiusdem naturæ, siue per species, non esse sensum: sed vltra illam aliud. An verò illud aliud, pati notitiam sit. aut agendo tendere in passionis instrumenti dignotionem, non profero. Sicut neq; quicquam amplius in secundo hoc sermone, qui iustam nactus est magnitudinem, disputo. Dixi enim pleraq; circa proposita à principio. Nihil omittere non est instituti nostri: sed ea quæ sunt in controuersia constituta dicere. Insignis quædam hic relicta est actio quã pulsum appellamus: sed quæ non tam indiget tractatione, vt actio, quàm vt signum. Quare ad partem medicinæ quæ σημειωτικὴ dicitur, potius quàm ad naturalem, referetur. Quapropter huic & vrinæ, quæ omnium signorum sunt præcipua, librum tertium, qui hunc proximè consequetur, certum est dare. huius hic esto.

*

FINIS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CONTROVERSIARVM MEDICARVM, AC PHILOSOPHICARVM LIBER TERTIVS.

NON IMPORTVNE POSSEMVS IN LIBRO QVI PROXIME HVNC ANTEceſsit multa de pulſu diſputare, vt quæ actio vitalis facultatis eſt, & proprius motus. Cæterùm, quoniam, vt antea diximus, maior pulſus ſignificationis, quàm actionis medicis cura eſt, & maior vſus: melius viſum eſt controuerſias, quæ de illo ſunt, parti de ſignis dare: quàm naturali. Et, quanquã in partitiõe medicæ artis σημειωτικὴ de prognoſtica deciſſa eſt (eſt enim per ſigna præſagatio) & proinde in librum vltimum poſſet reſeruari: tamen, quia pulſus & vrina, non morbos ſolùm, ſed ſanitatem etiã ſignificant, vt ab Hippocrate, accepimus: commodius eſt hanc tractationem ſanitatis tutelam, & morborum curationes, quæ ſequentibus libris continebuntur, vtpote ad illa neceſſariam antecedere. Exigit præterea diſputatio de pulſu & vrina proprium librum: vtpote non adeo breuis. Me ſanè nequ[illegible] ſuperioribus libris piguit, neq; in ſequentibus pigebit, ſi quid poſſum lucis addere iis, quæ à Galeno dicta ſunt. Fiunt enim multi ſcriptores etiam cũ inuentis addunt nihil, ſtudioſis hac ratione vtiles: quanquam nos non ita ſolùm, ſed nonnulla etiam inuenimus vtilia. verùm hæc dixerim propter eos, qui aliquid in hac medicinæ parte inueniri iam poſſe deſperarunt, eo ꝙ à Galeno multa de pulſibus ſcripta ſint. quaſi verò de febribus, aut temperamentis, aut criſibus ſcripſerit pauca, aut de re[illegible]ia quapiam earum in quæ extant quã plurima non inutilia commentaria. Sanè ſcripſit de pulſibus Gale. multò plura, quàm pleriq; medicorum aſſequuntur, adeò vt nulla medicinæ pars ſit quæ magis indigeat breui aliqua interpretatione: quam tamen non eſt inſtituti noſtri ſcribere, ſed dirimere, vt in reliquis fecimus, controuerſias. Mirum ſi primus artis inuentor illã ad ſummum perduxerit vſque adeo, vt nihil poſteris reliquerit, aut inueniendum aut excolẽdum. Voco Galenum primum inuentorem, non qui ignorem aliquot ante illum ſeculis alios quamplurimos hanc artis partem ſcripto tradidiſſe: ſed qui nullum ante Galenum benè de pulſibus ſcripſiſſe, & ſatis hanc artem elaboraſſe certo ſciam. Scripſere Er[illegible]ſtratus, & Archigenes: ſed quantum licet colligere ex illorum verbis, quæ ſuis commentariis paſſim inſeruit Galenus, minus eruditè. Hippocrates ſcripſit de pulſibus: ſed, vt Galenus dixit, hanc partem nõ elaborauit. Quare quod à Galeno dictũ eſt capite vndecimo tertii De criſibus: Signa ex pulſibus ſumpta Hippocrates, vel quia non nouerat, vel quia non magni momenti exiſtimauit iccirco non eſt exequutus. Nihil aliud mihi ſignificant, quàm non fuiſſe Hyppocratem hęc exequutum. Quod verò vltrà dixit Galenus cõſtat dictum fuiſſe incautè impetu ſermonis. faſſus enim eſt apertè ipſemet, Hippocratem neque ignoraſſe, neque omnino omiſiſſe primo De differentia pulſuum capite ſecundo dicens, Omnium itaq;, quos nouimus primus nomen pulſus Hippocrates literis prodidit: atque artem, quę in eo eſt non videtur ignoraſſe, non tamen, aut hanc artis partem amplius excoluit, aut omni arteriarum motui hoc nomen dedit. Hæc eſt Galeni cenſura, haudquaquam Hippocratem artem de pulſibus ignoraſſe vel omnino prętermiſiſſe. Sed fruſtra videmur aliorum autorum de hac re cenſuram requirere, cùm liceat ipſum Hippocratem, de pulſibus diſputantem inducere. libello De alimento ita ſcriptum eſt: Venarum pulſationes & reſpiratio ſpiritus iuxta ætatem & conſonãtia & diſſon[illegible]tia ſunt, & morbi & ſanitatis ſigna. & ſanitatis magis, quã morbi: & morbi magis quàm ſanitatis: Hęc Hypp. Quid ergo poſſint aduerſarii dicere? An libellum illum non eſſe Hippocratis? At verò Galenus ſub Hippocratis nomine multas libelli illius ſententias vſurpat. nam libello De alimento, triplex eſſe alimentum de ſententia Hippocratis, alimentum, & quaſi alimentum & futurum alimentum. libello De vſu reſpirationis, Quemadmodum mirus Hippocratis dixit, principium alimenti, os, nares, guttur, pulmo, & alia ſpiratio. Pluries quàm vt referri poſsit, nam vt Hippocrates dixit omnia conſpirabilia, omnia confluxilia. quæ omnes ſententiæ, vt alię quam plurimæ à Galeno commendatiſsimæ, in libello illo cõſcriptæ ſunt. in commentatione etiam illius Aphoriſticæ ſententię. Vbi fames laborãdum non eſt, inquit Galenus: Quemadmodum ipſemet dixit Hippocrates in libello de alimento, Virtus vna & non vna. quæ ſententia apertè ex eodem libello deſumpta eſt. tamẽ, inquit, quemadmodum ipſemet dixit Hippoctates in lib. de alimento. Eſt vbi dicat Galenus, In[illegible]ibello De alimento, ſiue is fuerit ab Hippocrate ſcriptus, ſiue à Polybio, ſiue ab alio quopiam proba[illegible]autore. Itaq; vbi videatur dubitare eſt: cæterum vbi neget, non eſt. Cur ergo tu, quod toties dixit, [illegible]ſemel dubitauit, tunc etiam commendans libellum apertè negas? An quia tua nõ refert admittere? Cur iſthuc? Quia dixi ſemel, Hippocratem de pulſibus non tractaſſe. At leue id crimẽ eſt: refer gradum, diſce (quod facis ſępe) poſſe falli te, ne te hęc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

insolentia interturbet & abducat à cultu veritatis, Iecit ergo Hippocrates huius partis, vt & aliarum, fundamenta: elaborauit illam quàm plurimum Galenus præ cæteris. Sed est quod nos possimus addere non sine magno studiosorum emolumento. si modo tantillum hinc recedentes, nobis permiserint detractores. Illud in hoc sermone facturi sumus, nequicquam attingat nostra disputatio quod fuerit à Galeno ad integram perspicuitatem deductum: vt hac saltem ratione discant inuidi, nõ omnia de pulsibus ab illo scripta esse, & confundantur iam tandem sui ingenui exiguitate: & cessent studiosis profectum inuidere.

Caput primum. Vtrum sit præstantius signum pulsus, an vrina.

QVandoquidem de pulsu & vrina instituitur sermo, operepretium fuerit in principio disputare vtri horum signorum fidendum maximè sit, vbi cętera æqualia sint. Nam, cùm triplex sit signorũ genus, concoctionis aut cruditatis: salutis aut mortis: & decretiora: vtrumque horum præstantissimum est signorum sui generis, vrina scilicet concoctionis, pulsus salutis aut mortis. Sed si conferantur inuicem, tam est anceps controuersia, vt ambiguitas pręstantes medicos in longè diuersas opiniones impulerit. Sunt quibus visum est, pulsum præferre vrinæ: quia qnantò consistit magis vita in facultate vitali (qua pereunte, nec temporis momento potest vita superesse: & qua manẽte manet vita) quàm in naturali (qua vel minimè operante, vel nihil operante conseruatur homo multum tempus, laborans atrophia) tanto ad prædicendam salutem aut mortem, maioris oportet facere pulsum, qui vitalis facultatis & actio, quàm vrinam, quæ à naturali elaboratur. Præterea, victurus sit homo, aut moriturus, ex signis salutis aut mortis videtur æquius petere, q̃ ex signo concoctionis aut cruditatis: nam salus aut mors, propius accedunt ad hanc præsagationem, q̃ concoctio aut cruditas. Alii contra censent, vrinam, scilicet, certius signum esse pulsu: quandoquidem (dicunt) non absolute modo constantiam facultatis, aut imbecillitatem ostendit, vt pulsus, sed respectu morbi declarat, victa ne sit facultas, aut victrix: constat vero certum præsagium, ex hac collatione prouenire, nõ aliunde: Nam parum refert, si facultatem non cõcidisse ex pulsu didicero, nisi rationem quam habet cum morbo intellexero. Sit ita, non sit facultas debilis: quid tum posteà? an, proinde æger non peribit? quid si morbus vehemẽtior est facultate, alioqui non imbecilli? Sanè mors fit facultate victa à morbo: salus morbo superato à facultate. quare ad prædicendum oportet animum intendere in morbum & naturã, veluti in duo colluctatores (tertio prognostici commentario septimo) & insuper morbi longitudinem considerare (tertio de crisibus capite quinto) nam, sine harum trium rerum cognitione, nihil de salute futura præsagere possis, magis quàm nunquid aliquis, portãdo oneri sufficturus sit sciri potest, hominis robore, oneris magnitudine, & viæ longitudine antea non perspectis. nam ægri vires portanti onus, morbus vero oneri, tempus autem, quod vsq; ad statum est, longitudini viæ respondet. Vides, vt de sententia Galeni nihil prædici possit, nisi comparata notitia roboris facultatis, magnitudinis morbi, & constitutionis, seu proportionis temporum morbi. pulsus vnius tantum pręstat notitiam roboris facultatis, vrina & huius, & malitiæ materiæ, & temporis morbi: ergo multo præstantius signum est vrina pulsu. Alii aliter docent. Pulsum quod ad naturam rei attinet, esse præstantius signum vrina. quia actio est facultatis vitalis & per se significat robur illius aut contrarium. quare cum vita sit illius facultatis cõstantia, & eiusdem extinctio mors, videtur nihil sua natura posse euidentius significare mortem, aut vitam futuram. cæterum quatenus medicæ præsagationi accõmodatur, quæ ex cognitione per sensum proficiscitur, non tam dicunt esse euidens signum, quàm vrinam: quandoquidem tanto difficilius sentitur quanto visus, quo vrinæ distinguimus substantiam colorem & qđ continet, præstantior est tactu, & perspicatior. differentiæ in vrinis perpendendæ, non adeò sunt difficilis distinctionis: quiuis enim vel non admodum exercitatus crassam vrinę substantiam à tenui, visu separabit: nullus nisi omnino sit stupidus non videat, contineatur ne aliquid in vrina diuersum ab ipso sero, aut nihil: & an illud quod cõtinetur innatet in sublimi vrinæ regione, aut subsideat in ima, aut pendeat in media. sit ne vrina & qđ cõtinet, albi, nigri, pallidi, rubri, aut viridis coloris, quem lateat? sanè nullum: tamen sunt tam multę, & tam diuersæ pulsuum differentiæ, vt ad cognitionem solam, exercitatissimum hominem requirant. fit sane per sępe vt singulas pulsuum differẽtias, nulla excepta, sciat medicus disserte admodum diffinire, tamen cum in ipsas inciderit vnam tantũ aut alteram vulgatissimarum sensu percipiat. Est prętera cũ praua sit differentia aliqua pulsus: quæ tamen, sit ne debilitas in essentia aut exaggrauatione, non indicet. Dices, fiunt minimi pulsus ex debilitate qualiter, ex aggrauatione, non ita, sed inter minimos pulsus maiores alii, incertis interuallis sunt intersecti. bene dicis. ita fit plærumque. sed quid prohibet aggrauationem paruos omnes ictus satis multo tẽpore facere? si vel integram ἀσφυγίαν. ideſt pulsus priuationem contingit fieri venis multitudine interceptis? videtur itaque his, quanquam consideratis illorum naturis pulsum præferunt vrinæ, posse non citra rationem, medicę praxi plus conferre vrinam, indicando

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

indicando cauſæ morbi ſpeciem, naturæ ad morbum rationem: tempora morbi, & axiliorum occaſiones. Omnes quos hactenus recẽſuimus aut vrinæ aut pulſui dant principatum in omni indicationum genere. Sunt qui, quodq; ſignum, ſua in re præſtare affirmant: atqui pulſui & vrinæ rem ita diſtribuũt. vrinam ad prænunciandum ſalutẽ potentiorem eſſe: pulſum ad mortem. quandoquidem cum ſignis concoctionis, quæ in vrina potiſsimũ ſpectanda ſunt, nõ putat Galenus, tertio de criſibus capite quinto, mori quenquam poſſe. eſto igitur in ſermone nobis propoſita optima vrina, vt in ęgrotãte: & quæ ſalutem maxime indicet. mediocris, ſcilicet, ſubſtantiæ, boni coloris cum ſedimento albo leui & ęquali. proponatur etiam alia peſsima & maxime lethalis. eſto hæc nigra. pone pulſum optimũ cũ vehemẽtia, ſi placet, non inęqualem: & alium rurſum peſsimum, intermittentem ſcilicet in duobus aut pluribus ictibus. deinde confer pulſum vehementem & ęqualem cum vrina mediocris coloris & ſubſtantiæ & ſedimenti optimi: & bis deficientem cum nigra. conſtat ex loco paulò ante citato cum illa vrina quippe quæ ſigna perfectę concoctionis preſefert, omnino non poſſe mori ęgrotantem. cum tamen æger poſsit inueniri modò cum pulſu vehementi non inæquali, & poſtmodum ingraueſcẽte malo interire. Iã vero de pulſu intermittẽte, ſecundo De præſagatiõe ex pulſibus capite quarto ita ſcriprũ eſt. ὥστε δὴ καὶ οἶδα, εἰ τίνα σωθῆναι δυνατὸν ἔστι δυοῖν σφυγμῶν χρόνον ἡσυχάζουσης τῆς ἀρτηρίας, ἑνὸς δὲ σφυγμοῦ χρόνον, ἢ καὶ βραχεῖ πλείονι πολλάκις ἐθεασάμεθα διαλειπούσης τῆς κινήσεως τῶν ἀρτηρίων, ἀναρρωσθέντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ μᾶλλον ἔτι ἂν ἄγῃ πρεσβυτικὴν ἡλικίαν. Ideſt. quare haud ſcio poſsit ne quidem quam ſerbari, arteria quieſcente duorum pulſuum tempus. vnius autem pulſus tempus vel aliquanto plus deficiente motu arteriarum, ſæpe ſumus contemplati confirmatum hominem eſſe, pręcipue cum ageret ſenilem ętatem. Itaque deficiente pulſu in duobus motibus vidit Galenus liberatum nullum, & dubitat an poſsit quiſquam liberari: tamen vrinam nigram redens vſque ad octauum diem Herophõ liberatus eſt, primo epidemiõn parte tertia capite vigeſimo. Epycratis vxor, capite vigeſimo ſecundo, redens vrinam ſubnigram vſque ad vndecimum, euaſit. Metho capite vigeſimo quarto, cum vrina ſubnigra, in qua ſubnigra pendebant, perſeuerante totum morbi tẽpus, ſeruatus eſt. Mulier illa moroſa in thaſo, tertio epidemiõn parte tertia capite octogeſimo quarto, cum vrina nigra & tenui profluentibus deinde menſtruis libẽrata eſt. Tales alias quamplurimas inuenias in hiſtoriis Hippocratis. Igitur (dicunt) quantum licet ex Galeno & Hippocrate colligere, pulſus lethalis pernicioſior eſt letha li vrina, & ſalubris vrina ſalubri pulſu tutior. quare pulſus ad prædicendũ mortẽ, vrina ſalutem eſt efficacior. Neque ſolum hoc in pulſu & vrina, videtur ita habere: ſed in vniuerſo genere ſignorum ſalutis aut mortis, concoctionis aut cruditatis. nam faciem, Hippocraticam vocatam, fieri: admodum malumeſt: non fieri, non eſt per ſe bonum. concoctionem eſſe in excrementis optimum: non eſſe, nõ ſtatim peſsimum. Cæterum eos, quibus placet, vrinam ad vtrunque euentum plus valere, non hæc conuincunt. nam vt dixit Galenus, Pulſu bis deficiente, haud ſcio an aliquis poſsit liberari: ita de vrina nigra, primo de criſibus cap. duodecimo, Cum hac vrina neminem vidi liberatum. Neque eſt qp plus videatur ſignificare hæc dictio: Haud ſcio an poſsit aliquis liberari, quã hæc, Neminẽ vidi vnquã liberatum. æqualem enim habent energiam. non enim aliter ſciret, liberari poſſe aliquem, quam ſi aliquando vidiſſet liberatum: quod tamen non vidit. Tot igitur ſunt de parua hac quęſtione ſententiæ: quæ omnes me adducunt in hanc opinionem, ſingulis tribuentem aliquid, & à ſingulis nonnihil deflectentem. Aliter, ſcilicet, iudicãdum eſſe ſi ſignorum naturas per ſe ſpectes: aliter ſi commoditatem ſigni ad præſagiendum. commoditas naſcitur, vt ſecũda opinio ferebat, & ex ſignorum natura, & ex facili aut difficili cognitione. ſi ſecundo modo conſideres, plus commodi accedit medicæ praxi ex vrina, quã ex pulſu ad quoduis pręſagationis genus, & ad prædicendam criſim, & euentum proſperum aut improſperum, & tempora, & ſpeciem morbi, & nonnunquam male affectam ſedem. quandoquidem, vt diximus pauloante, ſignificat proportionem naturę ad morbum: & habet differentias conſpicuas ſenſui quorum vtrunque longe aliter habet in pulſu. Tutius itaque eſt, minusq; continget medicum decipi, ſi vrina ducitur, quã ſi pulſu, vbi congerit hæc duo non eodem modo indicare. Quanquam extreme contrarias indicationes non puto coniungi poſſe. vt ſcilicet extremè bona vrina cum extremè malo pulſu, aut extremè mala cum extremè bono ſit. Sed hæc tantum poſsint conuenire. extremè mala vrina cum pulſu non adeo malo (quo caſu conſtat fidendum magis eſſe vrinæ) aut extreme bonus pulſus cum vrina nondum bona, quo caſu fidendum magis eſt præſtantiori, pulſui ſcilicet. Verũ propter humanam conditionem fidendum cenſeo magis vrinę. quia propter faciliorem dignotionem, minus eſt difficile iudicium, & minus anceps. ſed ſi quis ſolam per ſe naturam ſpectet, fingatq; medicum nunquam errantem, in dignotione, non adhuc proponendum ſemper pulſum puto, ſed tantum ad mortem iudicandam, vt proxima aſſerebat opinio. Nam valde bonus pulſus indicat virtutem multum conſtare: valde bona vrina morbi cauſam à natura ſuperatam eſſe: peſsima vrina morbi cauſam inſuperatam manere, & contraxiſſe prauam putredinem: peſsimus pulſus virtutem vitalem ferè eſſe exolutam. Nunc ergo ita conſidera: vtrum habeat ad futuram ſalutẽ maiorem conſequentię vim.

virtus

virtus multum constat, ergo viuet ægrotans: aut virtus superauit causam morbi, ergo viuet ægrotans. an non hoc secundum? certe. nam si morbus non superatur, quantumuis per se constans virtus sit, nil habet firmitudinis præsagium. Rursus, futuram mortem quis melius colliget, qui ita argumentatur, Virtus vitalis fere est exoluta, ergo morietur: aut qui sic: Morbi causa manet incocta, & inalterata, & præ malitia concoctionem non admittit, ergo morietur? an non prior ille? Cũ mors nihil aliud sit, quã virtutis vitalis exolutio? & tamen contingat nonnunquam, materiam quæ eatenus vinci non potuit, vt coqueretur: posse eatenus vinci, vt extra corpus expellatur, vel saltem ad ignobile aliquod membrum cogatur abscedere, vt Herophõ, facto genuum dolore, liberatus est? Ergo ex rerum naturis hęc intelliges, tamen qui vrinæ magis quam pulsui animum intenderit perpetuo, propter faciliorem dignotionem, certius eferet præsagium, & minus decipietur. Sed de his satis. oportunú iam fuerit de pulsibus disputare.

Caput secundum. De pulsus & respirationis similitudine.

QVatenus respiratio pulsui proportione respondeat, & quatenus non respondeat, oportet in præsentia dicere antequam ad vlteriora progrediamur. nam quãquam hæc docuit tam distincte Galen⁹, vt nihil in hac quæstiõe possit desiderari, tamẽ facit stulta barbaries offusis tenebris, vt hęc eadem tam multis ante seculis demonstrata, rursus in dubium reuocentur. Cum tres sint causæ continentes vtriusque motus (voco causas continentes cum Galeno. 1. de causis pulsuum, & libello aduersus Iulianum, eas quæ non possunt alterari manente effectu inalterato) facultas, instrumentum, & vsus: vna harum similes sunt omnino, nempe vsu: reliquis duabus differunt, facultate scilicet & instrumentis. Nam respiratio, vt Galenus diffusè monstrat libello cui titulus est de vtilitate respirationis, est ad conseruandum calorem naturalem, & ad reficiendum spiritum animalem. cuius refectionis meminit. Hyp. libello de alimento dicens, Principium alimenti os nares gutur pulmo & alia respiratio. Huius rei hæc est monstratio. Exhausto spiritu animali & facto feruore nimio caloris, permutatur statim respiratio ad maiorem velociorem & crebriorem: ergo ad reparandum spiritum & attemperandũ calorem est. Certe vt docuit Hyppocrates libello cuius modo memini: odores, qui nonnisi inspiratione sentiuntur, omnium citissimè facultatem recuperari faciunt, refectis spiritibus. Iam verò si quis priuatur inspiratione, moritur inflammato calore cordis. hic idem recuperatur recepto rursus aẽre. indigemus ergo ad tuendum calorem vitalem aẽre. Cæterum non indigemus substantia aẽris, non enim tardiùs homo: imo multò citiùs suffocatur, si pleno thorace guttur comprimatur, quàm si vacuo. ergo indigemus aliqua aẽris qualitate. hæc videtur esse frigus. non enim aliter contingit suffocari hominem conclusum in calido balneo, quàm si illius guttur constringeretur. at vero non est ea qualitas qua indigemus frigus quantumcunque. nam frigus aẽris ambientis videmus facere raram respirationem. quoniam scilicet frigus nimium lædit cor, & thoracem. ergo est necessarius aẽr ad vitalis caloris tutelam, propter mediocrem ventilationem, & mediocre frigus. nimirum noster calor non aliter quàm ignea quæuis flammula, in substantia humida, ac ingenita, duplici eget motu, altero versus exteriora, altero versus materiam. cum destituitur motu externo, suffocatur: cum interno, dissipatur. Hęc est ratio, qua videmus flammas, mediocriter frigidi aẽris, modica ventilatione conseruari: integra quiete, aut nimia ventilatione perire. quoniam scilicet quies facit ignem conuerti ad materiã, & priuari extrinsecus motu: nimia ventilatio contra, dissipat. Non absimile ergo est quod nostro calori ex respiratione accidit. est itaque respirationis vsus conseruatio caloris naturalis & animalis spiritus refectio. Quòd verò hi iidem sint vsus pulsus, inde intelliges, quòd à similibus causis similiter alterantur, ex inambulationibus comessationibus, frictionibus, ira. vt in summa dicam, quæcunque causa permutãdo vsum permutat respirationem, permutat etiam pulsum similiter, & ad easdem differentias magnitudinis celeritatis crebritatis aut contrariarum. vnde euidenter licet cuiq; intelligere, pulsum & respirationem propter eosdem esse vsus. Sed contra videtur esse, & si propter eosdem vsus essent, essent motus eque necessarii: atque ita vt priuari non potest thorax respiratione, quin animal intereat, neque aliquod aliud membrum posset priuari pulsu, vt animal maneret incolume. tamen si religatis arteriis brachium priuetur pulsu, cor nullam sentit noxam, brachium tardissimam. Verum hæc ratio illud vnum efficit: quanquã hi duo motus eosdem vsus pręstent, sed non eidem membro eos præstare: quin potius (ita vt fit) quod respiratio pręstat cordi soli, hoc pulsum præstare reliquis membris: quę vt minori calore indigent, ita tardius læduntur. igitur deferendo aẽrem & vitales spiritus ad cerebrum, pręstat materiam animaliũ spirituum: & ventilatione conseruat calorem naturalem omnium membrorum. Atque hi sunt totius respirationis & pulsus vsus. Sed singularum partium sunt singulares vsus. Constat enim vtraque harũ actionum dilatatione & constrictione, inter quos motus, cum citra maximam violentiam fiunt, necesse est duas quietes esse interiectas. Singulis ergo particulis singulos vsus tribuere est admodũ consentaneum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſentaneum · Sed & hos ſimiles eſſe partibus reſpirationis & partibus pulſus eſt veriſimile: quales autē hi ſint videtur hæc ratio inuenire. Flamma quæcunque, marceſcit duplici via, aut priuata temperatiōe quæ ab aëre fit, modice frigido, aut obruta fuliginibus. ergo aër qui conſeruat totidem modis, ſed contrariis, conſeruat, attemperando ſcilicet qualitate, & expurgando ventilatione. Igitur tam thorax quā arteriæ trahunt aërem, & reddunt fuligines. Dilatatione trahere, & conſtrictione expellere, cōſtat. eo enim motu, arbitror, trahent, quo fiunt paratiſsima ad capiendū, & contrario expellent. Sed vaſa quo ſunt ampliora: eò capiunt plus, amplitudinem verò comparant dilatatione. Adde ſimilitudine reſpirationis, tranſlata ratione ad pulſum, hoc idem conuinci. Senſu enim percipimus dilatatione thoracis fieri inſpirationem, compreſsione expirationem. Quietum iidem ſunt vſus qui & motuum, ſequentis ſcilicet quietis, & antecedentis motus: vt externæ quietis & dilatationis, internæ & conſtrictionis. Si enim volumus follibus dilatatis aërem trahere, non ſtatim à ſumma dilatatione conſtringimus, ſed in dilatatione tantiſper folles continemus, vt qui motus fuerat aër non prohibeatur ingredi. cum conſtrictione expellimus, eodem modo facimus. nā tantū durat vacuatio, poſt integrā compreſsionem, quantum durat impetus introrſum excitatus · igitur arteria & thorax, dilatatione & externa quiete trahunt: conſtrictione & interna quiete expellunt. Ex his iam collegimus, pulſus & reſpirationis eoſdem eſſe vſus: quanquam non propter eadem membra: ſed reſpirationis propter cor: pulſus propter membra reliqua. Hæc de prima cauſa continenti, quam communem habent pulſus & reſpiratio: facultate, & inſtrumentis differunt, de quibus iam dicam. Qui vertūt in dubium, ſit ne reſpirationis motus voluntarius an ſecus, omnino mihi videntur ſenſu indigentes, ac proinde indigni quibus cum diputetur. quare ſi vel tantillum hic conſtitero: ſatis certo ſcio, doctoribus videbor ridiculus, qui in demonſtranda re ſenſui conſpicua, tempus perdam: cum præcipuè illud docuerit Galenus tam diſtinctè, vt nihil inſuper poſsit lucis addi. Sed quoniam ſtultorum hominum, nondum hac in parte ceſſauit hęſitatio, dicetur de hac quæſtione quatenus ipſa veritas relinquatur euidens citra cal[illegible]niam. Galenus c ſecundo libro de motu muſculorum ita ſcripſit. Ea enim quæ cū facta iam ſunt, ſedare potes ſi vis, & c cum nondum ſunt facta, facere, voluntaria ſunt. Si ergo præter hæc citius aut tardius crebrius aut ra- c rius ea faciendi poteſtatem habes, nonnè omnino manifeſtum eſt actionem eam ſeruire voluntati? ar- c teriæ certè motum & cordis, neque cohibere, neque excitare, neque crebriorem, neque rariorem, ne- c que tardiorem neque velociorem, voluntas facere poteſt. iccirco ne animę quidem opera huiuſmodi c eſſe dicunt, ſed naturæ. motum autem crurum, in his omnibus ratio regit. nam & ſedare dum fit, & ſe- c datum rurſus excitare. & velociorem, & tardiorem, & rariorem & crebriorem efficere poteſt. Hęc ea- c dem & circa reſpirationis motum contingunt. quæ actio quidem eſt ſepti tranſuerſi & muſculorum c thoracis. Vides vt cum demonſtratione doceat Galenus, eſſe volūtatis actionem? quòd vero in noſtra volūtate ſit cohibere ſpiritum, declarauit ſeruus barbarus, qui cōpreſſo ſpiritu ſe interfecit. Sed quid quod dormientes reſpiramus, quo tempore ceſſant animales actiones? O firmiſsimum argumentum, quo ſe barbari medici ipſam veritatem putant ſubuertiſſe. quaſi vero non reſponderit eodem in loco Galenus, fieri quidem inter dormiendum & eſſe nihilominus volūtatis actionem. nam & inambulare contingit dormientibus. ſane inter dormiendum non fit integra actionum quæ liberæ ſunt interceptio: nullus enim eſt tam profundo ſomno ſopitus, quin tonum aliquem ſeruet muſculorum. nō enim iacemus inter dormiendum, omnino incompoſitè iactatis membris, ſed ſedentes nonnunquam, aut iacentes proni aut ſupini, ſed cum decore aliquo: vel laterum alteri incumbentes. itaque non omnino otiantur muſculi, ſed operantur, cum tamen illorum actiones ſemper ex voluntate ſint. Fit nihilominus vt quanquam volentes ſedeamus aut inambulemus inter dormiendum: tamen egiſſe nos hæc nō ampliùs experrecti recordemur: quia non fiunt eo tempore, propter mentis impedimentum, fortes viſionum aut phantaſmatum impreſsiones: ſed leues. Quod ſi his inficiaris: negato ebriorum actiones liberas eſſe, quarum ſoluta ebrietate non recordantur. Quandoquidem tam euidens eſt, Galeni ratio, vt illi apertè non poſsint inficiari, excogitauêre barbaræ ſententiæ propugnatores, reſpirationem motum eſſe partim voluntarium, partim naturalem: hac ratione putantes ſe, aliquid à nobis extorturos. Sed demonſtro hunc motum, nihil omnino habere naturalis. animalibus ſolum fit inſtrumentis, putà ſepto tranſuerſo & reliquis thoracis muſculis, ergo omninò voluntarius eſt motus. qui enim compoſiti ſunt ex voluntario & naturali, quales ſunt quamplurimi, d[illegible] vtuntur inſtrumentis. vt ventris exoneratio fit à fibris trāſuerſis inteſtinorum quarum motus naturalis eſt, & à muſculus abdominis. mictio etiam fit à fibris, & à muſculo ceruicis veſicæ: tamen reſpirationis nulla ſunt inſtrumenta, præter ſeptum, & alios octoginta [illegible] muſculos thoracis: intercoſtales internos. 36. intercoſtales externos. 34. extrinſecus in thoracem infixos. [illegible]. vtrinque. [illegible] ſpina. 3. ex ſpatula vnum, alterum ex clauicula. quæ omnia inſtrumenta, voluntati ſubſeruiunt (na[illegible] pulmo caret proprio motu.) eſt igitur reſpiratio iam non modò voluntarius motus: ſed etiam nih[illegible] aliud quàm voluntarius. Quid quòd extra reſpirationem, ne momento temporis ſufficere poſſumus, dicente Galeno in primis verbis libelli de vſu reſpirationis? Primò quanquam Ianus ita tranſtulerit: tamen Græca litera habet in hunc modum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ἐκ τοῦ μὴ δὲ βραχύτατον ἡμᾶς χρόνον ἀρκεῖν δύνασθαι ἀπολλυμένης αὐτῆς. quod ita transfero.quod neque breuissimo tempore sufficere possimus illa deperdita.illud,breuissimum tempus nō intelligo de momento.non enim arbitror seruus barbarus momento temporis interiit: sed aliquāto tempore retento spiritu.Præterea multo diuersa res est,actionem aliquam esse necessariam, ac proinde ea deperdita nō posse nos viuere,aut esse naturalem.Morimur retento spiritu.fateor. Sed si liberum est nobis vel pereuntibus cohibere,sponte respiramus.quod enim morimur cohibito spiritu,nō eo fit quod necessaria per se est actio:sed quod subseruit actioni naturali & necessariæ simpliciter,putà temperationi caloris cordis.Sunt verò multæ voluntariæ actiones naturalibus subseruientes, quæ tamen voluntariæ sunt tantummodo.vt igitur nisi manducantes non possumus manere in vita, quanquam manducare oīnò actio volútaria est,quia subseruit nutritioni,quæ per se est necessária ministrando materiam: ita respiratio est actio voluntaria,tamen necessária ad vitam,quia ministrat pulsationi illi,qua cor per arteriam venalem vocatam trahit à pulmone aërem,& remittit fuligines: sine qua actione necesse est statim animal interire.Hæc actio quæ est tractio aëris ad ipsos cordis ventriculos,potissimum sinistrū, naturalis est:tamen hæc,nihil habet respirationis,pulsatio enim est.respiratio siquidem, si quis exactè rem consideret,non transmittit aërem ad cor,sed ad pulmonem: quem illinc recipit cor per venalem arteriam.Hac ratione sumministrat respiratio actioni naturali,ipsa alioqui omnino voluntaria actio. itaque respiratio fit à voluntate:à qua quàm diuersa sit facultas quæ pulsat,cuique est per se perspicuū, co..derenti vt non sit in nostra voluntate situm,pulsum cohibere,aut permutare ad velociorem,maiorem,aut crebriorem,aut aliam quampiam differentiam,ex sola inquam voluntate,nō alteratis causis.Verùm quanquàm facultas ea,qua cor & arteriæ aguntur non est libera, non est tamen in genere earum,quæ naturales sunt,(vt in quęstione duodecima libri proximi cæpimus declarare)sed medium quodam actionum genus.Nam quæ naturales potentiæ sunt, vt facultas in igne calefaciendi, aut refrigerandi in aqu.,aut etiam trahendi,cōficiendi,retinendi,& expelendi in humanis corporibus, operantur pro ratione proportionis quam habent actio & resistentia, vsque ad vltimum potentiæ, nulla ratione in modo actionis respicientes finem.non enim ventriculus,quatenus animalis interest,mutat cibum,cùm non amplius interest,cessans,sed quantum potest mutat: alioqui nihil noceret, tenue alimentum dare calido ventriculo:sed nocet,quia ventriculi potentiæ,vtpote naturales,non operantur quantum expedit,sed quantum possunt.Tamen facultas pulsandi,non ita facit: quin potius,permutato solo vsu,impermutatis facultate & arteriarum corporibus,permutatur pulsus: quia opus est maioribus ..t minoribus pulsationibus.Est igitur hæc facultas,neque volūtaria neque naturalis, sed medii generis:quæ vitalis meritò appellatur:neque agens pro arbitrio vt prima, neque pro ratione potentiæ agentis ad patientem:sed pro ratione indigentiæ.Vt voluntariæ actionis, qualem esse respirationē monstrauimus,instrumenta sunt musculi,ita huius quę pulsat,cor & arteriæ:neque hoc indiget probatione alia.sed satis monstrauimus,respirationem & pulsum, fieri à diuersis facultatibus, per diuersa instrumenta.Sed est aliud quod contemplemur:nunquid quietes respirationis,& pulsationis,aut altera illarum aut ambæ,actiones sint,aut cessationes:& an vterque motus,dilatatio scilicet, & cōstrictio, fiat virtute operante,vel alter operante virtute, alter redeunte membro ad suum situm (ita vt fit) vel sit in hoc quoque aliqua diuersitas.Cum thorax dilatetur ad inspirandum actione neruorum, quibus contentis retinetur in amplitudine,constat eum non indigere actione noua,ad subsidendum,sed satis esse,si dilatantium soluatur contentio.Vnde constat videri alicui posse,expirationem cessationem,potius quàm actionem.Sed contrà est,quòd vtrisque illorum motuum sunt à natura destinati sui musculi quare vterque illorum videtur esse actio,non cessatio. Galenus libello de respirationis causis dicit. Cum musculi iusta costas duplices sint, externi expirationem,interni inspirationem perficiunt. hæc docet Gal.de musculis,intrinsecus & extrinsecus consistentibus circa costas,ego vero non hoc solum, sed etiam omnes musculos intercostales appellatos ad thoracis constrictionem facere puto.quandoquidem omnes illi adducūt costas ad seipsas. Verùm hæc non conuincunt,priorem rationem: si quid enim per vim supernè continetur,statim ac dimissum est ab eo quo sustentatur, sine nouo labore concidit. Ergo euidenter constat,cùm semel inspiratio facta est,etsi nulli musculi operarentur, successurā tamen expirationem,iis, qui dilatauerant,cessantibus. Cæterùm, quanquam musculi inter costas ad expirandum necessarii non sunt..unt ..men necessarii ad expirandum cum tanta,aut tanta vi. nā cum citra necessitatem aliquam vrgentem expiramus, sola ea expiratio, quæ fit feriatis musculis sufficit.sed cum aliqua necessitas vrget,maiori aliqua expiratione indigemus: qualis est quæ efflatio dicitur.nō enim semper cum æquali conatu exp..amus,sed maiori efflamus,maiori adhuc loquimur,maiori multò vociferamur.Igitur,quamuis sine ..musculorum actione possemus expirare, non tamen efflare:ac multo minus loqui;& multo adhuc ..nus vociferari.Igitur non violēta expiratio, cessatio ab actione est:sed quæ nonnihil habet contenti..nis,opus facultatis animalis est, non minus quam inspiratio. Quietum eadem est ratio.cōstat enim externam quietem,spirationis actionem esse. si enim cessantibus musculis,thorax constringitur:non cessant,cùm in dilatatione continetur:nimirum iidē musculi,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

culi,qui cum contenduntur,dilatant thoracem, contenti retinent dilatatum. Interna quies,quies verè eſt,& otium muſculorum:niſi fortè nimis vltra mediocritatem conſtrictus thorax eſt, vt ad emittẽ dam vehementem vocem ſolet. tunc enim quia infra naturalem ſitum eſt conſtrictus, quieſcens labo rat. Hinc fit,vt cum citra violentiam ſpiramus,longiores ſint perpetuò internæ quietes externis.nihil enim miri habet,ſi muſculi citra irritationem agentes morentur plus in otio,quam in labore. Hac ipſa in re,inquit Galenus,ſimilem eſſe pulſum reſpirationi primo De difficultate reſpirationis capite quar to, vbi ita ſcripſit: Et in ceſſationibus,eam quæ eſt poſt dilatationem breuiorem eſſe: quæ verò poſt cõ ſtructionem longiorem: ambobus exiſtunt communia. Age igitur huius rimemur rationem à motionibus ipſis exorſi. Videtur nulla ratione fieri poſſe, vt ad vtramq; partem, dilatationem inquam, & conſtrictionem,facultate ſit opus,ſed ad alteram facultate, ad alteram natura ipſius membri. corpora enim rotunda,cum dilatantur à facultate aliqua,dimiſſa poſt modum,ſuarum partium grauitate conſtringuntur:contra, quæ conſtricta ab aliqua vi ſunt,cùm dimittuntur, dilatantur ſola ſuarum partiũ firmitudine. Ergo,ſi arteriæ dilatantur à facultate,ſua grauitate conſtringuntur: ſi conſtringuntur à facultate,dilatantur per ſe ipſæ firmitudine & continuitate ſuarum partium. Non igitur indigent facultate ad vtrumque,ſed ad alterum. Tamen contrarium videtur rhythmus demonſtrare. non enim ex mutatione ſola vſus,aut virtutis tam facile rhythmus mutaretur,niſi vtrunque motum,dilatationem inquam & conſtrictionem faceret facultas. Rhythmus enim eſt,proportio temporis dilatationis ad tẽpus conſtrictionis: quam proportionem ſentimus mutari ſæpe, modò aucta dilatatione, aut reddita tardiori,modò conſtrictione hæc eadem perpeſſa, modò illarũ altera imminuta,aut concitata. Quod nulla ratione quiſquam intelligat poſſe contingere,ſi alter motuum à membrorum natura citra facultatem fit. Quanquam imaginati quidam ſunt,fieri poſſe,vt mutaretur rhythmus, etſi dilatatio à continuitate partium fiat, mutata ſola duritiæ arteriarum. nam quò durius eſt corpus, quod comprimitur vltra mediocritatem:eò velocius,& vehementius reddit ad figurã. Id licet experiri inflexis duabus virgis,quarum altera lentior ſit,altera ſubdurior:quas ſi æqualiter contorſeris,videas non cum æquali impetu diſtendi, ſed duriorem celerius,& vehementius. non aliter, dicunt, rhythmus mutatur, quia indurata arteria celeriorem facit dilatationem. Acutè ſanè ii imaginantur: ſed minus verè. non enim poteſt arteria tam citò de molli dura, aut de dura mollis reddi, quàm citò notamus ſæpe,mutari pulſus. Igitur his omnibus vndique penſitatis, concludendum tamen eſt, tam dilatationem, quàm conſtrictionem, fieri ſemper à facultate vitali. fit enim ſemper pulſus ad rhythmum. Veruntamen intelligendum eſt, habere arterias, naturale quodam & proprium cauum, quod retinent etiam poſt conſtrictionem, cùm conſtrictio naturalis eſt, & non violenta admodum, qualis cõtingit in principiis acceſsionum. Cum ergo dilatatur arteria vltra cauum naturale, extenditur. ac proinde à ſola facultate vitali agitur: cum conſtringitur, vſque dum ad naturale id cauum reddit agitur à facultate adiuuante grauitate membri: mouerentur enim tunicæ illo motu etiam ſi à facultate dimitterentur:quanquam vt diximus non mouerentur ad rhythmum. Si verò infra cauum proprium comprimuntur(quod nunquam fit in pulſu naturali) quod infra illud ſupereſt, à ſola facultate fit etiam renitente membri natura. vt contra aſcenſus vſque ad hoc cauum fit a facultate adiuuante firmitudine partium membri: reliquum à ſola facultate membro obſiſtente. Quod arteriæ non conſtringantur omnino, Sed habeant quædam caua naturalia etiam poſt conſtrictionem, dixit aperte Galenus libello. Quod ſanguinis in arteriis ſecundum naturam contineatur. his verbis. Nam quid vult potius, an arterias ad extremum vſque contrahi? vt venas? aut, quod verum eſt, ad certum vſque terminum? Ex dictis rurſus conſtat, quod paulo ante dictum eſt, externam quietem in pulſu non aliter ac in reſpiratione opus eſſe facultatis: internam vero otium. Quare ex ratione in hoc quoque proportio pulſus eſt ad reſpirationem: vt quies interna in naturali differentia (nam in hac ſolum eſt interna quies otium) longior ſit, quàm externa. Igitur (vt colligamus iam tandem) quia pulſus & reſpiratio propter eoſdem vſus fiunt, ſed à diuerſis facultatibus, & per diuerſa inſtrumenta: fit vt reſpiratio & pulſus à ſimilibus cauſis,aut eiſdem perpetuo alterentur eodẽ modo. vt qui iraſcuntur aut exercentur declarant. Verùm hoc intelligi debet dempta voluntate,quæ poteſt, vt lubet, permutare reſpirationem, pulſum minime. proinde phrenitici, quanquam habent reſpirationẽ magnam & raram,non tamen talem habent pulſum. Præterea excipi debent vitia inſtrumentorum. nam cum hæc diuerſa ſint,poſſunt reſpirationem aliter ac pulſum permutare. vt qui ingurgitauere cibos vſq; ad ventris diſtentionẽ comparant magna ex parte pulſum magnum & reſpirationem paruã ex compreſsione ſepti tranſuerſi. in reliquis proportionem ſibi reſpondentes motus ſunt, nondum tamen in numero motuum. nõ enim tot pulſationibus totidẽ reſpõdẽt reſpirationes, ſed ad proportionẽ. Eſt aliud pulſui cũ reſpiratione cõmune. quòd,ſcilicet,vtriuſque inſtrumenta à ſuis principiis recipiũt influentem facultatem: muſculi à cerebro: arteriæ à corde: & vtraque recipiunt per illuſtrationem non per ſpiritum. repente enim vis communicatur vtriſque. nam tam citò mouemus thoracem, quam volumus: & tam citò mouetur arteria in extrema manu, quàm cor ipſum. amant præterea

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rea recipere hunc fulgorem interius & à radicibus per ipsas tunicas . quo influxu si priuantur etiam si affluant spiritibus, carent actione. quod experiri docet Galenus scissa vena, ac immisso in eã calamo, constrictaq; per medium calami vena. sic enim immobilis redditur ea venę pars, quæ est vltra laqueum. quanquam per ipsum cálamum satis multa spiritus copia permeat. Sed satis multa iam diximus de iis, quibus spiratio & pulsus conueniunt, & discrepant. quare ad aliam disputationem conuertamur.

Caput tertium. An Arteriæ simul attollantur, ac deprimantur cum corde.

NVlla re amplius barbari medici vt sæpe conquesti sumus, plus artem vitiauerunt quàm reuocatis rursus antiquatis opinionibus, quas multo ante Galenus improbauerat: quarum præstaret non meminisse, quàm omnium quas tam varia scriptorum ingenia inuenire potuerunt, repetita memoria profectum artis retardare. faciat Deus vt studiosi deinceps nostro labori non inuidẽtes si quid iam tandem viderint ex Galeni libris distincte erutum, & firmis rationibus confirmatum, non vsque adeo conflictentur opinionibus. Sed ad artis opera progrediantur expeditiores. Erasistratus, vt ex Galeno accepimus, docebat, arterias non dilatari cum corde, sed quo tempore cor constringitur, & rursus constringi cum dilatatur cor: contra ac Aristoteles, qui libello De spiratione (si modo Aristotelis liber ille est) ita dicit, Et pulsant venæ omnes & simul inuicem eo ꝙ appendũtur ex ipso corde. mouet autem cor perpetuo: quare & illæ semper & simul (intellige mouentur) quãdo mouet, (subaudi ipsum cor.) Ita enim verti hæc verba. καὶ σφύζουσιν αἱ φλέβες πᾶσαι, καὶ ἅμα ἀλλήλαις, διὰ τὸ ἠρτῆσθαι ἐκ τῆς καρδίας. κινεῖ δ' ἡ καρδία ἀεί. ὥστε κἀκεῖναι ἀεί, καὶ ἅμα ἀλλήλαις, ὅτε κινεῖ? Galenus quarto de differentia pulsuum cap. 6. damnat apertè Erasistrati opinionem & Herophilum insequitur, qui omnes arterias simul cum corde dilatari ac cõstringi docuit. In libello De vsu pulsus hoc idem docuit. Eodem modo sexto de vsu particularum ex anatome reddens rationem qua fit, vt etsi cor & vasa omnia quæ ab illo oriuntur, aut in illum inseruntur, dilatentur simul, tamen quædam sint quæ trahant à corde plus, quædam quæ plus remittant in illud. Quæ ratio in quibusdam tunicis est, vt mox enarrabo. Tñ Auicenna, qui habet hoc suæ gloriæ præcipuum caput, quòd nihil non corruperit antiquæ doctrinæ, vniuersę suorum sequatium scholæ ansam præstitit errandi, dicens Fen prima primi cap. 4. doctrinæ. 6. Virtus vitalis simul constringit & dilatat, Et rursus secunda primi. cap. 6. Arteriæ non secundum modum dilatationis & constrictionis cordis, sed secundum proprium arteriarum corpus mouentur: Sed præstiterit horum rationes referre quam verba. Cor (dicunt) de sententia Galeni & arteriæ dilatatione trahunt, constrictione expellunt: sed non possunt simul cor & arteriæ trahere, quoniam corde ab arteriis trahente, & arteriis à corde, mutua tractione impedirentur. O miram hominum sapientiã. an hoc vos conuincit argumentum? ergo si docuerimus fieri posse, vt cor & arteriæ simul trahant, & simul etiam expellant, quin sibi ipsis impedimento sint, adducemini vos quoque ad concedendum, simul pulsare. Qua ratione (dicunt) fiet, vt cor accipiat ab arteria venali, & mittat in aortam, dilatando vtramque? an potest cor, quia sic expedit: ita aëris & spirituum materiam dispensare? non sane. Sed si huius quoque euentus causam apposuerimus, non amplius audebitis negare quod experimẽtum declarat, altera manu, vt Galenus docet, imposita cordi, altera carpo manus, maximè cum intelligi haud possit, cor dilatari, & ex eius penetralibus trahentes ortum arterias, non simul dilatari, διὰ τὸ ἠρτῆσθαι. idest quoniam à corde suspenduntur, vt dicebat Aristoteles. Ergo rem paucis accipite. Cor duos habet ventriculos, alium dextrum, alium sinistrum. dexter habet sanguinis plusquã spiritus, sinister plus spiritus quàm sanguinis. duo vasa inseruntur in cor: aliud in dextrum sinum (ramus scilicet venæ cauæ) aliud in sinistrũ, arteria scilicet venalis, quæ proinde venalis dicitur, quod simpli tunica constat, vt vena. alia duo vasa oriuntur à corde: aliud à sinistro sinu (arteria scilicet quæ dicitur aorta) aliud àdextro, vena nempe arterialis, quę sic appellatur, quia constat duplici tunica, horum quatuor duo sunt ad trahendum à corde, arteria scilicet aorta trahit à corde spiritus & sanguinem versus membra: vena arterialis deducit sanguinem ad nutritionem pulmonis: duo sunt ad trahendum ad cor, vena caua, sanguinem: arteria venalis inspiratum aërem. horum osculis adnascuntur membranulæ quædam, prætenues, quæ vocari solent adnatæ tunicæ. sunt tribus vasis (omnibus scilicet dempta arteria venali) ternæ. arteriæ venali duę tantum vasa accipientia à corde substantiam aliquam hæc sunt aorta, & vena arterialis (habent illas tẽdentes extrorsum, quod est habentes radices in corde, & spectantes extrà: quæ vero sunt mittentia in cor, caua inquam vena & arteria venalis, contrà habent, introrsum vergẽtes. ergo quando cor & arterię dilatantur, tunicæ illæ in aortę & venę arterialis radicibus, dilatatę interim secundum radices, coeunt secundum cuspides (voco cuspides partes radicibus oppositas, quãquam latiusculæ quędam partes sunt, sed quia ita inualuit vsus) atque ita fit, vt quoniam quo tempore omnia simul incipiunt dilatari osculũ recluſum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

recluſum eſt,arteriæ trahere poſsint à corde,quando vero iam conſtringi incipiunt,inueniunt arterię tunicas illas extrorſum clauſas quare nō poſſunt ad cor remittere.cor vero poteſt fuligines ad arterias mittere,quia hæ tunc recluduntur,& ſuus poſitus facit,vt ab impetu,interius extrorſum facto:ſubuertãtur facile,ab impetu facto exterius introrſum,potius cōcludantur: propterea vaſa quæ acceptura erant,tunicas habuerunt extrorſum cuſpidibus vergẽtes,& quæ tribuũt cordi,introrſum.ſic em̃ cũ cordilatatur,dilatans ſimul cuſpides alligatas illi, recludit oſculum,& ita fugit ſanguinẽ à vena caua, aërẽ ab arteria vocata venali, Quãdo cōſtringitur cōtrà,hæ cuſpides pręueniũt cōiungi, & orificia obſtrui, atq; ita cor remittit nihil.ſed quoniã pl' oportuit obſtrui orificiũ,quod it ad cauã venã,ad quã nihil oportuit remitti,quã quod ad arteriã venalem,ad quã nonnihil calfacti aèris & fuliginũ, remitti erat ex vſu,hoc duas tantũ tunicas habuit,easq; intrò vergẽtes,illud tres. Hęc ergo ita ſe habent. Quòd vero cor & arteriæ neq; trahendo mutuò neq; expellendo ſe impediant,reſtat nũc demonſtrare. Omnia in humano corpore,vt mirus docet Hippocrates,atq; de illius ſentẽtia ſępe repetit Galenus, habent cõmunem confluxũ. omnia ex omnibus poſsunt accipere,atq; in omnia demandare itaq; non eſt opus, quo cor expellat,arterias amplificari ad recipiendum,neq; contra,ſed ſimul expellere poſſunt,in ſe ſcilicet,& in alia omnia membra,& extra corpus. Adde rurſus atterias non omnino obſtrui,cum cõſtringuntur,ſed ſua etiam caua retinere.quare poſſunt ſimul ab altera parte recipere,& in alteram motu vno,& perpetuo remittere,vt in vaſis prælongis, vndequaq; pariter cõpreſsis,fieri cõſpicimus. Hac ergo ratione cõmodius fit,quã vt illi fingũt. Quorũ ſentẽtia nõ intelligo qua ratione poſsit nõ eſſe abſurda. Si enim quod cõpreſſum cor expulit, tumefactæ arterię continerent, cor cũ dilataretur,cũ vndedequaq; trahat,reſumeret ab arteriis,& ita aër,aut fuligo,à corde ad arterias, & ab his ad cor reciprocè impelleretur.Igitur ſi quid bonis autoribus & firmis rationibus fidei tribuendum eſt, cor & arterię ſimul dilatantur & conſtringuntur.

Caput quartum. De differentia pulſuum, & quot ſint illorum ſpecies.

QVæ Galenus demõſtrauit,vt in principio huius ſermonis dixi,certũ eſt p̃terire, vel ad dicẽda breuiter recolere,ſi quid ab illo eſt omiſſum proſequi. quare cũ in principio operis de differẽtia pulſuũ ille cũ demõſtratione docuerit,quot ſint,ego de hac re longũ ſermonẽ nõ habebo:ſed veluti aliud agens,docebo octo tantũ eſſe ſpecies, pulſuũ, quarũ oporteat medicũ meminiſſe.ſi qu m̃ alię,p̃ter has dict̨ ſunt à medicis,aut nõ ſũt pulſus ſpecies,magis qñã rei alteri⁹:aut ſi re vera pulſus ſpecies ſũt,nõ tñ ſub ſenſũ medici poſſunt cadere. qđ,hac ratiõe inuenit Galenus. Omnẽ pulſus differẽtiã, neceſſe eſt deſummi ex motibus,aut ex quietibus,aut ex corpore arteriæ,aut ex virtute, aut ex tẽpore motuũ. Motui poteſt accidere,aut magnitudo ſecundũ magnitudinẽ arteriæ quæ mouetur: atq; ita fit primũ genus(nihil enim intereſt,aut genus,aut differẽtiã,aut ſpeciẽ appellare)magni,aut parui:aut velocitas,& fit genus alterũ velocis aut tardi. Quietibus, poteſt accidere lõgitudo,aut breuitas:& fit genus tertiũ,crebri,aut rari.Facultati accidit robur aut debilitas,vnde fit aliud, vehemẽtis aut imbecillis. Corpori arteriæ poteſt accidere mollities,aut durities,vnde quintũ eſt genus,duri aut mollis.Tẽporibus dilatationis & cõſtrictionis poteſt accidere proportio aut improportio,quę rhythmus eſt pulſus. His omnibus poteſt accidere æqualitas aut inęqualitas: & inęqualitas poteſt fieri cũ ordine aut ſine ordine:vnde duo alia genera proficiſcũtur,quæ cũ prioribus ſunt octo:magnus aut paruus:velox aut tardus:creber aut rarus.vehemẽs aut debilis:durus aut mollis:enrhythmus aut arhythm⁹: ęqualis aut inęqualis:ordinatus aut nõ ordinatus.Sũt qui ex corpore arterię deſumãt differentiã aliã,qua dicunt,calidi aut frigidi:ſed hęc differẽtia,febriũ eſt, nõ pulſus, magis quã ſi quis pulſum dicat,albũ aut nigrum: quia huius coloris eſt arteria.ex cauo arterię deſumũt alii aliã, pleni aut vacui pulſus:ſed hęc differẽtia aut nihil ſignificat,aut eſt prorſum incognita ſenſu. Nã arteria verè vacua,ideſt,nulla ſubſtãtia plena, nõ poteſt eſſe:ergo plena dicetur,aut quę plena eſt humore,reſpectu alterius quæ plena ſit ſpiritu: aut quę plena eſt craſſo humore,reſpectu alterius quæ plena ſit tenui: aut quę multã cõtinet ſubſtantiam, reſpectu alterius quę paucã:aut quę vehementẽ habet ſpiritũ,aut valde calidu[illegible],reſpectu alterius quę nec adeò vigentẽ,neq; adeò calidũ habeat.nullus poſsit inuenire [illegible] ratione plenitudinis.Sed nullam harũ oportet,in proprio pulſus genere cõſtituere.nã duo hi vltimi modi,alter nõ eſt differẽtia pulſus, calidus ſcilicet aut frigidus ſpiritus,ſed vt paulò antè diximus,febriũ:alter,ſcilicet vigẽs ſpiritus aut nõ vigẽs,pertinet ad aliud genus,vehementis inquã aut languidi pulſus. habere arteriã interius multã aut paucã ſubſtantiã,nõ aliter cognoſcas,quã ſi arteria multũ aut parũ diſtenta eſt:& hoc habet ſenſum magni aut parui pulſus. Quod ſi tactus ipſe ſentit humorẽ in ipſis tunicis arteriarũ, hoc nõ aliter fiat, quã emollitis tunicis,aut diſtẽtis:quod habet ſenſum mollis aut duri pulſus. Duorum ergo alterũ ſupereſt, aut,vt tactu ſentiamus,ſit ne humor in arteria aut ſpiritus:vel,ſit ne humor qui continetur,craſſus aut tenuis. Sed neutrũ horũ,tactu diſcerni poteſt:nã neq; in vaſe magno,vt vtre aut veſica,tactu diiudices quid interius cõtineatur,niſi forte ex fluctuatione aut pulſatione,aut modo aliquo tali, quali nullate-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nus in arteriis uti potes. si enim aliter, aut ex sola tactione cognosceremus, nõ opus esset multo negotio ad distinguendam hydropem ascitem, à tympanite: quin potius tactu solo eã distingueremus. scimus tamen nõ aliter nos sentire, aquã esse intra pæritoneũ, quã ex fluctuatione, conuerso homine de latere in latus, aut excauatione relicta in regione ventris post compressionẽ, simili ei, qnæ in œdematis. nec aliter sentimus aërem esse, quam ex sonitu tympani, pulsato ventre. sed ridiculum si quisquam dicat, arterias, angusta adeo & parua vasa, pulsari posse, aut humorem in ea fluctuare: iam verò neque fouea relinqui potest in arteria plena humore, etsi comprimatur: cùm, propter paruitatẽ arterię, tum etiam, propter propriũ motum suarũ tunicarum. non enim, vt vter, eleuatur ab humore, sed àvitali vi quam habet à corde influentem. Iã etiam, ridiculũ est dicere tã crassos succos cõtineri in arteriis, vt resistant tactui, & ita suæ crasitici præstent sensum, nisi aut lutum, aut arenã, aut lapides, intelligas esse in arteriis congestos. Nullũ ergo est genus, pleni aut vacui pulsus, vel sensu cognosci id non potest. Quare tantum sunt octo species pulsuum: nec excogitari potest, vnde differentia alia, quæ verè esset pulsus, desumeretur. Sed fortasse quisquam roget nos, cur vt in proportione temporis dilatationis, ad tẽpus constrictionis, consideratur quidam rhythmus, nõ ita in proportione quietum ad se inuicem consideratur alter? Hic intelligat (quod fortasse hic sermo in processu demonstrabit) quietis internæ tempus non posse exactè sentiri, quippè quæ nõnihil assumit ex prima dilatationis parte, & vltima cõstrictionis. proindeq; nõ posse talẽ proportionẽ obseruari. Itaq; nullã calũniã hæc diuisio videtur posse pati.

Caput quintum. An ordo aut contrarium semper accidat inæqualitati.

GAlenus, primo de differentia pulsuum cap. 9. ita scripsit. ἰδίτεταγμένος, καὶ ἄτακτος τμητέος τοῦ ἀνωμάλου εἰς τὲ τὸ κατὰ περίοδους ἴσον, καὶ εἰς τὸ παντίως ἄνισον καὶ ἑκατέραν τῶν τμημάτων τὴν γένεσιν ἴσχουσι, κατὰ μὲν τὸ τῶν περιόδων ἴσον ὁ τεταγμένος. κατὰ δὲ τὸ παντίως ἄνισον ὁ ἄτακτος. ideſt, fiunt aũt ordinatus & inordinatus pulsus, diuisa inęqualitate, in æqualitatẽ periodorũ, & omnimodã inæqualitatem: iuxta æqualitatẽ periodorũ ordinatus, iuxta integram inæqualitatem inordinatus. Itaque de sententia illius solus inæqualis dici potest ordinatus aut inordinatus, in æquali verò non spectatur ordo, aut contrarium. Huic loco videtur esse contrarius alter ex isagoge, capite de pulsu lethargicorũ, vbi ita est scriptum. εἰδέναι χρὴ τοῦτο καθόλου, τοῖς ἀνωμαλίαις, ὡς τὸ πολὺ τὴν ἀταξίαν ἑπομένην, τὸ παντίως δ' ἐπὶ ἐνίων ἀνώμαλον σφυγμὸν τεταγμένον. ideſt, Scire hoc oportet vniuersè, inęqualitatibus, vt plurimũ adesse ordinis perturbationẽ. rarò aũt contingit inuenire inæqualẽ pulsum ordinatũ. Vide quã sit hic locus priori contrarius. dicit enim hic apertè raro ordinatũ non esse æqualem, quare nõ fiet ordinatus aut inordinatus ex distributione inæqualis: sed tam æqualis quàm inæqualis poterit habere ordinẽ. Quantum ego intelligo, ordo, si quis cõsideret exactè, & vt prouectum iam virum in arte decet, nulli potest accidere differentiæ, quæ non possit recipere ordinis perturbationem, mutato solũ ordine, hæc enim est contratiorum lex. Sed æqualis pulsus non potest fieri inordinatus nisi amittat ęqualitatem, quare differentia quam habet, æqualitas propriè est, non ordo. atq; hoc docet Galenus primo de differentia pulsuum. sed si quis cõsideret minus exactè, vt licet tyroni, licet ei dicere pulsum omnẽ, qui inordinatus non est, esse quodammodo ordinatũ, tales sunt omnes ęquales. hoc modo locutus est Galenus ad tyrones quo in libro constat, vt hoc, ita multa alia scripta esse minùs curiosè, quę ipsemet Galenus in commentariis de pulsibus excoluit.

Caput sextum. Vtrum pulsus possit venire ad tantam crebritatem, vt alterutram quietum omnino amittat.

QVæstio, quã motu suscipimus disputandam, neque ab Hippocrate, neque à Galeno, neq; ab aliquo illorum, qui quæstiones medicas scripserũt, nec ab aliquo medicinæ professore ante nos disputata est: quippè quam primi nos inuenimus. nulli enim hactenus erat dubium, inter contrarios motus quietem intercedere aliquã necessariò, saltem nostræ tẽpestatis medicorum. Nã Galenus, vt procedens sermo declarabit, cõtrarium videtur sensisse: quanquã neq; illud quidẽ admodũ distinctè. Illud vnũ apertè professus est, vt multis aliis in locis, ita primo De differentia pulsuum cap. 15. in dicroto pulsu lapsũ arterięi ab vltimo distẽtionis termino nullã quę sẽtiri possit, quietẽ dirimere. An verò & sine quiete quę sentiri possit, possit arteria recurrere, illud non omnino explicuit: fortasse nimis curiosum, & minus necessariũ cẽsuit esse medicis, dummodo primum illud non ignoraretur. medicus enim sensu ducitur, non ratione & intellectu. Mihi verò illud etiam semper visum est verisimum, posse pulsum alterutra quietum, aut etiam vtraque omnino priuari. Nec verò est, quòd quisquam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quam me vt nimis curiose philosophantem, in re medica præcipuè, incuset: tota enim De differentia pulsuum doctrina, multa plena est contemplatione apud Galenum. Prætereà, qui semel illud recipiunt ex Galeno, in dicroti pulsus recessu nullã quæ sentiri possit quietẽ esse, qua nã facultate iudicant aliquam prorsus quietẽ intercedere? Nõ arbitror sensu: sensu enim percipi non potest: ergo philosophica ratione. Eâdẽ mihi videor mõstrare, contrariũ posse cõtingere. Primũ hæc nostra quæstio versetur primo illo cardine, qui in philosophia totus constitutus est. An possint fieri duo contrarii motus sine quiete media, quod in principio disputationis mõstro. ita em̃ (arbitror) oportet paradoxã opinionẽ. Intellige mihi proiectũ esse lapillũ sursum, & interim, dũ lapillus ascendit, corruere ingentẽ aliquã turrim: atq; in descẽsu obuiã fieri ascẽdenti lapillo, atq; illũ secũ motũ adhuc deorsum rapere. Vides ne cesse esse, aut lapillũ ascendentẽ descendere, priũs q̃ quiescat: aut magnã turris molẽ à paruo lapillo pẽ silẽ in aẽre retardari: quod qui cõcedet, sensu cõuincetur indigere. Dices fortasse: Detinetur turris tempore quod percipi nõ possit, prę breuitate. Lubet tunc interrogare, cur quiescit molles illa ingẽs: & motus eius interrumpitur breui illo tẽpore? Aut turris ipsa quiescit, quô vacet lapillo quiescere, ne tumendax sis: aut sistitur turris, quia videlicet lapillus restitit descensui. Primũ illud fortè non faciet turris: nisi tuæ sententiæ sit, & ab aliquo priũs eius quod expedit, fuerit admonita. secundũ hoc nec tu ipse dices, cũ tã parua resistentia in lapillo sit præ turris pondere. Sed addet aliquis quoniã parua resistẽtia est paruũ tẽpus sistit turrim. Ita ne? Cur igitur solus ipse aẽr non sistebat: sed continuus erat adhuc motus? Resistebat enim & mediũ nonnihil. Ergo, si quantulacũq; resistẽtia valet sistere quantamcunq; molẽ: & magnitudo resistentiæ magnitudine tẽporis, quo sistit, pensatur: necesse erat, singulas interiecti aẽris partes, singulas quietes efficere. & partes medii (quippe quod continuũ est) sunt infinitę. quare in infinitis cessationibus, necesse erat infinitũ tẽpus quiescere: & ita tandem in perpetuum nõ poterat eius motui oportunũ aliquod cõcedi tẽpus, in quo non à cessationibus interpellaretur. Est igitur euidenter verum, & monstratione confirmatum, esse motus contrarios sine quiete media. Qua ergo ratione dixerit Aristoteles octauo de motu (physica vocãt vulgo) cap. 7. vbi de motu alterationis & accretionis disceptat. Manifestũ aũt q̃ id quod mouetur quiescet in contrario. & rursus sequenti capite de latione hoc idẽ mõstrat, & in linea recta recursum sine quiete fieri posse negat. Galenus quoq; primo De differentia pulsuũ cap. 3. ita scripsit: Nam prius contrariũ motũ arteria, q̃ primũ sedauerit, non exordiatur. In hac quęstione ita videtur sentiendũ. Quãdo duo motus fiunt à natura agente naturaliter: aut alter à causa p̃ter naturã, & alter à naturali, sed naturalis mot⁹ superuenit nõ naturali: tũc tẽporis necesse est, quietẽ aliquã dirimere cõtrarios motus, vt in pulsu naturali, aut cũ lapis sursum proiect⁹ deinde suo pondere descendit. Si verò aut à virtute irritata vehementer p̃ter naturã: aut à causa externa, & violenta secũdus motus fit: nihil prohibet sine quiete recurrere, vt in lapide illo, qui non descendebat sua grauitate, sed à corruente turri repellebatur: aut in pulsu dicroto ex vibratione: in quo, cùm partes quædã sursum, quædã deorsum simul agãtur: fit, vt quæ ascendebãt in medio ascensu à descendẽtibus violẽtius, motu nondũ finito, sine quiete retrahantur: vt cũ cor est inæqualiter intemperatum, ita vt aliæ eius partes ardeant calore, aliæ sint fumido vapore plenæ. Fit hoc quatuor modis, vt inquit Galenus secundo De præsagatione ex pulsibus capite. 8. his verbis: Itaq; siue distendatur arteria, opera eorũ quæ distendũt, excipiet cõtractio interim distentionẽ & citra externã quietẽ: siue cõtrahatur, agẽtibus his quæ cõtrahunt. vtrũq; aũt horũ pluribus modis fiet: aut enim omnino vincet secũdus motus priorẽ: aut aliquantũ retrahet, vincens aũt prior, modũ institutũ cõplebit: vt tres fiãt omnes differentię pulsuum, & in distentione & in cõtractione. Prima cũ distentionẽ prius q̃ mensurã impleuit contractio excipiat: altera cum prorsus cõpletam excipiat externa quiete perdita: tertia, cũ distentionem cum adhuc fit, motus contrarius retrahat, qui debilior redditus, reliquum sinat compleri. haud aliter etiam distentio contractionem, nunc iam absolutam excipit, non permittens consistere: nunc eam, prius quàm confecta sit, impediens & vincens excipit. Hæc Galenus. Nos quatuor modis diximus fieri, vt arteria priuetur quiete. quia, quod ad ad nostram attinet disputationem, tertius idem est, cũ primo. Ex his ergo facile quiuis (arbitror) quantũuis rudis intelliget, Galenũ quoq; ita sensisse, & antiquissimũ esse hoc dogma. Quare huius quæstionis iã faciã finẽ, si prius Aristotelis argumẽtis respondero. Nunquam enim contemnendus vir hic est. Si (inquit) aliqui mouetur de. a. ad. b. & in. b. non quiescit. mouetur, & nunquam est in fine: & in extremo motu simul adest & abest. â. b. Respondetur: aliud est esse in aliquo loco, & aliud quiescere in illo. potest enim esse in loco etiam qđ mouetur, vt ignis in proprio dicitur esse loco, quiescens nullibi. Præterea, necesse esse in fine actu quiescere (quia illud est verè esse in loco) cùm à virtute propria res quæ mouetur agente naturaliter fit secundus motus, intelligo & concedo: sed cùm fit aliunde adueniente hoste, qui istas quiescendi inducias non dat, neque concedit potiri fine, vt virtus facit, cur iam quoq; quiescat? Igitur ipsæ quoque Aristotelis rationes, cum nostra interpretatione videntur habere vim. nam aliud, quod affert, de accessu & recessu in eodem temporis puncto, quo pacto Aristotelem conturbat? Requiro em̃ ab illo an, cùm res quæ mouetur it de. a. ad. b. per. c. motu continuo & perpetuo, illius pars. d. gratia exempli, accedat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

simul,atque in eodem temporis puncto,& recedat à.c. Si concedit,cõcedam. Neque est quod ille miretur,aut accuset. Si negat,rationem requiram,qua illi ipsi respondebo. Videtur itaque nostra sententia Aristotelis esse opinio. nã cùm à virtute agente naturaliter fit secundus motus,quę colligit absurda & grauia sunt:alioqui nulla.sed non tam constat Aristotelem ita sensisse, quàm veram esse sentẽtiam. de qua dicendi iam finem facio,quò ad aliam quæstionem transgrediar.

Caput septimum. Quatenus possit cognosci constrictio.

IN hunc vsq; diem durat apud plerosq; medicos antiquata illa Archigenis sententia,constrictionem sentiri nõ posse.quã tñ conuicit Galenus docens dignoscendæ illius apertam rationem. Omnes(inquit)pulsuũ differentię sentiũtur nõ per se,sed per affectũ,quẽ tactui inferunt. sed infert cõstrictio tactui nostro affectionẽ quę nõ minus sentiri potest, q̃ dilatatio.nã dilatatio arteriæ facit cõprimi pulpã nostri digiti:& constrictio facit dilatari,&tactus potest sentire tam propriam dilatationem quàm constrictionem: ergo potest sentire tam pulsus constrictionem, quàm dilatationem. Sed videtur hæc eadem ratio cõficere,non solũ sentiri posse constrictionẽ,sed etiã necessario sentiri:atq; adeo necessario sentiri tantum constrictionis quantũ dilatationis. nã, quemadmodũ ipse Galenus inquit, necesse est tantũ carnis exquisite recurrere in descensu,quantũ ascẽderit cõpressum arteriæ dilatatione. igitur affectiones tactuum per quas sentiuntur dilatatio & constrictio æquales sunt.quare &ipsi sensus. Sed res non ita habet.nam,si tantum cõstrictionis sentiretur necessario, quantum dilatationis, neminem posset latere constrictio qui sentiret dilatationẽ: tñ dilatatio latet neminẽ : & ad cõstrictionis sensum Galenus ipse indiguit longa exercitatiõe. Vnde illud apertè deducitur notitiã constrictionis & dilatationis fieri per æquales tactus affectus.atq; proinde tantũ cõstrictiõis cognosci posse, quãtũ dilatationis.Cæterùm,quia cõstrictiõis notitia obscura est,& difficilior notitia dilatationis,fit vt possit aliquis, dilatationẽ sentire sine sensu constrictionis:& vt raro quisquã tantum sentiat constrictionis, quãtum dilatationis. Est verò notitia constrictionis difficilior, q̃ dilationis:non, vt dicũt q̃ multi, quia constrictio interius fit sub cute,&carne:nã nec dilatatio fit extra hęc.in eisdem enim sedibus dilatatur arteria, in quibus cõstringitur. Sed cõstat,violentas affectiones facilius sentiri inuiolentis, & eas quæ extrinsecus inferuntur,quã quæ à nostra ipsorũ natura fiũt.nã, si quis ab externo aliquo corpore refrigeratur, acriorem habet passionis sensum : quam cùm post modum amoto refrigerante sua sponte incalescit: quamuis tantum recuperet caloris,quantum à refrigerante violenter fuerat corruptum. Ita cũ arteria dilatatur ab ipsis tunicis dilatatis,comprimitur caro nostra per vim:cũ cõstringitur arteria dilatatur caro sua sponte remissa violentia. Quare constat passionẽ propriã tactus,qua sentit constrictionem, tardioris esse sensus:& proinde constrictionis notitiam obscuriorem . Igitur sentiri potest tantum constrictionis,quantum dilatationis per longã exercitationẽ,& optimam naturã: tamen rarò non sentitur plus dilatatiõis. Sed nec dilatatio nec constrictio potest sentiri tota: quin potius cũ quiete interna in sede profundiori latet necessariò vltima constrictionis pars,& prima dilatationis:tanta, quantã mẽbra incũbentia arteriæ,& põdus quod accedit ex ipso tactu possunt detrahere de cõstrictionis dignotione. Id quod euidenter licet cuiuis intelligere,considerãti,pulsus omnes,cũ sensim imminuũtur homine tendente ad mortẽ,prius sensum fugere prę paruitate, q̃ omnino substollantur. videas em̃ duos, aut plures medicos,ægrotum visentes,hunc quidem obscurè parũ,illum omnino sentire nihil, prout quisq; præditus est bona natura,& magna exercitatione. Cũ ergo nullus tã acri sit sensu,& tãta exercitatione,in quo nihil desideretur: euidenti argumento est, semper aliquid relinqui ante extinctionem quod sentiri non possit. Ergo tãta pars dilatationis & constrictionis in maiori pulsu fugiebat sensum: quanta relicta est in hoc,qui est in hypothesi,prę paruitate sensum fugiens. Fugit itaq; sensum semper te,cũ contingit rhythmũ alterari,& cõstrictionis pars quę sentitur,nõ possit esse maior parte dilatationis quę sentitur,sed ferè semper sit minor, vt explicuimus: constat partem constrictionis,quę fugit sensum,magna ex parte esse maiorẽ parte dilatationis: minorẽ verò nunquam posse esse,sed ad summum æqualem. Aequitatem diximus quatenus possit sentiri constrictio.

Caput octauum. De dignoscenda velocitate pulsus.

TErtio libro De dignoscendis pulsibus cap.1.docet Galenus ad cognoscendam motus velocitatem nõ oportere tẽpus motus cõferre cũ [illegible]tio:sed satis esse impetũ cõsiderare, & an facile locis cædat res mota.manere em̃,inquit,in locis [illegible]n,quæ mouetur aliquatenus. Qui locus alioqui obscurissimus,à nullo,quem ego norim,hactenus [illegible]arratus est. Quare cũ nonnulla dicenda sint propter erudi tionẽ nonnulla propter lectionẽ,Galeni p̃cipuè,cuius mentẽ non assequi, cũ in eo semper versemur, turpe sit. Quanquã quæstio de motu omnino physica sit:tamẽ nonnihil de illa dici à nobis hoc in loco oportere in animũ induxi,quod de ea nullus dixerit,& tamen non parum cũ pulsuũ dignotione coniuncta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuncta sit. Si enim arteria dū mouetur, aliquo modo in locis spatii manet: satis est ratione mansiunculārum, & impetus modū cōsiderare. sin minus, opus est tempus cū spatio cōferre ad velocitatis dignotionem. Galeni verba hæc sunt. Vbi enim in locis morantur tardū esse motum diximus, vbi facilè discedunt, celerem. hic scio futurū, vt quæstio se physica offerat, an corpus dū mouetur, etiam maneat, aliquo modo: atqui in cōmētariis de motu, illud ita, vt quod maximè, probatur verū esse: at in præsentia cauebimus, ne implicemus nos tantis quęstionibus. illud tantū quo sensus informatur ad cognoscendos celeres & tardos pulsus, satis est, si dicamus. nimirum, quendā motum cædere videri facile locis, in quibus semper fit, quendā diutius in illis morari: itaq; hunc tardū, illū celerē vocari: ex locorū transitu sensu dignotionis facto, nō ex totius motus tēpore, neq; separatim & solo, neq; quatenus cū quantitate cōparatur: itaq; celeritatis & tarditatis facile notitiā cōsequimur, non perinde consecuturi, si quantitate tēporis & interuallorum obseruata, eorū sustineremus, proportiones obseruare. enim verò non sustinemus: nā vt in primam mutationē aciem intendimus, momēto tēporis, moram corporis de quo disceptatur, deprehendimus, ex qua coniicimus transitū. quæcūq; igitur eminus cernimus, hæ nobis interim diutius vidētur consistere, licet agitantur velocissimè. vnde liquet ratione nos motum nō sensu deprehēdere: siquidem cum prima quęq; pars, quę sentiri potest corporis quod mouetur in primo loco qui sentiri potest, tempore primo quod sentiri potest manet, quod cernimus, videtur esse immotum. at verò, vbi prima pars, quæ sentiri potest in primo est loco, & tempore, manet breuiori, primo quod sentiri potest, tunc videtur moueri. quodcūq; enim dictorū, dissecari, quod ad naturam attinet, in infinitum potest, sensu verò, primas certas habent, & indiuiduas partes: quod planum facit, ratione omnem motum, non sensu dignosci: quia verò sensui ratio cōiuncta est, & mentis est transcursus velocissimus, sæpenumero non ratione, sed sensu deprehendi videtur: nam quorū in primo ad sensum loco manet, horū tantū nos motus apertè fatemur, nō sensibus sed ratione colligere, vt gnomonis vmbræ, & lunæ, & solis, & omniū siderum, etsi quæ alia à nobis longissimè distant: quorū autē, vt dixi, breuius est tēpus, eo quod primū ad sensum est, sine tēpore horū mansio & transgressio locorū videtur. omne enim quod minori, primo ad sensum, tempore fit, omnino tēpore videtur carere. Hęc sufficerit, ex Galeno desumpsisse. Omnes hucusq; difficilem hunc locum transiliere, nihil in illo enarrando, quasi omnino medicis sit inutilis laborantes: qui tamen, vt diximus, non adeo est inutilis: sed, vt esset inutilis, mihi semper graue fuit non intelligenti autoris locū aliquē, ad vlteriora transire. Hic locus cōtinet opinionē Galeni de latione, quæ Zenonis fuit, & Stoicorum multò antè. Hanc ego modo pro loci intelligentia declarabo: ostendam q;, eam non minus cōtraria probabilē. Expositio integra, vt [illegible] prescriptis verbis patet, commentarios Galeni de motu poscebat: qui tamen, vt multa alia eiusdē autoris opera, desiderantur. Sed quę illius opinio sit de motu secundū locū quantum ex hac dictione licet colligere, iam declaro. Cùm corpus aliquod mouetur, facit & mānsiunculas quasdam, quę quietes sunt, in locis spatii per quod mouetur: & de loco ad locum, transgressionem. Transgressio motus est continuus, sed qui sentiri non possit præ breuitate tēporis quod insumit: & in omni motu semper æqualis. Mansiunculæ nunc sunt minores, nunc maiores pro ratione velocitatis motus. quod enim corpus velocius mouetur, minus manet in locis: quod tardius, plus. Vnde liquet, motum non sentiri. quod enim est transgressio, illud præ breuitate percipi non potest. Mansiunculæ autem, quietes sunt. Sed videmur nobis videre motū, quoniā videmus corpus quod mouetur in alio & alio loco esse. Vnde moueri intelligimus, nō quiescere. Atqui cùm esse in alio & alio loco sensus percipiat: & rationis transcursus sit velocissimus: fit vt nobisipsis videre motū videamur, nō intelligere. Transgressiones, quanquā æquales sunt, semper secundum tempus, siue diuersa sint corpora quæ mouentur, siue idem, modò velocius, modò tardius agitatū: tamen possunt esse inæquales secundū partes eiusdē corporis quod mouetur, nimirū vt motus ipse. Cū em cœlū mouetur, pars quę est in superficie cōuexa maiores facit trāsgressiones secundū spaciū, q̄ quæ est in concaua. sed hoc non tā est inæquales esse transgressiones, quā vnā inęqualē. totū em cœlū se ipso, etiā si modò moueretur celerius, modò tardius, neq; maiores, neque minores, neq; celeriores, neq; tardiores trāsgressiōes faceret. sed neq; inferius cœlū superiori, quātūuis hoc celerius, illud tardius moueatur, minores aut tardiores transgressiones facit: neq;, vt in summa dicā, corpus quodpiā altero, vtcūq; moueātur ęquè, aut nō ęquè velocit[illegible] ota em in[illegible] differentia est in mansiunculis, non in transgressionibus. Hęc est Galeni de [illegible]u secundum locum opinio. Quę, tam est probabilis, vt parum absit quin eam contraria atque a[illegible]cò communis ferè omniū sententia dicā multò probabiliorē. Nā primò, si omnis motus secundū l[illegible]cū cōtinuus est, & nullis quietibus interceptus: corp⁹ qđ mouet in locis mediis nun q̄ est, sed semp[illegible]oueret, & quilibet pūctus corporis qđ mouet in singula pūcta spatii sine tēpore delabit. Quod si fit [illegible]llus motus potest esse altero velocior, aut tardior. Nā qua ratione velocius mouet hoc corpus q̄ illu[illegible]? An nō, quia minus tēporis cōsumit in minori aut ęquali spatio? aut ęquale tēpus in spatio maiori? An est aliud cōsumere minus tēporis, q̄ min⁹ morari: Sed si neutrū aliquātisper moraret: neq; pl⁹ aut min⁹ moraret. morat igit vtrūq;. qđ nihil aliud est, q̄ moras facere. & vt maiores aut minores facit moras, ita plus aut min⁹ morat, & velocius aut tardius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dius mouetur. Quare morulę,cũ impetus est maior,minores fiũt.Cùm minor,maiores. Transgressiones enim,constat esse ęquales. & quandoquidẽ continuæ sunt: non possunt magis aut minus dici celeres. Sunt igitur transgressiones & magnitudine & celeritate pares. Quare supereſt,in sola morularum breuitate,aut productiõe rationem velocitatis maioris aut minoris vnius motus qui sentiatur ad aliũ consistere. Prętera,si motus esset accidens quod sentiri posset,cur solis motum non videremus? Nam quanquã distantia est maxima: tamen est accidẽs intensissimũ. velocissime enim mouetur. Vt ergo videtur cũ luce,magnitudine,& reliquis accidentibus: posset videri cũ motu. atq; vt motus tardior appareret: forte hoc ratione faceret distãtię: sed,vt omnino substolleretur sensus,nõ est ꝙ faceret. Cur etiã gnomonis motus nõ videretur? An qm̃ tardissimus? Sed vt tardissimus,ita distãtia potest esse minima. Quod si motus sentiretur: cur nõ perpetuo sentiretur? Atq; ita in astris, & gnomone,quorum motus nos ratione cũ sensu cõiuncta cognoscere,aperte fatemur? Sed rogent nos, qui cõtrarię sunt opiniõis: Si ratione cognoscitur motus,cur nõ in omnibus id percipimus,vt in motu gnomonis & astrorũ: quorũ motus ratiõe cognosci nõ ignoramus? Si huius discriminis rationẽ reddiderimus,nihil videbit desiderari ad nostræ opinionis probabilitatẽ: quæ longe diuersa est in gnomone,& in astris. In gnomone enim tam est tardus motus,vt mansiunculę sentiri possint. Quare cũ trãsgressiones sentiri nõ possint: gnomon perpetuò videtur quiescere. In astris,quietes aut mãsiunculę breuissimę sunt,nec sensu percipi possunt: sed spatii interualla,quę inter mansiũculas intercedũt,cũ hęc in omni motu, siue veloci,siue tardo ęqualia sint,ex tãta distantia nõ sentiũtur. Vnde fit,vt neq; esse in alio loco, nisi per notatu digna interualla,sentiamus. Quare hic rationis transcursus,qui cũ sensu cõiungitur,non est tã velox: & apertè cognoscimus,intellectus esse opus motus cognitionẽ: vt vel ex his pateat facilius problematis omnibus responderi ex hac sententia,q̃ ex contraria. Neq; est ꝙ sapientium quenquam huius dogmatis raritas conturbet. nam vulgarium hominum est non vulgares opiniones demirari, sapientiũ paradoxa disputare: etsi quid in ipsis probabile sit, id quoq; recipere. nam aliter quid interſit inter peritos & ignaros? inter ingeniosos & rudes homines? Illud enim,arbitror, pleroſq; deterrebit,motũ non sentiri,cùm se sentire pleriq; hominũ iurarent. Mihi verò nihil intellectu facilius: quàm sępe nos sensibus deceptum iri,nisi ratio cum illis coniungeretur. Dum homo mouetur,sensus nihil omnino iudicat esse quietum. nam quę,dum mouemur,intuemur attente,similem nostris oculis ingenerant visionem, atq; si nobis quietis,illa mouerentur. Sæpe ludentes pueri ardentes cãdelas circũferunt, & flãmeos in aëre circulos,quantũ capit sensus,ita faciunt. Illud vnũ supereſt argumentum solutione egens. Dictũ est in sexta quæstione,ac cũ demonstratione prolatũ,duos motus contrarios posse succedere sibi inuicẽ nulla quiete intercedente. quod tamen huic opinioni non videtur cohęrere: & vt legenti erit apertum,tota vis demonstrationis corruit. quia necessario res ita mota faciet mansiunculã in puncto quo reflectitur. Respondetur,apud Aristotelem,qui lationem motum cõtinuum statuit,& qui sensu percipi possit,euidenter probari cõtrarios motus esse nõ interposita quiete. Sed apud Galenum,qui,vt diximus,nullũ motũ qui sentiri possit,continuũ esse opinatur,neq; duo motus, & illi contrarii, cõtinui fuerint. Sed illud satis est ad demonstrationem,rem eã, quæ retorquetur, nullã lõgiorem moram tracturam eo ꝙ reflectatur,q̃ si simplici moru ageretur: vnde constat eam quietem non ex contraria latione,sed ex natura ipsa motus & magnitudine impetus fieri. itaq; reditus ad contrariã lationẽ nõ tollit eam quietem,quæ motui ipsi naturalis est,verum vltra illam nullam addit aliã. Atq; ita patet,vt hæc sibi cõstent placita. nã mansiunculę,de quibus disseruimus,neq; causa resistentiæ,neq; recursus,sed motus ipsius naturâ fiunt,cũ quocunq; impetu in quocunq; spatio semper ęqualis. Hęc opinio illud vnũ habet prę cęteris,ꝙ tribuit apertam velocitatis & tarditatis motuum, qui percipiũtur, rationem. nam contraria opinio,quę motum continuum lationem statuit,alioqui non improbabilis,hanc habet difficilem. Sed quidquid de motus natura sit,locus Galeni ita est declarãdus. Intelligentibus hęc sufficiãt. Imperitis, & quibus à semel inbibitis opinionibus recedere religio est: & aliis,qui,vt sunt rudes,probabile aliquid inueniri iã posse desperarũt: neq; multò plura sufficiẽt. Quare ad aliã quęstionẽ iã venio.

Caput nonu[illegible] An sit differentia aliqua pulsus, quæ non pendeat ex permu[illegible]tione causæ continentis.

REceptissimum est apud omnes medi[illegible]s, causas antecedentes aut procatarcticas nõ posse pulsum ad aliquam differentiam permutare, c[illegible] in causas continentes prius attingat mutatio. Sunt enim, docente Galeno primo capite primi I[illegible] causis pulsuum tres causæ continentes pulsuum, virtus, scilicet,vitalis,cuius pulsus est operatio,in[illegible]umentum,& vsus. instrumenta sunt arterię: vsus, attemperatio caloris vitalis,& regeneratio spiritus animalis. Appellantur hæ causæ Continentes: quoniam nulla illarum mutari possit,vt constans maneat ipse pulsus: neque pulsus prius possunt immutari, quã continentes causas attingat alteratio. Itaque multitudo,lentor,& crassities humorum,quæ causæ antecedentes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tecédentes sunt:cibus & potus,somnus,& vigila,&,vt semel dicã,res omnes non naturales, quæ sunt procatarcticæ causæ,non videntur qua ratione,possint pulsus permutare,nisi per continentium alterationes.Nam,siue homo dormiat,siue vigilet:siue moueatur,siue quiescat:siue aliud quiduis agat,aut non agat:si virtus vitalis manet nulla ex parte mutata:calor neque crescit,neque decrescit,neque vsus spiritus regenerandi mutatur,& arteriæ duricie,aut mollicie, compressione,aut tensione, aut aliquo alio affectu,qui ipsas agiliores,aut difficiliores motu possit reddere,non afficiuntur:quomodo pulsus talis non sit,qualis à principio erat?si scilicet & efficiẽs,& instrumenta,& finis sunt adhuc vt antea fuerant?Est itaq; his rationibus confirmatum,& receptissimum hoc dogma.Sed in modo, quo animi affectus,aut perturbatiões,ira scilicet,timor,gaudium,& tristitia,& si qui sunt reliqui motus,pulsus mutant,videtur hoc medicorum placitum deficere.permutant enim pulsus animi perturbationes per se, non mutatione causarum continentium.Quod non videtur ratione carere. Nam, cùm hi sint animi affectus magis,quàm corporis:quid prohibet, ipsos per se animum ad mouendum excitare? De pulsu iræ dictum est,motum quendam esse vehementem:quoniam scilicet animus, mouetur amore vindictæ ad repellendam iniuriam:coq; vehementer mouet,non aliter quã virtus animalis,cùm motus necessitate vrgente apponit maiores conatus,& motum facit vehementiorem.Sed dices:Ira calfacit cor & proinde vsum permutat.Fateor.Verùm non propter solum caloris incrementum pulsum talem facere intelliges,considerans ardentium febrium,in quibus non minus quàm in ira calet cor, pulsus magnos esse,sed nondum altos vt in ira.Fiunt verò alti pulsus immodica distentione, quam non capit id spacium,in quo arteria pulsans continetur.Est ergo,vt diximus,ea mutatio, non ex caloris augmẽto, sed ex modo quo animus ipse perturbatur.Est hactenus constituta difficilis controuersia, de qua breui dicam quod sentio,& quod mihi videor euidenter confirmaturus.Nulla causa potest pulsum ad aliquam differentiam alterare,quin illud ex permutatione,quam in aliqua, aut aliquibus continẽtium causarum facit,proueniat præter animi affectus:hi enim,cùm illius affectus sint, possunt per se animũ perturbare:atque ad hunc,aut illum motum impellere,vt monstratum est.Cæterũm,neque animi affectus possunt,vt arbitror,pulsus permutare,quin permutent causam aliquam continentem.motis enim spiritibus introrsum timore,aut mœstitia:vel extrorsum gaudio,aut efferuescentibus ira: non potest non augeri calor,aut suffocari:virtus augeri,aut debilitari,& conatus apponi,aut substrahi(docebimus autem nos,nomine virtutis,conatum quoque debere intelligi)itaque alteratur necessario, aliqua,fortasse,causa continens,ita affecto animo, & causæ continentis alteratio necessario pulsus alterat.Cæterum differentiæ pulsus,quæ per animi affectus fiunt,non ex sola causarum cõtinentium mutatione sunt:neq; tam ex hac,quàm ex ipso animi motu per se. Nam præterquàm quòd illud quod de ira paulò antè diximus,apertè hoc declarat:qua ratione in repentino timore fit vibratus pulsus?An nõ ex animi perturbatione?Non enim ex mutatione causæ continentis: nam dicente Galeno secũdo De causis pulsuum vibratus pulsus constante virtute, & aucto vsu, in obsequentibus instrumentis fit: timor verò vtrumque remittit,virtutem,scilicet,& calorem:Ergo facit vibrationẽ pulsus ex animi conturbatione.Sed & rationi est per se admodum consentaneum, cùm pulsus sit vitalis potentiæ motus, quæ eadem est irascibilis vocata anima, vt in illius differentiis motus animorum repræsententur.Facit nempè ira,pulsum altum. prodit enim animus,furẽs ad prosequutionem vindictæ: & talem in suis instrumentis motum facit,qualem solent ipsa animalia in hostes irruentia.timor facit paruum fugientem ad intima cordis calore,more trepidantium animalium,& queritantium latibula præ timore. Neq; his repugnat quod Galenus dictas paulò antè tres causas continentes appellauerit. sunt enim re vera continentes,etiam si hæc ita habeant,vt modo dicimus.nam ad causæ continentis essentiam (vt in sequenti libro monstraturi sumus)illud vnum sufficit,non posse,causa omnino sublata, perseuerare effectum.Sed de his hactenus.

Caput decimum. An aliqua pulsus vehementia sit nimia,& præter naturam.

QVãdoquidem Galenus primo libro De causis pulsuum in libro Vtrũ, An, sicut in magnitudine & reliquis differentiis:ita & in vehementia sit mediocritas aliqua secundum naturam, vltra quã qui pulsus constiterit,iam præter naturam sit: & tamen sententiam propriam vix declarauit: Nos,quod in hac quæstione sentiendum est,modò dicemus.Fuere, qui nullum vehementię gradum posse esse præter naturam dicerent,ducti his rationibus: quod est sẽcũdum naturam,illud est melius, & quod magis expeti debet:sed quò vehementior est pulsus,eò est melior. siquidem vehementia pulsus ex sola virtutis vehementia fit:quæ quò magis constiterit,eò est melior. Vocant Galenum testem, qui vehementiam pulsus propriam differentiam esse vehementiæ facultatis dicit: vt & duriciem pul-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sus,duritiei arteriæ,non solum familiarem. Est tamen propriæ differẽtiæ ratio,vt ex causa,cui est pro pria,semper fiat: & ex nulla alia possit prouenire. Alii contrà sentiunt,aliquam pulsus vehementiam es se nimiam,illud hac ratione comprobantes: Pulsus naturalis requirendus est in homine optimæ constitutionis,in optima ætate,tempestate,regione,& reliquis,quæ solent alterare,constituto, ab omnibus animi affectibus immuni: sed si hic idem subitò iracatur,aut corripiatur diaria febre, aut vinũ bibat,robustiorẽ pulsum habebit. Igitur qui gradus vehemẽtiæ additus est, non est naturalis. nam si esset,in homine habente secundum naturam inueniretur potius,quàm in febricitãte. Qui contrariæ opinionis sunt,his ita respondent. In irato,& qui vinum bibit,aut diaria laborat febre,pulsus vehementiores videri: non esse tamen,sed æquè vehementes,maiores, & celeriores: magnitudinem autem cũ celeritate, speciem exhibere maioris vehementiæ. Galenus huic quæstioni respondet,nil aliud, quàm in potu vini re vera fieri pulsus vehementiores,ex refectione scilicet,sanguinis,& spirituum: sed in ira videri magis. Quæstioni respondet nihil. Nos verò ex aliis Galeni locis quicquid hic dicat, apertè intelligimus,& ratione inuenimus,in ira non videri modò,sed fieri etiam posse re vera vehementiores: & in diaria etiam febre,& potu vini: sed in vini potu duplici ratione, vt iam dicam: in reliquis,simplici: ac continuò aliquem gradum vehementiæ in pulsu fieri posse præter naturam. Quod euidenter intelliget,qui illud non ignorabit,aliud esse,robustam esse actionem,aliud robustam esse facultatem. nam facultates, quæ non agunt semper pro viribus & quantum possunt, vt ignis, possunt, etiam si robustæ sint,imbecillas actiones edere, aut non tam vehementes, quàm possent cum extremo conatu. quid enim prohibet, vehementiorem luctatorem subuerti à debiliori, si minores altero apponit conatus? Igitur,quando pulsandi virtus mouet pro ratione vsus, non pro viribus: potest vehementiorem edere actionem, non aucta re vera, sed apponens maiores conatus. nam aliud est maiores habere vires,aliud maiores vires accommodare actioni: sed pulsantem virtutem, etiam si libera non sit,non tamen agere vsque ad extremum potentiæ disces: quoniam neque variata virtute, neque mutato instrumento ex sola vsus mutatione, mutatur pulsus magnitudo. Nimirum animalis virtus pro arbitrio mouet: naturalis,pro ratione patientis,ad id quod agit: vitalis medio modo,non pro arbitrio, sed pro ratione vsus. At verò fortasse dices, vehementiam actionis,solùm ex virtutis vehementia proficisci: conatum verò,magnitudinem, & celeritatem posse facere: quæ, vt illi dicebant, vehementiæ exhibent speciem. Quando ita dicis,quæro. Quid est,aliquam motionem esse vehementem,aut debilem? Non enim satis est,si dicas, ex vehementi virtute, aut debili fieri. nam præterquàm quòd in nostra disputatione principium videaris petere,per efficientem causam non debes effectus essentiam definire. Oportet,ergo aliquid ipsi motioni inesse,quo vehemens sit. illud autem,dicente Galeno,est nil aliud, q̃ facile subuertere,quæ contingit,aut subuerti. Velociter moueri,non in facili, aut difficili subuersione est,sed in longitudine aut breuitate morularum,quas in locis spatii corpus facit (si quid eorum quæ de motu secundum locum diximus,non sumus obliti) sed conatus maior,nõ solum facit moras, in locis, breues; sed & addit robur actioni, quo minus quod mouetur subuerti possit: nam tremulus senex, cùm nulla re vrgente,liber ambulat,tardius,& imbecillius mouetur. si vero hic idem,aut impetentem taurum,aut inuadentes latrones fugiat,non modò celerius,sed & vehementius mouebitur. non enim solũ,minus morabitur in locis,sed ab iis quę offendet,subuertetur minus. Igitur stat nostra opinio,nõ omnem vehementiam motus ex vehementia virtutis fieri,sed conatum efficere posse, vt vehementior aut minus vehemens actio sit. Quod præterquam quod à nobis modò monstratum est,à Galeno multò antè est dictum. is,scilicet, quarto De causis pulsuum capite primo ita scripsit: Videtur enim clarè pulsus in his vicissim fieri languidus,& vehemens: non quod tam repentè facultas in imbecillitatem variet,& robur: sed quòd cum causis quæ illam molestant decertet. Tertio De causis capite octauo,dormientium pulsus constrictionem vehementiorem esse dilatatione: quia natura fumidum excrementum,quod copiosum colligitur, expellere vehementius auet. Tamen constat virtutem in se, non posse esse vehementiorem contrahendo,quàm distendendo: sed vehementius conari. Si igitur monstrauimus,modum vehementię pulsus,non semper sequi modum vehementiæ virtutis: sed vehementiæ & conatus. vehementia autem,quò maior est,eò sit melior: conatus autem à re præter naturam augente vsum possit excitari: constat cùm,aut propter diariam febrem,aut iram,aut aliam quãlibet occasionem pulsus vehementior fit: illum gradum, qui ex vehemẽtia fit, naturalẽ esse: qui verò ex conatu,posse esse præter naturam. Quid ergo? Nunquid vehemens pulsus proprius est vehementiæ virtutis: aut accusandus est Galenus,qui a censuit? Nam videtur cum inuenta sit alia causa ex qua potest proficisci,familiaris esse,non propriu. Mihi indifferens est,dixerit ne Galenus,necne,modò ratio constet. nulli enim mortalium addictus su, neque in cuiusque verba iuraui sed veritati studeo. Verũ illud videtur dicendum pro Galeno,& ne ostra opinio,quæ & Galeni etiam est,alia eiusdem autoris placita subuertat,nomine virtutis intelligi ebere & conatum nõ enim rationabile est,motum gignere aut immutare vires eas,quæ in corde sunt,sed quæ accommodantur ad actionẽ. Cæterũ hæc quæstio iam videtur finem consequuta.

Capu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caput vndecimum. De cauſis inæqualitatis pulſus.

NIhil eſt expetendum magis, in tradendis diſciplinis, aut adddiſcendis, compendiaria quadã & brẽui methodo. proinde nos omnia quæ de cauſis inæqualitatum in pulſibus ſcribuntur à Galeno, quæ quã multæ ſunt, conſiderantes, cum aliis neothericis, qui non aliter ac nos intelligêre, breuẽ hanc doctrinam collegimus, ac nobis habemus: omnem inæqualitatem naſci ex vitio inſtrumentorũ. id quod citra quæſtionem non poteſt tranſigi: eſt enim quod obiiciant, qui calũmniis magis ſtudent, quàm doctrinæ. Secundo de præſagatione ex pulſibus capite quarto, hæc ſcripſit Galenus. Igitur de inæqualibus omnibus pulſibus, hoc vniuerſim ſciendum eſt, quod in ſecũdo libro De cauſis pulſuum, oſtendimus, ex oppillationibus eos, aut ex compreſsionibus inſtrumentorum, aut humorum multitudine, ad facultatem collata, aut ex cordis inæquali intemperie conſtare. Conſtat verò, hęc omnia, vitia eſſe inſtrumentorum: ſunt ſiquidem inſtrumenta pulſus, cor & arteriæ. Si igitur in his oppillatio vel compreſsio eſt, vel inæqualis intemperies, vel humorum multitudo, facultatem grauans, cõſtat vt inſtrumenta male habeant. itaque ſunt quatuor inſtrumentorum vitia, à quibus inæqualis pulſus fit: cæterum ſine vitio inſtrumentorum nunquam fit inæqualis. Sunt qui argumententur inæqualem intemperiem male referri ad inſtrumentorum vitium: cum potius in vſu vitium ſit: ſi enim, dicunt, pars alia arteriæ calida eſt alia frigida, in vſu eſt inæqualitas. Sed hi mihi videntur putare, nullam intẽperiem inęqualem poſſe inæqualem pulſum facere, præter eam, quæ in calido & frigido eſt: cum tamen ſi pars alia arteriæ humida eſt, alia ſicca, inæqualis ſoleat fieri pulſus: quia quæ humidior eſt, eſt ſtatim mollior, & proinde faciliror motu: quæ ſiccior, durior, ac propterea tardioris motus: quod vitiũ inæqualis intemperies eſt, & nihil habet cum vſu commune, ſed inſtrumentorum eſt tantum. quare ſi hęc intemperies inæqualis, eſt inſtrumentorum vitiũ: conſtat quamcunq; aliam fore. nam hoc vnum & ſcilicet, inæqualiter temperata ſunt, facit, vt ſit inſtrumentorum vitium. quòd ad calidum, aut frigidum, facit vt vitium ſit, non inſtrumentorum tantum, ſed commune cum vſu, qui etiam inęqualis eſt ſecundum diuerſas partes inſtrumentorum. Nam cum incaluit, altera arteriæ pars, & altera perfrigerata eſt, duplici de cauſa eſt pulſus diuerſus: & quia vſus in alia parte eſt auctus, in alia imminutus, & quia calida pars arteriæ eſt agilior, non aliter ac quæ humida ponebatur, frigida verò eſt motu difficilis. Ex quibus nullus non (arbitror) intelliget, quantumuis rudis, & imperitus, non fieri hanc inæqualitatem pulſus ſine vitio quod ad inſtrumenta referatur meritò. Sed dices. ergo febris & quæcunq; intemperies fiens, eſt vitium inſtrumenti. nego. Nam inęqualitas in quacunque qualitate poteſt eſſe tanta vt ſentiri poſsit, vt cum pars alia, magnitudinis quæ percipiatur ſenſu, calida eſt, alia frigida, vel alia quidem valde calida, alia non ita, neque iuſta proportionem: & hæc eſt, vt diximus, vitium commune vſui & inſtrumento. Alia eſt intemperies, cuius inęqualitas, non eſt per partes ſenſui ſubiectas, qualis contingit in omni intemperie non facta: atque hæc, vitium eſt vſus, quia eſt intenſionis quæ ſentitur: non inſtrumenti: quia eſt inæqualitatis quæ non ſentitur, &, quantum ſenſus aſſequitur, inſtrumenta habent eodem modo. Quod ad inęqualem intemperiem attinet, ita habet. Eſt verò etiam difficile, qđ de multitudine humorum, ad virtutem collata, dicebatur: videtur enim hoc facultatis vitium non inſtrumẽti: tũ quia hęc imbecillitas facultatis grauatę dicitur paſsim à Galeno: tũ etiã, quia quãtũuis expedita vaſa ſint, ſi virtus imbecillior eſt q̃ pro modo humoris, fiet inæqualitas in pulſu. Sed, ſi quis rectè cõſideret, intelliget nõ eſſe hoc vitiũ facultatis, magis quã inſtrumẽtorũ: ſed quẽadmodũ intẽperiem inæqualẽ diximus, cõmune vitiũ vſus, & inſtrumẽtorũ: ita hoc dicimus cõmune inſtrumentorũ & facultatis. Nã quãtũcunq; conſtet facultas, ſi vaſa pleniora ſint, q̃ pro facultate, alioqui nõ imbecilli, fiet inæqualitas in pulſu. Quod ſi, vt dicis, debilis facultas mouet inæqualiter inſtrumenta ſatis expedita: non id fit, quia debilis eſt virtus, ſed quia inſtrumenta non ſunt illi proportione reſpondentia, vt ſi paruulus puer enſem vibrat, alioqui leuiſsimum, trepidanter vibrabit. Quod ſi quis te interroget, quid hunc puerum faciat trepidare. pondus enſis, arbitror, reſpõdebis: qm̃ mouet rẽ grauem, illi ſcilicet. Vis intelligere, vitium hoc recte tribui inſtrumento, attẽde. Sit virtus illa, quam tu fingis, imbecilla, & da mihi inſtrumenta, tam expedita eſſe & leuia, vt imbecillam etiam facultatem non grauent: mouebit, arbitror, hęc virtus arterias ęqualiter. tunc adde pluſculum humoris in arterias, recipiet motum inęqualiter, & tamen in virtute nihil eſt immutatum, ſed in inſtrumento. quia cum inſtrumenta ſunt proportione reſpondentia virtuti, etiam ſi virtus debilis ſit, mouet ęqualiter: cum verò ea carent proportiõe, inęqualiter, etiam ſi ſit fortiſsima. Igitur cauſa huius inęqualitatis, non in fortitudine, aut langore facultatis, ſed in commoditate inſtrumentorũ, aut incommoditate, eſt. Ergo hęc inęqualitas (vt neque aliqua alia) non fit citra vitium inſtrumentorum, abſolutum aut ad aliquid. Stat itaque hęc aſſertio quam propoſui, omnem inæqualitatem eſſe ex vitio inſtrumentorum. fit enim ex oppilationibus cõpreſsionibus aut humorum abundantia ad facultatem, aut inęquali cordis arteriarúmue, intemperie. oppilatio & compreſsio ſunt inſtrumentorum tantum. multitudo ad facultatem, eſt vitium inſtrumẽ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

torum commune cum facultate. inæqualis intemperies, est vitium instrumentorum (dixi quæ inęqualis intemperies hæc sit, non enim est omnis) commune cum vsu. Tamen hoc quod modo diximus intelligendum est de pulsus inæqualitatibus quæ sequuntur mutationem causarum cõtinentium. nam monstratum est in nono capite huius libri, multam specierum pulsuum differẽtiam fieri (inter quas diximus vibrationem & alias inæquales) non ex mutatione causæ alicuius earum, quæ continentes dicũtur: quare ille neque ex vitio instrumentorum fient. Sed de hac quæstione hæc sufficiunt.

Caput duodecimum. An inordinatus pulsus sit deterior ordinato.

ORdo pulsus (quemadmodum secundo De causis pulsuum capite decimo quarto dicitur) causam inæqualitatis firmam, & fixam esse: ordinis perturbatio non fixã designat. quare pulsus ordinatus, neque naturam morbo, neque morbum naturæ, ostendit prævalere: neque ex bona potius, quã ex mala causa fit: sed ex causæ facientis inęqualitatem (monstratum enim antea est ordinem & cõtrarium, in solis inæqualibus considerari) fixione, aut contrariò. Proinde, docente eodem Galeno secũdo de præsagatione ex pulsibus capite vltimo, ordo neq; bonum neque malum significat: sed bonos pulsus, meliores facit: malos, deteriores: quoniã scilicet, ex fixione causæ fit: & bonus pulsus ex bona, malus ex mala causa nascitur. constat autem, vt bonam causam, fixam esse, sit melius, prauã verò, deterius. Hæc videtur Galeni esse doctrina. Sed contrà est, quod in eisdem capitibus docet: nempe ordinem naturæ esse familiarem, ordinis perturbationem aduersam: quare ordo, melior videtur esse ordinis perturbatione. Quod etiam docuit Galenus tertio De crisibus capite nono, dicens. Vehementior igitur fit semper pulsus, & æqualior, atq; ordinatior in optimis inclinationibus: debilior autem, atque inordinatior, & inęqualis in mortalibus inclinatiõibus. Igitur ordo expetitur vt bonum signum: quare nõ sola fixione causę fit. Libello de pulsibus ad tyrones inquit. Minores igitur lęsiões, inęquales & ordinatos: maiores, inęquales pulsus atque inordinatos efficiunt. Consistit itaque hæc controuersia, in ipsius Galeni verbis: quam ita censeo dirimendam. Causa aliqua naturalis dicitur, aut quia humano corpori est naturalis, aut quia talis est absolutè. Sunt nobis naturales causæ: virtutes animalis, & naturalis, & vitalis, & singulæ suarum operationum, & spiritus & calor, qui has conseruant, & causæ etiam quæ non naturales appellantur, fiũt quasi naturales, cum contingit ipsas vtiles esse. Prętęr naturam nos afficiũt, & propterea causæ prętęr naturam sunt mutationis pulsus humor putris, & morbus, & alia symptomata. Tamen morbus & putris humor absolutè naturales causæ suorum effectuum sunt. vt ignis est naturalis causa vstionis. non enim minùs secundum naturam humor putris calfacit, & trahit ad putredinẽ: quàm ignis vrit. Operari cum certo ordine, non tantum naturæ nostræ: sed omni etiam naturali agẽti est proprium. omnes enim naturales operationes sunt ordinatę. Quare non tantum boni pulsus, qui à naturali nobis causa sunt cum ordine fiunt: sed & pessimi, qui à causa præter naturam superante, cùm iam hæc contrarias causas plurimum vicerit, & confirmata sit. Galenus loco citato capite, inquã, quatuordecimo secundi De causis pulsuum de causa naturali nobis loquebatur, vt docet ipsa verborum series. Cæterùm familiarem esse dixit naturę ordinem: quod nos concedimus: non tamen proprium: nam & praua causa, quando naturam plurimùm vicit, cum ordine permutat. Cur ergo in mortalibus inclinationibus non fit ordinatus, sed inordinatior, vt dicitur tertio De crisibus? Quoniã ordo potest permutari cum contrario facta mutatione in melius, aut in deterius. gratia exempli. pulsus, qui post quinque ęquales ictus vno intermittitur, atq; ita deinceps per senos motus facit circuitus, potest hũc ordinem permutare in secũdo circuitu, vel paucioribus motibus interpositis, vel pluribus. si primum, deterior fit: si secundum, melior. tamen vtcunque fiat, permutat ordinem. sed ex longioribus interuallis deficere, minus malum est, quàm ex breuioribus. Ergo ordinatus lethalis ex ratione fit, vt cum prope mortem est homo, inordinatior fiat, facta permutatione in deterius. quocunque enim ordinato est alius inordinatus deterior, qui ex illo fit, facta in peius cõmutatione. Ad tyrones rudiori minerua consultò loquebatur Galenus. Sed in hoc possunt illius verba declarari: maiores noxę faciunt inęquales inordinatos, quando inuertitur ordo facta in deterius mutatione.

Caput decimum tertium. Vtrum sit aliquis pulsus amatorius.

OMnes animi affectus permutant modum pulsus. &, vt paulò antè diximus iuxta mentem Galeni, sunt singulis suę differentię quibus cognoscuntur: ira scilicet altum & vehementem facit: gaudiũ magnum & non vehementem: timor & mœstitia, paruum, & debilem. Amor igitur, cùm sit animę affectus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fectus,proprias quoque habebit pulsus differentias,quibus amatorius pulsus cõstituatur.Præterea referente Galeno libello De prænotione capite sexto, Erasistratus deprehendit adolescentis cuiusdam amorem illius arterias attrectando:quod,vt multi philosophi, quibuscum eo loci, disputatio erat Galeno,dicebant,non aliter fecit, quàm animaduertens arterias amatorio modò pulsare.Galenus etiam ipse ex pulsus permutationibus cognouit cuiusdam Iusti nomine vxorem amare. Quod qua ratione fieri possit,nisi pulsus sit differentia aliqua amorem significans?Sed contrà est, quod neq; Galenus neque alius quisquam eorum,qui diffusè de pulsibus scripserunt,de tali pulsus specie est locutus: quã nõ prætermisisset, qui de aliorum affectuum non adeo insignium pulsibus disputauerat. Adde Galenum ipsum caput sextum libri De prænotione his verbis concludere:Nugæ igitur magnæ sunt pulsus amatorio modo moueri,eorum qui nesciunt,nullum pulsum amorem indicare. Cõtrouersia igitur ita est constituta.cuius decisio ex natura ipsius amoris pendet.hæc enim per seipsa ostendit, qua ratione pulsus ab amore permutentur.Si omnia quæ de amore à Platone,& aliis probatissimis philosophis scripta sunt,forent modo recensenda,iustus liber in sola hac tractatione insumeretur.Sed,cùm modò non vnicam philosophiæ partem susceperimus pertractandam:sed in multiplicibus & variis quęstionibus, stilum exerceamus:illud tantum de amore dicere erit tempestiuum,quod ad quæstionis modo propositæ dissolutionem videbitur esse omnino necessarium. Est verò necessarium,quantum intelligo,scire cuius potentiæ sit affectus,amor,& in quam rem feratur: & qui per amorem contingat membrorum principalium consensus. Methodum inuestigandi amoris substantiam præstat Galenus quarto De placitis Hippocratis & Platonis,ita dicens:Passio enim,qualis est amor,aut iudicium quodam est, aut iudiciis succedens,aut motus quidam concupiscentis facultatis.ita etiam ira,aut iudicium, aut quędam succedẽs irrationalis passio.Hæc Galenus.Ex quibus verbis constat, amorem esse,aut iudicium,quod fertur de re amata,aut appetitum,qui iudicium consequitur.Sed cuiuis constat, amorem ad appetitũ magis referri,quàm ad iudicium. esseq; appetitum quendam rei quæ amatur. Est igitur amor potẽtiæ appetentis motus,aut affectus. Affectum enim aut motum nomines,nihil refert. Cum verò duplex sit appetitus:alter rationalis,alter irrationalis:fiet hinc duplex amoris species. vterq; verò amor à contemplatione incipit.omnis enim appetentia ex cognitione rei,quæ expetitur sub ratione aliqua, quæ potentiam appetentem allicit,proficiscitur. Est verò ea species, sub qua anima amantis irretitur, species pulchri.Nam, vt permutata imaginatione ab specie cõtemptus immeritò accepti, excitatur cor irâ ad vindictæ prosequutionem,& apprehendente imaginatione aliquid sub ratione terribilis mouetur timore:ita apprehendente sub ratione pulchri,mouetur appetẽdi potentia ad fructum. Amor igitur ge neratur in appetitu nonnunquam rationali,qui in cerebro residet:nonnunquam irrationali,qui in hepate.Fertur in pulchrum, vt in rem soli ipsi obiectam. Species pulchri hauritur externo sensu, oculis videlicet,aut auribus:aut concipitur mẽte.De pulchro disputauit amplissimè Plato in eo dialogo, cui Hypias,aut De pulchro titulus est,& in Phædro. vbi, postquàm mille sophistarum errores refutauit, quò veram rationem pulchritudinis inueniret,tandem ad finem capitis ex cõfutationibus colligit,esse gratiam quandam,quærebus ineſt,visum,auditũ,mentemq; delectans.Est igitur pulchritudo quodam accidens,quod per purissimos sensus,mentem maximè delectat, Sunt verò visus & auditus perfectissimi sensus à materiæ conditionibus aliquantò remotiores, & minimè omnium terrei.Proinde, vt Galenus docet primo De causis symptomatum,minimè omnium voluptate, aut dolore afficiũtur. Itaque,quod gustum,olfactum,tactúmue delectat,vt sapores,odores,& lasciuię,voluptuosa quędam accidentia sunt: sed non pulchra.in picturis,aut veris formis aspectabilibus, & in musica,& in bonis quæ mente concipiuntur,est pulchritudo. est enim in his omnibus concentus quidam, & proportio diuinam magis sapiens harmoniam.Cùm igitur hoc amori sit obiectum, contingunt duo:alterum, vt amor solum auribus,& oculis hauriatur,& vt præter formæ pulchritudinem, nihil magis quàm musica,animos conciliet.Hæc de re amori obiecta.Colligit igitur ea potentia,quam existimatiuam vocãt, Latinis ratio dicta,aliquid pulchrum esse,vnde nascitur statim appetentia. appetit verò is qui hac pulchri forma irretitus est amans,fieri totus, id quod amat:& quale est pulchrum,talis potentia ad amorem excitatur.expetitur enim nunc animę pulchrum:amatur scilicet homo propter sapientiam, virtutem,aut aliam mentis pulchritudinem:amatur ardentissimè:cęterum hic amans rationalis appetitus est motus.expetitur corporis proceritas, aut faciei formosus aspectus, tenuis statim excitatur appetitus, qui in hepate est,hic enim carneis his bonis frui potest. Sed quid expetit?illud quod amori proprium est,in rem quæ amatur transformari. quod declarauit Artemisia Mausoli vxor,quæ mariti, quẽ deperibat,demortui,corpus in cineres redegit,& cineres potu hausit.Hoc expetit omnis amans,fieri,scilicet,id quod amat.quod quia,vt vult,consequi non potest,appetit consequi, vt potest: consequũtur illud rationalis appetitus & irrationalis,non eodem modo. rationalis scilicet, animam animæ magis, irrationalis,corpus corpori idem fieri expetit.quoniam verò neque anima in animam perfectè migrare potest:neque in corpus aliud corpus:rationalis appetitus præcipuas animę potentias,inter quas voluntatem maximè amantis & amati componit:amans,scilicet,quoniam ipse ardet magis, se amati vo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

luntati libentius subdit: vnde idem velle & idem nolle, de eisdem cogitare ipsorum animas quodammodo vnicam esse facit. Irrationalis, commistis seminibus, corpora ambo seipsis mutuò facit commisceri, commiscentur nempè quodammodo, concursu seminum, ambo corpora, vel in ipsis seminibus: quoniam, vt nonnulli dicunt, decisa sunt de toto corpore: vel in prole: quoniam ex his prodit filius, quem veluti commisis simul corporibus paterno & materno factum esse, similitudo quæ cum vtroque est, apertè declarat. Ipsa ergo genitura est, quæ per hunc sordidum amorem turget, quæ spumosa est, & alba substãtiâ: vnde poetæ, Venerem ex maris spuma procreatam esse cecinerunt: proinde cupidinem genuisse: quoniam, vt inquit Plato in Timæo, quibus redundãs est per ossa medulla, hi sunt maximè libidinosi, & vulgari hoc amore sæpius capiuntur. Monstratum verò à nobis est in secũdo huius operis libro, genituram esse substantiâ omnino medullę similem. Cum igitur iam furit venus, veluti ab impetu maiori, trahitur obcæcata mẽs: & quę belluina potẽtia iubet, hęc cupit ipse intellectus. Sed cor interim quid patitur (nam huc hæc omnia tendebant) cum obcęcata mens, iam quę lasciua sunt cupit, hæc cupido à venere orta mille varios affectus ad cor eiaculatur: quare illud miris modis facit perturbari. Necesse est, amantem nunc irasci: nunc contrà supplicem fieri: nunc gaudere: nunc mœrere: & eâdem non rarò, de causa: est perpetuò inter spem & timorem constitutus. Nam, vt reliqua omittam, statim ex amore nascitur zelotypia, atq; cum ea, spes, desperatio, furor, timor: tã est instabilis eius mẽs. Ex his quæ retulimus, orta est fabula, quam Aristophanes in conuiuio Platonis narrat: homines, scilicet, à principio factos fuisse à diis immortalibus duplices: deinde, quoniã quatuor brachiis & quatuor pedibus innixi, velocissimi, & fortissimi deos irritauerãt, propter superbiam scisi sunt, & ex vno, duo facti: qui verò scisi fuerant, amore deinde seipsos quæritabãt, quò vnirentur: vniũturq; proinde, quoniam cum scisi sint, integri fieri expetunt: tamen non, vt antequam scinderentur, copulantur, sed cõtrario modo: quoniam capita ita illis contorta sunt, quo facies vulneratam partem spectaret: genitalia etiam ex natib[illegible] ad partem anteriorem translata sunt. qua fabula nihil aliud significari intelligo, quàm hominem à principio, ex intellectu & appetitu constare, & hæc sibi vnita esse & consona: deinde per superbiam, vt & per quoduis aliud peccatum, rationem ab appetitu, & appetitum à ratione separari: verùm amore coniungi iterum: sed contrario modo, ac primo fuerant: nam vnita erant primum: quoniam appetitus parebat rationi: in amore autem, quoniam appetitus rationi imperat, & obcęcata mẽs, potentiæ concupiscibili, quæ sibi à natura fuerat, in seruitutem mãcipata, obtemperat. Est igitur amor, appetentis potentiæ affectus, nunc rationalis, nunc irrationalis. obiectum amoris, est pulchrum. perturb[illegible]tur mille modis cor, ex compassione animalis potentiæ, quæ in vulgari amore, appetenti seruit. Hinc facile est cuiuis intelligere, quod Galenus, primo Prognostici commentario quinto dicit, amantes humanam pati, non diuinam, affectionem: nisi (inquit) quis credens iis, qui fabulantur, puter dęmonem quendam pusillum, recens natum, gerentem ardentes faces, homines quosdam in hanc agere affectionem. Cæterùm omnia quæ à poëtis dicuntur fabulosè, etiam nobis tacentibus ex his, quæ hactenus physicè dicta sunt, quiuis intelliget. Sed ex his, quæ diximus duo fiunt. Primùm, non sine ratione amorem à medicis, vt melancholiæ quandam speciem curari. maximum enim malum quod in hoc affectu cõtingit, & quo soluto statim noxius soluetur amor, est illa mentis obcæcatio, quam retulimus. Fit etiam iam manifestum, nullum esse pulsum amatorium (huc enim omnia tendebant, quanquam plurimum digressi sumus: quoniam de amore, aut omnino est tacendum, aut dicenda multa) nam amor non est cordis affectus: sed cerebri, si rationalis est: iecoris, si turpis: cor tantum patiens per consensum mille affectibus diuersè trahitur: verùm propriam non habet differentiam. Qua ergo ratione cognouit Galenus, amare Iusti vxorem? Quoniam audito nomins Pyladis ad omnem inæqualitatem pulsus trahebantur ex animi perturbatione: non aliter quàm in eodem libro De prænotione capite septimo inquit, se expulsu vaticinatum fuisse Cyrillum puerum, cibum occultasse, quem digrediente matre ingereret, scilicet ex conturbatione pueri. hac etiam ratione putandum est Erasistratũ adolescentem amare comperisse. Vnde iam etiam luce clarius fit, quod in noua quæstione monstrare nitebamur, animi affectus per se mutare pulsus, non solum per causas continentes: nam vxori Iusti, audito nomine Pyladis, neq; permutatus est vsus, neque instrumenta, neque virtus: sed perturbata est anima, [illegible] proi[illegible] [illegible]uerse motus, vt anima ipsa amore Pyladis diuerse trahebatur. Est igitur nullus pulsus amatorius, quan[illegible] ex pulsu deprehendatur.

Caput decimum [illegible]uartum. De pulsu Autumni.

ANni tempus est in numero rerum non [illegible]aturalium, quæ pulsus permutant. Galenus propterea libello Ad tyrones scripto capite decim[illegible] docet, quæ tempora quales pulsuum differentiæ consequantur. quod caput explicatur ab eodem autore, capite quinto tertii De causis pulsuum. quæ loca in reliquis omnibus satis citra controuersiam recipiuntur ab aliis autoribus. Cæterùm, quod illic de pul-

su

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſu autumni dicitut, non caret multa contradictione, inquit enim Galenus, in medio autumni tales eſſe pulſus, quales in medio vere: vehementiſsimos ſcilicet & maximos, vt in anni temporibus, in celeritate & crebritate moderatos. Cuius hæc eſt ratio. In media hyeme & media æſtate, extremæ ſunt ratione aëris ambientis intemperies: quare in vtroque horum temporum extremè fit pulſus imbecillis: ab vno horum temporum ad alterum, quæ maxime inuicem diſtant, inclinãte altero ad frigus, altero ad calorem, per medias alterationes commutatio fit: ergo quæ ab vtriſque horum æqualiter diſtant, ſimiles in pulſu faciunt mutationes. Quarę pulſus autumni medii, ſimilis omnino ſit oportet pulſui medii veris. fit enim hyems ex æſtate per autumnum: vt per ver hyems tranſit in æſtatem. Huic opinioni contrarii ſunt Auicena, & Auerroes, qui pulſum autumni diuerſum eſſe, ad debilitatem inclinantem putant. Dicitur ab illis pulſus diuerſus (ne quis in nominibus hæreat) inæqualis in magnitudine, velocitate, & frequentia, ſecundum diuerſas partes temporis. illorum ratio hæc eſt. Tempus hoc non eſt perpetuò ſui ſimile: ſed modò calidum modò frigidum. id quod ex eodem Galeno licet colligere primo libro De temperamentis, & ex Hippocrate tertia particula Aphoriſmorum aphoriſmo quarto: vbi inquit. Si eâdem die modo calor, modò frigus fit. Præterea, in hac tempeſtate virtutes omnes imbecillæ ſunt: cùm propter multiformem temperiem & inconſtantiam temporis: tum etiam quia talis ex precedente æſtate relictæ ſunt: propterea periculoſi morbi fiunt, inconſtantes, difficilis iudicii, mali moris: ergo ſi virtus eſt imbecillis, & vſus qui in calido & frigido conſiſtit, diuerſus, quantum in ipſo tempore agitur, debiles erunt pulſus: non ſemper eiuſdem magnitudinis, velocitatis, & frequentiæ: ſed in his diuerſi. Præterea Hippocrates prima particula Aphoriſmorum, hyemem confert cum vere hac in re, quòd homines melius in his temporibus cibos ferunt: autumnum, cum æſtate: quoniam in his deterius. Qua ergo ratione tempora, quę extremè contrariis conferuntur, in permutandis pulſibus inueniuntur adeo ſimilia modò? Nonnulli argumentis his conuicti, contendunt locum illum ad tyrones, ſuppoſititium eſſe: non Galeni. Ego verô non crediderim, ſententiam quæ adhibita ratione profertur & rurſus repetitur ab eodẽ autore tertio de cauſis cum longa commentatione, ſuppoſititium eſſe: ſed Galenum lapſum fuiſſe, atque Auicenam, & Auerroem, hac in parte melius ſenſiſſe: eſt enim Galeni me nullus magis ſtudioſus: cæterum veritati neminem præfero: intelligens nulla de re maiori cum libertate agi debere, quàm de his controuerſiis, quæ in diſciplinis inueniuntur: quod nos ita facimus, nihil credentes, niſi quod aut euidenti, aut probabili admodum ratione fuerit confirmatum. dat nobis hanc facultatem philoſophia.

Caput decimum quartum. De pulſu inflammationum.

DIctum eſt à Galeno libello ſcripto ad tyrones & rurſus quarto De cauſis pulſuum capite. 6. omnẽ inflammationem habere pulſum veluti ſerratum, & proinde durum. tamen hic idem paulò infra. cap. de perineumonia, quæ pulmonis eſt inflammatio. Perineumonicorũ, inquit, magnus eſt pulſus & fluctuoſum quid habens, & lãguidus, mollisq;. Lethargus, etiam cum eſt firmatus in cerebro, eſt tumor præter naturam, in quo vt in perineumonia molles fiunt pulſus. Sunt qui nodum hunc ita ſoluunt habere inflammationem quancunque in quocunque membro ſit, pulſum durum. quandoquidem, vt Galenus inquit, neceſſe eſt, quamcunque inflammationem commitari duo hæc, calorem & tẽſionem, quæ neceſſario duriciem efficient, alterum deſiccando, alterum tendendo: dictum tamen eſſe pulſum perineumonicorum & lethargicorum mollem, nõ ꝙ mollis reuera ſit, ſed ꝙ minus durus pulſibus inflammationum conſiſtentium in aliis membris: nam, dicunt, propterea lethargus & perineumonia habent pulſus molles, quod laxa membra ſunt, & mollia: quæ proinde tenſionem non poſſunt facere. ſed quanquam inflammatio in molli membro non adeo tendat arterias, quàm in duro, tamen quod emolliat non eſt. non enim eſt dubium, quin ipſa pulmonis caro, cum inflammatione laborat, minus laxa ſit, quam cum nullo laborat malo. igitur pulſus ab illius inflammatione quanquam non adeo induretur quam ab inflammationibus aliis, tamen non emollietur. A[illegible] ex dictis eiuſdem autoris, pulſus hos perineumonicorum & letha[illegible] eſſe molles ſimpliciter. quoniam addidit: Eſt cum hic pulſus dicrotus fiat. Id quod, dic[illegible], non contingere, ſi molles eſſent harum inflammationum pulſus, cum dicrotum oporteat eſſe inſ[illegible]iter durum. Sed videntur mihi qui ita interpretantur iniurii in Galenum, diligentiſsimo enarrat[illegible]i imponentes comparationem abuſiuam, quaſi foret admodum graue dictu, aut difficile, perineu[illegible]oniæ pulſus, vt & lethargicorum: non tam duri ſunt, quam inflammationum in aliis membris, ac n[illegible] potius languidi & molles. Monuerat enim ſæpe Galenus multò antè nomina hæc, cum ita dicerentur, referri ad mediocrem, à qua lege ſi ſemel tã apertè receſsiſſet, totam artem quam de pulſibus ſcripſerat, vna dictiuncula reddidiſſet obſcuram, & ineptam. Quare ego non ita interpretor ſed inflammationibus omnibus communẽ eſſe pulſum durũ ratione eſſentiæ inflãmationis, caloris inquam & tẽſionis. cęterum non eſſe proprium. quin potiũs fieri

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fieri posse,ex alia causa,quæ cum inflammatione coniungatur,vt pulsus ad contrarium trãsferãtur, & sint duri·quod vel ipsa litera declarat.quominus est in quo hæreat quisquam.φλεγμονῆς σφυγμὸς ὅμοιος κοινὸς ἁπάσης οἷον ἐμπρίων ἐστί.ideſt flegmonis autem pulsus,qui omnis est communis,est vt serratus.dictum est,qui communis est omnis,inflammationis scilicet, quasi alius sit cuiusque proprius. Est verò hic communis, quia inflammationem quâ est inflammatio consequitur, nisi maior aliqua vis sit, quæ ad contrarium transferat, vt in perineumonia esset propter calorem & tensionem durus pulsus, sed quia hæc cum in laxum incidunt membrum paruam possunt in arteriis tensionem facere, & coniungitur ferè semper cum perineumonia causa alia maior emolliendi, puta fluxio pituitosa,cui etiam fauet membri natura:fit vt pulsus mollis simpliciter fiat,non solùm minus durus. quod apertissimè docuit ipsemet Galenus quinto De locis patientibus.cap.2.tractans hũc eundem locum. vbi ita scripsit. c pulsus autem tibi potissimum indicabit,nunquid cingens membrana,an contingentes ipsam muscu- c li.patiantur nam musculi minus,cingens vero membrana magis, & tẽdit,& duram exhibet arteriã. vt c in perineumonia nulla penit⁹ apparet huiusmodi duricies. Ecce vt simpliciter sit mollis,nõ durus sim c pliciter ad alios mollis, vt illi interpretantur. Diximus,itaque,causam quòd durus pulsus nõ fiat,in laxitate esse membri,sed quòd fiat mollis non in hac,sed influxione pituitosa. Sed quoniam hæc,quanquam ferè semper sit in hoc affectu,fieri tamen potest vt aliquando non sit,sed bilioſa, fit vt nonnunquam pulsus perineumonicorum non sit mollis, sed aliquando dicrotus, non aliter ac lethagi pulsus aliquando dicrotus est,& pulsus pleuriticorum nonnunquam fluctuosum quidam habens & molle. Sed doctrina est de is quæ fere semper ex ratione apparent.rara hæc non eam subuertunt.Sed quoniã plæraque alia deduxit Galenus ad summam perspicuitatem,& nos ea tantum quæ sunt in controuersia constituta suscepimus pertractanda,de pulsibus non dicemus plura,sed de vrinis aliquot cõtrouersias reliqua huius sermonis pars continebit:si tantillum de febrium pulsibus addiderimus.

Caput decimum sextum.De febrium pulsibus.

c Est sub Galeni nomine libellus quidam qui De typis inscribitur, in quo ita scriptum est: Pulsus c autem tertiana laborantibus exiguus & frequens superuenit.atq; hoc capite tertio. Rursus cap.5. c Pulsus autem tertiana laborantibus non adeò exiguus magnitudine superuenit,quantũ quartana c occupatis:neque vsqueadeò in tumorẽ attollitur,quãtum quotidianæ febri accidit. Itaq; tertianę pulsum,minorẽ,pulsu quotidianę,maiorẽ quartanæ pulsu affirmat. Tamen primo Ad Glauconem capite septimo,maximum vt in putridis febribus,esse pulsum tertianæ,minimum,quotidianę,mediocrẽ, c quartanæ,his verbis dixit:Sed & his multò minores sunt pulsus pulsibus quartanarum, quàm illi pul- c sibus tertianarum. Quidam hanc controuersiam non dirimunt:sed effugiunt,negantes Galeni esse libellum illum.Ego verò,quandoquidem librum sub Galeni nomine, negante adhuc nullo video deferri,& video Galenum libro De differentia febrium pluries asserentem scripsisse se de typis,aliter excogitaui:quod ipsa Galeni verba antecedentia & subsequentia,in vtrisque locis, & ratio vera videtur suggesisse.Illud quod in libello De typis à Galeno scriptum est,in accessionum principiis, rigore scilicet,aut horrore,esse verum:contrarium in ipsis febribus: nam grauissima inuasio est tertianæ: & proinde maximè refugit virtus ad profunda:minimè grauis,quotidianæ:media quartanæ.in febribus,qui maximè riguerunt,maxime ardent:minime qui minus:ac proinde, qui minimus pulsus fuit in inuasione, maximus est in febre:minimus, qui maior. itaque cum tertianæ inuadunt omnium minimus fit pulsus,quanquam in illis magnitudo citius recuperatur,quàm in aliis.quod Gal.docuit.2.De diffe- c rentia febriũ. cap.4.ita scribens.Inæquales verò ac magis debiles(loquitur de quotidiana)paruosq; ef- c ficit pulsus quumprimum febres inuadunt & in primis incrementis. fiunt vtique & in bilioſa febre in c accessionum principiis singula iam dicta circa pulsum symptomata, sed in illa statim sedantur, tum c alia,tum etiam inæqualitas.Est etiam in febrium pulsibus illud valde difficile, quòd Galenus inæqualitatis cu[illegible]sd[illegible]emm[illegible]ultis in locis,quam febrium omnium dicit propriam. Primò De arte cu- c randi Ad Glauconẽ cap. De [illegible]næ ita inquit: Quod si inter hæc à febre quieuerit homo,hac, inquàm,quæ in motu est,& omnibus no[illegible]propria verò febrium inæqualitas in arteriarum motu relinquatur. Dicit itaque inæqualitatem qua[illegible]dam, febrium propriam. tamen si qua esset propria febrium, necesse esset in omni febre esse inæ[illegible]qualitatem: nam quod proprium febrium est, necessariò febribus omnibus inest, cùm omnes c[illegible]ueniant in febris ratione. quod manifestiùs intelliges ex his eiusdẽ capitis verbis: Tertianis sunt [illegible]ulsus omnis inæqualitatis præterquã febrilis expertes. c Huic itaque etiam febri inesse dicit illam inæqualitatẽ, quã dicit febrilẽ. Sed hac ratione diariis quoque febribus oporteret inæqualitatem pulsus adesse:febrilia enim accidentia omnibus febribus adsint necesse est:quas tamen constat,non alia ratione separari à putridis, quàm quòd nullum habeant putredinis signum,sed solius accensi caloris:quod ad solum auctum vsum pertinet: quem solum permuta-

re

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re pulſus ad maiores, velociores, ac frequentiores patet: non item ad inæquales: cum nullum vitiũ habeat vſus cũ inſtrumentis cõmune. Hanc inæqualitatẽ febrilẽ dictã, multi ex ipſo Galeno interpretantur eſſe inæqualitatẽ in eodẽ ictu ſecũdũ eandẽ partẽ arteriæ: ſed ſecundũ diuerſas partes eiuſdẽ dilatationis, moueri em̃ in febribus arteriã velociùs, q̃ extra febres: atqui hoc nõ ęqualiter: ſed dilatationis principiũ habere velocius: in medio dilatatiõis velocitatẽ amittere ad finẽ rurſus illã recuperare. atqui hoc dicunt inẽſe omni febriũ generi: quod innuit Galenus primo De arte curandi Ad Glauconẽ capite ſexto dicẽs: Et ipſius inęqualitas vnius motus in quartana febre, eius formã oſtendit: nã cõmunẽ omniũ febriũ in vno pulſu arterię inæqualitatẽ, in hac manifeſtã admodũ inuenias: multò enim velocius principiũ finemq; motus inuenies, q̃ mediũ. Quarto etiam De cauſis pulſuũ cap. 14. Etenim febrium propriũ in celeritate ſymptoma hic obtinet admodũ manifeſtè in vtroq; termino diſtentionis, p̃cipuè externo. Hanc igitur dicũt inæqualitatẽ omnibus febribus cõmunem. Quorũ ſententiam ego probo: q̃ ſcilicet hæc ſit, quam Galenus dicit inæqualitatẽ febrilẽ. Tamen cùm Galenus hanc dicit inęqualitatem febribus omnibus cõmunem, de febribus omnibus putridis dictũ intelligo. nã ephemerarum pulſus nõ neceſſe eſt habere hanc inęqualitatẽ. quod Galenus apertè dixit. cap. 2. primi ad Glauconẽ, differens de dignoſcendis ephemeris febribus, his verbis: Cum pulſus nullũ inflãmationis ſignũ habuerit neq; omnino inęqualitas in vna arteriæ cõpulſione apparuerit: aut ſi hoc affuerit, omnino ſit imbecille. Quod enim additum eſt, Si hoc affuerit omnino ſit imbecille, propter nonnullas diariarum dictũ puto, in quibus ex cauſa fit, vt aliquo modo arterias permutent vt putridæ: quales ſunt quæ ex bubonibus, & quæ ex nimia obſtructione cutis. Nam quæ ex ira, aut exercitatione, aut cõſimilibus cauſis ortũ habẽt, omnino habent nullã talẽ inæqualitatẽ. nã quemadmodũ videre licet apud Galenum ſecundo De cauſis pulſuum cap. 5. quod eſt de continuorum motuum, ſed diſparis celeritatis cauſis, oriuntur perpetuò hi pulſus ex obſtructionibus quibuſdam, & conſtrictionibus. Cùm igitur in talibus febribus, nulla compreſſionis neque obſtructionis occaſio ſit: conſtat inæqualitatem illam, commune febribus omnibus putridis ſignum haberi debere. Cætera quæ de febrium pulſibus dicuntur à Galeno, non ſunt in controuerſia conſtituta. Quare de vrinis iam dicemus: atque omnium primò, quid ſit, & quo pacto ſubeat in veſicam.

Caput decimum ſeptimum. Quid ſit vrina.

QVibuſdam videtur ex ſolo potu cum modica bilis permixtione lotium fieri, neq; aliã habere ſubſtãtiam, neq; aliam generationẽ, ſuaſis nonnullis Galeni locis, quæ id videntur apertè continere. Decimo De ſimplicium medicamentorum facultate capite decimo tertio inquit: Sudor, vnus hic etiam eſt humorum in animantis corpore prouenientiũ, eandem habens materiam, & eundẽ generatiõis modũ, quẽ vrinæ: ſiquidẽ vtriq; ex bibito humore cõſtat generatio, excalfacto ſimul in corpore, & biliioſæ nõnihil ſubſtantiæ adepto. Libello De atra bile cap. 2. Sanè enim rationi cõſentaneũ eſt, vel ex potu fieri quicquã cũ ſanguine in iecore genito: quod poſtea non per vrinas modò excernatur: verũ per ſudores quoq;. Ecce vt in his duobus locis dicat Galenus, potũ eſſe ſudoris & vrinę materiam. Quarto De vſu partium capite quarto ita ſcripſit. Neq; enim ex ventriculo in venas commodè aſſumi poterat ſuccus iam ex cibis factus, neque facile tranſgredi venas, quę ſunt in hepate, & multę & anguſtæ: niſi tenuis quidam & aqueus humor, tanquam vehiculum fuiſſet ei admiſtus. Hunc itaque vſum pręſtat animalibus aqua: ſiquidem ex ea nutriri nulla particula poteſt. diſtribui verò ex ventre, quod nutriturum eſt, non poterat niſi deductum fuiſſet à quopiam ita liquido. Hos igitur tenues humores, poſtquam ſuum opus expleuere, non oportet amplius manere in corpore, onus alienum venis futuros: & huius vtilitatis gratia, renes facti ſunt inſtrumenta caua, oſculis aliis attrahentia: aliis autem emittentia tenue hoc & aqueum excrementum. Adiacent autem vtrinque ipſi venæ cauę, parum ſub hepate. Hæc illo in loco, quibus apertè docet, potus vſum eſſe traducere chylum per hepar: & renum trahere ad ſe potum, cum vltra hepar iam eſſet perfunctus ſuo munere, neq; ſanguis dilutus ſit, & ſero plenus. Primo etiã De facultatibus naturalibus cap. vltimo, adhibita ratione dicit Galenus ex potu fieri vrinam. inquit enim: At, quòd totum id, quod bibimus, vrina nat: niſi quid cum aluo exit, aut in ſudorem, aut per occultam expirationem abiit, oſtendit planè eius quod quotidie meiimus copia. Itaque ex quantitate mictus, quæ reſpondet potus quantitati, colligit, ex epoto humore vrinam habere generationem: Vnde inferunt alii, vrinæ non eſſe generationem propriam, ſed alterato potu fieri. Huius alterationis locum, alii hepar, alii renes, veſicam alii volunt. Sed aliis videri poſſit difficile, vrinam potus quotidiani alteratione fieri: & tempus morbi, & ea quæ in venis agũtur poſſe ſignificare. Nam, ſi, quod hodie epotum eſt, mingitur, ſecretum à renibus, poſtquam hepar perfecit cõcoctionẽ ſecũdam, & ſanguis incipit diſtribui: cur ipſa futura tenuior aut craſsior ſit, ſiue mingatur in principio, ſiue in ſtatu? Si etiam ab ipſis venis non effluxit, qua ratione ſignificet eam concoctionẽ, quæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæ in venis agitur morbum facientis humoris. Adde, non solum esse hos humores, qui ex potu fiũt, sero similes: sed præter hos, naturale esse quodam serum singulis humoribus non aliter, quàm lac habet in se aqueam quandam substantiam, quam serum dicimus, etsi cum nulla aqua permisceatur. Talẽ etiam quandam partem in vino esse, docet Galenus. Horum liquorum similium sero meminit Galenus millies: ac multò antè illum Plato in dialogo De natura: cuius verba retulit Galenus sexto Epidemiõn parte secunda commentario trigesimo octauo, vbi latè differit de his humoribus. Cum igitur ii sint, necesse est ab his quoque cùm redundant, vtiles humores expurgari. Ergo non solùm euacuari probabile est aqueam substantiam epotam, sed etiam quæ interius generatur, partem scilicet ipsorum humorum. Euacuatur sanè: nam Galenus secũdo Prognostici vigesimo septimo, eò censet fieri subrubram vrinam, quòd multum seri sanguinis sit. Quodq; id, quod meiitur, nõ sit quod epotum est: sed excrementi quod in venis arteriisque generatur quodam genus, videtur docere Galenus primo De sanitate tuenda dicens: Venarum autem & arteriarum excrementum tale est, quale in lacte concreto serum: hoc renes à sanguine secernentes ad vesicam transmittunt. Est igitur ita constituta controuersia, in qua constat, negari non posse, vrinam liquores aqueos esse, & sero similes à quibus oportuit expurgari sanguinem, ne in corpus permearet sero plenus. Neque negari potest, maximam vrinæ partem ex potu fieri. quoniam quantitas mictus, quæ potus quantitati respondet, id facit palàm. prẽterea potus ipsius substantia magis substãtiæ lotii similis est, quàm eduliorum: sed & venas deponere suum serum per vias vrinæ docet Galenus: & res ipsa declarat in multis morborum iudiciis, quæ contingũt per vrinas: in quibus constat, venas, & arterias compressione expellere serum ad illius receptaculum. Quod etiam intelliges ex eo, quod ineunte hyeme solet hominibus accidere: qui cum in æstate potẽt largius: & venæ humorem auidius trahant, meiiunt multò minus epoto. at verò ineunte hyeme excutientibus venis serum, quo iam non indigent, meiunt epoto plus. Itaque remeat, & ex venis & arteriis in renes serum: sed id non opinor frequenter à longinquioribus venis fieri, sed cùm, aut natura molitur crisim, aut aliquo humore; atque adeo insigniter sero pleno redundat: vt multis in morbis: aut cũ sero sunt plenæ, quales ex æstate relictæ sunt. Tamen cùm in hepate quatuor humores generentur, vt in primo huius operis libro diximus, & illorum cuique sit suum serum, euidenter est verum, aliquam seri sanguinis portionem elabi ad renes simul cum potu: hancq;, cùm aquea sit, coire cum potu in vnã vrinæ substantiam: quæ quanquam ex duplici fit, sensui videtur substãtia simplex. non enim, arbitror, cùm permixta exeant hæc hepar in cauam venam, vnde viæ ad renes pendẽt, & aquea vtraque sint, & excrementa, futurum, ut renes hoc dimittant, illud trahant. habent enim vim excernendi serum à parte pingui, sed non serum à sero. sed simul hæc cùm exeant, vt portio aliqua potus trãsumitur ad venas propter distributionem: ita portio aliqua seri sanguinis descendit ad renes propter expurgationẽ. Cõstat igitur vrina ex duplici materia. Hinc vt arbitror nullus non intelliget totam vrinam, formam comparare in hepate (illinc enim trahitur serũ, quod vrina est) & potum qui non nutrit, qualis aqua est per alterationem solam fieri vrinæ partem (non enim perfectè coctilis est, sed recipit concoctionem elixationi similem, & permixtionem cum bili & reliquo sero) tamẽ serum sanguinis, quod propriè tale est, generari secundum formam & naturam eo loci quo & ipse sanguis. Talis itaque est substantia vrinæ. Quæ quo pacto subeat vesicam, non adeo constitit inter antiquos, aliis dicentibus (cuius sententiæ autor est Asclepiades) aquam solutam inhalitus subire vesicã per tunicarum poros: ibiq; rursum concrescentem vrinam fieri: argumento, quòd nullum vesica præterquàm in ceruice videtur osculum habere: & si flatu distendatur, nullum tamen illi dat egressus locum. Sed tamen hanc multis argumentis conuincit Galenus E quibus nos illud vnum repetemus, quòd lapis qui in renibus gignitur, descendit ad vesicam, atque illinc expellitur. neque minus conuicit mille alias monstrosas sententias denegantium vrinæ secretionem, & expulsionem à naturalibus facultatibus fieri: qui scilicet omnino has facultates substollebant. Sed satis manifestè hęc ille conuicit. Nos modo rem, vt habet, enarremus. A caua vena statim vt egressa est hepar, venit vrina in renes tracta ab illorũ trahendi potentia, qui ipsam à sanguine separantes expellunt per vias ureteras Græcis dictas ad vesicam: quemadmodum ventriculus mittit chylum, fæces ad intestina: quanquam intestinis nullam tractionem cõcedit Galenus: sed si quos [illegible] oblõgos vi[illegible] (hos [illegible]sit raros) hos vsum ligamentorum habere dicit, ad firmitudinem scilicet reliquorum: Sexto De anatomicis administrationibus, & quarto De vsu partium ad finem. Vesicæ verò concedit quinto De vsu partium capite vndecimo tractionem per villos oblongos ita scribens: Intestinorum autem tunicæ, transuersos vtrosque, in circulum planè circumactos: sed vesicarũ tunicæ, rectos, & rotundos, & obliquos habẽt villos. vna enim vtriusque vesicæ tunica cùm sit, ad omnem motus speciẽ accommodam adepta est constructionem: siquidem & cum motum quem attrahendi causa, villi recti, & eum quem excernendi, transuersi, atque etiam eum, quem, vt retineant quæ vndique constricta sunt, obliqui conficiunt, ipsa habere æquum fuerat. Hæc Galenus. Igitur non est vsquequaque similis deductio chyli in intestina, & vrinæ in vesicam: sed parum omnino discrepant. Nã parum admodum puto conferre huic congestioni vrinæ rractionem vesicę: sed totam ferè fieri ex pul

sione

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sione renum: datam tamen esse hanc facultatem vesicæ, veluti auctuarium: ne si quando ea esset opus sibi ipsi vesica deesset. nam millies cùm de hac separatione loquatur Galenus, nunquam ferè alicuius tractionis meminit, sed expulsionis solius. Primo De tuenda valetudine videtur hanc nostram sentẽtiam insinuare dicens: Hoc serum renes à sanguine secernentes ad vesicam transmittunt: ea porrò id colligit, quòd tenuatq; ad eundem ferè modum, quem de sicco excremento supra retulimus. Itaq; vesica recipit serum à renibus non ad eundem omnino modũ, sed ad eundem ferè modum, quo intestina siccum excrementum à ventriculo. Adde vrinam, quo intret in vesicam indigere motu introrsum non extrorsum excitato. Nam quemadmodum Galenus docet distinctissimè quinto De vsu partium capite decimo tertio (id quod Asclepiadis nodum soluit) viæ vreteres subeunt obliquè per ipsam vesicę tunicam in amplam illius cauitatem: ad extremum autem à parte interiori est veluti succisa particula membranæ, quæ operculum oculi venæ vrinam deferentis est. hoc operculum cõstat subuersum iri ab humore impulso à parte externa: tamen ab impetu interno compressum iri magis, obstructurúque firmius: quò fit, vt ad ingressum, vel humori habeat peruia foramina: quæ tamen egressum neq; flatui dent. Neq; verò scio cur miremur adeò naturæ solertiã, quam humana ars est iam imitata. nam nõ aliter pilæ lusoriæ inflantur per conspicua foramina: per quæ tamen non, deinde dimissæ, detumescunt: neq; si cõprimantur, nisi dirũpantur cõpressę. equũ sanè est naturę sapientiã cõmendando demirari: at verò fidem substollere, est stultum. Hæc est itaque vrinæ substantia: & hic secretionis modus.

Caput decimum octauum. Vtrum comparetur prius in coquendis vrinis, substantia, an color.

DVo veniunt consideranda in vrinis, substantia & color. Habet verò vrina partes duas, tenuẽ, scilicet, liquorem, & quod cõtinetur. In harũ vtraq; considerantur duo illa accidentia. Nã & in liquore potest apparere bonus color aut malus, & tenuitas, aut crassities, aut mediocritas, quę modi substãtiæ sunt species. In eo qđ cõtinet tot colorũ species fieri solent, quot in liquore: & similes etiã substãtiæ modi, crassities, inquã, tenuitas, aut mediocritas: & preter hos, leuitas, aut asperitas. Ergo vniuersè colligenti duobus signis videbuntur omnia, quę in vrinis sunt cõsideranda cõtineri, substãtia & color, de quib⁹ Auicena, qui omniũ fere cõtrouersiarũ est parẽs, ita scripsit Fen. 2. 1. doctrina tertia c. 3. Propria digestionis operatio (vel, vt alii legũt, prima) est substãtiã efficere: deinde ipsam tingere. Quibus verbis in magnam controuersiã coniecit suos interpretes disputantes, An possit cõparari in vrina color ante substantiam, aut secus. Nã est à parte eorũ qui negant q̃ Aristot. 6. & 7. Metaphysicorũ mõstrat, substantiã antecedere necessario oĩa accidẽtia, & ratione, & cognitione, & tẽpore, & natura. Nã, cũ accidentia omnia substãtię insint, & illorũ esse, inesse substantiis sit: videtur ex philosophia habere euidentiam Auicenę sententia: primã, scilicet, generationẽ substantię esse: secundã accidentiũ. Preterea illud, quòd p̃cipuè intendit natura, videtur cõsequutura citius: intendit verò maxime in substantiã. Addunt, modum substãtiæ cõparari per qualitates patientes, potius q̃ per agentes. nã duricies, mollicies, crassicies, tenuitas, lẽtor aut friabilitas, ac reliqua accidẽtia quę in modo substantię consistunt, ex humore aut siccitate p̃cipuè fiunt. color verò potius fit ex calore aut frigore. sed qualitates patiẽtes ad agentes habent rationẽ materię, & potẽtię. omnia vero quę generantur secundũ naturã, prius sunt in potẽtia q̃ in actu. Nõ videtur itaq; quadrare cũ phylosophica ratione, generari colorẽ ante substantiã: sed aut generari perpetuò substantiã priùs, & tẽpore, & natura, vel saltẽ natura priùs, & simul tẽpore. Accidens enim cum substantiam consequatur, non videtur indigere propria generatione, sed consecutione quadã cũ substantia. Sed contrà est, q̃ potest vrinæ adhuc crudæ & substãtiã & colore, vt verbi gratia, tenui & albę admisceri flauę bilis portio, qua tingatur & nõ crassescat: quo posito, cõstat futurũ, vt tenuis vrina fiat sed boni coloris. Respõdebũr, arbitror, qui ex aduerso sunt, fieri posse p̃mistiõe alterius substãtiæ vt cõparetur bonus color cũ malo substãtię modo in vrina: cęterũ illud nõ fieri p̃ cõctionẽ, de qua quæstio proposita est. Est itaq; positũ in cõtrouersia, an cũ vrina [illegible] quę simul est malę substantię & praui coloris, superãte natura morbum, elaborare [illegible] cõparare bonum colorem ante bonã substantiam an secus. Si quis hoc in loco amat de colore natura aliquid audire, legat vigesimum secundum caput secundi libri huius operis: si de speciebus colorũ, decimum septimum primi. nobis enim non est mos eadem sępius repetere: sed quę eô loci, hũc sunt dimissa addẽtur modo. Apud Galenum, & Aẽtium, & Paulum & autorẽ libelli de vrinis [illegible] alios oẽs Grecos autores, dẽpto Actuario, tantũ inuenias sex has colorũ in vrinis species, albũ, pallidũ, rubrũ, viride, liuidũ, & nigrum. Dixi pallidum, vt nomen pro genere vsurpetur: quemadmodum ὠχρὸν vsurpari apud Galenũ dicebamus. Album dicimus remissum colorem, & cruditatis indicium, prout aliquis mediocrium ab hoc recedit magis & versus nigrum inclinat, dicitur intẽsior. generãtur verò, quẽadmodum Plato docet in dialogo De natura, ex extremis his comistis in hac, aut illa proportione. Pallidi tres sunt species, pallidũ, rutum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fum,& flauum.hos proxime consequitur ruber,à quo ad nigrũ est trãsitus per liuidum,aut per viride. Omnes colores,quorũ sub aliis nominibus meminere Auicena & Auerroës,& Barbari ōmnes,ac inter Grẹcos solus Actuarius,facile est ad has sex species referri,quas solas scripsit Galenus. Color optimus,& maxime naturalis in vrinis est subrufus,& subflauus.1. De crisibus cap. 12. Nomine horũ mediũ etiã colorẽ intelligito.nã Aristot.1.sect.Problema.53.Signũ(inquit)cõcoctiõis vrina exhibet rufa. Galenus etiã μετρίως ὠχρὸν colorẽ naturalẽ. Quare ridẽdi sunt quicũq; à coloris naturalis ratione excludũt rufum. Qui his sunt remissiores cruditatẽ significãt: qui intẽsiores partim vstionẽ,partim prauorũ humorũ permistionẽ,partim alias causas.Proponatur ergo nobis modò ad disputationẽ vrina alba & tenis.vbi semel hẹc mediocris in substãtia facta fuerit, subrufa aut subflaua,cõtinens albũ leue & æquale, perfectæ cõcoctionis erit signũ. Sed nõne ante hãc perfectionẽ morbo in cõcoctionẽ tẽdẽte, his gradibus potest procedere:vt tenuis primo fiat, & boni coloris : deinde boni coloris & mediocris substantiæ tñ nihil cõtinens:vltimò tandẽ hæc cõsequantur oĩa? Certe,dicunt q̃ plurimi. Nã,cùm triã hæc generanda sint,color,substãtia,& quod cõtinetur:quod facilius est videtur,primo debere generari,deinde qđ difficilius.quare,cũ facilius sit colorẽ generare,q̃ substantiã,& hãc q̃ id quod continetur, vt substãtia prius generat, q̃ quod cõtinetur: ita videtur cõsentaneũ,colorẽ prius genitũ iri quã substãtiã.Vides ergo q̃ multa vndiq; argumẽta in hac quæstione sint: in qua ego ita sentio:duplici via generari posse colorẽ in vrina, vel cõcoctiõe ipsius vrinę, vel alicuius humoris infusione.Primo modo nõ potest color ante substantiã generari:sed,vt recedit vrina ab albo, ita â tenui : cõcoctio emẽ perficit substantiã perpetuò:color verò substãtiæ cõsequitur modum.Sed infusione alterius humoris fieri potest rufa vrina & tenuis:de qua in Prognost.30.secundi scripsit Hippocrates . Habet vero generationẽ vt paulò ante diximus ex infusione bilis valentis tingere,& non crassam reddere.Hoc docet apertè Gal.1 De crisibus cap.12.dicens.Si emẽ in aquã inieceris,vel fului coloris parũ,vel pallidi multũ , simile tibi videbitur.hẹc verò,quantũ ad colorẽ attinet,iã coquitur . Oportet aũt tantũ ipsam discedere sua crassicie ab aquosa, quantũ colore.siquidẽ bene concoqui debeat.Sed qua ratione dictũ est à Galeno . Hæc verò,quantũ ad colorem attinet iam coquitur? Quoniam vrina rufa & tenuis , etsi per concoctionem non intingatur,cũ substantia non cõparatur ad proportionẽ,tamen nõ est adeo extremę cruditatis signum,quã alba tenuis:nã hæc significat crudum extreme morbũ , & insuper tantã caloris naturalis extinctionem,vt neq; consuetã per valetudinẽ portionem bilis possit generare:rufa tenuis crudã adhuc a rotationẽ:nã vsq; dum crassities etiã incipit apparere , nondũ cõstat materiam morbi coqui , sed robustiorem magis esse natiuum colorẽ,q̃ cum alba erat & tenuis.Itaq; potest cõparari , vt dixi, color bonus sine substantia,& est bonæ mutationis indicium,concoctionis materiæ morbi nondũ.talem vrinam habuit Abderæ,virgo,quæ in vestibulo templi ęgrotabat tertio Epidemiων parte tertia: de qua dixit Hippocrates.ὕδατα λεπτὰ μὲν,εὐχροα δέ. vrinę tenues,sed boni coloris, Vnde apertè colligitur,posse vrinã comparare bonum colorem,sine bono modo substantiæ. Neq; est,ꝙ quenquã perturbent argumenta illa ex Metaphysicis Aristotelis desumpta.nã substantia hæc vrinæ,de qua disputamus, (quã multò melius est substantiæ modum,quàm substantiam appellare) accidens est nõ minus quàm color. non enim hic nomine substantiæ ipsam formam & naturam,aut ex illa & prima materia constantem, substantiam dicimus:sed modum illum circa substantiã,qui in accidentibus circa modum partiũ consistit.sunt hęc,quę paulò antè diximus,crassicies aut tenuitas,lęuitas aut asperitas,lentor aut friabilitas & similia his. hæc ergo cõparantur per concoctionem,& accidentia sunt non minus quã color. Videntur sanè hęc accidentia,vt argumentum aliud proponebat cõsequi magis materiam, color formam & agentes qualitates:tamen eiusdem substantiæ sunt accidentia putà vrinæ. Quare non est quod modus substantiæ prius generetur,quã color : sed vt generetur color simul cũ substantia,quando per concoctionem materiæ propriæ fit. Vnde,quanquã color potest generari sine substantia,tamen substãtia nõ potest generari sine colore.nam generandi boni coloris est duplex via,concoctio,& infusio bilis: generandæ bonæ substantiæ,vnica,putà concoctio:quæ vtrũq; facit necessariò. fieri siquidẽ potest,vt iecur possit generare consuetam bilis portionem , & vt materiam morbi non possit ad concoctionem decoquere:ra[illegible] potest fieri, vt morbi materia coquatur: & consueta bilis portio ex cibis non possit generari,quæ vti[illegible] est enim hoc multo leuius. Quæ igitur via supereſt generandæ vrinæ mediocriter crassæ & decoloris[illegible] vis,vt tenuem & boni coloris,permistiõe humoris tenuis,sed flaui faciebamus:ita mediocriter crassa[illegible], sed decolorem permistione humoris crassi & albi cum tenui sero facere? Atisthæc crassicies per p[illegible]mistionem,perturbatio est. erit igitur turbida vrina,nõ crassa vt oportet:hæc enim mistione perfect[illegible]constat,qualem concoctio facit.Itaque aut vrina illa turbida mingetur,& manebit talis:aut resideb[illegible] citò crassum aliquid,quale in pituitosis morbis subsidere in principio obseruauit Galenus quarta Aphorismorum sexagesimo nono . Igitur generari potest color ante substantiam,qui morbum in melius proficere significat: tamen materiam propriam morbi coqui nondum . Substantia verò bona sine bono colore non potest consistere . Sed de hac quæstione satis multa diximus.

Caput

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caput decimum nonum. An color possit mutari in vrina sine nouæ substantiæ accessione, aut decessione

VBi ubi Galenus, & alii autores de causis colorũ disputãt, hos dãt causæ calidę, flauũ, rubrũ, viridẽ, & nigrũ cũ per viridẽ ad illũ trãsitus fit: hos causę frigidæ, albũ & liuidũ, & nigrũ cũ fit ex liuore. Videntur ergo hi colores in vrina fieri alii ex aliis sola intensione frigoris aut caloris. potissimũ cũ Galen. 12. cap. 1. De crisibus de liuido dicat: Liuidus aũt color solius frigoris est soboles. Quare videtur, de sentẽtia Galeni ex sola refrigeratione fieri sine noui alicuius humoris permixtione: Neq; quidquã videtur hoc habere philosophiæ aduersum: cũ secũdæ qualitates ex primarũ proportione fiant. Adde ex sola fame, aut exercitatione, aut quacũq; alia causa calorẽ augente, fieri vrinã è pallida rufam, aut è rufa flauã. Sed cõtrà est, quod medici ex colorũ in vrinis diuersitate, nõ simplices dignoscũt qualitates, sed humores redũdantes, & materiã morbi. quomodo Hippocra. 6. Epidemiõn cõment. 5. cap. 14. Lingua (inquit) lotiũ significat. Linguæ pallidæ (dicũtur enim eò loci, chlœræ, pallidę, declarante Galeno in cõmentario, vtcũq; in aliis locis vertẽda dictio sit) biliosę. biliosum verò à pingui: rubrę verò à sanguine: nigræ ab atra bile: albidæ verò à pituita. Ecce, vt vrinarũ colores ex humorũ redundãtia fieri, nõ ex simplicibus alterationibus, doceat Hippocrates. id quod, quantũ ego sentio, & res ipsa indicat: verum est: vrinã, scilicet huius aut illius coloris fieri non per simplicẽ alterationem ad calidũ, aut frigidũ: sed per permixtionem noui humoris: nã lotiũ est per se potus alteratus cũ sero humorũ: sera ipsa imitãtur qualitates humorũ, quorũ sunt. nã ita notatũ est à Galen. 6. epidemiõn parte secunda. comment. 38. de sentẽtia Platonis: quare & colore aliquatenus referre humores, à quibus sunt, probabile est. sed quoniam sunt aquæa & sero similia, remissos oĩno verisimile est habere colores. Igitur vrinæ color non potest fieri, nisi ex magna redundantia seri alicuius: vt si quis dicat, sanguinei, biliosi, aut melancholici, vel ex infusione humoris. neq; potest mutari nisi aucta, aut imminuta quantitate humoris infusi, aut decedente æquali portione, sed magis vsta priori, aut crudiori. Nam primæ qualitates nõ in vrina tantũ, sed in quacunq; alia substãtia solas sibi similes qualitates possunt generare nõ permutata substantia: cùm verò secũdas generant, ex permutatione substãtiæ ipsas faciũt effluere: vt si quis incalescit, aut refrigeratur citra substãtiæ alicuius permutationẽ, neq; albidior fit, neq; nigrior: sed q̃primum frigus fugat sanguinẽ, dealbatur: quãprimũ calor vrit cutim, & desiccat, denigratur: tamen per se, & per alterationẽ simplicem, sui similes tantũ possunt generare agentes qualitates. Quòd si Galenus liuidũ colorẽ, solius frigoris dixit esse sobolẽ. & hos colores à calore, illos à frigore fieri medici dicunt, recte quidem: quia calor igneus bilem generat flauã, quę tingat: & refrigeratio cõcretionẽ facit, & corruptionẽ liuorẽ inducentẽ in sanguine: qui liuidus, vrinã consimili afficit colore, liuido scilicet: in quã corruptionem calor nõ potest cõiicere sanguinẽ, aut humores reliquos: neq; aliqua alia intẽperies prætẽr frigus: calor enim viridẽ potius reddat & nigrũ humorẽ. Quòd si fames, exercitatio, & ira vrinæ permutant colorẽ ad intensius flauũ: neq; id à solo caloris augmẽto fieri conuincit: sunt enim hæ causæ externæ, quæ calore, augentes aut vrentes bilẽ causæ sunt mutationis coloris in vrina. Hoc modo intelligendus est Actuarius, qui caput scripsit in secundo De causis vrinarum: De causis vrinarũ, quæ à simplici intemperie profluũt. Pro leui quæstione hæc sunt satis. Inquirere solent nonnulli, cũ in hũc locũ incidẽre: vter vrinæ color nascatur ex causa calidiori, ruber an flauus. Sed nobis, qui monstrauimus colores hos fieri ex infusione humorum, aut sui seri, eadem est hæc quæstio cum decima sexta libri primi, qua disputauimus, An sanguis sit calidior bile, aut minus. Quare si quid in hac parte habes scrupi, illam legito: ego ad aliam propero.

Caput vigesimum. An color viridis sit semper caloris soboles.

MOnstrãte Galeno diffusè libro secundo De simpliciũ medicamentorũ facultate, omnino ex nulla qualitate cõiectare quisquam possit, sit ne res quæ in examẽ venit, calida, aut frigida: sed huius fides soli experimento ab operatione desumpto tribui debet. Neque enim ex colore, neque ex odore, aut sapore, aut accidenti alio quopiam intelliges: cũ nullus color sit nullus odor, aut sapor: qui multis calidis, & frigidis medicamẽtis, cõmunis nõ sit. Quare, si quis disputet, sint ne corpora, quæ natura sua viridia sunt, calida, an frigida: stulta quæstio sit quandoquidẽ, neq; hoc, neq; illud sunt diffinitẽ. sed in vtraque parte sunt multa exempla. Cæterùm ad sordes, excrementa humana, deiectionem inquam, sputum, & vrinam, & alia omnia exeuntia conuersso sermone, non immeritò vertitur in dubium, an ex magno incendio generentur perpetuò, an nonnunquam etiam ex perfrigeratione. sed addendum etiam quæstioni censeo, cùm tales colorum generationes non consequuntur modũ materiæ, ex qua factum est id excrementi. Est enim, cùm euomuntur viridia, aut deiiciũtur per sedem: quoniam multa olerum viridium copia erat ingesta: quod neque insignis caloris, neque frigoris est argumentũ, vtpote ex causa manifesta procedens. Verùm cum extra hanc talis color in excrementis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prouenit,internam habet causam in humano corpore, aut frigus corrumpens aut vrentem calorem. Auicena,cuius opinioni adhæsit Auerroës,cum quinque recensuisset viroris species,fisticalem,colorem ireos,indicum,ærugineum, & porraceum: omnes præter ærugineum & porraceum, ex frigida causa nasci censuit. Ego verò,aut solum ærugineum,& porraceum virides esse: reliquos verò perperam in hãc colorum speciem referri puto:cùm liuidi potius,aut quales Actuarius venetos vocat,sint: aut quę de causa generationis dicunt falsa esse,& omnino aduersa Galeni sententiæ. nullibi enim videas Galenum,viridis coloris generationem frigidæ causæ tribuentem:sed calidę perpetuò. Verùm legamus caput duodecimum primi De crisibus, vbi ita scripsit. τὸ δ' αὖ χλωρὸν χρῶμα κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ μέλαν ὁδὸν γίνεται, καὶ ἔστιν ὥσπερ ἰὸν προοίμιον τοῦ μέλανος. εἰ γὰρ κακοήθες εἴη τὸ νόσημα, καὶ τοῖς αἱμάτοις, καὶ τοῖς διαχωρήμασι, καὶ τοῖς οὔροις τοῖς χλωροῖς, ἐφεξῆς ἐπιφαίνεται τὰ μέλανα. τελιδνὸν δὲ χρῶμα, μέσης φύξεως ἔκγονον. v. Idest. Color viridis in ipsa via ad nigrum fit:& est veluti principium quodam nigri. si enim malignus sit morbus,& vomitibus,& deiectionibus,& vrinis viridibus: statim succedunt nigra.liuidus verò color solius frigoris est soboles. Constat hac oratione,Galenum apertè omnem colorem viridem tribuere calori. nam quod additum est ad finem dictionis?Liuidus verò color semper frigoris est soboles,dictum est ad differentiam causæ viridium, quos ex morbi malitia fieri dixerat.constat enim Galeno esse consuetudinem hanc bene veterem, malignum morbum dicere vrẽtem, vt colliquantẽ,& eum qui vehementia interimit.ita hîc inquit, Viridis, cùm morbus est cacoëthes. liuidus ex solo frigore prouenit.Hunc locum hoc modo intellexere autor devrinis & Aëtius docentes,nigrũ colorẽ ex calore fieri posse,aut frigore:verùm distingui ex antecedẽte colore.si enim chlorus color antecessit,ex caloris vehementia fit:si liuidus,ex frigore. Hæc nullus non intelligit ex præsenti Galeni loco esse desumpta.Sed hoc vnũ inuenias discrimen:vbi nos vertimus, Viridis, interpres Aëtii & autoris libelli De Vrinis vertũt Flauus, tamẽ apud ipsos Græcos autores nihil est diuersum.nam eandem dictionem vsurpauit Galenus,quam & alii duo,nẽpe χλωρόν. Videndũ ergo modo est vtra harum versionũ videat accedere propius ad Galeni mentẽ. Si eñ nos melius trãstulim⁹ vertẽtes Virides:cõstat,virides colores de sentẽtia Galeni citra dubiũ ex causa calida perpetuo generari.Cõsidera dictionẽ hanc χλωρόν duo significare,pallidũ & viride interprete eodẽ Galeno,qui in com.47.2.prognostici inquit: Sępenumero dictũ iã est,vt chlωron de pallido dicere solitũ sit: & item de eo, quod à quodã vocatur ęruginosum. Illud æruginosum dictũ est,non ꝙ chlωron solũ ęruginosum significet,ac nõ etiã porraceũ,& rutaceũ,etsi quę sunt alię viroris species:sed quò quasi per descriptionẽ, significaret colorẽ viridẽ. est enim nullũ nomẽ Græcis vniuocũ,quod dictioni huic viride respõdeat. proinde hos colores cõparatione declarant,& de porraceo,aut ęruginoso dicunt multa,quę de viridi in genere dicerẽtur. Notauit hoc Galenus ipse com.39.eiusdem libri dicẽs, Porracei verò nunc primũ habuit mentionem, cum non habeat proprium nomen, sed vtatur porri appellatione. Pro viridi aperte vsurpatur.10. De simpl.facul.cap.5.cui titulus est περὶ χλωρῶν βατράχων.i. de ranis viridibus. nouimus eñ tales esse ranas de quibus illic est sermo.Itaq; significat dictio duo hæc,pallidum & viride. Tamen quæ in illa dictione à Galeno de chlωris dicebantur,nullo modo possunt pallido colori quadrare. Ergo de viridi erat illi sermo. Quid enim inquit?chlωrus color est, veluti principiũ nigri. Vide hoc quantum cõueniat cum viridi,& quantũ discrepet à pallido. Plato in dialogo De natura(ex quo loco Galenum desumpsisse video omnes colorũ naturas, & appellationes)ita scripsit, splendidũ rubro alboq; permistũ flauũ procreat:rufum flaui fusciq; attẽperatiõe producitur,fuscũ albi & nigri,pallidũ albo flauo permixto. rufi nigriq; tẽperie producitur color porraceus. Est verò hic porraceus dictus color viridis. de pallidi, rufi & flaui generatiõe prius fuerat loquutus cõstituẽs hos gradus citra rubeũ.tantũ abest,vt nigri coloris sint principiũ. Viridis vero quẽ porraceũ appellat Plato,vt sua ostendit generatio ex rufo & nigro, principiũ nigri est. Itaq; recte vertimus de sentẽtia Galeni viridẽ colorẽ esse velut nigri principiũ,& fieri ex incẽdio semp:cõtra ac liuidus,qui extinctiõe caloris fit. Decimo etiã De simpliciũ medicamentorũ facultate cap.12.apertè significat oẽs species viridiũ colorũ ex flauis fieri per vstionẽ in trãsitu ad nigrũ, differẽs [illegible] Quin & in aĩalibus(inquit)apparet,flaua quidẽ iis,quę magis sunt calida:quę verò minus pallida,& vbi [illegible] fame aut siti torquẽtur,ad atrũ colorẽ vergit: interim illũ habẽs ęruginosum,interim cęruleũ(cęruleum [illegible] est viride colore,sed via etiã est à flauo ad nigrũ:nã,vt flauũ fit ex albo & splẽdido cũ rubro,ita cęruleum [illegible] ex albo & splẽdido cũ nigro)interim isatydis qui quidẽ magis est colore brassicę fuscus. Harũ tãtũmodo [illegible] specierũ viroris meminit libello De atra bile:neq;,qđ ego legerim,alicuius meminit alterius. Nã,si sexto Epidemi. in cõment.3.cap.21.herbacei meminit: nõ significauit illa dictione speciem aliquam viridẽ: sed per descriptionem ipsum virorem: quod declarauit transferẽs etiam appellationem per metaphoram ad omne vigens & boni habitus. constat verò per hanc metaphoram dici solere, virentem iuuenturem, non herbaceam. Sunt ergo dictæ viroris species, quas semper dat Galenus calidæ causæ. Secundo prognostici commentario.39. ita scriptum reperias. At verò gignitur in corpore,quẽadmodũ crocea bilis per naturã habẽtibus: ita porracea altera

præter

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

præter naturã:cõſtatq;,vt hæc in vẽtriculo ſæpenumero gignatur propter quorundã cruditatẽ eſculẽ-
torũ,aut olerũ,qualia beta,cœpa,&braſsica ſunt:atq; vt etiã interdũ talibus nequaquã ingeſtis ratione
ęgrotatiõis in vẽnis gignatur,ac decũbat,aut in ventrẽ ſuperiorẽ,aut in inferiorẽ,caloré in corpore in-
dicans p̃ter naturã,atq; excrementi proprietatẽ,talis tẽperamento, qualis prædictorũ olerũ ſuccus eſt.
Hæc de p̃racea.Rurſus.cap.47.inquit:Flauus,vbi ſeroſus ipſe humor aſſatur,quo permiſto rufus ap-
paret:æruginoſus vero,vbi is vehementer aſſatur. Cùm itaq; adeo hæc ſibi conſentiant: mihi perſua-
deo,reliquos colores,quos ex frigidis cauſis fieri obſeruauerunt Auicenna & Auerroẽs malè referri in
virides.ſed hos omnes naſci ex vſtione.Neq; verò ſi quis coloris ipſius naturam contẽpletur, aliter iu
dicet.nã qui ex frigore fiunt, ſunt intermortui quidã colores,vt albus,& liuidus:qui verò participant
igneo quodã ſplẽdore,cuiuſmodi ſunt rufus & flauus,hos ex inflammante igne veriſimiliùs eſt naſci:
nam & ipſe niger color nõ aliter cognoſcas,fiat ne ex calore aut frigore,q̃ ſi intermortuus eſt, aut ſplẽ
dore quodã oſtendit ignis veſtigiũ,tertio De cauſis ſympromatũ. Quòd verò omnis color viridis ſplẽ
doris ſit particeps,ipſe docet intuitus,& præterea generatio:fit enim, vt diximus,immiſsione rufi(qui
quia igneas flammas imitatur,appellatur Græcis πυῤῥὸς)in colorẽ nigrũ. Atq;ita natura ipſius coloris
docet,vt ad nigrũ ſplendidum via ſit,cùm fiat nigritie & ſplendido colore confuſis. Tamen cõtrariũ
videbitur fortaſſe alicui docere Galenus,qui.1.Prognoſti.comment.10.ita ſcripſit:Interdũ, vt pleriq;,
braſsicas,& lactucas chloras nominant:qui quidẽ color nigrior eſt,q̃ rubet.eſt em̃ tanquã initiũ quo-
dã nigri,liuidiq;,quẽ frigus,perinde quaſi nigrũ,efficit.Poſsit reſpondere aliquis,vltimã dictionis par-
tem liuidũ referre,vt ſenſus ſit, Quẽ liuidũ,frigus fecit,perinde ac nigrum.Sed qua ratione viridis co-
lor,ſi modò ſemper ex calore fit,poteſt eſſe initiũ liuidi,qui ſemper eſt frigoris ſoboles?Præterea Hip-
pocrates illo in loco recenſuit eos colores,qui in morbis acutis extinctione caloris natiui fiunt, atque
inter eos viroris meminit:igitur color hic ex frigore fieri poteſt,nõ minus q̃ liuidus & niger. Sed pro
huius intelligentia oportet meminiſſe,nos non de viridis coloris cauſa abſolute diſſerere, ſed de viri-
di excrementorum colore:Hippocratem verò illic de eo colore qui in facie ęgrotantis apparet,quem
contingit viridem apparere ex ſolo frigore ſanguine ſcilicet nigriori reddito,atq; cũ bile ruffa, qua æ-
grotantis facies tingebatur,permiſto:itaque colorem viridẽ facie imitãte.non enim aliter pictores vi-
ridẽ generant quã nigro immiſſo in rufum.tñ conſtat hac ratione humorem nullum refrigeratione vi
reſcere,ſed cutim faciei:ſanguinẽ verò denigrari.Sed hæc arbitror ſatis fuerint,ne cui amplius, qui ra-
tionis ſit particeps dubiũ videatur,viridẽ colorem in humanis excremẽtis caloris multi eſſe ſobo[illegible]n:
Quare res ipſa poſcit,vt ad aliam quæſtionem ſtilum conuertamus.

Caput vigeſimum primum. Vter color vrinæ magis lethalis ſit, liuidus an niger.

VIderi alicui poſsit non immeritò niger color vrinæ magis lethalis eſſe liuido perpetuò: quando-
quidẽ ex liuido,morbo properante ad perniciem,fit niger,quare vrinam extremè malã perpetuò
indicet:vt & Galenus ipſe viſus eſt indicare duodecimo capite primi De criſibus ita ſcribens.Peſ-
ſima igitur eſt omnis vrina nigra,adeo,vt neminem vnquã ſeruatũ viderim ex iis,qui talem vrinã min
xerunt.Cæterũ alii aliter ſtatuunt deteriorẽ inquã eſſe liuidã nigra.quandoquidem liuida frigoris (di-
cũt)eſt perpetuò ſoboles,dicẽte Galeno in p̃dicto nuper capite:nigra verò nõ unquã huius, nonnũq̃
vehemẽtię caloris,quod nõ putãt adeo graue malũ Eſt p̃terea,cũ poſsit nigra vrina mingi in morbi iu
dicio. Addũt cõmunẽ eſſe rationẽ vrinę & reliquorũ ſignorũ,quod ad colores attinet. Tamẽ de colo-
ribus artuũ ęgrotãtis, ita ſcripſit Hippocra. 2. Prognoſtici Apho. nono: Si digiti, ac pedes omnino ni
greſcunt,minus peſtiferi ſunt,q̃ ſi liueãt.Ita igitur ſtatuit vtraq; ſententia.Galenus, quantũ ego ex lec-
tione conſequor,nullibi eſt aggreſſus hanc comparationẽ colorũ in vrinis:ſed conſonũ eſt illius ſentẽ
tiis,nigrã vrinã,cũ ipſam cõtigerit lethalẽ eſſe,pernicioſiorẽ eſſe liuida, qm̃ intẽſior eſt illi pernicioſus
color,& ex intẽſione liuidi niger fit:cęterũ rarius cõtingere liuidã vrinã ſalubri[illegible]ni, q̃ ni[illegible]ã. In
quo ſenſu intelligẽdus eſt etiã Hippocracrates loco illo.Si digiti [illegible]no nigreſcũt,declarãte Ga
leno in cõmentario.Huius verò prõpta eſt cauſa. nã neceſſe e[illegible]rinã talẽ mingi redũdante prauo ſuc-
co,atqui eo per ſymptoma euacuato,aut p̃ iudiciũ:cũ per ſ[illegible]ptoma decidũt,vtraq; vrina lethalis eſt,
atq;adeo nigra eſt lethalior:vrinã nigrã in morbi iudicio [illegible]cuari, facile eſt multo atro humore ad vri
nę vias deriuato:liuidã rariſsimũ,aut oĩno de iis quæ fieri [illegible]on poſſunt.fit ſiquidẽ niger color (dicente
Galeno vigeſimo ſecundo commentario ſecundi prognoſtici)ex atra bile ſyncera. liuidus verò, cùm
influit modica,& permiſcetur modicè. Sed cum parum euacuatur ſuſpecta euacuatio eſt, & debilita-
tem ſignificat virtutis, de qua dictum eſt ab Hippocrate ſecundo Epidemiõn parte prima, Decreto-
ria, quę non decernunt, aut lethalia ſunt, aut difficulter iudicant. & rurſus primo Prædictionum,
Stillæ in vndecimo die conſtitutis difficiles tũ alias tum ſi inſtillauerint. Itaque rariſsimum eſt, aut

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quod oīno nunquā fieri poteſt, liuidā vrinā non excerni lethaliter. quanquā nigra exitioſior eſt, q̄ liuida, cū vtraq; eſt exitioſa. Sed contra eſt quod Hipp. 4. Aphoriſmorum aphoriſmo. 47. ita ſcripſit. Excretiones in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ, & bilioſæ, omnes malæ: at ſi bene exeunt, ſiue per alui excretionem, ſiue per vrinas, bonæ. ſi vero non aliquid eorum quæ iuuāt, per hęc loca excernitur, malum. Qua ſententia conſtat Hippocratem dixiſſe liuidas vrinas aliquando bene exire, aliquando male: cōtrà ac nos viſi ſumus probare. Sed nos vrinam liuidam meritò habemus magis ſuſpectam nigra, & rarius bene exire, ac per iudicium diximus: nunquā contrariū fieri poſſe, vt ſcilicet bene exeat non diximus. Quanquā putauerim, ſi quis recte cōſideret cōmentarium, Galenū habuiſſe ſuſpecta exempla, ſententiā alioqui maxime probans. maluiſſet enim ita ab Hippocrate ſcriptū, Euacuationes omnes, ſi bene exeunt, bonæ: ſi male, contrà: atque prætermiſſa fuiſſe hæc exempla. Sed etſi prætermiſſa non ſint. quod loco exempli dicitur in vniuerſali regula, non tanti faciēdum eſt, quàm ſi per ſe diceretur. Adde omnino nullum eſſe tam pernitioſum ſignum, quod non aliquando præter expectationem bene cædat: quod pro Hippocrate eſt ſatis, etſi vrina liuida ſuſpecta meritò magis ſit, quàm nigra. Sed de hac quæſtione hæc ſufficiant.

Caput vigeſimum ſecundum. De craſſa ac perturbata.

QVandoquidē de coloribus aliquantiſper diſputauimus, nō erit incōmodum, vt, ſi quę ſunt de ſubſtantia cōtrouerſię, hę quoq; dirimantur. Auicena genus ſubſtātię à genere claritatis & turbulentiæ diuerſum facit. Quare ſubſtantiā diuidit in duo genera: genus ſcilicet tenuitatis, aut craſsitiei, & genus aliud turbulentiæ & contrarii: ita vt poſsit eſſe vrina craſſa nō perturbata, & tenuis perturbata. Id quod probat exēplo aliarū rerū, nā inquit: Plerūq; eſt ſubſtātia groſſa & clara, ſicut albūmē oui & gluten piſciū liquatū, & vitrum liquatū, & oleū: & plerūq; eſt res ſubtilis ſubſtātiæ turbida, ſicut aqua turbida. quę eſt magis tenuis q̄ albumen oui. Neque vero inquit citra rationem fit, vt res tenuis ſubſtantiæ ſit nōnunquam turbida: Sed turbulētiæ (addit) cauſa eſt permiſtio partiū colores habentiū extraneos fuſcos, aut aliis coloribus infectos, qui ab aſpiciēte ſenſu nō ſunt percepti, & prohibēt peruietatē, & nō per ſe percipiūtur. Hæc ſunt interptis eius verba. Quibus clare ſignificatur, craſsitiē vrinę differre à turbulentia: & tenuitatē à perſpicuitate. Cuius contrariū intelligas ex Hippocrate & Galeno vbi vbi de hac differentia loquūtur. Primo De criſibus cap. 12. vrinā craſsā in tres ſecuit differētias, cōturbatę, quæ talis perſeuerat, & perturbatę quę clareſcit, & claræ quę perturbatur. vides vt hæ eædē ſint turbidæ vrinę ſpecies. Dices fortaſſe, ſunt iſtę differentiæ vrinæ craſſæ per cōturbationē: ſed nihil prohibet eſſe aliā ſine perturbatione. Primò, Galenus nullibi iſtius craſsitiei meminit, quę citra conturbationē ſit: quin potius vbicunq; Hippocrates vrinā craſſam appellat nō loquēs de cōturbata, Galenus dictionē de mediocri in ſubſtantia interptatur: vt licet videre in cōmentario. 76. &. 77. quartæ Aphoriſmorū vbi inquit: Cū verò non tenuis extiterit, ſed mediocris (in quo ſignificato craſsā intelligere oportet hoc loco. &c. Neq; verò id gratis putes dictū à Galeno: nā in Epidemiis in enarrandis hiſtoriis, ſępius q̄ vt referri poſsit dicit, quo vrinā crudā ſignificet, Erat vrina tenuis, aut Perturbata: quo ſignificet coctā, Erat craſſa. Ex qua phraſi nullus non intelligit craſſam nimis, ac pter naturam, conturbatam eſſe, neq; aliquā eſſe craſsā à mediocritate naturæ recedentē, nō eandē turbidā. Primo epidemiōn parte tertia in hiſtoria Philini, Vrinę (inquit) tenues, & decolores in principio. deinde (paucis interpoſitis) deſcribens vndecimū diē, Vrinā verò reddebat vnà cū conuulſionibus affatim multā, rarò admonentibus, craſsā albā, qualis eſt quę in matellis diu ſtetit, cū agitatur, nō ſubſidebat, color & craſsitudo ſimilis iumentorū vrinis. Vides q̄ apertè dicat craſsā, quæ cruditatē ſignificat, eſſe conturbatā. In hiſtoria vxoris Epycratis, quæ ægrotabat apud Archigetē, deſcribēs vrinā diei quindecimi, quæ cocta iā erat, inquit, Vrinæ craſſæ cū candido ſedimento. Sūt innumera alia loca: ſed non oportet referri plura. nā cuiuis licet eas hiſtorias percurrere attētè intendendo animū ſermonibus. Quarta particula Aphoriſmorum. 72. Quibus vrinæ albæ & perſpicuę. Dictione hac albę & tenues ſignificātur. quia dictio hęc, Perſpicuum, quam deſcribit extremā perſpicuitate dicitur, perinde ſignificat ac tenue: vt craſſum extremè eſt perturbatū. Quod nō potuit ſignificari clarius, q̄ his verbis, quæ habētur duodecimo capite primi De criſibus deſcribente Galeno eò loci vrinam naturalem. ἐυθὺς δὲ ἔστω καὶ πάχους ἔχει συμμέτρως, τὸ δὲ μὴ λεπτότερον, ἢ παχύτερον ἑαυτοῦ, περὶ τοῦτο σημαίνει. τὸ μὲν γὰρ, οὔπω κεχύμωται, τὸ δ', ἔτι τεταράκται. Ideſt. Statim aūt hęc eſt & mediocris craſsitiei: quę aūt tenuior eſt illa, aut craſsior concoctionem deficientē ſignificat. illa em̄ nondū humorem habet fuſionē: hęc verò adhuc conturbatur. Hac dictione nulla poteſt clarius neq; latius ſignificare omnem craſſam vrinā eſſe cōturbatā: inquit enim, Quę mediocri craſsior eſt cruditatē ſignificat: quia conturbatur. Igitur omnis craſsior mediocri, conturbatur. nam aſſertiōes, quibus rei redditur cauſa, vniuerſaliū habent vim, niſi quid nos fallunt dialectica dogmata, & cōmunis omnium mortalium ſermo. Quid ergo reſpondebimus Auicenæ. Certe nihil aliud

quàm

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quàm deceptum fuisse illum, aliarum rerum differentias in substantia & perspicuitate ad differentias vrinarum transferentem. nam est, fateor, crystallum magis pellucens commotis aquæ fluctibus, & ex perturbatione infectis arenæ colore, quibus etiam est crassius: tamen in vrinis non aliam inuenias generandę extremæ crassitiei viam, q̃ conturbationem. Itaque si rerum naturas per se contemplare, differt q̃ p[illegible]rimũ crassum quis dicat, aut conturbatum: perspicuum aut tenue. tamen si hęc in vrinis requiras est [illegible]nicum accidens. natura enim potuit à prima generatione effingere substantiã crassam, sed pellucentem, quale crystallum fecit & vitrum. Sed vrina quę substantia sua est tenuis aquea, sero similis, non aliter crassescere potest quàm per crassorum admissionem. Crassa verò aut perfectè permiscentur, aut confunduntur: si perfectè permiscentur elaborantur concoctione: quod concoctione fit, est naturale & mediocre: si confundũtur vt crassam reddũt ita cõturbãt. Sed videtur Auicena inuenisse modum generationis extremè crassę per concoctionem: quæ (si ita fit) cõturbata non erit. inquit siquidẽ: Vrina aũt multum spissa secundũ plurimum significat maturationis priuationem: & secundũ minus humorum grossæ substantiæ maturationem, erit ergo in statu humorosarum febrium. Ecce vt Auicena inuenerit valde crassam ex concoctione. Si quid Auicena non est hic lapsus, vt alibi sępe, vrina illa crassa non est sine cõturbatione, etsi ex concoctione sit. Sed quo pacto conturbata est ex concoctiõe. Quia humor coctus expurgatur per vrinam. atq; ita videre est in status parte extrema aut inclinatione prodire crassas & perturbatas vrinas, non agitatione & eruditate, sed excretione iudiciali crassi humoris & cocti. quod distingues per antecedentia, si scilicet signa concoctionis antecessêre, aut secus. Nulla alia forma est generãdi valde crassam vrinam ex cõcoctione crassorũ. nam, nisi ipsius humoris portio cũ vrina descẽdit, serũ, etiã crassorũ humorum & coctorũ, non transcendit mediocritatẽ crassitiei. si quid humoris descendit, sed modicũ, subsidet: atq; ita neq; crassam extremè facit vrinã neque conturbat: si verò profusè humor funditur per vrinam, vt cũ per hanc viam iudicatur morbus: copia humoris facit crassã & conturbat. Satis ergo ostendimus, crassam vrinã, cùm extremè est talis, eandem esse conturbatam: & perspicuam etiam cum extreme talis est, qualem quarto Aphorismorũ Hippocrates describebat, non esse diuersam à tenui. De cuius causa, dimissa iam tandem hac, occurrit hoc in loco contentio.

Caput vigesimum tertium. Vtrum vrina tenuis fieri possit obstructione an tantum eruditate.

VErtitur enim in dubium An ex sola humorum eruditate vrina tenuis fiat, an etiam aliquando ex viarum obstructione. Auicena siquidem inquit. Valde tenuis in omnibus dispositionibus maturationis significat priuationem, aut in venis oppilationes. Actuarius, in obstructionibus, inquit, apparere tenues in obstructionum solationibus crassas. in quam sententiã Aëtius, Vrinę circa obstructionis principiũ, paucę & aquosæ mingunt? Quinetiã & ipse Galen. lib. 1. De locis patientibus. cap. 1. repẽtinã suppressionẽ vrinę cum aliis signis, & iis quæ antecesserũt lapidẽ in vesica significare dicit. & inter antecedẽtia, vrinã aquę similẽ cõmemorat. sic eñ, arbitror, recti⁹ dicetur, q̃ vrinã aquę similem, signũ esse lapidis vesicę, cũ non distingat vesicę lapidem ab eó, qui in renibus progignitur. Igitur hæc omnia autorũ testimonia vidẽtur cõfirmare, ex obstructione fieri tenuitatẽ. p̃cipue, q̃ etsi nulli dicerent, nos tamen ipsi sępe videmus, ex obstructionibus aqueam vrinam transfundi, quę subitò reserata via crassa profluit: cùm non possit subito à eruditate vindicari. At verò contrà est Galenus, qui. 4. De tuenda valetudine, crudis succis hanc vrinã dixit accidere, obstructionis nulla facta mentione. 1. De crisibus. cap. 12. vrinã extreme tenuem, aqueã scilicet, ex eruditate dixit fieri. Dices. Non est proprium signũ, sed cùm obstructio nõ adest, semper ex eruditate fit: itaq; non dixit ex eruditate sola. Mihi videtur hac in parte, vt meminit debilitatis facultatis retinentis quæ in renibus est, ita quoq; obstructionis mentionẽ facturus, si ab hac quoq; eã vrinã fieri posse existimasset. 4. etiam Apho. com. 69. nõ absque ratiõe crassæ vrinæ sunt multitudine paucę, vt quę vix renes pertrãseãt. ergo quę eatenus crassę sunt, vt vix renes pertrãseant, paucę fieri possunt, sed nondũ tenues. Pręterea, falsò dica[illegible]quacunque substã tia, quantumcunque fortem habente permistionem, posse colla[illegible]crassam à tenui sep[illegible]. An etiam in ea permixtione, quę per concoctionem cõparatur? In[illegible]quę coquũtur, dicente Aristot. 4. Meteo. cap. 2. crassa permiscẽtur cũ tenuibus, quę ab imbecilli[illegible]dore nõ continebãtur: hæc cõtrà, putrefactio separat, cõcoctioni contraria. Sed, vt hęc generatio dicitur cõtraria ab Arist. quia naturalis refactio separat, cõcoctioni contraria. Sed, vt hęc generatio[illegible]

propria substantia coacta:aut permixtiõe alicuius crasi humoris cõturbata.prior illa crasities, vt quę mixtione perfecta comparata est,non potest colatura amitti:alioqui, nihil prohibebit ex aqua aërem colatura facere.neq; minus,hac sola ratione censebis,elementa,quæ proprias formas in mixtis retinere credis,posse inuicem separari,atque ita sola colatura,liquores omnes posse corrumpi. An non quæ eandem substantiam constituunt,ab eodẽ calore naturali in mixtione contenta, vnionem conantur tueri?Ego quidem arbitror.nam dissoluta corrumpuntur,& nulli rei est quidquam carius ad conseruatione. Quæ percolantur,nonne magna ex parte suo pondere permeant meatus tenuiores? Quæ ergo tanta vis est,cum præcipuè extrinseca accedat nulla,aut ea non adeò vehemens, quæ substantię eiusdem partes concoctione vnitas,eodem naturali calore contentas,separari faciat? Sola supereſt vna illa tenuitas,quæ etiam ab obstructione fieri potest,priuatio scilicet,eius crasitiei, quæ per conturbationem participabatur.possunt siquidem humores crasi,qui hactenus reseratis viis,cum liquore permeabant:nunc,obstructis,quanuis non adeo angustis viis,hærere, suo lentore. atq; ita reliquum permeabit,non sua substantia tenuius(hoc enim naturæ rei repugnat cùm semel cocta non possint cruda reddi,vt alibi monstrabimus)sed minus perturbatum,minus crasis confusum.quæ expurgatio sensui præstat speciem attenuationis. Quare non parum acutè dictum est ab Auicena, claritatem & conturbationem differre à tenuitate & crasitie.quanquam Gal. crasitiem & conturbationem eandem differentiam semper esse censuit:non qui,si rerum naturæ exactius spectentur,non intelligeret, primam illam differentiam in modo propriæ substantiæ,secundam hanc in confusione cum alia diuersa,consistere:sed qui hæc excessuum nomina,extremis accidẽtibus volebat tribui: & veram crasitiem,quę cõcoctione fit,nunquam vltra mediocritatem consistere,intelligebat.proinde crasitiem in extremo,& conturbationem,constat eandem esse differentiam, quòd ad medicam considerationem spectat: etsi rerum naturas recte nos docuerit Auicena. Hinc quoque luce clarius iam euadit, vrinam extremè tenuem, in pueris propterea esse periculosiorem,quòd natura sua habent fortissimã alterandi vim: sed non propterea,pueros solere mingere in extremo crassum sed propter voracitatẽ,& inordinatos motus.sed quando hæc sufficient,& lectoribus in hac quæstione satisfecimus: opportunum fuerit ad aliã transire.

Caput vigesimum quartum. Qui colores cum quibus substantiæ modis coniungantur.

AVtor ille libelli de vrinis,quicunque is sit,singulorum colorum enarratis naturis, & modi substãtiæ speciebus,conferens substantiam cum coloribus, tenuitati ruborem & nigredinem denegat, denegaturus etiam quantum intelligo liuorem,si de hoc colore non omnino tacuisset. crasitiei denegauit pallidum rufum & flauum: Atque denegasset(vt arbitror)viridem colorem,si illius meminisset. Verum quæ ille tacuit,nos non inducemus ad reprehendendum:sed quod dixit perpendemus,quàm verum sit.Itaque si qua vrina est pallida,rufa,aut flaua,statim est tenuis:si nigra,aut rubra: statim crassa'. solum reliquit candorem cum quo alteruter substantiæ modus copuletur. Est huius sententiæ vnica ratio, quòd pallidus rufus & flauus color influxu tenuis humoris fit,nempe bilis amarę,ruber& niger influxu crasi, sanguinis inquam,aut melancholiæ:albus, nunc influxu humoris crasi qualis pituita,nunc nullo humore permixto,nunc verò defectu concoctionis.Huic sententiæ visus est attestari Aëtius saltem in his quæ de vrina nigra Autor libelli De vrinis scripsit, non sine multis argumentationibus,quibus non hi autores modò,sed multi alii medici seducti sunt,in suis commentariis, aut lectionibus,aut disputationibus,censentes nullam tenuem vrinam posse esse nigram, qua in parte maxima agetur huius quæstionis controuersia. quanquam non committemus,vt aliorum colorum,quenquam omittamus.Monstrabimus,non in hoc colore solum,sed & in reliquis, præ nimia diligentia autorem illum esse lapsum.sed quoniam niger pendet,non ex crasso tantum humore,sed ex omniũ maximè crasso:age [illegible] primo disputemus. Aut(dicũt)vrina nigra fit vstione, aut perfrigeratione, aut permi[illegible] melanch[illegible] succi[illegible]stio resolutione tenuium partium facit crassescere,perfrigeratio cõgit ac densat, humor melancholicus [illegible]um sit substantia crassus, necessario faciet vrinam crassam:igitur nullatenus generari potest nigra vri[illegible],& tenuis.Illi ita colligunt, tamen hac in parte laudanda magis est Auicenæ sententia qui non semel [illegible]d sæpius Fen secunda.4,meminit vrinę tenuis & nigræ.tales vrinas inuenit toties Hippocrates in æ[illegible]otantibus,vt in historiis Epidemiõn licet videre, vt mirer cur illi autores tam multa Hippocratis loc[illegible] dissimulanter præterierint,neque respondentes,neq; negantes,neque declarantes: Nam Herophonti fuere οὖρα μέλανα,λεπτά.vrinæ nigræ tenues: Epicratis vxori οὖρα λεπτά,ὑπομέλανα Heropyto Abderis οὖρα λεπτὰ,μέλανα. Apollonio abderæ,& aliis quĩ quaginta fuere tales vrinę.igitur possũt fieri vrinæ tenues & nigræ haud dubiè, si modo fidelis est Hippocrates in narrandis historiis.Sed qua id ratione? An frigore denigrata est hæc vrina? aut vsta calore?

Aut

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aut tincta atra bile? ita enim argumentabantur. Sed pro argumenti dilutione, & firmiori probatione noſtræ ſententiæ, hæe oportet intelligas, quæ oſtendit quotidie in ipſa re experimentum, & probant pictores: colorem, quò magis accedit ad extremos, præcipue verò ad nigrum, eò cum æquali quantitate materiæ, vel nonnunquam etiam cum minori plus tingere. igitur qui niger eſt color, minima cum quantitate tingit, vſque adeo, vt ſi in magnum aliquod aquæ vas, tantillum atramenti immittas, aut etiam atri vini, totam aquam atro colore videas infectam. Sufficit igitur ex ratione multo minor nigri humoris copia tingere quàm craſſum redere. Nam quæ atra ſunt, hac ratione qua atra, tingunt prius reliquis, ſed craſsitiem non faciunt prius, reliquis, niſi ipſa ſimul contigerit eſſe craſsiora reliquis. fieri ergo poterit, vt portio atri humoris incidat in vrinæ liquorem quæ valeat illum tingere, & quæ nõ valeat craſſum facere. quo poſito conſtat futurum, vt vrina nigra fiat & tenuis. Quod ſi nigram quę ex maxime craſſo humore pendet, oſtendimus poſſe eſſe tenuem: nulli iam videbitur difficile rubram etiã tenuẽ fieri poſſe, influente, ſcilicet, in eam ſanguinis ea portione qua valeat tingi, & non fieri craſſa. Quanquam de rubra non dubito, quin ſi admodum rubra eſt, ſit etiam craſſa. Quare ſubrubram & tenuem fieri poſſe puto à ſanguinis ſero, aut à ſanguinis modica portione: ſed rubram, aut perrubram neque à ſanguinis tam parua portione, vt non etiam craſsitiem inferat. Verum quæris iam, ſatis certo ſcio, quid eſt in cauſa, quòd ater humor poſsit atram vrinam facere non etiam craſſam, & ruber nõ faciat rubram quin faciat etiam craſſam, cum ſanguis non ſit tã craſſus quàm melancholia? Dictũ à nobis nuper eſt, colorem quò eſt intenſior eò magis tingere, etiam cum minori quantitate, atque hoc colorem nigrum facere omnium maxime. id, quantũ intelligo, fit, quia remiſſus color facilius diluitur permiſtione alterius: quàm qui eſt intenſior. Igitur meritò fit, vt ſanguis facilius diluatur infuſus in ſerum, quàm melãcholia. igitur portione multò maiori ſanguinis opus eſt, quo rubra fiat vrina: quàm atri humoris, vt nigra, nam minor vel etiam ęqualis, diluitur à ſero vſque adeo, vt ſub rubra illinc vrina prouenìat, non rubra. Igitur fieri etiam poteſt rubra tenuis, ſed parum rubra, quam ſub rubram dicimus: non rubra, aut impenſe rubra quam perrubrã appellauimus. Verùm hæc de tenui vrina dicta ſint, craſſam quid impedit pallere? (nam & hoc negat autor de vrinis) ſi enim color pallidus remiſsior eſt rufo & flauo, vt monſtrauimus, & quemadmodum nos Plato docuit quem ex Timæo in quęſtionem decimam octauam induximus diſputantem, ex albo & flauo permiſtis habet generationem, fac in vrinã craſsã & albã portionẽ flauæ bilis deſcendere, & ecce prodibit craſſa, & pallida. adde plus bilis, nihil detrahẽs de craſsis ſuccis, & ex pallida ſubrufa fiet. quod fieri poſſe viſus eſt Galenus dicere. 30. com. 2. Prognoſt. his verbis: Oportet enim vt in colore diximus modice rufam eſſe debere naturalem vrinã, ita etiam modicè ſe habere in corporatura aut craſsitudine, neque ita tenuem eſſe vt aquam, nec ita craſſam. vt aſsimiletur vrinæ iumentorum. hęc dixit Galenus deſcribens naturalem vrinam, & vituperans eam quæ cum in illa conuenit colore, ſed ab ea deficit in ſubſtantia. quod duplici via fieri poſſe ſignificat, facta vrina tenui, aut craſsiori qualis eſt iumentorum. igitur inſinuat ſubrufam aut ſubflauã vrinam craſſam. Sed quid quęſo rationis eſt, in aduerſa opinione. Qm̃ (dicũt) hi colores ex defectu materię fiunt. O falſam propoſitionem ex re quadam ſingulari regulam confingentium. Quoniam ſcilicet per famem aut ſitim vident tales in vrina colores fieri, ex defectu ſolùm materiæ fieri colligunt: Cum tamen Galenus ex pallida rufam, & ex hac flauam fieri dicat, loco nuperrimè citato, aut aucta bilis portione, aut ea quæ præerat facta ſynceriori. Igitur fieri vrinã craſſam & pallidã, ac ſubrufam, non admodum eſt difficile. rufam exquiſitè aut flauam & eandem craſſam rariſsimum eſſe cenſeo: neque fieri aliquando poſſe, auſim affirmare. Nam craſsitiem ea vrina neceſſe eſt aliũde comparet quã ex flauo ſucco: is enim tenuior eſt quã vt tingat & faciat craſsum. igitur neceſſe eſt vrinam eam refertam eſſe craſsis ſuccis, in quos portio bilis infuſa, neceſſariò diluitur, vt pauloante de ſanguine dicebamus. Atque ita pallida fiet, aut ſubrufa vrina, intenſior colore nondum. Quod ſi tantam bilem vis ad vrinæ vias deriuari, vt intensè tingat vrinam etiam refectam craſsis ſuccis: vix intelligo, qualis affectus futurus ſit, qui tam multam bilis copiam generet, cum tam multa craſſorum humorum. Igitur, poteſt fieri vrina nigra ac ſubrubra tenuis, neq; minus craſſa & pallida, aut etiã ſubrufa: rubra verò exquiſitè nõ erit tenuis, neque rufa exquiſite aut flaua craſſa erit, quantum ego iudicio aſſequor atque obſeruatione in operibus non adeò longa, ſed neq; indiligenti vidi. Quare de his habemus.

Caput vigeſimum quartum. Ex qua ſubſtantia generetur vrinæ ſedimentum.

NEque de ſubſtantia eius quod in vrina continetur omnibus eſt eadem opinio. aliis enim ex eo, qđ in hepate effugit ſanguinis formam, eò quòd nec in ventriculo fuerit commodè præparatum habere generationem cenſent. alii nõ ita, ſed ex excremẽtis tertiæ cõcoctionis quæ peragitur in mẽbris. Itaque priores dicunt, in alimentis omnibus eſſe partes alias aliis commodiores ad concoctionẽ,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aliis omnino incommodas: proinde fieri vt in ventriculo particulæ aliæ fiant crudioris chyli, aliæ confecti. cumque chylus eam rationem habeat in hepate, quàm cibi in ventriculo, ex perfecto chylo vtilem sanguinem fieri: ex infecto, crudum illud, quod in vrinis continetur, quod proinde contentũ appellamus. Sed sunt, quæ his obiiciantur incommoda. Fieret enim si ex crudo contentum generaretur tum vt in morborum principio maior illius portio appareret, quàm per salutem: cũ eo tempore debilior facultas sit, & debiliorem potentiam necesse sit plura alimenta effugere: tum etiam, vt cum nihil in vrina contineretur subesset maior concoctio. Si enim est, quod incoctum manet, qua ratione quo tempore maior concoctio fieret, nõ produceretur multò minus? Igitur, quia in morborum principiis omnino nihil in vrina continetur, & cùm primùm incipit contineri concoctionem vegetiorem fieri significat: alii aliter sentiunt fieri, scilicet ex sanguinis portione, quæ tertiam elaborationem refugit, quamq; oportuisset in membrorum substantiam commutari, & aut propter deficientem præparationem in prioribus officinis, aut putredinem quam contraxit, aut prauam aliam quancunque qualitatẽ, omnino vt oportuit non potuit confici commutatum ad eam formam quam in eo quod continetur contemplamur, protruditur ad vrinæ vias. Sed contrà est, quòd ea, quæ tertia concoctione elaborantur, non amplius continentur in magnis venis, sed in angustos poros impingunt, & per vasa patua ad minimas qualque partes deducuntur. Vnde non est verisimile ad venas recurrere, excrementum per vrinæ viam euacuandum. nam quanquam est vniuersum corpus transpirabile, tamen nũquam ab his partibus versus viscera recursus fit, nisi cum magna vrget necessitas, quemadmodum per famem fieri docuit Galen. 2. De facultatibus naturalibus. At verò quod continetur in vrina, quotidianam oportet habere generationem. Præterea excrementa tertiæ concoctionis habent propriam euacuationem ab hac longe diuersam, per sudorem, inquam, aut per sordes, aut efumationem sensum fugientem, quæ per cutim fit. voco efumationem, excrementorũ euacuationẽ occultam, quoniam hoc nomine mihi videor posse eam separare ab expiratione ea, quã primo De tuenda valetudine nutritioni dixit aduersam, & effluxus est nostræ substantiæ, quæ inhalitus digeritur. in eodẽ libro apertè docuit Galenus huiusmodi esse talis excrementi euacuationem his verbis: Reliquum autem excrementorũ genus in singulis generatur animalis particulis, ex eo quo aluntur succo, aliud quidem, ceu semicoctæ quępiã reliquiæ, quæ adsimilari nutriendæ parti nequiuerint (paucis interpositis:) Huic excremento nullus à natura destinatus meatus est: expellitur autem & actum per mollia corpora, quæ eius violẽtiæ cedũt: potissimũm, cũ ab spiritu cum maiori impetu irruẽte impellitur: & etiã per omnes exiguos poros. Quorum plenum est corpus vniuersum, & etiam tota cutis. Ecce igitur qualem habent tertiæ concoctiõis excrementa euacuationem, à mictu quàm diuersam. Adde id, quod vtrorumq; sententiam euertit, fieri non posse, vt per ea quæ in vrinis continentur, tempora morborum distinguerentur secundum elaborationem materiæ morbi nisi ipsius humoris putris pars essent. Quid enim haberet commune, modicum aut multum effugere concoctionem primam, quę in ventriculo, aut secundam quę in hepate, & venis agitur, aut tertiam quæ in membris ipsis, cum morbi constitutione? Inuenit cuiusdam monachi arguties nodi huius dissolutionem: quod continetur in vrinis esse alimenti portionem, quæ in sanguinem non commutata manet: sed non rectâ & vnico impetu à ventriculo ad vesicam derivari, atq; inde cum lotio ad matulam, sed voluari cũ humoribus in hepate & venis, afficiq; interim nescio qua qualitate referente modum, quem humores habent inuenis. hæc ille. sed neq; ego intelligo, neque vt puto quisquam alius, qua ratione affici possit tanta similitudine cum humore, vt constitutionẽ morbi conspicue declaret, quæ ex elaboratione materiæ pendet, nisi idipsum quod ille contentum vrinarum appellat, in venis alteratum, trahitur ad humoris similitudinem, aut humoris ipsius portionem insignem secum deducit. Si illud fit non sola fuga concoctionis fit, sed concoctione. Si hoc, est pars humoris putris, aut ex duplici materia. Hoc multos traxit in aliam sententiam ab vtrâque diuersam, quæ statuit, duplex esse quod in vrinis continetur, aliud in vrinis sanorum, aliud in ægrotantibus: quod per valetudinem apparet, esse illud quod refugit sanguinis generationem: quod in ægritudine, partem ipsius humoris ex quo pendet morbus: nam & per valetudinem ex multitudine eius quod continetur persentimus [illegible] crata esse multa aut crassa: cùm hæc in voracibus aut ebriis & pueris eadem ratione inue[illegible]ur maxime[illegible] per morbos eo quod continetur cognoscimus concoctionem materię ex qua pendent, & illius defectu, cru[illegible]em. Priorum vtrique censent ex eadem materia fieri siue in sanorum, siue in ęgrotantium vrinis pro[illegible]niat, & eandẽ rem significare. nam eo meliorem iudicamus vrinam, & salubrioris affectionis signum, [illegible]o similior est sanorum vrinis. Præterea si febricitans multa ingerit, copiosius habet sedimentum: sin [illegible]inus, exiguum. quod euidenti argumento est, ex incontrouersia opiniones inter quas certum est nostram sententiam statuere, & quod videtur probabilissimum, quoad fieri poterit firmissimis rationibus, & Galeni verbis confirmare. Id quod continetur, & quod morborum distinguit tempora proculdubio de sententia Galeni, ipsius materię morbum facientis pars est. est enim celebratissimum à Galeno, naturam conari humores inutiles, non minus quã vti-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

les ad similitudinem substantię cum membris mutare, & emendare integrè putredinem. quod, cùm consequi non potest, emendat, quatenus potest, mutans ad mediam quandam formam similem formæ puris: hanc cum consequuta est natura, neque potest vlterius humoris, vtpotè putris, concoctio, promoueri, desistit à concoctione, & conuertitur ad expulsionem. Hæc generatio eius quod continetur, non aliter ac generatio puris, actio quædam est, quam haud scias concoctionem appelles, an putrefactionem. est enim re vera motus medius, vtriusq; particeps. Sed de hac dante Deo in quinto huius operis libro sumus disputaturi. Docet hoc, quod de eo quod continetur in ęgrotantium vrinis modò diximus, Galenus primo De differentia febrium capite sexto: vbi differens de concoctione & putredine, inquit: At duorum generum, alterum quidem fit superāte natura, alterum superata. & superanre quidem (sicut in inflammationibus & omnibus tuberculorum tumoribus) pus: in humoribus autē, qui in venis, atq; arteriis continentur, quiddam quod puri proportione respōdet, subsidens in vrinis. At talis quidem putredo non simpliciter putredo est, sed aliquid etiam habet concoctionis. Hæc Galenus. In quam sententiam tertio De præsagatione ex pulsibus capite sexto: Quod verò est veluti τρεφῶδες. quasi nos diceremus cinereum, vel vt solēt dicere cineritium, non perinde (quia crassum est) potest excernere: sed per insignes quosdam meatus educit: hoc in partibus inflammatis est pus, in ipsis vasis, quod in vrinis subsidet. Vides vt clarius etiam, quàm nos ipsi docuerit Galenus sedimentum vrinæ ægrotantium esse humoris putris portionem. Sed rogent nos, qui contrariæ sententiæ sunt (ita enim rogant) Qua ratione in intermittentibus febribus, vt tertiana, aut quartana, fieri potest, vt quod continetur in vrina ex morbum faciente causa fiat: non enim (dicunt) ex antecedente vocata causa, generabitur: est enim hæc, humor in venis, qui nōdum putret, sed paratus est putrere: sed neq; ex proxima causa, quam multi dicunt continentem, nos proximā: hæc enim extra venas putrescit? Huic quæstioni vides vt responderit Galenus dicens, naturam cineritium (tale autem est de sententia eiusdem autoris quod in intermittentibus febribus ex vstione putrium humorum relinquitur) expurgare per manifestos meatus, per venas inquam. Igitur quanquam putrescat humor extra vasa, aut in paruis vasis, expellit cineritium natura per conspicuos meatus. quod cineritium, quanquā in principii paroxismis generetur: non subsidet autem eo tempore in vrinis, quia natura in principiis omnia retinet, vt mox audies. Mirum si adhuc quisquā dubitet quod cōtinetur in vrina in morbis, esse humoris putrescentis portionem: cùm nullus nesciat, communem omnium medicorum esse sententiam, in morbis pituitosis opus esse ad concoctionem perfectam sedimento: in biliosis verò appendiculo, & nōnunquā etiam solā nubeculā, atque etiam prætenuem sufficere: huiusq; causam esse tenuitatem biliosi humoris, qui à minori flatu in sublimiori regione continetur. Quæ dogmata vides quàm forent ridicula, si quod continetur in vrina, nulla humoris aut biliosi, aut pituitosi pars esset. Est itaque, quod per morbos in vrina subsidet, portio morbum facientis humoris actione caloris naturalis corrigentis, quoad potest, putredinem, talem formam recipiētis. Illud quod per sanitatem apparet, proculdubio humor crudus est, & generationem habet ex eo quod sanguinis refugit confectionem. Euidenti argumento est, quod & paulò antè tetigimus, plurimum contineri in vrinis voracium hominum, & ebriorum, & puerorum. quoniam voraces cùm sint inordinatè mouētur, vt nuper in vigesima quæstione diximus: &, vt semel dicam, omnium qui multis vescuntur aut crasis. Adde monstratum esse quod continetur in vrinis ęgrotantium, esse ex morbi materie. quare cùm nulla talis bene valentibus sit, supereſt his ex alia occasione fieri: sed nullam inuenias probabiliorem hac. Iam verò vt de sententia Galeni loquamur, primo Prognostici commentario vltimo in vltimis verbis ita scripsit: Quidquid enim alimēti in sanguinis generatione refugit naturæ confectionem subsidet in vrina: neque vt sanguis ab ea communicatum, neque vt pus, causæ præter naturam in generatione particeps. primo De crisibus capite duodecimo: Cum adhuc coquitur sanguis quod mingitur lęue, album, & æquale sedimentum ac multum facit: perfecta iam concoctione color illi intenditur, minus autem subsidet. primo De alimentorum facultatibus capite secundo: Crudus autem succus propriè nuncupatus, est, quale id apparet, quod in vrinis subsidet. libello De multitudine capite decimo septimo, loquens de succo crudo inquit: Humor autem is, alia pituita crasior est, ac minus flatulentus, qualis in vrinis subsidet, iis [illegible]què qui exacuditate sedimentum multum simile fabaceæ farinæ obtinent. Igitur [illegible] sententia Galeni id quod cōtinetur in vrinis benè valentium, succus crudus: qui dum sanguis generatur refugit hanc confectionē. Argumento est quod ipse Galenus monuit, postquàm iam confectus est sanguis minus eius quod cōtinetur apparere. Sed tamen quanquam hæc ita se habeant, quamprimùm homo in putridæ febris incidit principium cessat quod continetur apparere, etsi non cesset crudus succus generari: vel etiā si generetur multò copiosior: qui enim in putridæ febris principio cōstitutus est, etsi cenet lautissime minget tenue lotium, in quo nihil separetur. Sed, vt paulò ante cepimus dicere, natura in principiis cessat ab aliis naturalibus actionibus ad retinendum, coquendumq; conuersa, atque cum cęca sit non modò morbum facientem materiem, sed & cum illa omnia excrementa retinet. Ita videas eō tempore plerunque aluum supprimi, vrinas retineri, neq; sudorem effluere: sed omnia interius manent, quod eadem

dem de causa contingit succo illo crudo, qui in officina sanguinis generatur tamen non redditur cum vrina, sed transumitur in venas, ex quo illic atque ex humore morbum faciente actione membrorũ, venarum inquam & partium adiacentium vna forma generatur eius quod continetur, quod descendere incipit tendente morbo ad concoctionem. Igitur, quemadmodum paulò superiùs censuimus, liquorem vrinæ ex duplici substantia habere generationẽ ex potu & sero sanguinis, ita censemus modò quod continetur, quodq; apparet per morbos esse conflatum ex succo crudo, qui principij tẽpore genitus est in hepate & venis, retentusq;, & ex morbi materia. Neque aliter video, qua ratione possint hæc duo coherere, vt quod continetur sit morbum facientis materiæ pars: & vt fiat ex eo quod refugit sanguinis confectionem, quodq; non sit, vt primo Prognost. dicebatur, confectus, vt sanguis, neq; vt pus causę præter naturam particeps. nam qua parte ex morbi materia fit, est putredinis particeps, pus: atque hinc etiam constat vt idem sit contentum in ægrotãtibus, & sanis, præterquàm q̃ in illis recipit materiæ morbi accessum. Itaque est rationi admodum consonum, vt eô melius censeatur quod continetur in vrina ægrotãtis, quò similius fuerit ei, quod in sano homine est. Neque video qua ratione, qui hæc ita fieri non intellexerit possit quàm multa incommoda in hac controuersia deuitare, vtcunque aliter senserit. Sed ad intelligenda hæc non arbitror plura desiderari. Quare de his hactenus.

Caput vigesimum quintum. De prauis vrinæ contentis.

PRæter id qđ in vrinis cõtineri, & ex humore putri generari diximus, & bonæ ac maturæ solutiõis morbi signũ esse, cũ suis qualitatibus, concoctionẽ materiæ ex qua is pendet, repsentat, vt cũ albũ est, læue, æquale: aut contrarii, cùm putredinem vincentem, vt cum nigrum est, aut viride aut fœtens valde: sunt alia multa, quæ in vrinis solent subsidere. huiusmodi sunt humor crudus. quem in pituitosorum morborum principiis apparere solitum esse nuper in quæstione vigesima notauimus: aut quidam veluti capilli ex succis pituitosis in renibus geniti, aut sanguis, púsue quæ ex renum aut vesicæ exulceratione, ille rupta venula, hoc ex rupto abscessu, solent descendere, aut arenulæ quæ in calculosa affectione solet in vrinis subsidere, aut pingue (Græcis dicitur γρασύς.) quod solet in renum calida affectione aut febre quæ liquefacit innatare, aut carunculis similia quędam, aut laminis, furfuribúsue, & aliud quodam genus, quod farinaceum dicitur. Habent hęc omnia, propria distinctionis signa, cùm ex totius corporis affectu, aut instrumentorum vrinæ proprio fiunt: quæ tamen ab iis, qui totam de vrinis doctrinam suscepere pertractandam petenda sunt. nos enim solum controuersias dirimimus, quales in plerisq; horum sunt. Nam de pingui quod liquefactę, substantiæ alicuius est signum, vix dũ constat innatet perpetuò in liquore ab eo diuersum, aut possit cum vrina ita permisceri, vt vrina aliqua tota pinguis sit. Nã autor lib. de vrinis pinguiũ triplex inuenit genus, pingues dicens nũc coloris olei, nunc oleo similes, nunc oleaceas: Oleo similis, inquit, perfectam olei cum vrina mixtionem habet: oleacea tota & colore, & substantia, vt oleum est. Aëtii hæc eadem est sentẽtia sermone primo tetrabili secundæ capite trigesimo septimo. in quo hæc habentur? In principio igitur colliquationis, ita oleosi coloris facit vrinas: vt ambiguum sit aquosæ ne sint, an oleosæ in augmento verò oleosæ fiunt, ita vt notabiliorem olei misturam habeant. in vigore autem colliquationis totæ vrinę per totum, tum in colore tum in substantiæ compage, velut oleum sunt. Actuarius etiam harum trium specierũ meminit. Auicena videtur hanc sententiam innuere, quanquam non adeo explicat: Hypostasis verò, inquit, adipina adipis & pinguedinis, & etiam carnis significat liquefactionem: & earũ prior est, quæ auri aquæ similatur: duo autem ipsius principia. cognoscuntur ex paucitate & multitudine, & commixtione, & separatione: quoniam cum est multa & separata, existimatur, quòd sit ex parte renis propter liquefactionem suæ adipis: & si est minus, & maioris commixtionis, est ex loco magis remoto. Itaque innuit Auicena posse adipem permisceri cum liquore: quod & reliqui omnes apertè dixerant. Sed miror, qua ratione potuerint in animum inducere tot viri præclari, neque philosophiæ ignari, neque in medicina indigesti, pinguedinem, quam in modo substantiæ, oleo esse similem dicunt, posse permisceri cum vrina, quam [illegible] & alteratam aquam aperte profitentur. Quid interest, pinguedinem liquatam cum sero, aut oleum cum aqua miscere? Certe nihil, aut si quidquam interest, est multò facilius, aquam permisceri oleo: nam pinguedo præterquam quod in modo substantiæ est oleo similis, liquata est: quô fiet, vt statim ac cum liquore prodierit, concrescat, & dẽsior multò ipso sero superuehatur. Nunquam putassem rem tam aduersam sensui cuiquam sano homini posse persuaderi: neq; si Hippocrates & Galenus dixissent millies potissimùm cùm millies negauerint. Vbi vbi de pingui vrina loquitur Hippocrates, pinguem partem vocat insidentem: quasi pingue non possit permisceri, sed necessariò insideat. secundo Prognostici, trigesimo quinto: Si pingue desuper natans araneorum speciem referat, damnandum est: indicat enim consumptionem. septimo Aphorismorum trigesimo quinto: Quibus insidens pingue, ac aceruatum his renum vitium acutum significatur. Hippocrates igitur

epithetum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

epithetum hoc Insidens, pingui tribuens aperte innuit id quod vel illo tacente res ipsa declarat, pingue nunquam subsidere, nec pendere in medio, nec permisceri liquoribus, sed innatare. quod clarius quàm, vt indigeat interpretatione docuit Galenus tertio Epidemiõn parte tertia in historia Parii longa commentatione declarans hanc suam sentẽtiam, pingue perpetuò innatare: sed oleaceam vrinam, cuius in ea historia autor meminerat, dici eam quæ similis toto liquore sit oleo in crassitudine & colore, nequaquam in pinguedine: fierique talem vrinam non ex colliquatione, sed ex vehementia febris: quare non adeò graue malum est, quin potius nihil miri fuit, Parium cum ea vrina vsque ad centesimum vigesimum diem morbum protraxisse. Itaque vrina oleosa coloris differentia est, & substantiæ; non eius quod cõtineatur interius. Sed si quis dicat, vrinam pinguem, & quæ ex colliquatione est, differentiam dicit ex eo quod continetur, non ex substantia: innatat enim necessario pingue. Quòd si interrogas, qualis est iste oleaceatum color, Galenus respondet eodem in loco, non perpetuò eundem: nam neque oleum eiusdem coloris perpetuò est: sed quæcunque vrina crassiuscula cùm sit vt oleum, illud colore imitatur, oleacea statim est: imitatur autem nunc inter flauum & viridem constituta, nunc ad album inclinãs paulò plus. Hæc est igitur de vrina pingui Galeni sententia. quatuor alia genera eorum quę continere solet vrina, hi iidem autores hoc locant ordine. orobinum. furfuraceum, lamineũ, & farinaceum. A uerroës qui farinacei huius non meminit, horum pessimum lammineum esse dixit: cum enim hæc quatuor consumptionem significent, maiorem etiam quàm pingue insidens: quippe quod solius pinguedinis indicat consumptionem, orobinum, dicunt, solius carnis cõsumptionẽ præ se fert: furfuraceum in frustula secari ipsa solida, quæ tabes iam depascitur: lammineum in maiora frusta diuidi: farinaceum quod album est & farinæ crassiusculæ simile ipsa solida veluti molita esse. cæterum omnium horum sententia multum discrepat ab Hippocrate & Galeno, qui nullius farinaceę meminêre, quę significet consumptionem, & ab orobina diuersa sit. nã quarto Aphorismorum commentario septuagesimo sexto differit de orobino, dicens habere illud generationem exuberante sanguinis crassioris: nequaquam fieri posse censens vt ipsa carnis renum frustula cum vrina descendant. hanc eãdem in commentario vigesimi octaui prognostici, farinaceam inquit ab Hippocrate appellatã, quod verò de eâdem sit sermo declarant ipsa Galeni uerba. Quod enim, inquit, in polenta non effringitur in partes admodum tenues, species crassioris polentæ redditur. in vrinis verò, non quidem ciborum pars simul diducta, adhuc dura permanet, sed assato sanguine crassiori, vel cõsumptis inæqualiter carnibus hæc fiunt. primo de crisibus capite duodecimo. nam farinæ crassioris similes, duarum sunt affectionum indicia, grandis scilicet consumptionis & caloris æstuosi, qui sanguinem vrit. Vides vt Galenus idem dicat orobinum & simile farinæ crassiori. quod subolentes Aëtius & Autor de vrinis, dicunt polentaceam esse duplicem, aliam rubram, quam innuunt orobinam esse: aliam albam, quam dicunt propriè farinaceam appellari, & omnium maximè significare consumptionem. Cæterum Galenus nullibi meminit albi sedimenti referentis farinam crassiorem: nisi fortè illud est, quod tertio loco est dictum in prognostico: quod ita habet. Sedimenta in vrinis speciem referentia polentæ crassioris mala. his autẽ sunt deteriora, quę squamulas referunt. tenuia autem & candida admodum vitiosa sunt: furfuracea verò deteriora his sunt. Hæc Hippocrates. Sed illud tenuia & candida, quod tertium dictionis locum habet, dicente Galeno, generationem habet ex spiritu flatuoso permisto tenacius, cum semicocto humorum excremento. Igitur tria tantummodo superfunt, quæ consumptionẽ significent: orobinum, aut polentaceum, vtcumque lubet, & lammineum, & furfureum. Adde no esse verisimile humanum corpus manente vita pati posse tantam tabem, vt solida membra veluti in farinę pollinem redigantur: cum Galenus ipse. 10. Methodi dixerit, Neq; cõtingit eiusmodi singularum partium fibras à malignis febribus liquari, sicut carnes, quando animal ipsum, prius quàm hæ prorsus sint siccatæ, interemerint. Sed hęc ita habeant, est illorum autorum polentaceum, figmentum. An reliqua benè collocant? minimam, dicunt, consumptionem significat orobinum. hactenus benè deinde furfuraceum, omniũ pessimum dicẽte Auerroë est lammineũ. Quid ita? quia significat maiora frusta decidi de solidis. Præterea Galenus in enarratiõe particulę illius prognostici præscripti. Furfureum verò deterius est (inquit) furfureum sedimentum, quod inquam deterius est quàm tertium. Cum igitur Galenus explicuerit illud deterius quàm tertium, constat non esse deterius lammineo: nã ita deterrimum omnium foret, & esset inanis interpretatio. Igitur colligut, Est lammineum deterius furfuraceo. En vt Galenus videatur insinuare illorum sententiam: & nonnihil ratio videatur adstipulari. Sed tamen res non ita habet: quin potius, quantum ego intelligo, eò caries maior est, quò in minora frustula deducit id quod depascitur. non enim, vt arbitror, illi alia ratione, si modo tale aliquando aliquod contentum ex consumptione fieret, recte intellexissent, suum polentaceum deterius esse lammineo, & furfureo. cur ergo non stet pro nobis eadem ratio in conferendo furfureum cum lammineo? Adde ex eorundem autorum, qui Auerrois ordinem videntur insequuti, descriptione, furfurea angustiora esse foliaceis, verùm crassiora. at verò maior consumptio est, quę penitiores partes exedit, quàm quæ extimas abradit. Igitur furfureum deterius est foliaceo. Quid ergo dicemus fi-

bri

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bi voluisse Galeni illam interpretationem ? non sanè furfureum non esse prioribus deterius, sed cum tertio contulit: quo quantum interesset inter tertium illud & reliqua, quod ad causas & significationem attinet, declararet. voluisset enim vt arbitror, Galenus tertium illinc expunctum, & in alium commodiorem locum relatum. quod palam faciunt eiusdem autoris verba. inquit enim de furfuraceo: Quod quidem non quartum, sed tertium scriptum esse oportebat. hoc non alia de causa Galenus dixit, quam quòd Hippocrates, in recensendis his sedimentis, ordinem malitiæ signorum cœpisset sequi, à leuioribus versus deteriora. Sed quæ circa hæc quæ in vrinis continere solent in controuersia constituta sunt, iam explicuimus. Sunt quibus satis videtur in hac disputatione dicere, sedimentum furfureum, idem ferè significare cum lamminoso & eandem vtriusque efficientem causam esse: atque ita rem tractare non admodum distinctè nos vero rem vt habet exquisite explicuimus, quare de hac quæstione hæc sunt satis.

Caput vigesimum sextum. De vrina parturientium.

CVm medicorum aucupio non videretur ipsa ars Apollinea esse satis, cœpere decisci ab Hippocratis præceptis & leuissimi vulgi deceptioni incumbere, quodq; ad curationem attinet dū Hippocrates euacuationes vtiles ex certis interuallis facit, maturationi studet, præscribit victum, metitur constantiam facultatis, morbi violentiam, & constitutionem, auxiliorū prę cipites occasiones attente obseruat, conquiescens interim. illi hac atq; illhac venas secāt, dant catapotia, propinant serapia, purgatorias potiones: zulapia, liquores stilatitios, & decocta permiscēt: totos ægrotātes inūgūt, p̄scribūt quotidie nouū victū, nullū nō mouent lapidem, nihil relinquūt intentatū, hac ratione seplasiariis vtiles, & vulg admirandi. Iā vero qđ ad p̄sagationē, leue his est Hippocratis signis animū intendere, ex illisq; artificiose cōiectare: portenta quærūt, diuinatores fiunt. cognouit quidā ex pulsu ægrotantē vuas passas nuper ingessisse: alius ex colore, doluisse extremos dextri pedis digitos, alius conspecta vrina prægnationem diuinatus est. At sunt isthæc infrequētia. Imo verò est hoc de prægnatione dignoscenda tā vulgare, vt si ab eo, qui ad te domū forte fortuna lotiū deportauit, conspecta vrina, neque tamen sexus ęgrotantis adhuc certior, nedū coloris, habitus corporis, appetitus, aut nauseæ, retentionis menstruorū, aut alicuius alterius signi, aliquid aliud fueris scisciatus, ac nō potius audacius, q̄ Tiresias ceciderit, Gerit hęc vtero, illa secus, ridendus mordendusq; sis. Huius stupiditatis medicorū, qui si quid inueniātur ignorare, actū esse de sua artisq; existimatione putant, primi autores fuere (quantū iudicio assequi possum) auaritia & ambitio: tertius ab his Auicena. qui Fen. 2. 1. doct. 3. cap. 3. ita scripsit. Vrina turbulēta. quæ malo vino similat, aut aquę ciceris, est vrina pręgnantiū. Ego sane nunquā putauerim, si hunc affectū differētia aliqua vrinæ significaret, Hippocratē tantū signū, conspiciendūq; oculis, prętermissurū: potissimū cū nō in pulsu, aut aliquo alio signorū genere, quod ille despexerit: sed in vrina, de qua omniū maxime pertractauit cōsistat, & ille dignoscēdi huius affectus fuerit studiosissimus, vt videre licet legēti quintā particulā Aphorismorū. quo loco diffusius, q̄ pro suo more docet dignoscere, an mulier vtero gerat ex suppressione mēstruorū, ex fastidio & nausea, præterea ex torminib⁹, quæ epota mulsa cruda, cū statim dormitura est, mulier habet atq; (cui omniū fidit Galenus maxime) ex cōpressione oris vteri. Cōprimitur em vsq; adeo dicente Gal. 3. De facultatibus naturalibus. cap. 3. vt neq; specillū os admittat. Addit aliud firmissimū signū libello De genitura, si in cōcubitu nihil effluxit seminis. Tamē inter hęc omnia vrinæ nunquā meminit. Dices fortasse, Quid prohibet hæc Hippocratem ignorasse, & inuenisse Auicenā? Nihil. Sed vide, quàm inconstans sit noui autoris doctrina. cū loco p̄dicto prægnantium vrinā malo vino, albo (vt ego intelligo) & decocto cicerū contulisset, rursus Fen. 21. 3 libri. cap. 11. ita scripsit. Et vrina quidem prægnantis in principio prægnationis est citrina, ad subalbedinem decliuis, quasi sit cottum in eius medio sparsum, & significat prægnationem, vrina puræ substantiæ super quam est, quod est simile nubibus, & proprie quando in ea sunt, sicut grana ascendentia, & descendentia. in fine aūt impręgnationis quādoq; apparet in vrinalibus earū rubedo in loco in qu apparu p cipio imprægnationis subalbedo. Hæc ille. Nō video qua in re conueniat hæc descriptio cū priori. nā neq; cōstāter: sed quādoq; inquit apparet in vrinalibus rubedo: neq; eorum quę dixit, quantumuis inconstanter, rationem reddit: neque aliquam probabilem ego possum consequi. Nam, quemadmodū nos docu Galenus tertio De crisibus, & ipsa rei natura monstrat, vrina tantum est signum eorum quæ fiūt in h ate & venis & viis vrinæ. quare affectiones vteri, potissimum quæ sine febre sunt, non est quod po it significare. Præterea conceptus non ipsa conceptione per se permutabit vrinas, sed retentione menstruorum. igitur si cui ex alia occasione retenta fuerint menstrua, tales apparebunt quales in grauidis. Adde ipsi Auicenæ dictum esse, ex vteri inflammatione similes prodire, atque ex conceptu. Quo iam fit manifestum, etsi concederetur illis, conceptui per se esse differentiam aliquam vrinæ familiarem: tamen illam non esse tam propriam

vt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tiam aliquam vrinæ familiarem: tamen illam non esse tam propriam vt accessu alterius affectus non posit commutari. Igitur quærenda mulier esset ad hanc exercitationem, quæ omnino extra alios omnes affectus vtero gereret: in aliis enim indicium erit infirmum. Possint siquidem alii affectus tales vrinas facere etiam in non grauidis, & alii possint permutare etiam in grauidis. tamen constat rarissimè hac de re nos consuli nisi cum affectu alio mulier laborat: febricitat scilicet, aut dolore aliquo graui est affecta: quo tempore nullus ferè medicorum est, qui non præcipitanter aut gerere vtero, aut non gerere affirmet. Quo factum est, vt quàm multi non sine magno illorum & artis opprobrio per insidias sciscitantibus fuerint ridiculi. Faceſſat igitur iam tandem hæc stulta consuetudo, quæ si diutius duret, non potest non vel admiranda alioqui præcepta suspecta facere. qua consuetudine excluſa huic libro vltimam manum imponimus. nam, si quæ sunt aliæ de pulsu aut vrina controuersiæ, vel minus difficiles sunt, vel minus vtiles. nonnullæ etiam aliæ, quæ partim ad hanc tractationē, partim ad crises referuntur, requirantur in decimo huius operis libro. quales sunt illæ, An in vrina sit signum aliquod inclinationis, An cocta vrina possit æger mori, An vrina in omnibus morbis consideranda sit.

Huius itaque hic est finis.

*

FINIS.

CON-

CONTROVERSIARVM MEDICARVM, AC PHILOSOPHICARVM LIBER QVARTVS.

QVM OMNIVM FERE RERVM, PRAECIPVE EARVM QVAE AD MEDICVM spectant proprietates, & accidentia, & omnium generum causas Galenus cum demonstratione docere fuerit conatus, ac penè effecerit: tamen tractationem de rerum substãtiis aut essentiis (has Græci dicunt οὐσίας) semper effugisse videtur, vt qui de illis nullam afferri posse demonstrationem intelligeret. Ita essentiam animæ se ignorare ingenuè professus est. de substantia facultatum docuit nihil: satis sibi videbatur facere, si facultates operationibus definiret: atque quo tempore homo morbo teneretur ex symptomatis doceret: quin de illius substantia disputaret curiosius. Sed nostri tẽporis quorundam hominum eatenus processit sapientia, vt de singulorum morborum naturis disputent, & de morbi ratione multa pronuncient: nimirum superiori illo Galeni sęculo vix ab homine veritatis amãtissimo quatuor inuẽti sunt, qui esse potius sapientes quam videri mallent. tunc enim homines ambitiose gloriam quæritabant. Sed nostro hoc sęculo, eatenus glorię cupido processit à virtute seiuncta, vt non solum ambitiosè gloriam aucupemur, fucatis verbis tyronibus imponentes, sed & insolenter superbos & nouos titulos nobis vendicemus quotidie, & tandem (quod vix sine pudore refero) petulanter in nostros laudes prorumpimus: vsque adeo hominum arrogantia nullum iam reliquit modestiæ locum. Audias quotidie hominem, qui vix dum annis quinquaginta vtile aliquid ex antiquis autoribus potuit eruere, singulorum se prædicantem autorem, &, nostrę singulari eruditioni debẽtur hęc, abraso fronte proclamantem. Cæterum ita facientes nostrę ignorantiæ præstamus euidens argumentum: nam qui adeo eruditione sua gaudet, nescit quid ignoret. Intelligo futurum, vt dum multorum insolentiam reprehendo, aliquis respondeat, tam difficile ac longum opus in hac ætate, non sine superbia fuisse susceptum, atq; in me carmẽ illud tã quadrare quàm in Phaëtontem, Magna petis, & quæ non viribus istis, nec tam puerilibus annis munera conueniunt. Certè hic parum in me iuste inuehetur: non enim solum vt aliis prodessem scribere incepi, sed vt interim vtilitati meæ studerem: nam dum multis, vt spero, pro futuras quæstiones conscribo, nullam potui commodiorem studendi rationem mihi excogitare. Qui verò mediocri ingenio se esse non ignorat, non ille accusandus est, sed qui pro ingenio, quod à natura recepit, non tam rependit doctrinam, quàm inanem iactationem. Continuerunt tres priores libri eas quæstiones, quæ ad res, quæ secundum naturam sunt, spectant, elementa scilicet, temperamenta, humores, spiritus, membra, virtutes, & operationes, duo primi: tertius quæstiones ad pulsum, & vrinam, omnium signorum præcipua spectantes. quartus & qnintus, à principio dicati sunt rerum præter naturam cognitioni: vt qui hos consequetur numero sextus, rerũ quæ non naturales nuncupantur, quibus victus constat: septimus, octauus, & nonus, morborum sublationi: decimus, totius operis vltimus, prædictioni. Res quę præter naturam sunt, in tres species sunt distributæ, morbos, & quę hos antecedunt causas, & quæ consequuntur symptomata. Cum verò causæ & symptomata non propter se considerentur, sed propter morbum, cuius sublatio sanatio est, causæ vt quę morbum faciant, symptomata, vt quę indicent: ęquum fuerit ante omnia. quando sophisticæ disputationes ad agendum de essentia nos compulerunt, inquirere, quid sit morbus, atque præmissa communi ratione morborum, symptomatum, & causarum in hoc quarto libro: in quinto ad singularia procedere. Hęc ergo sit nobis proposita primo loco quęstio.

Caput primum. Quid sit morbus.

AD inueniendum rei cuiusque essentiam non aliunde rectiùs incipitur, quàm ex axiomate aliquo aut ex omnium sensu deprompta attestatione: nam ex his accedit rebus, quę illhinc vi consequentię deducuntur, multa fides. Hoc idem nobis in presentia faciendum est morbi naturam inuestigantibus: quod & ipse Galenus fecit, vbi de hac re ex professo disputauit. Est verò omnibus hominibus notum per se, eo tempore homines benè valere, quo omnes operationes rectè exercent, & citra noxam aliquam quæ sentiri possit: cum contrarium contingit, vt scilicet aliquam earum operationum, quas consuetas habere solent, male obeant, ab omnibus hominibus dicuntur ægrotare. Igitur cum ęgrotare, ęgrotans, & ęgritudo, secundum coniugationem dicantur, constat, ęgritudinem esse aliquid, quod

ęgrotanti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est:inest verò ægrotanti,vt prauè exerceat operationes:cumq; nihil citra causam fiat,inerit ei & huius læsionis causa. Ergo morbus,aut actio læsa est,aut læsionis illius causa. Quodcunq; horum sit,in contrario oportet,vt sanitatis essentia,collocetur:aut in operationibus quæ rectè fiunt, aut in dispositione ea corporis à qua actiones incolumes procedunt.Nullus enim (inquit Galenus) tam stupidus fuit, vt morbum in vno genere,& sanitatem in altero collocaret. Cæterùm essentiam morbi non consiste re in læsa operatione,hinc disces:quòd dum aliquis laborat,etiam si cesset ab operando per somnum, quo tempore neque bene neque male operatur,tenetur tamen morbo. non igitur morbus in læsa operatione est,sed in ea dispositione,perquam læditur. læditur verò necessariò, per cõtrariam ei,à qua bene agitur. constat tamen peragi bene operationes omnes, cùm corpus habet maximè secundum naturam.habebit verò secundum naturam maximè,cùm ea,ex quibus corpus componitur,fuerint moderatissima.Igitur quidquid de corporis constitutione sentiamus, siue sentiamus cum philosophorũ optimis,constare corpus nostrum calido,frigido,humido,& sicco,ex quibus temperamentum accidit,& ex membris,ex quorum concinnitate accidit structura:siue cum Epicuro,& Asclepiade,ex insecabilibus corpusculis & non patibilibus per se tota:horum ipsorum ex quibus constat,quæcunque ea sint,symmetriam, aut moderationem, dicendum est esse sanitatem: ametriam verò, aut immoderationem morbum. Collegimus igitur morbum esse in immoderatione, sanitatem verò in moderatione. Cæterùm, Galenus libro De differentia morborum in principio, vbi hæc ita collegerat, statim subdit,Manifestum autem quòd si διάθεσιν,idest affectum,appelles, nomine eris vsus antiquo, & eandem rem manifestè dices. Quibus verbis videtur innuere,immoderationem illam,quam dixerat,idem esse cum affectu aliquo consistente cum immoderatione. Ex quibus orta est controuersia,medicis in hunc vsque diem de morbi essentia non conuenientibus. Nam Galenus in numeris in locis morbum ita finit. Est affectus præter naturam, à quo apertè læduntur operationes. Sed, si quis Aristotelem consulat in Categoriis capite De qualitate,nomen affectus de sola qualitate dicitur:est enim διάθεσις, dispositio permansionem aliquam habens in ipso corpore. tamen libro De differentia morborum, non omnes morbos tribuit qualitati: sed alios dicit in qualitate consistere, alios in quantitate,alios quoque videtur in substantia collocare: nam & calculum in renibus, & pterygium species morborum appellat: quas tamen constat esse substantias. Hæc quæ difficilia quidem videntur cortice tenus considerantibus, atque male sibi cohærentia, impullêre Leonhartum Fucsium virũ diligentem magis in legendo,quàm acutum in enarrãdo, in hanc sententiam:morbum esse quicquid in corpore præter naturam consistit: euertens temperiem, aut structuram, atque ita lædens operationes,siue illud sit qualitas,siue substantia,siue quidquam aliud. Atqui ad enarrationem Galeni inuenit:diathesin aliter vsurpari ab Aristotele atque à Galeno,Aristotelem enim dispositionem solam, & qualitatem,qua corpus afficitur diathesin dicere: Galenum verò non ita, sed quicquid corpus nostrũ vtcunque afficit præter naturam, siue illud affici propriè dicatur,siue minùs: atque ita affectum appellari non morbum tantum,sed & symptomata & causas morbi,quas tamen constat sæpissime esse substantias. Affert ad confirmationem locum ex secundo Methodi capite tertio,quo ita dicitur. Tres esse in corpore affectus præter naturam, ostensum iam est,causarum,morborum & symptomatum. Hæc Fucsius. Qui tamen mihi videtur non egere refutatione,tam est ipsa assertio ex se absurda. nam pluribus fortasse quàm oportuisset disputauit Galenus primo & secundo libris Methodi,potissimum verò ad finem secundi,participatione vnius generis morbos omnes esse vnum, vt participatione speciei plures homines sunt vnus homo. Itaque morbus vnum genus est. non igitur habere potest species in diuersis Categoriis:nam ita aut nomen ambiguum esset, non generis, aut illud esset primis generibus quæ decem sunt, superius. Non igitur possunt non contineri omnes morbi in vnica Categoria quæcunque illa sit.nam genus quodcunque, quod in species distribuitur, necesse est ab omnibus illis speciebus secundum eandem rationem ac formam participari: sed secundum eandem rationem in diuersis categoriis constitui, constat esse in his, quæ fieri non possunt: igitur ille inconsultè admodum dixit,morbum aliquem esse qualitatem,& aliquem substãtiam. Adde ridiculum esse quod de dictione diathesis affert. erat enim Galeno antiquissimus mos antiquis vti dictionibus: atqui vti illis fecerant maiores vsi significatione non permutata. quod vt in aliis fecisse in hac dictione se facere apertè professus est dicens, Si quis diathesin dicat,antiquo vtetur nomine. Vtebatur igitur illo, vt antiqui, Hippocrates scilicet Plato, & Aristote. Neque alicubi inuenias eũ aliter nomen hoc vsurpasse. cùm tamen vbique vsurpet propriè,in eo loco,quem Fucsius ex secũdo Methodi affert, mihi videtur propriissimè vsurpare. inquit enim, tres esse in corpore affectus præter naturam ostensum iam est,causarum,morborum,symptomatum: causarum,vt redundantiæ vel corruptelæ:morborum,vt phlegmones,aut vlceris:symptomatum, vt coloris vitiosi & gracilitatis: diuersa ab his sunt, quæ immodice à corpore excernuntur, atque præter naturam retinentur, & functionum vitia: omnia scilicet communi nomine symptomata dicta, cæterum non vnum genus habentia: quippe affectus quidam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ecorporis est vitiosus color: quod excernitur, aut retinetur, est quiddam quod consequitur: affectus etamen non est, sed affectum sequitur: similiter actio, vel læsa, vel integra affectus sanè non est: eparticulæ autem affectum necessario consequitur. Hac dictione constat nihil aliud dici, quàm esse quasdam morborum causas, quæ affectiones sint, & quasdam, quæ secus: & quædam symptomata, quæ affectiones sint: quædam quæ minus: Quoniam scilicet non omnia symptomata sunt dispositiones corporis habentes in eo permansionem aliquam. sed sunt nonnulla, cuiusmodi inter causas redundantia, & cacochymia: & inter symptomata color & gracilitas. Sed sunt hæc tam aperta, vt nulla indigeant interpretatione. Quare mihi persuadeo, Fucsium locum hunc integrum legisse nunquam, sed in primis constituisse verbis. protulit itaque falsam assertionem falsò innixus fundamento. Argumentis quæ ex locis quibusdam Galeni desumebat, respondebimus, statuentes veram opinionem, si priùs aliorum sententiam recitauerimus. Quæ quanquam absurdior hac est multò, tamen non desunt, quibus propter nouitatis gratiam videatur placere. quanquam est in ea inuentionis nihil: est enim à barbaris omnibus interpretibus inter disputandum dicta sæpe. Sed est noua temeritas in assertoribus. sunt enim qui verba illa Galeni ex eprincipio libri De morborum differentia. Sanitas symmetria quædam est, & morbus ametria, tam sinistrè interpretantur, vt morbi essentiam in nulla qualitate earum quę à naturæ mediocritate recedũt constituendam esse censeant: sed in ametria ipsa aut immoderatione quę ex illo excessu proficiscitur, eamque nihil aliud esse quam quod vulgo relationem realem dicunt (non enim possum qui cum illis passim ductu sermonis cogar disputare, à barbarorum vocabulis abstinere. neque si possem, omninò vellem doctrinæ claritatem cum sermonis elegantia commutare) & secundum esse: atque proinde in Cathegoria ad aliquid dicta collocandam. Itaque morbos omnes ad aliquid esse, & ipsam morbi rationem genus quoddam esse in ea Categoria, diuidique in multas alias species, quæ tamen omnes in genere earum rerum quas illi appellant relationes sint. atque his dictis morborum partitionem ita prosequuntur: Morbus est ametria eorum, ex quibus corpus constat, hic est ametria in calido, frigido, humido, aut sicco, aut in structura: rursus ametria intemperamento, aut est ametria quæ fit superante calore, aut quæ fit superante frigore, aut superante humore aut siccitate, aut harum qualitatum duabus. atque eodem modo distinguunt morbos in compositione, per suas relationes semper distinguentes. ametria compositionis, siue structuræ, aut fit redundante aut deficiente re quapiam, ita vt naturalem partium numerum corrumpat: vel parte quapiam aucta aut imminuta, vel permutata illius figura, positúue. Hi (vt illis videtur) confirmant sententiam suam ex Galeno primum, deinde & ex Aristotele. Nam Galenus, dicunt, quò loco morbi essentiam ex professo inuestigat in ametria illam collocat, non in calore, aut frigore, aut humore, aut siccitate: constat verò, dicunt, nomina hæc Ametria & Symmetria respectuum esse, non qualitatum. Addunt, dictum esse ab Aristotele septimo De motu capite tertio morbum & sanitatem ad aliquid esse. Igitur si Aristoteli in Categoriis distinguendis danda est fides, est morbus ad aliquid. eodem loco & quinto etiam eiusdem operis capite secundo dicit Aristoteles, ad sanitatem & morbum nihil posse per se moueri. tamen si febris, gratia exempli, calor ipse esset maior naturali, ac non potius relatio aliqua quæ huic inesset moueretur ad febrem corpus per se cùm incalesceret. nam ad calorem mouetur per se, cum calor sit in genere qualitatum quæ possunt comparari per motum. Dictum etiam est ab eodem Aristotele capite De oppositis, inter sanum & ægrum non esse medium, vt neque inter par & impar: si tamen calor febris esset, falsò hoc esset dictum, quandoquidem inter calorem & contrarium medium est, vt inter candorem & nigritiem. Videtur ergo Aristoteles eorum sententiam confirmare. Sed & rationibus ipsam confirmari dicunt. Nam sanitas contraria est morbo. igitur in eodem genere oportet vt collocétur morbus & sanitas. sed sanitas, neque est calor neque frigus, neque humor, neque siccitas: sed moderatio, dicente etiam hoc Aristotele loco citato ex septimo De motu, his verbis: Quemadmodum sanitas temperatio equædam est calidorum ac humidorũ, aut internorum, aut ad continens: Igitur morbus nõ est qualitas aliqua immoderata, sed ipsa harum qualitatũ immoderatio. nã aliter, si calor morbus nõ est: aut frigus est sanitas, aut calor est duabus qualitatibus contrarius. nã calor frigori contrarius est: si verò est morbus, & sanitati est contrarius. sed sanitatem non esse frigus patet: nam cum omnes quatuor qualitates oporteat, quò corpus benè valeat, mediocritatem retinere: non est, quòd in hac potius quàm in illa collocetur sanitas: quare in nulla illarum debet collocari, sed in moderatione omnium: atque eâdem ratione morbus in nulla illarum sed in immoderatione. Præterea, Cùm febris dicatur esse calor excedens, quia, in eo qui febricitat calor maior est quàm prò natura, si fingamus homini alicui vsque adeo linguam intumescere, vt præ illius magnitudine uix possit loqui, linguam tumidam oportebit, ei esse morbum. Nam quemadmodum ille ęgrotat, quia calor in eo est maior, quàm oportet: ita hic ęgrotat, quia lingua est illi maior quàm pro natura. Quare qua ratione illius ęgrotatio est calor, eâdem ratione in hoc ęgrotatio est membrum tumens. ergo cùm lingua substantia sit, recidemus in opinionem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nẽ Fuchsii, quã paulò antè dãnauimus, si morbũ esse reuera ad aliquid negauerimus. Hę sunt rationes, quæ, quoniam leuiter considerãti probabilitatẽ videãtur præ se ferre, nõ mirũ si quẽpiam deceperint. Sed si quis consideret paulò diligentius, & in philosophia nonnihil calet: inueniet huius placiti absurditatem. Quare ego illum qui in hãc opinionẽ aliqñ impegerit, non dãno: sed eũ, qui posthac in ea vt in limo hæserit, atq;, quod alii inueniũt, consultò recipere recusauerit, hunc vel sapientium cõmertio indignũ iudicabo. Est em̃ hæc sentẽtia aduersa Aristoteli, Platoni, & Galeno. Præterea subuertit euidẽter oĩa medicinę theoremata, & in philosophia ipsa mille cõtinet absurda. Nã primo Aristot. in Categoriis cap. De quali & qualitate, morbũ & sanitatẽ in Categoria qualitatis aperte reponit, ita dicẽs. Nã his ipsis homo (loquebatur de dispositione & habitu) aliquomodo disponitur, & facile quoq; mutatur ex calido frigidũ subiens, & ex sanitate morbũ, & in cęteris, etiam simili modò. nisi & harũ ipsaliqua ob diuturnitatẽ versa iã in naturã sit, dimoueriq; nequeat, aut summa cũ difficultate dimoueri posit, quam quidẽ hac ratione quispiã habitũ iã nuncupauerit. Cõstat igitur Aristotelẽ apertè morbũ omnẽ aut habitũ dicere, aut dispositionẽ. id qđ Galenus docet millies, dicẽs, morborũ quosdã esse in habitu; cuiusmodi sunt hecticę febres, quosdã vero in dispositiõe vt putridarũ febriũ totũ genus. neq; video quid referat locũ aliũ ad confirmationẽ quęrere, cũ Aristot. in ipso cap. quo qualitatis cõstituit categoriã, quo loco oportuit maximè de formalibus vocatis rationibus disserere, pro exemplis Morbũ & sanitatẽ cõstituat. Sed Gal. etiã lib. De morborũ differẽ. cap. 4. ita scripsit: Age igitur sint prima elementa numero quatuor, calidũ, frigidũ, humidũ, & siccũ, quibus inuicẽ moderatè cõfusis, sanũ sit animal: immoderatè verò ęgrotũ: erũt cõtinuò, & primę ęgritudines quatuor: prima, calor, qui naturalẽ excesserit modũ: secũda frigus: tertia humor, & quarta siccitas. Cõstat igitur de sentẽtia Galeni. qualitates has, cũ excedũt, esse morbos. 2. etiã Metho. cap. vlt. ita finit febrẽ. Calor tantus, quãtus iã possit lędere operationes. Audio huius sentẽtiæ assertores dicere, Galenũ nõ per essentiã illis in locis, sed per causas morbos distinxisse: eo ꝙ illud videretur facilius, & nimia curiositas non semper est opportuna. Sed demonstro Galenũ nõ sensisse calorẽ immodicũ esse causam febris, sed febrẽ. 1. Metho. cap. 8. dicit. Quã em̃ rationẽ habet affectus ad actionẽ, hanc alterũ quidpiã ad ipsum affectũ oĩnò habeat oporter, illo dũtaxat euarians, ꝙ affectus cũ actione vnà cõsistit, neq; potest vnquã aut proba actio esse sine corporis naturali affectu, aut vitiosa, nisi cũ corpus sit vitio affectũ: eius aũt affectus, qui actionem impedit, causę, possunt quidẽ non etiã esse, possunt aũt & adhuc nunc manere. Ergo diuersę ab affectibus causæ sunt. Vides Galenũ his verbis ita argumẽtari: causę morbi possunt manere cũ morbo, & nã manere. ergo causæ differunt à morbo. Ex qua argumentatione ego ita colligo: Qualitas excedens est causa, morbi qui sit ametria. nã qualitas excedẽs nõ potest nõ manere cũ ametria. igitur citatis in locis morbi essentiã Galenus requirẽs, illã in qualitatibus ipsis, cũ prętер naturã fiunt collocauit. Prętерea nemo negat morbũ esse id quod lędit per se operationes. nã operationes quidẽ lædũtur, nõ tantum à morbo, sed à morbi causa, & à nonnullis etiã symptomatis. Cæterũ hoc interest inter morbũ & cętera: ꝙ reliqua lędunt operationes per alia, aut per accidẽs: morbus solũ lędit opetationes per se. Hoc non potest aliquo modo relationi cõtingere. nã relatio nullius est actiõis. nõ igitur potest per se lædere: nã nec quicquã potest per se operari. est em̃ ridiculũ planè, quod illos video dicere, lędere, scilicet, relationẽ operationes, etiã si nullã agendi vim habeat. nã neq; quãtitas est efficiens aliquid, tamẽ multa aquæ quantitas melius sustinet magnũ lignũ, q̃ pauca. Primo sustinere trabẽ nihil est agere, sed potius retinere continuitatẽ suarũ partiũ. Deinde neq; hoc ipsum ex quãtitate procedit, sed ex substantia. fit aũt, vt substãtia, quæ sub multa quantitate est, potẽtius agat, & plus resistat, q̃ sub pauca: tñ actio & resistentia substãtiæ sunt, aut agentiũ qualitatũ. quantitas dici potest solũ aut causa ex accidẽti, aut causa sine qua non. qm̃ si cũ cõmoda quantitate nõ esset substãtia, nõ posset operari. Hoc idem cõtingit relatiõibus, quę fiũt nonnunquã causę ex accidenti: tñ per se neq; possunt agere neq; resistere: vt dicimus medicamentũ simile trahere similẽ humorẽ: tamẽ cõstat actionẽ à substãtia simili esse, aut à modo substantiæ simili, non ab ipsa similitudine, quæ est relatio. Si quando verò similitudinem dicimus esse trahendi causam, intelligi debet non efficientem, sed ex accidenti. quoniam si simillitudo non adesset tractio non fieret. At proinde nemo dicit, similitudinem trahere, sed simile trahere: quoniam similitudinem habet, quę causa est, vt diximus, ex accidenti. ita habet in reliquis omnibus relationibus, ꝙ sicet nunquã per se possunt quicquã operari. Igitur, quanquã dici possit, immoderationẽ ipsam operationes lędere, tñ per se lędere nequaquã dici potest. quod tamen secundum Galeni placita morbo inest. Verùm declaretur hoc exemplo huic doctrinæ magis accõmodato. Proponatur ad disputationẽ ventriculus præter naturã valde calidus. constat hunc tenuia alimẽta, quæ illi offerentur prauè conficere: vstioneq; alimentorũ concoctionẽ deprauari. An vstio ex relatione aliqua procedit? An ex calore? mihi ridiculum est, à relatione aliquid comburi, cùm præcipuè adsit calor, cuius hęc est secundum naturam actio propia. Igitur demonstratum est, qualitatem ipsam actiones viciare: atq; proinde morbum esse, non immoderationem. Adde falsò etiam dictum esse à Galeno, celebratissimam illam febrium differentiã in putridã, hecticã, & diariã latã esse, per subiectas substãtias: si calor febris nõ est. nã mẽbra,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

humores,& spiritus,nõ sunt subiecta ametriæ,sed calori. Præterea neq; aliquo modo medicus posset vti vera curatione,sed vltima etiã in curationibus operatio p̃cautio esset.nã,curatio propia est,quę fit, morbo ipsi obiectis contrariis, sed relationi nullũ potest obiici contrariũ (nec em̃ habet) igitur & ipsa oblatio frigidę aquæ in febribus,esset prę cautio.quoniã est oblatio contrarii causę febris,scilicet calo ri.Nã omnis indicatio à causa dicẽte Gale. 4. Metha. cap.3.ad p̃uidentiã pertinet quã προφυλαττικὴν Græci vocãt,perinde ac si nos prę cautoriã diceremus.igitur &hoc quoq; cõcedi debet si exactè loqui mur,&,vt semel dicã,nullũ medicinę theorema acutissima hæc sentẽtia nõ subuertit. Verũ missa facia mus loca autorũ,& iã tandẽ rationibus physicis certemus. Aut immoderatio illa, quã dicis esse diuer sam à qualitate quæ redũdat,est naturalis proportionis priuatio , aut proportio aliqua præter naturã: ita vt qui febricitat,febricitet,quia proportionẽ aliquã habet quæ p̃ter naturã est,nõ quia nõ habet eã quæ est secundũ naturã. Si proportionis naturalis defectũ esse dicas,statuis cõtinuò morbi essen priuatione:quod si esset verũ,neq; morbus esset genus aliquod,neq; species eius distinguerentur,nisi per contrarios actus, vt reliquæ priuationes distingũtur,nõ per se:atqui neq; relatio esse posset,nã pri uatio non est relatio reuera,sed cogitatione. si dixeris secundũ , putà,morbũ esse aliquã proportionẽ p̃ter naturã,fit vt nullus possit laborare vno die vnico morbo secundũ speciẽ:sed vt morbus permutet speciẽ per singula momẽta. Nã proportiones differũt specie per sese, nõ per subiecta illis , aut per aliquid aliud, vt gratia exẽpli proportio sexquialtera ligni ad lignũ eiusdẽ speciei est cũ proportiõe sexqui altera lapidis ad lapidẽ,quanquã res quarũ sunt specie differũt : proportio sexquialtera ligni ad lig nũ differt specie, à proportione sexquitertia ligni ad lignũ , quanquã subiecta sunt eiusdẽ speciei. Igit relationes ita differũt specie per suas propias rationes, vt dupla à tripla,tripla à quadrupla, atq; ita aliæ omnes.cũ ergo in febribus quę fiunt, calor quẽ tu dicis propriè esse subiectũ relationi , perpetuo sit in augmento,aut decremẽto,necesse est proportionẽ perpetuò mutare speciẽ , crescente aut descrescen te subiecto calore: fiet em̃ de dupla tripla, de tripla quadrupla,aut aliarum aliqua. tamẽ vnica & eadẽ nunquã manebit. monstratũ igitur est euidẽter sequi hoc tuã assertionẽ,qđ tñ cõstat,quã sit falsũ. Nã qui laborat febre tertiana,toto eo tẽpore laborat vnica morbi specie, & qui causone,& qui quotidia na,cõfirmante id omniũ hominũ cõsensu: prẽterquã q̃ Galenus apertè illud docet.1. de locis patienti bus cap.3. vbi inquit.Cũ quędã sint quę multiformia sunt,aut in figura aliqua habẽt suum esse , cuiusmodi dom⁹,quę quidẽ nõ sunt interim dũ fiũt,sed cũ iã sunt nõ fiũt, fit em̃ primo cõstructio ex fundamentis & ex superiobus parietibus,& summo tecto , quæ dũ fiũt,nõ est domus, sed ex his plene conjectis domus forma resultat.morbus tñ inquit,nõ ex hoc genere est,sed per intensionẽ generatur.Atqui calor ipse statim vt naturalẽ mediocritatẽ excesit morbus est ab eo qui cũ iã est intensissimus non specie sed sola magnitudine diuersus.Vides,q̃ lõgè hęc absint à relationũ natura, quæ nec secũdũ magis & minus dici possunt,neq; differre magnitudine,quin differãt specie,nec generãtur per se,sed cõsequũtur aliorũ generationẽ,vt forma domus. Præterea nulla immoderatio re vera relatio est,sed est praua quædã dispositio,aut prauus habitus,quæ relationes includũt,nõ quæ reuera sint, sed quę ita dicũtur.Nã si immoderatio quę est morbus est relatio,necesse est ipsã,vt alias oẽs de re aliqua dici , & in aliã ferri(illa vocari solet fundamentũ, hęc terminus) sed morbi qui cõsistit in defectu digiti,qđ quęso est fundamentũ?Nũquid defectus?At defectus ipse est ipsa immoderatio. relatio quæ est febris si fundamentũ habet in calore,dicito,ad quid referatur?Nã ego cùm millies pensitauerim nũquã huius relationis potui terminũ inuenire.neq; enim terminari potest ad eũdẽ calorẽ in quo habet fundamentũ. cum relationis quàm realem vocant necesse sit differre fundamẽtum & terminum, neque ad aliquam quatuor qualitatum. nõ enim video , cur ad frigus , aut ad siccitatem, aut ad humorẽ terminetur.neque dicere potes,fundamentum esse in eo calore,qui modo est,& terminum in eo qui pręfuit. non enim relatio realis potest consistere quin adsint fundamentum & terminus,nulla igitur est ratio cõmoda intelligẽdi hãc sententiã:sed iã tandẽ arbitror à nobis exigũt studiosi ac iure exigũt, vt quæ sit essentia morbi declaremus. Ego quidẽ missis sophisticis & ineptis assertionibus,morbũ esse puto ex sua diffinitione quęrendũ:atq; ita respõderim, morbũ esse affectũ prẽter naturã qui lędit operationes per se, & primo,ita vt noxa sentiri possit.qua in diffinitione constat,nomen affectus vicẽ generis habere,qđ nomẽ satis per se declarat,si modo eorũ, quę paulò superius diximus de huius nominis διάθεσις interpretatione nõ sumus obliti,morbũ omnẽ qualitatẽ esse. Dicitur verò p̃ter naturã.nã tales oportet esse morbos. Additum est lędens actionẽ,ita vt noxa sentiri possit,quoniam affectus præter naturam, qui noxam non infert,quę sentiatur,meritò morbus à philosophis diceretur,a medicis tamẽ minime: vtpote considerantibus tantum quę sensu p̃cipiuntur. Additum verò est,Per se primo , ad secludendas causas morborum,quę & ipsę lædunt operationes sed per morbum,non per se.neque enim exclusæ erant omnes nomine affectus,cùm dictum à nobis paulò priùs sit,multas causas esse etiam affectus. Est igitur morbus,habitus aut dispositio præter naturam.Atqui omnes eius species qualitates sunt, vt Aristoteles asserebat.Sed quid, q̃(nam ipsa argumentorum,quæ in contrariũ adducebãtur solutio, erit huius sententiæ cõfirmatio) à Galeno morbus immoderatio dicitur? Fateor ego hoc quoq;. Atqui

morbum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

morbum immoderationẽ esse dico: sed relationẽ esse nego. Nã, quemadmodũ deformitas improportio quædam est partium, aut praua illarũ ad seipsas coaptatio, tñ pulchritudo & deformitas qualitates sunt, & pulchrum & deforme qualia: ita morbus improportio est calidorũ frigidorũ, humidorũ, aut siccorũ, aut partiũ. tamen hęc nulla relatio est, sed dispositio quædã, qua praue disponitur ipsum corpus. Atqui hoc non ex meo sensu depromptũ est: sed ipsemet Aristo. eo loco ex quo à te huc allegabatur. 3. nempe cap. 7. De motu ita scripsit: perfectiones enim habitus sunt: quare non sunt alterationes, virtutes aũt omnes quodãmodo ad aliquid esse dicimus. quẽadmodũ & eas quæ corporis sunt, vt sanitatẽ & bonã habitudinẽ in tẽperie & cõmoderatione calidorũ ac frigidorum collocamus. Hęc ipsa verba apertè declarãt duo hęc, morbũ & sanitatẽ ad aliquid esse vt virtutẽ & vitium. quę tñ cõstat esse de his quæ dicuntur esse ad aliquid non tamẽ sunt. Qualitates enim sunt reuera. significãt etiam apertè morbũ non cõparari motu per se, quoniã habitus est, & in habitibus nõ est alteratio, nõ alia ex causa. Sed est argumentum, Qua ratione dictũ est à Galeno primas species morborũ esse calorẽ frigus humorem siccitatẽ? nam hęc non sunt immoderationes, sed quędã passiones, atq; patibiles qualitates. Id tamẽ modò explicetur, dictũ est verisimè. nã calor, si per se considereretur, tantũ vt calor, passio est seu patibilis qualitas: sed cũ huic accidit esse prẽter naturã, quia illo corpus ꝑter naturã disponitur, dispositio ꝑter naturam est, & morbus. Neq; verò hoc mirũ, eandẽ qualitatem sub diuersis rationibus ad diuersas species referri. nam hoc quoq; dictũ est ab Aristotele, calorem de dispositione transire ad habitum, cũ ægrè separabilis fit. continetur id in verbis superiùs citatis ex cap. De qualitate. Cùm igitur hoc ita sit, merito morbus, vt morbus est, non potest per se motu cõparari quanquã calor, vt calor est motu cõparatur. est eñ calor morbus, non quia calor, sed quia præter naturã: mouetur verò corpus ad calorẽ. atqui cũ ex hoc motu contingit excedere mediocritatẽ naturæ, ipsum calorẽ consequitur morbi ratio. Eãdẽ ratione, quanquã inter calorẽ & frigus est mediũ, vt putà, tepidũ: tamen inter morbum & sanitatẽ non est. nihil enim medii est inter calorẽ esse secundũ naturam, aut non esse secundum naturã magis q̃ inter par & impar: Sunt eñ eorũ diffinitiones cõtradicentes. Vides igitur, vt hęc cohęreãt omnia cũ nostra sententia, quę morbos omnes qualitates dicit, & excedentẽ qualitatẽ dicit esse morbũ. Sed supersunt soluenda duo illa argumenta fortissima. Morbus est sanitati cõtrarius, tamẽ sanitas nulla qualitas est, sed proportio, ergo nec morbus. Concedendũ est, morbũ sanitati esse contrariũ. verũ diximus, sanitatem ipsam qualitatẽ esse: nã, quanquã est cõmoderatio calidorũ, & humidorũ, tamẽ diximus, symmetriæ nomine dispositionẽ quandam, qua corpus bene disponitur, significari. vt pulchritudo cõmoderatio est: tamen est dispositio. Verũ dices. Si calor morbus est, oportet ipsum sanati esse contrariũ: atqui cũ frigori etiam contrarius sit, videbitur duo habere contraria. Atqui eãdem ratione videntur posse probare, neque secundũ nostram assertionem, aliquando adhiberi cõtraria morbis. nam morbo nihil videtur esse contrarium ꝑter sanitatẽ, sed nunquã curamus apponentes sanitatẽ, sed calida, aut frigida, aut humida, aut sicca pro ratione morbi: igitur nunquã curamus cõtrariis. Animaduertendũ est, morbum cõsistere in immoderatione sanitatẽ in moderatione, quẽadmodum, virtus & vitiũ, quæ sanitas & ęgritudo animæ sunt. Deinde, quemadmodũ virtus secundũ genus contraria est vitio: tamen nulla virtutis species contraria est vitio alicui, sed vitium vitio, quoniam vitia consistũt in extremis (vt gratia exẽpli liberalitas non est cõtraria prodigalitati, neque auaritię, sed auaritia prodigalitati) ita morbus sanitati secundũ genus contrarius est: tamẽ species quęcũque morbi nõ est mediocritati contraria, sed cõtrario lapsui: atq; ita excedẽti calori adhibemus excedẽs frigus, quod solũ suũ contrarium est: sanitas enim non est huic morbo cõtraria, sed morbo. Atq; ita patet, qua ratione morbi curentur suis cõtrariis: & vt morbo nõ sint contraria duo, sed vnicum. Sed cur si cũ exuperante calore morbus sit, eundẽ calorẽ superantẽ morbũ esse dicimus, cum redundãte digito nõ ipsum digitũ, qui redũdat morbũ appellem⁹? Quoniã qualitati potest superuenire qualitatis alterius speciei ratio, vt paulò supra de sententia Aristo. monstratũ est: tñ substãtię nõ potest inesse ratio dispositionis, aut habitus: sed ipsa omnia accidentia substãtiæ insunt. Illud supereſt dissoluam⁹, quod Fuchsii sententiã videtur adiuuare, Galenũ nẽpe, lapidẽ renũ morbũ in cõpositione dicere. Dicit, Sed intellige, q̃ ex redundãte lapide est vitiũ. Adde Gal. dicere cap. 8. lib. de diffe. morborũ: atqui ex amborbus generibus eo, inquã, quod in numero & eo quod in magnitudine cõsistit posse cõstitui superiorẽ aliã Categoriã, quãti omnibus manifestũ est. Vbi animaduertendũ est, nõ esse dictũ, morbũ qui est in magnitudine esse quantitatẽ, sed in quãtitate: quod perinde est (loquebatur etenim de differentia morborũ) ac si diceret: Vt diximus aliũ morbũ esse in magnitudine, aliũ in numero: ita possumus dicere, morbũ cõsistere in quantitate: vt ita comprehenderentur vtrique superiori quodam genere. nam quantitatis species sunt, quantitas continuata, & deiuncta. Atqui hæc, arbitror, satis sunt ad rem intelligendam. Quare huius controuersiæ hic esto finis.

Caput secundum. De differentia morborum.

GAl. lib. cui titulus est De differentia morborum volens omnia morborum genera vnica diuisiõe comprehendere, ipsos distribuit primò, in morbos partium simplicium, & morbos partium cõpositarum & communes. Simplicium partium morbi ex immoderatione temperamenti proueniunt. Quare, cùm corpus ex calido frigido humido & sicco constet, quot erũt in his qualitatibus excessiuum modi, tot esse poterunt morborum species. Sunt verò modi intemperationum in quatuor qualitatibus octo: simplices quatuor, & quatuor compositi. nam, aut vna illarum redũdat, aut illarũ duæ: nam tres non possunt redundare, quin inter ipsas duæ sint contrariæ, quę simul non redundauerint. Cũ ergo duo qualitatũ cõtrariarum coniugia sint, sunt morbi omnes in temperamento, aut calor, aut frigus, aut humor, aut siccitas præter naturam, aut harum qualitatum duæ. Partium compositarũ tot sunt morbi, quot modis cõtingit vitiosam fieri compositionem. Oportet verò rei compositæ adesse cõmodam magnitudinem, & figuram, & commodum partium numerum, & situm. igitur omnes simplices morbi compositiõis, sunt in numero, qui aut auctus est, aut diminutus: aut in quãtitate, quę aut maior est, aut minor quàm oportet: aut in figura vitiata: aut malo positu. Possunt etiam hi omnes cum morbis in temperamẽto copulari: vnde morbi fient cõpositi, partim in temperamẽto, partim in cõpositione. Est morbus vtriusq; partibus cõmunis, continuitatis solutio. nã continuitas partium, secundum naturam est vtriusq;. Ecce igitur diuisionẽ, qua Galenus professus est se inuenisse proprias omnes morborũ species loco huc allegato ex primo Methodi. In qua dictione illud primo videtur esse suspectũ, quòd morbus nullus videtur posse habere proprias species, si neq; sanitas illas habet. nam si morbus & sanitas contraria sunt, vt paulò antè diximus, non videtur fieri posse, vt contrariorum alterum species infima sit, alterũ genus. Videtur verò sanitas nulla ratione posse differentias recipere: quãdoquidem, aut ea ratione qua maius aut minus aliquid est, distribuetur, aut secundũ subiecta corpora, aut secundũ operationes, aut per propriam rationem & formam. Videtur verò nulla harũ rationũ posse differentiam recipere. nã magis, minúsue tale dici, nõ permutat speciem: sed quod secundum mẽbra non possit distribui patet, quoniam quo sanitas sit, necesse est, mẽbra omnia, tã simplicia, q̃ cõposita, secundum naturam habere. Nã quodcunq; illorũ patiatur vsq; ad læsionẽ operationum quę sentiri possit, ęgrotat homo: qui ægrotat nullam habet sanitatẽ. nam sanitas, cùm bonũ quoddã sit, & perfectum, constat ex integra causa. Igitur quãdo sanitas est, omnia mẽbra sunt citra insignem noxã. nulla itaq; differentia sanitatis est quæ ex mẽbris corporis desumatur. Eâdẽ ratione constat, neq; per operationes diuidi posse sanitatẽ. nam in bene valenti nulla actio est læsa insigniter. nã quæcunq; actio ita læsa, etiam si aliæ omnes rectè agantur, significat corpori esse morbum, cum quo non potest sanitas cõsistere. Nõ igitur potest diuidi per operatiões. Quòd verò neq; per suã rationẽ & formã, ostẽdit ipsa sanitatis natura, quæ cõmoderatio est. quòd verò est moderatũ, aut mediũ, aut mediocre, vnum est: immoderata plura. Igitur nulla ratione potest sanitas species recipere, sed est infima species. Plerique hanc cõtrouersiã ita cõcludunt. sanitatem reuera esse infimam speciem: neq; verò inde fieri, vt morbus quoq; talis sit: quandoquidem cum duo ita se habent, vt proinde cõtraria sint, & alterum in extremo habeat essentiã, fit ex ratione, vt species quæ in mediocritate est, sit indiuidua in alias inferiores, quanquam species contraria diuidi possit, quia vt paulò anteà dicebamus, quòd medium est, est vnum. Sed quantũ ego intelligo, si horum sententia vera foret, oporteret eâdem ratione virtutẽ speciem esse infimam, quoniam eius essentia in mediocritate est & vitia consistunt in extremis. tamen res non ita habet, sed habet virtus, non minus q̃ vitiũ, suas inferiores species, prudẽtiam, iusticiam, fortitudinem, & temperantiam. Aliter itaque ego sentio. diuidi scilicet posse sanitatem in species: atq; proinde nõ esse infimam. nam quanquam per membra non diuidatur, vt ratio monstrabat euidenter, diuidi tamẽ potest per propriam rationem & formam: quã, cùm in inferiores species descendit, consequitur etiam diuersarũ operationum varia perfectio. nam sanitatis essentia consistit in cõmoderatione calidi, & frigidi, humidi & sicci. constat verò non eandem commoderationẽ esse hominibus omnibus secundũ naturam: sed quod vni secundum naturã est, alteri est morbus. Igitur sanitas natura sua non est vnica: sed secundũ tẽperamẽtorũ diuersas species multiplex. est scilicet bilioso homini sua moderatio naturalis: est pituitoso etiã sua: vsq; adeo diuersa, vt si pituitosi tẽperies, quę ex qualitatibus spectatur: transferatur ad bilioſum, quę in illo erat sanitas, in hoc sit futura morbus. atq; alteri erit ad operandũ cõmoda, alteri incõmoda. Est igitur his in ratiõe proportiõis diuersa moderatio. quod Galen. innumeris in locis insinuat, potissimũ in ipsa arte medicinali, vbi inquit, esse vnicuiq; homini sanitatẽ sibi propriã, significãs scilicet esse bilioso homini sanitatẽ ita illi propriã, vt aliis naturis sit futura inutilis, vtpote ab illarũ sanitate diuersa. Hanc etiã diuersitatem consequitur in operationibus diuersa perfectio. nã hæc sanitas ad has operationes est cõmodior, ad illas incõmodior: alia cõtrà: vt gratia exempli temperatus homo ad omnes operationes habet sanitatẽ omnium optimam, in singulis, dempta ea quæ speciei est propria (quod in primo huius libri opere monstrauimus) est alia natura à qua superetur: calidior, scilicet, plus cibi conficit, frigidior plus appetit, atque ita in aliis omnibus. Ecce igitur quibus rationibus recipere possit sanitas species. Verùm dicas. Si moderatio est, qua ratione non est medium?

Si

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Si est medium, qua ratione non est vnum? Scire licet sanitatẽ quancunque à nobis, non dici exquisite medium vnum, sed cum latitudine. quod docuit Galenus dissertissimè primo De sanitate tuenda. Est tamen omnis sanitas medium, sed est vnicuiq; naturæ suum medium ab alterius naturæ medio diuersum: quemadmodum virtus omnis medium est. cæterùm differt mediũ in actionibus fortitudinis ab eo medio qđ est in actionibus liberalitatis. igitur hæc similitudo, quæ intercedit inter animi & corporis morbos & sanitatem, rem totam declarat. Verùm est illius, quod paulò antè dictum est, reddenda ratio commoda: quia fieri potest, vt qui gradus caloris alteri est bonæ operatiõis causa, in altero actiones lædat. Nam, si tantus calor gratia exempli commodus est ad conficiendum cibos, vtrique videtur fore commodus: si incommodus, vtrique incommodus. cæterùm res ita habet. Duplex in corporibus considerari potest temperies: altera quæ in proportione ipsorum elemẽtorum est: quæ, quanquã à nobis in primo huius operis libro monstratum est non retinere proprias formas in compositis: tamen generant in hac proportione hunc modum substantiæ, in illa illum: alia est quæ in ipsis qualitatibus consistit quæ mutari potest priori non mutata. non enim si temperatus aliquis incalescit ab optima temperie iam defecit, nisi secundum habitum calorem comparet. illę enim intemperies quæ secũdum habitum sunt factæ, vtramq; temperiem peruertũt. (peruerti enim potest prior, vel longo victu permutata natura, vel morbo secundum habitum contracto) hîc igitur spectatur natiua temperies, haud quaquam leuis illa dispositio. Igitur cùm hęc ita habeant, meritò fit, vt illæ qualitates quæ proportione respondent naturali temperiei ad bene operandum sint accommodæ: quæ illi nõ sunt proportione respondentes incommodæ. constitit enim facultatum omnium natura in natiua temperie. operatur verò vnaquęq; facultas tunc optimè, cùm proportione respondentia instrumẽta habet. Nõ ergo ampliùs mirum est hunc gradum caloris huic homini esse ad operandum commodum, alteri incommodum. nam potest esse huic naturæ proportione respondens, & naturę illi non respõdens. Sed cur, si sanitas ex sua natura potest tot recipere differentias, non sunt à Galeno lib. prædicto cum morborum differentiis enarratæ? An qm̃ ille non erat sanitati dicatus liber, sed morbis? & sanitatis differẽtiæ sunt cum ipsis temperamentorum differentiis enarratæ? Hoc igitur ita dissoluimus. Verùm est in proposita diuisione alius scrupulus. Hîc est exorsus Galenus eandem diuisionem, quam primo libro Methodi, quo loco professus est rationalem se diuisionem aggredi morbi in suas omnes species. Atqui Thessalum tanquam logicæ rationis ignarum in diuidendo reprehendit. Est verò rationalis diuisionis ea lex, quam Porphyrius scripsit, cap. De specie, non quiescere vsque ad infimas species. cui legi ipse se adstringit Galenus cap. 3. primi Methodi his verbis, Itidem, quicũque dicere de morborũ nu[illegible] ro instituit, quot omnes sint, non debet in prima differentia consistere: sed diuidendo ea procedere, donec ad aliquam infimarum specierum, & quæ amplius in aliam diuidi non possit, perueniat. Cõstat verò hoc idem esse illi propositum in prædicto opere. nam in ipsa libelli propositione inquit, Secundo loco dicam quot sint vniuersi primi & simplices morbi qui veluti quædã aliorum sunt elementa: deinceps verò tertio quot sint ii, qui ex ipsorum compositione proueniunt. Cùm ita proposuisset, tamen non videtur in processu vsque ad infima processisse: sed constitisse in primis differẽtiis. nam in temperamento (inquit) sunt quatuor simplices, calor frigus humor & siccitas: tamen calor non videtur speciei infimę differentia. nam hæc potest esse, aut calor in toto corpore, vel præcipuis eius partibus (quę febris est) aut in parte aliqua, quas constat esse species diuersas. nam si laboret aliquis febre, alius intemperie iecoris sine febre, nemo hos dicet laborare eodem morbo. nam febricitat alter, alter non febricitat. Præterea. quicunque calor præter naturam potest fieri cum affluente humore, aut sine affluente humore, quę & ipsa differentia potest diuersos morbos parere, fiunt enim ex intemperie, affluentibus humoribus omnes tumorum præter naturam species. Atqui hæ eędem differentię ab essentia sunt desumptæ. reprehenduntur enim antiquiores medici loco illo à Galeno, quòd omissis essentiæ differentiis ab accidentibus desumptas dixerint. Commendatur Hippocrates solus tanquam qui ab essentia desumptas tantum dixerit, à quo inuentæ sunt hæ differentiæ, quæ declarantur à Galeno. Adde habere etiam huiusmodi febrium differentias singulas propria sibi signa, quibus dignoscuntur, vt legenti librum De febrium differentia. & primum ad Glauconem, & primum De crisibus constabit facilè. tamen dicente Galeno tertio De Crisibus capite quarto species morbi dignoscuntur per propria symptomata. Igitur monstratum est, non esse illam partitionem, vsque ad species infimas deductam. Est tamen pro huius scrupuli dilutione animaduertendum: morborum esse differẽtias duplices: atque vtrisque vti medicos: quasdam ex rei natura profectas: atque proinde genera & species constituentes: quasdam verò non esse ex essentia, cęterùm esse species quas medici suis vsibus accommodãt. quod euidentius euadet exemplis. Diuisio morbi in morbum partium simplicium, & compositarum & communem, ac rursus eius qui in temperie in calorem, frigus, & humorem, aut siccitatem redundantem, per differentias specierum esse iudico, quia procedit hæc diuisio per ipsam morbi rationem. Nam ratio morbi est, affectus præter naturam: intemperies est quidam affectus præter naturam: excessus caloris, est quædam intemperies: ita praua compositio est quidam affectus præter naturam: magnitudo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tudo insignis,aut paruitas mẽbri,est mala quædã cõpositio.Tñ quæ vlterius præcedũt diuisiones,non amplius ab essentia,sed ab aliquo quod extra essentiã est desumũtur. Nã differẽtiæ cẽs quas diximus caloris,aut ex subiecto corpore desumũt: vt si quis dicat,calor in toto,aut in parte,vel calor in humore spiritu,aut cordis substãtia(quanq; reuera febris solus ille calor est, qui in cordis substãtia recipitur. Quare illa diuisio,nõ est lata persubiecta corpora,sed partim per hæc,partim per causas internas. Cæterũ hoc procedẽte sermone cũ de febriũ differẽtia dicemus,amplius declarabitur,quo loco explicabimus dictionẽ Galeni)aut desumũt ex causis,vt cũ diuidit in calorẽ qui est sol⁹,& eũ qui est cũ affluẽte humore:& cũ febris putrida diuiditur in biliosam, pituitosam , aut melancholicam: quod si in continuã diuidas aut intermittẽtẽ,vel in tertianã,quotidianã,aut quartanã eandẽ diuisionẽ facias, nẽpe accidẽtiũ quæ consequuntur causam.nã quòd continua sit,aut intermittens, locus in quo causa putrescit facit,quòd tertiana quotidiana aut quartana,facit causæ motus. Igitur nulla harum differentia eã speciem constituens. Nam causa,aut subiectum corpus non permutant speciem,nisi mauis dicere,calorem ferri diuersum esse specie,à calore lapidis:& calorem à sole genitum,ab eo qui genitus est ab igne.sed multo etiam minùs specierum differentias enumeres, si calorum alium dicas intensum , alium remissum,cùm intensio & remissio nihil tollant eius quod est in essentia. In morbis aliis,eodem modo fit.diuisio nempe tumoris præter naturam,qui morbus compositus est , partim in temperamento partim in compositione consistens,in phlegmonem, ædéma,& schirrum,& erysipelas,secundum veras species est lata . quandoquidem diuersis secundum speciem alterationibus afficiuntur partes in his tumoribus.tamen diuisiones illæ quæ secundum partes affectas sunt,vt phlegmones,in phrenitidem, & pleuritidem & pulmoniam,constat esse tantum per medicas differentias. Vnde fit apertum,huiusmodi morbos secundum speciem esse eundem,putà,phlegmonem.Cęterùm sunt differentiæ medicæ,illæ,quas in Constitutione artis inuenerunt medici curationi esse accommodatissimas: vt , gratia exempli.quanquam diaria febris & putrida sint eiusdem speciei:tamen interest multum ad curationẽ secundum causas,illas separari.quoniam cùm in curatione legitima,indicatio prima à causa sit:ipsa illa distinctio veluti manu ad curationem ducit.Idem in inflammationibus intelligendum est.phrenitis enim,& pleuritis,& inflãmatio ventriculi ratione illius indicationis, quæ desumitur à morbo eandem exigunt curationem.diuersa verò curatio fit,propter indicationem , quæ desumitur à loco affecto morbo.quod considerantes medici,ipsas species curationibus accommodantes , sermone in multas species distribuerunt. Tandem,vt semel dicam , veras morborum differentias in solo illo opere, quod illis inuenien dis dicatum est, prosequutus est Galenus in reliquis operibus , cuiusmodi sunt liber De differentia febrium , & De crisibus , & De locis patientibus & Aphorismis differentias medicas magis prosequutus est , physicam argutiem non adeo curans . Iuxta easdem medicas differentias secundo Methodi capite secundo distribuit morbos omnes per causas nomenclaturarum . Itaque constat , vt in libello De differentia morborum vsque ad infimas,ipsas perduxerit . Sed quid, quòd differẽtias illas febris in hecticam,putridam & diariam,ex essentia desumptas,vocauit Galenus? Animaduertẽdum est, posse esse differentias aliquas ex iis quæ essentiæ rei accidunt desumptas, quæ tamen ex essentia non sint.hoc contingit in diuisione febris per intẽsionem vel remissionem, aut per subiecta corpora.nam calori,in quo febris est essentia, contingit esse intenso aut remisso per se:cõtingit etiam illi esse in subiecto.tamen album aut nigrum non accidit calori, neque calido nisi ex accidenti:nihilominus intensum aut remissum esse in hoc aut illo corpore speciem non permutat . Igitur qui diuidit febrem per subiecta corpora (quod se facere professus est Galenus eò loci) non diuidit per differentias ex essentia,tamen diuidit per ea quæ diuisæ rei essentiæ accidunt per se.atque hoc est quod ille nomine differentiarum desumptarum ex essentia,intellexit.Cæterùm,quanquam hęc ita dicantur, videtur Galenus nondum in libello De differentia morborum exactam diuisionem instituisse . nam, quanquam in reliquis habeat,vt diximus.tamen hectica febris non potest non esse diuersa specie ab aliis in ratione morbi nam illa est habitus,hæ sunt dispositiones.habitus & dispositio in Categoria qualitatis sunt diuersæ species . Igitur in ratione qualitatis præter naturam,differunt secundum speciem propositæ febres.Tamen,nisi quis oscitanter librum illum præterierit, nihil deficere inuenietin diuisione.Nam quod ad habitus & dispositionis attinet differentiam philosophi ipsi in diuersas sententias distributi sunt,aliis dicentibus,non differre specie,sed secundum modum quendam se habendi eiusdem qualitatis.est enim(dicunt)eadem qualitas, cùm facile separabilis est , dispositio: cum ægre, habitus. Esse verò separabilem aut secus, videtur esse qualitatis modus quidam existendi in re subiecta,non differentia.Si horum sententia vera est,constat,in diuisione esse omissum nihil: sed calorem, etiamsi nihil addatur,esse speciem infimam.Si verò contraria sententia, quæ affert habitum à dispositione specie differre,verior est:ne tunc quidem est à Galeno quidquam omissum . Considera enim illum paulò antea,sanitatem distribuisse in optimam simpliciter & semper, & bonam plurimùm,& bonam nunc:& morbos in contrarios gradus . Qua in diuisione constat contineri eam,quæ est in habitum,& dispositionem.nam sanus plurimùm,atque adeo magis qui semper est,habet sanitatem in habitu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bitu:qui nunc,in actu:morbum eodem modo. Habet verò sanitatem in habitu, qui illam habet coniunctam cum salubritate,quæ est naturalis potentia ad resistendum morborum causis. morbum, eadem ratione habet in habitu, qui habet illum coniunctum, cum insalubritate quæ est naturalis impotentia ad benè valendum. Constat igitur,cùm hæc paulò ante dixisset, illum inter diuidendū omisisse nihil:& q; omnia,quę de differentiis morborum proposuimus habere recte. Quòd hęc sit in omnibus differentiis mens Galeni,intelliges ex eo,ꝙ postquā differentias omnes in partibus simplicibus & cōpositis dixerat:eas,inquam,quas nos in principio huius capitis proposuimus, hęc addit. γένος δ' οὐδὲν ἐστι νοσήματος, οὔτε ἐν τοῖς ἀπλοῖς σώμασιν, οὔτε ἐν τοῖς συνθέτοις ἴδιον ἑκατέρων, ἡ γοῦν τῆς διαιρέσεως μέθοδος ἐνδείκνυται τὸ ἀδύνατον. Qui locus emendatur à nonnullis, vt corruptus, dicētibus, nō ἑκατέρων sed pro illo ἑκατέρῳ legendum esse. significat enim ἑκατέρῳ longius, aut vltra. atq; ita vertunt locum. Nullū aūt genus est morbi, neq; in simplicibus corporibus neq; incōpositis prętetea propriū. nā ipsa methodus diuisionis ostendit hoc esse impossibile. Hęc Galenus. Qua dictione cōstat significari ex ipsa forma diuidendi, qua fuerat vsus, patēre, nō posse aliud genus morbi inueniri, proprium aut simplicibus aut cōpositis, præter dicta: & ita apertè dici reliqua omnia genera præter illic comprehensa, esse impropria & non tā ex essentia deducta, q̄ ad vsum medicorū inuenta. Cæterū Leonhartus Fuchsius reprehendit hos interpretes, tanquā corrumpentes Græcam lectionem (nā reuera in omnibus codicibus inuenitur ἑκατέρων) interpretaturq; Galeni verba, vt alii omnes, hoc modo: Genus aūt nullum est, morbi, neq; in simplicibus corporibus neq; in cōpositis vtrisq; propriū. nam ipsa diuidēdi methodus, ostendit hoc esse impossibile. Atq; hæc verba lōgè in aliū sensum transfert, dicens, legē diuisionis esse, vt per cōtraria fiat, vt sit hęc, Morborum quidā sunt partium simplicium: quidam multiformium. atq; proinde nihil potest (inquit) illorū vtrisq; esse proprium: quanquā possit esse cōmune. nā propriū est, quod soli inest. Hęc ille. Sed, quantū ego intelligo, lōgè à Galeni mēte aberrat. nā non est in ratione cōtrariorum, vt non possit adesse pluribus, quod vni est propriū. sed hoc idē fit in rebus omnibus diuersis. Nūquid quod propriū est candoris potest esse propriū palloris, magis quā nigredinis? Nō arbitror. Nō igitur istud ex ratione contrariorū nascitur, sed ex ratione proprii: quod scilicet inest soli. Inuoluit igitur hęc declaratio multa pręter rē. Prętetea, ridiculū, si Galenus moneat, nullum morbū, qui simplicibus solis inesse possit, aut solis cōpositis, posse inesse vtrisq;. Est itaq; hæc interpretatio ridicula. Sed animaduertendū est, dictione illa ἑκατέρων significari posse vtrasq; partes, vel alterutras: atq; ita verē dum esse locū: Nullū genus est morbi (intellige pręter dicta) neq; in simplicibus neq; in cōpositis partibus, alterutris proprium. Nā ipsa ratio diuisionis ostendit, hoc esse non posse. quod perinde est ac si diceret: Cōstat ex ipsa ratione diuisiōis fieri nō posse, vt aliqua species morbi prætermissa sit alterutris propria: neq; simplicibus, neq; cōpositis. Qua versione prętetquā quod nihil ex Gręca litera permutamus, sensum reddimus facilē. Atq; significatur his Galeni verbis apertè, enumeratas solùm differētias esse proprias (nā siue genera dicas siue species siue differentias nihil refert) reliquas omnes medicas, vt diximus. Est aliud quod possit aliquē torquere. Videtur in cōpositione nullus morbus posse consistere. nā monstratū à nobis est in secūdo huius operis libro, actiones omnes esse in instrumentis ratione simpliciū partiū. nam figura, quantitas, aut positus, non sunt in genere efficientium. igitur qua ratione mōstrauimus, relationē nō posse esse morbū, quia, cū nihil possit agere per se, nō videtur posse p se lædere operatiōes: eâdē cōuincemur cōcedere, neq; vitiosam figurā, neq; magnitudinē, numerū ue maiorē, aut minorē q̄ oportet, incōmodūue positū morbos dici debere. Qui relatiōis autorē se facit, ita statuit. Lędere actiōes nō esse agere quidquā. na nō qđ edit vitiosam operationē illā lędit p se: actiōes siquidē oēs, tā quę benè, q̄ quę malè fiūt, à facultate fiūt, nō à sanitate aut morbo. Itaq;, cū actionē lęsam edat facultas, & morbus actionē lędat, cōstat (inquit) actiōes lędere, nō esse quidquā agere, quare illud relationi cōtingere, nihil mirū. Hoc idē nos possemus dicere de magnitudine, figura, numero, & positu. Cęterū examinādū amplius est, neq; tā leuiter ꝓtereūdū. nā quod dicūt, actiōes oēs à facultate fieri, falsū esse mōstrat motus, qui p cōuulsionē accidit, & qui p palpitationē. nā quēadmodū Galen. dicit. 2 De causis symptomatū in ipso principio, hoc interest inter cōuulsionē & palpitationē, & inter tremorē rigorē, & singultū, tusim, ructū, & sternutamentū: ꝙ duo illa solius causę ꝓter naturā sunt opera, reliqua fiūt, vbi ad opus simul coēunt morbus & natura. Ex quo loco cōstat, nōnullas actiōes fieri à solo morbo, nihil ꝓstāte facultate. ꝓterea, falsò dicūt: siquidē vniuersim intelligūt, morbū lędēdo operationes, nihil agere. nā calor nimius vētriculi nō aliter lędit cōcoctionē (quę in illo agit) q̄ vrēdo: qđ agere est. Igit nihil horū est ꝓpetuū. nā neq; cōtrariū est perpetuū, scilicet, qđ lędit operatiōes aliquid agere. nā vnguis in oculo lędēs visionē nihil agit, sed supercrescēs pupillę, impedimēto est subeūtib⁹ speciebus, & excūti facultati. Quare ratio ipsa iā videt inuenisse, posse vtrūq; horū cōtīgere, & neutrū illorū esse ꝓpetuū. Est ꝓterea aliud, actionē lęsam edi, aut actionē lædi. nam actio lędi potest, aut quia vitiat, aut quia minuit, aut quia tollitur. minuta aut vitiata edi potest: sed sublata nō editur. quin potius hoc ipsum lędi, est nullā edi. minutā edi, aut deprauatā fortasse est facultatis: tolli actionē, aut oīno corrūpi, cōstat, morbi esse opus. Igitur nō edi actiones morbus facit semper, nunquā facultas: atq; hoc facit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

morbus vel corrumpendo ipsam facultatem, agendoque, cùm in genere efficientium est, vt frigus nimium ventris, refrigerando, facit cruditatem: vel facit impediendo, vt nimia moles fecit, quominus Nichomacus Smyrneus se posset mouere loco. Sed earum actionum, quæ eduntur læsę, nonnullę eduntur à morbo solo, vt motus palpitationis & conuulsionis: nonnullæ à facultate sola vt deprauata visio in suffusis: nam ad videndum nihil potest præter videndi facultatem concurrere: nonnullæ à facultate & morbo, vt confectio praua ciborum in calido ventre: nam chylus generatur ab hoc calore cum hac substantia, alterutra causarum lædatur, edit lęsam actionem. Tamen, etsi actio læsa edi possit à facultate, quod actionem lędit morbus est perpetuo. nam facultas edit actionem lęsam, quam morbus lædit, atque ipsum lędere est nonnunquam agere, nonnunquam secus. Quare nihil est intellectu difficile posse vitiosam figuram, aut quantitatem, aut positum, actiones lædere, etsi in genere efficientium non sint. Quanquam neque hoc ipsum licet dicere asserentibus, morbum esse relationem reale vt loquuntur, nam relatio per se neque potest agere quidquam, neque impedimento esse: sed hęc omnia contingunt earum fundamentis. Adhuc videtur restare alter scrupulus in diuisione morborum. color quicunque præter naturam fit in humote aqueo, qui replet locum inter humorem crystallinum & tunicam corneam, est morbus oculi: tamen in nullo genere trimembris diuisionis est. Quòd quidē morbus oculi sit is color, licet apud Galenum legere, qui primo De causis symptomatū inter eos morbos talem colorem refert. licet etiam tibi haud dubiè intelligere argumẽtanti ex diffinitione. est enim affectus (est enim διάθεσις) prętер naturam (loquor enim non de eo colore, qui sit ex natura: sed quem fecit error) & facit noxam quę sentiri possit in visiõe (facit enim videri omnia eodem colore infecta) idq; per se. neque enim quia in ea parte alius quispiam morbus est, quem sequatur color, sed quia talis est color læsio accidit. Itaque morbus est, & nullus prædictorum generum. Quare diuisio videtur vitiosa. Sunt qui concedentes reliqua, quæ dicuntur in argumento, morbum eum dicunt, etsi nullius dictorum generum sit, reduci tamen ad illorum aliquod: tuncq;, aut ad morbos tẽperiei reducunt, quia omnis color consequitur temperiem, aut ad numerum, quia adest res, quam nõ oportebat adesse, puta ille color: aut ad figuram, quia modum permutationis figuræ dicũt esse illam coloris mutationem. Tamen mihi hæc omnia displicent: neque video, cur ad aliquod tale genus reducatur. nam in Categoriis ea tantum collocantur, de quibus dicitur genus, vt homo & equus sub animali: animal & corpus sub substantia. reductione quadam collocantur illorum differentiæ, quas vocant specificas, vt rationale & mortale in substantia. tamen color nihil tale habet cum temperie. Iam verò si cuiusuis rei redundantia etiam accidentis morbum facit in numero, omnis morbus generat alium in numero: nam si nihil aliud, saltem redundabit ea qualitas, quę est morbus. Sed non omnis morbus est in numero: quia redundantia substantiæ est morbus in numero, non accidentis. A figura etiam longissimè abest color uitiosus. nam neque est symptoma ventris neque vię, neque superficiei. nam neque obstructio, neq; laxitas, neque asperitas neque leuitas, neque prętерea est, quod strictè dicitur figura. Proinde ego verius censeo, illum nullo dictorum generum contineri, sed dici debere per se extra diuisionem. Idque ideo fieri, quod nõ est morbus, qui partibus omnibus possit accidere, vt alii, sed soli oculo. huic enim soli potest color esse morbus, quem solum opus est à coloribus alterari, vt operetur. Sed dices, eâdem ratione sapor potest esse morbus linguę. & ita non vnum, sed duos morbos oportebit à diuisione excipi. Nego. nam sapor linguæ non est lęsionis gustus causa. Sed sapor saliuę qui non est affectus prętер naturam partis, sed est symptoma eius intemperiei, à qua genitus est ille humor prętер naturam saporis. Quare de morborum differentia satis diximus.

Caput tertium. De causis morborum.

GEnus omne causę non morborum modo, sed etiam rerum aliarum, vt nos docet Arist. aut est in rei forma, aut in materia, aut in fine, aut est efficiens (causam formalem materialem finalem & effectiuam vulgo vocant) causa quæ in forma est, propria cuiusuis rei est essentia. cum igitur de singulorum morborum naturis, atque morbi secundum genus vsque ad nauseam disputauerimus, frustra hic de his morborum causis iterũ disputaremus. In materia nulla causa morbi est. Nam cũ morbus nihil sit arte factum vt statua, non est ex materia secunda, vt illa ex ære: cùm etiam non sit substantia, sed accidens quodam, non est ex materia prima. Verum habent accidentia cum de re aliqua dicuntur vt album & nigrum dicuntur de corpore, subiectã rem pro materia & huius generis causa: hac ratione ægrotantis aut febricitantis, dictum à nobis antea est, materialem & causam esse corpus viuens, atqui hoc aut secundum partes simplices, aut secundum multiformes. Cæterum hæc in differentiis enarrandis comprehensa sunt. Causa morbi nulla est in fine. nam quæ habent essentiam suam in aliqua perfectione hæc fiunt propter finem, atque sua perfectio est finis & causa, quæ in plærisque (vt dicit Aristoteles) est eadem cum forma: sed quod habet essentiam in imperfectione, cuius modi morbus est, non

fit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fit propter finem, ſed ex defectu cõtrariæ perfectionis pullulat. Sanitatem certè facit natura, vt homo melius viuat, ſed morbi cauſa morbum facit, non vt homo deterius viuat, nihil enim gratia mali operatur, ſed contingit hic ex defectu ſanitatis. Neque profectò dixerim morbi cauſam operari, cũ morbum generat, ſine fine. Sed humor putris calfaciens cor generat calorem, aut proprer generationem ſimilis, aut aliud aliquid, quod permitto phyſicis dicere. ſtatim ác calor naturalem mediocritatem excedit, comparat rationem morbi, quæ conſequitur hanc generationem paſsionis, & congeneratur ex accidenti, non proprii finis gratia. nam non alia ratione priùs monſtrauimus ad morbum nihil moueri perſe, vt neque ad aliquem alium habitum, aut diſpoſitionem. Igitur morbus nunquam videtur fieri cauſa finis. Sed contra eſt, quòd præcipiente Gale. 3. Metho. cum punctus neruus eſt, & conuulſio imminet, totum præcidimus neruum. eodem modo facimus cum ex arteria ſanguis fluit, qui non aliter compeſcitur. ſępe chyrurgi iſchiadis dolorem vſtione curant, probante id Galen. 6. Epid. 2. parte. Conuulſionem ex repletione, eâdemq; ratione, aut etiam maiori paralyſim, excitata febre audẽt multi curare, cum alia videntur impotentia, deſumpta ratione ex Hippo. qui ita ſcripſit. Melius eſt febrẽ conuulſioni ſuperuenire, quàm conuulſionem febri. Celſus circumſpecti medici dicit eſſe, lentam febrem excitata acuta curare. Multa ſunt talia, in quibus medici, data opera, propter conſequutionẽ alicuius finis, morbos ſtudent medicamentis generare. Quod, cùm fit, nõ dubium, quin ſit morborum, qui ad aliorum ſublationem generantur, finis & in eo cauſa, vt præciſionis nerui cauſa & finis eſt debitatio conuulſionis, febris cõuulſionis curatio, excitationis febris acutæ ex lenta: vt ſi id quod adeſt curationem non recipit, recipiat id, quod futurum eſt: tamen hîc morbi auxiliorum habẽt rationem, nõ morborum. nam vtitur medicus tunc temporis vno morbo ad demoliendum alium. Hi igitur fines auxiliorum ſunt, non morborum. quando verò morbi recipiant rationem auxiliorum, aut quando ſecus, docebit pars huius operis ad curationem ſpectans. Hęcigitur, quæ παθολογικὴ eſt, de efficientibus morborum cauſis diſputet. Efficientium cauſarum quædam eſt externa, quædam e[illegible] interna. vtũtur medici nominibus his Cauſa externa, aut cauſa procatarctica, aut cauſa prægreſſa vſurpantes hæc nomina pro eâdem re: & nomine cauſæ antecedentis, aut internæ eandem rem ſignificãt. Lib. De cauſis morborum cap. 2. cauſas externas ita finit Gale. quę extrinſecus adueniunt, & alterant corpus, atq; tranſmutant naturam vehementer. Cæterum multis aliis in locis ſub nomine cauſarum prẽgreſſarum comprehendit nonnullas, quæ non extrinſecus accedunt, ſed intrinſecus in ipſo corpore generantur: cuiuſmodi ſunt bubones, à quibus diariæ febres ſolent gigni, etiam ſi proprium harum eſt, vt à procatarcticis cauſis generentur. Proinde Celſus, quò hanc ambiguitatem, ſi quæ ea eſt, in nominibus detaret, cauſas procatarcticas omnes nomine cauſarum manifeſtarum comprehendit, antecedentes appellat abditas. Quæcunque igitur cauſæ, ſiue in corpore gignantur, ſiue extrinſecus contingant, manifeſtæ ſunt, & ſenſu cognoſcuntur, non coniectura, procatarcticæ dicentur: vt quę interius latẽt, internæ. nam quæ cauſæ, etiam ſi in corpore fiant, tamen manifeſtæ ſunt, meritò cum externis connumerãtur: alterant enim corpus, non aliter atque illæ, continuarum partium alteratione. Licet igitur iterum reſumpto ſermone ita diuidere. Cauſarum, quę morbos faciunt, quædam in corpore gignuntur quędam extrinſecus accedunt, atqui earum, quæ in corpore gignuntur, quædam abditæ ſunt & antecedẽtes appellantur, aut internę: quædam manifeſtæ ſunt, & hæ etiam ſunt procatarcticę, vt genus earum, quæ extrinſecus occurſant. Animaduertendum hoc loco eſt, in cauſis externis nonnullas eſſe, quę per ſe ſunt cauſę: vt potio calida: multa alimentorum ingeſtio, aut nimia exercitatio per ſe quidem fiunt febrium cauſæ. ſunt enim hæc omnia natura ſua calorem efficientia, & calore inducunt febrem, tamẽ Ioãnes, aut Petrus, gratia exempli, qui potionem vini huic propinauit externa febris cauſa eſt factus: verum id per accidens: non enim hic vt Petrus, neque vt propinator habet ex natura ſua promptitudinem ad febrem generandam: ſed ita contigit forte fortuna. Harum cauſarum nulla cõſideratio pertinet ad medicum: quandoquidem neque curationis prębent aliquam indicationem, neq; ad faciliorem febris dignotionem vtiles ſunt. aliæ enim cauſæ, quę extrinſecus occurſant, quanquam vbi ſemel pręterierint nihil indicant in curatione, tamen conducunt ad cognitionẽ affectuum. quod docet Galenus. 4. Metho, cap. 3. & febres diarię docent aperte, quarum notitia maxima, ex cauſa pręgreſſa proficiſcitur. hę igitur ad medicam attinent conſiderationem propter dignotionem affectus: etiam ſi per ſe non exigunt aliquam curationem: quam tamen exigunt internę, etiam ſi in genere manifeſtarum ſint. Cum igitur tres iam inuenerimus cauſarum manifeſtarum ſpecies, primam earum, quæ in corpore ſunt, cuiuſmodi ſunt bubones: aliam externarum, quæ cauſæ ſunt per ſe: aliam cauſarum ex accidẽti: primæ & ad cognitionem conferunt: & in curatione habent propriam indicationem: ſecundæ conferunt ad cognitionem ſolum, tertiæ ad neutrum: & proinde extra medicam conſiderationem conſtituẽdę ſunt. De cauſis externis, quæ per ſe ſunt cauſę, orta ſunt ante Galenum duo ſophiſmata: quę il le libello, cui titulus eſt De cauſis procatarcticis, refutauit. Fuere qui contenderent, illas omnino non eſſe cauſas morborum: aut ſi quo modo cauſæ dicerentur, id eſſe ex accidẽti: vt propinatorem vini dicebamus factum eſſe febris diarię cauſam. nam ſi per ſe ſol, aut exercitatio, aut vinum, cauſę febrium

forent:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

forent: in quencunque hominem inciderent febrem generarent. non enim potest separari à re, quod ineſt illi per ſe, ſed ſi bis mille homines ſint in theatro confertiſsimi, æſtiuo tempore, ſub meridie, (ſi ita fors ferat) vnum, aut alterum continget febricitare ex æſtu, manentibus aliis omnibus à febre liberis. Atque videtur horum ratio confirmari, interrogando, Cur vini propinatorem cauſam ex accidẽti febris dicimus. An non quoniam febricitandi cauſa in ipſo non eſt, ſed in calore potus? At neque in æſtu febricitandi cauſa, ſed in ipſo homine, qui febricitat: alioqui omnes qui æſtu laborauere, fuiſſent correpti febre: quod, cùm factum non fuerit, conſtat aliquid adfuiſſe huic homini, quod fuerit eius febris cauſa. Dirimit tamen ſophiſticam hanc rationem. primo De feb. differentia cap. 4. dicẽs: Oportet enim toto hoc ſermone memoria repetere, quòd nulla cauſarum ſine patiẽtis aptitudine agere poteſt, alioquin omnes, qui ſub æſtiuo ſole commorarentur, febricitarent. Poſſunt itaque hæc ex natura ſua febrem facere, modò adſit in his, qui perpeſſuri ſunt, præparatio. atque hoc ipſum indicat, illas operari per ſe. Alii, quanquam hoc admitterent, tamen nullam harum cauſarum dicebant febrem poſſe facere, quin permoueat internarum aliquam: ſed proprium eſſe externarum cauſarum, per motionem antecedentium morbos generare. Cæterùm conuincitur ſtulta hæc opinio mille euidentibus exemplis. nam ſicubi præciſſus ex ictu digitus eſt, factus eſt morbus, in deficiente naturalium partium numero, omnibus internis cauſis inalteratis: non enim video, quam aliã cauſam præciſione enſis mouerit, aut quid aliud effecerit, præterquàm q̃ digitum præcidit, qui eſt ipſe morbus. Qui ex itinere ſemianimes præ frigore in hoſpitium deferuntur, refrigerationem patiuntur nudam: atqui eam ex occurſu frigidioris ambientis. multi repente ex ſola perfrigeratione occipitis occurſu frigidioris cuiuſdam auræ facta, priuantur memoria. At fortaſſe id volunt de febrium generatione intelligi. Sed neq; in his verum eſt, quod afferunt, niſi continuò velint defendere, nullam hecticam febrem poſſe fieri à principio, alio febris genere non prægreſſo. Sed huius ſententiæ abſurditatem ſumus in ſequẽti libro detecturi. Interim illud dicimus cum Galen. 1. De febri. differen. cap. 8. febres hecticas duplicem habere generationis modum: aut eñ aliis febribus ſuccedunt, aut à cauſis procatarcticis, more diariarum ab initio nulla prægreſſa generantur. Quod, cùm fit, conſtat fieri febrem à cauſa externa citra alicuius internæ alterationem. Siquidem quò febris hectica fiat, neque humor, neque ſpiritus, neque quidquã aliud intra corpus in cauſa eſt. Cæterùm de vltimo hoc exemplo dicturi paulò infrà diffuſiùs ſumus. Quod propoſitum aduerſus ſophiſtas eſt, monſtrauimus euidenter, eſſe ſcilicet cauſas externas per ſe morborum cauſas, atque illos citra alicuius internæ mutationem poſſe generare. Quare ad antecedẽtes opportunum fuerit conuertere ſermonem: quarum nonnullæ ſunt, quæ antecedentes tantum dicũtur: nonnullæ quæ continentes. quanquam de continenti eſt in controuerſia, an poſsit morbis cõtingere. Sed conſiderandum ante alia eſt, à medicis quamplurimis de eadem re dici nomen cauſæ continentis, & coniunctæ: atque proinde damnari Auicenam cum aſſeclis ſuis quòd febribus putridis dicãt eſſe quaſdam cauſas antecedentes, & quaſdam coniunctas: atq; coniunctas eſſe, dicant, eas, inter quas & morbos nullæ aliæ cauſæ intercedunt. Sed ego non video, cur reprehendi debeant. neceſſe eñ eſt, cuiuſcunque rei eſſe proximam cauſam quandam, alioqui cauſarum ſit infinitus numerus: quam tamen cauſam, non arbitror poterant aptiori nomine, quàm coniunctæ, ſignificare: ſiue ea ſit continẽs, ſiue non. hoc enim nomine cauſæ proximæ, aut coniunctæ (quod idem eſt) vſus eſt Ariſtoteles octauo Meta. vocat ἐγγύτατα αἴτια Igitur coniuncta cauſa non eſt cur cum continenti confundatur. nam cõiunctam neceſſe eſt adeſſe cuiuis morbo pendenti ex cauſa: continentem non eſt neceſſe. atque facta hac diſtinctione clarior euadet doctrina. Quoniam verò autor diffinitionum indiſtinctè vſurpat hæc nomina: non eſt, q̃ permoueamur. negant enim omnes vno conſenſu librum eſſe Galeni. Nos itaque coniunctæ & continentis diuerſas rationes eſſe dicimus: coniunctam eſſe, inter quam & morbum non eſt cauſa media: continentem eam, quæ in generatione habet eſſentiam, quod mox ſumus declaraturi. Scio Gale. 1. De cauſis ſymptomatum cap. 5. ita ſcribere. τὸ μὲν συνεχὲς αἴτιον, ἢ συνεκτικόν, ἢ προσεχές, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλῃ. quod plærique ita vertunt. cauſa igitur continua, ſiue coniuncta, ſiue continens, ſiue vtcunque aliquis nominare vellit. Quæ phraſis videtur ſignificare, nihil intereſſe inter coniunctam & continentem cauſam. Tamen conſidera dictionem hanc συνεκτικόν, non tã ſignificare coniunctam quàm continentem, vt illa tria nomina συνεχὲς συνεκτικὸν & προσεχές eandem rem ſignificent. ſed quanquàm ita legeretur, vt legunt illi non poſſemus intelligere coniunctæ & continentis cauſæ eſſe eandẽ rationẽ. nam Galenus illic loquitur de cauſa ſymptomatis cuiuſdam, puta torporis, qui procul dubio habet cauſam continentem. Cauſa verò, quæ eſt continens, eadem eſt & continua, & coniuncta: quanquam non quæcunque coniuncta, eſt & continens. Ergo loco illo nihil intererat dicere cauſam coniunctam, continentem, aut continuam: cùm ſermo eſſet de paſsione habẽte cauſam continentem, cui proinde neceſſe erat adeſſe reliqua omnia. Tamẽ reuera horum nominũ, Continens, & Coniuncta, diuerſæ ſunt notiones. Præter hæc animaduertendum eſt, apud antiquos, quantum conſequi poſſum ex autorum lectione, nomen cauſæ continentis latius, quàm hodie apud

neotericos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neotericos, vſurpari eſſe ſolitum. intelliges id ex Celſo, quem omnium maxime in Latinarum vocum vſurpatione, & reſponſu cum Græcis, oportet cõſulere. Qui in proœmio primi libri cauſas abditas & continentes vocat, his vſus verbis: Igitur ii, qui rationalem medicinam profitentur, hęc neceſſaria eſſe proponunt, abditarum & morbos continentium cauſarum notitiam: deinde euidentium. Vides, vt Celſus morborum ſecundum antiquos Rationales interpretetur cauſam eſſe continentem: & nomen cõtinẽtis nullo rigore de quacũq; abdita dicat. Tñ neotericis placuit eo vti, vt rigidiſsimi vtebãt Stoici: quia vt Gal. refert libello aduerſus Iulianũ ſcripto, ab Stoicis inuẽtũ nomẽ hoc eſt, ſed neq; in illa rigida ſignificatiõe mihi vidẽtur, medici oẽs causã cõtinẽtẽ rectè finire. dicũt em cũ autore diffinitionũ: Cauſa cõtinẽs eſt qua poſita ponitur, & qua ablata aufert effectũ. Tñ ex ipſius Galeni verbis, & ex diffinitione, quã ille ab Stoicis accepit facile intelliges, nõ eſſe hæc duo in eſſentia cauſę cõtinẽtis, vt poſita ponatur, & ablata auferat effectus: ſed alterũ tãtũmodo, vt ſcilicet ablata cauſa, auferat effectus: ita vt neq; momẽto tẽporis poſsit cauſa ablata effectũ perſeuerare. Nã primo De cauſis pulſuũ tres cauſas cõtinentes eſſe dicit Gal. inſtrumenta, facultatem, & vſum: tamen nulla illarum hoc habet, vt ipſa poſita ponatur pulſus: habet enim emortuum corpus arterias: tamen non habet pulſum: quoniam, vt pulſus fiat, neceſſe eſt tres illas cauſas conuenire: quò tollatur pulſus, ſatis eſt quamcunq; illarum tolli: atque hoc vnum facit tres eſſe cauſas continentes. Pręterea Galenus lib. aduerſus Iulianum cap. 11. de ſententia Stoicorũ ita diffinit. Cauſa cõtinens eſt, quæ in generatione ipſa habet eſſentiam. quod nihil aliud eſt, vt ego intelligo, quàm quæ eſt, quo generetur, & ſit effectus, neceſſariò requiſita. Qua ratione cõſtat, materiam & formam cuiuſcunque compoſiti phyſici, eſſe illius cauſas continentes: quia ſublatione cuiuſcunque illarum tollitur compoſitum, etiamſi ad illius generationem ambobus ſit opus. Igitur cauſa continens, vt ab Stoicis antiquitus, & à medicis hac ætate accipitur, eſt, qua ablata perit ſtatim effectus: ut neq; momento tẽporis ſublata cauſa duret. Eſt apud Gal. lib. Aduerſus Iulianum ſcripto. cap. vlt. diffinitio quædam continentis cauſæ: quam plęrique medicorum ſiniſtrè interpretantur. Eſt verò eo loco ita ſcriptum: Cum tamen nullam aliam cõtinentis cauſę referre rationem poſsit, quã quod ab ea aliquid fiat, & cum ea pariter ceſſet. Illud enim Pariter de ceſſatione tãtum dictum eſt: prima verò pars eſt finitio cauſæ in genere, nimirum, Cauſa eſt, à qua aliquid fit. Eſt ergo, ac ſi dixiſſet, Cauſa continens eſt cauſa, cum qua pariter tollitur effectus. vt pars prima poſita ſit loco generis, ſecunda loco differentiæ. Vis enim luce clarius intelligere diffinitionem hanc longe differre à ſua iſtorum: conſidera de multis verè hanc dici, de quibus ſua dici non poteſt. De facultate vitali dixeris verè, eam facere pulſum, & cum ea ſimul pulſum tolli: tamẽ falſum eſt, poſita facultate poni neceſſario pulſum. nam ſi deeſt vſus, etſi reliqua adſint, nunquam ille fiet. Quod etiam à Galeno dictum eſt. 1. De locis patientibus: Illud quo nos tangente generatur paſsio, & quo decedente quieſcit, cauſam eſſe omnes homines credunt. Franciſcus Valeriola intelligit de continente cauſa dictum: tamen falſo. non enim notionem continentis cauſæ, ſed cauſæ inappellatione communi voluit illic Gal. ſcribere, quod citra dubium mox ſcripta exempla (quæ oportuit Valeriolam conſiderare) declarant. Sic igitur (inquit Galenus poſt priora verba) & ignem vſtionis, & gladium ſectionis cauſam eſſe credimus. Nunquid ignis eſt vſtionis continens cauſa? aut gladius ſectionis? aut ſi ſunt, nunquid vt vſtio fiat, ſatis eſt adeſſe ignẽ? & vt ciſsio, gladium? Eſt ergo cauſa continens cauſa, qua ablata aufertur ſtatim effectus. Qua finitione præmiſſa ipſa occaſio exigit, vt agitetur à nobis illa quæſtio, non tã vtilis, quàm celebrata, de cauſa continenti, an in morbis ſit. Primo illud ſatis cõſtat, omnem cauſam quam formalem vocant eſſe cauſam continentem rei, nam eſt propria ipſius rei forma, cuius ſublatione conſtat tolli rem. Sed, vt diximus, modò de cauſis efficientibus diſputamus, nam forma morbi eſt ipſa illius ratio, magis q̃ illius cauſa, à qua fiat. Leonhartus Fuſius protẽrue contendit, nullum morbum poſſe habere cauſam continentem: atque addit hanc rationem. Nihil, quod habet eſſe permanens, habere poteſt cauſam continentem. Sed omnis morbus eſt res permanens: nullus ergo habere poteſt cauſam continentem. Librum de Diffinitionibus, & Introductorium negat eſſe Galeni: quoniam manifeſtè in illis aſſeritur continens morborum cauſa. Sed & libello Aduerſus Iulianum ita eſt ſcriptum: Ponatur tamen, cauſam morborum continentem interdum eſſe plenitudinem: neceſſe ſtatim eſt, vt eius ſublatione tollatur morbus. Quanquam poſsit hic fortaſſe dicere ex ſuppoſitione meminiſſe Galenum cauſæ cõtinentis. Sed Celſum ſaltem habet contra ſe loco citato, niſi dicat aliter illic à Celſo eſſe vſurpatum nomen, atque ab illo vſurpatur. calculum in renibus, & ſextum digitum morbos ipſos eſſe dicit, non morborum continentes cauſas. Habet hęc ille: tamen errat apertè multis modis. nam calculus ſuppreſsionem vrinæ nõ facit per ſe, ſed per obſtructionem. Præterea, cogitur eodem modo cõcedere, tumorem, qui obſtruit, eſſe morbum: quod libenter concedit, non conſiderans contradicere ſe apertè Galeno, qui cap. 7. lib. De diff. morb. dixit: Ipſa ſiquidẽ obſtructio eſt ægritudo: humores vero ægritudinis cauſa. Igitur Leonhartus dum Galeni dicit ſe ſententiam interpretari, ab illo manifeſte recedit. Præterea propoſitio argumentationis eius eſt apertè falſa. dicit enim, nullam rem permanentem cauſam continentem habere poſſe. tamen lumen procedit à luce, vt à continenti cauſa. ſpecierum ſuarum qualitates ſunt cauſa

continens.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

continens. Atque vt semel dicam, nulla res est, quæ careat causa continenti. nam partes suæ essentiæ, siue physicæ compositionis, siue Metaphysicæ sunt cuiq; rei continentes causæ. Malè igitur dicit, nullam rem permanentem illam habere. Alii sunt, qui morbos omnes (vt superiùs diximus) appellant relationes. atque de causa continente in morbis ita censent. duplices esse morbos: quosdam additione factos, vt sextum digitum, aut calculum: huius etiam generis dicunt esse febrem, quia ex incremento caloris fit: quosdam detractione, vt detractionem digiti. Morbos igitur ex additione, dicunt causas continentes habere, illa scilicet quæ addita sunt, siue sint accidens siue substãtia: tamen morbos ex detractione non habere talem causam. Hi (salua pace dixerim) imperfectam constituunt doctrinam, & ex falsa opinione progressi minus loquuntur consentanea. Nam respondent, Morbi ex additione habent causam continentem: morbi ex diminutione non habent. Quid, de his, qui neque ex additione sunt: neque ex detractione? An nullos tales esse putas? Subuersio pupillæ est additio? an detractio? Ego putauerim neutrum: sed partium, quæ præerant, prauum positum. Luxatio ossis est additio? an detractio? Mihi nihil videtur additum, neq; detractum quidquam: sed quæ prius erant, malè sibi cohærentia. Hi igitur morbi habent causam continentem? an non? Oblitus est. Ferendum id est, si quæ dixit, dixit verè. At ego audiueram, omnes relationes prouenire necessariò ex fundamento & termino, atque corruptione cuiuscunque illorum, corrumpi necessario. habere etiam relationem quancũque fundamentum & terminum propinquum & remotum. Quare non video, qua ratione pugnet minùs cum rei natura, relationẽ carere causa continente: quàm hominem esse irrationabilem: Igitur, si morbi omnes relationes sunt, omnes habent illam, tam qui ex detractione, quàm qui ex additione. Nam dicito mihi, quod est defectus digiti fundamentum, atque illud monstrabo relationem cõtinere. Est, dicit, fundamentum illius defectus, id quod de manu supereſt: quod tamen si auferatur nõ aufertur morbus, sed crescit. Si crescit: ergo non est relatio. aut deuora, relationem crescere: vt deuorasti illam non corrumpi corrupto fundamento. Præterea, necesse est, cùm præcissa amplius manus est, relationem priorem periisse: alioquin eadem relatio habuit duo fundamenta, id videlicet quod modò supereſt, & quod prius supererat, quod satis certo scio, non concedes. Igitur qui laboranti vnius digiti defectu manum præscindit, curat morbum: nam tollit fundamentum: quare & relationem. Sed relatio est morbus: ergo tollit morbum. Hęc continet tua assertio, sed nollem mihi tales, cõtingere chirurgos, qui digiti vnius defectum alterius curarent præcisione. Non ergo loquuntur hi consentanea. Se[illegible] si ex tam absurba opinione quidquam potest esse consentaneum, dicendum foret, morbum omnem habere causam continentem: & cum defectus digiti vnius est, & quod supereſt manus præscindi tur, tolli relationem, quæ erat morbus, sublatione fundamenti, tamen substitui pro illa aliam deteriorem: proindeq; hominem non curari, sed permutari ad grauiorem morbũ. Est enim curatio, nõ quæcunque morbi sublatio, sed morbi commutatio cum salute. qui ita diceret, obseruaret sermonis consequentiam, procederet tamen ex absurda opinione, quod paulo superius monstratũ est, sed satius fuerit hos iam missos facere, & transgredi ad aliorum assertiones. Eorum qui morbũ in qualitate statuũt, quidam sunt, dicentes, morborum quosdam habere continentes causas: quosdam minùs. Nonnulli rem ita distingunt. Morborum quosdam fieri, quosdam factos esse, quosdam partim fieri partim factos esse, atque horum omnium, eos, qui adhuc fiunt, dicunt habere posse continentes causas. vocant fientes eos, qui curari possunt sola causæ sublatione citra temperationem arte factam: confirmant hãc sententiam ex Galeno primo De locis patientibus cap. 2. vbi ita scripsit. Quippe nonnunquam à causa quapiam oritur passio, sed ita vt separata causa haudquaquam permanentem habeat affectionem: interdum autem, partim iam facta est, partim etiam dum fit: sæpenumero quanquam fieri desinit, ablata causa, perseuerans tamen manet affectio. Hæc Gal. Hi, vt à principio diximus, vsurpãtes nomen vt ab antiquis medicis vsurpabatur, rem ipsam docent, vt habet: cæterum propositę questioni non respondent. Diximus enim in hac quęstione magno rigore vsurpari nomen hoc, vsqueadeò vt ad naturam causæ continentis necesse sit ablata causa effectum auferri momẽto temporis, quod nullis febribus potest cõtingere, vt proponens veram sententiam iam demõstro. Nullus morbus temperiei habere potest causam continentem. reliquorum, illi, qui additione rei alicuius consistunt, causas cõtinentes habent: reliqui non habent. quod primò est propositum, hãc habet demonstrationẽ. Nulla qualitas quæ per motum generatur ex remissione contrarii, & habet factum aliquid, potest ex causa continenti pẽdere. Sed omnis morbus temperiei est qualitas talis, & habet aliquid factum: igitur nullus talis morbꝰ potest pẽdere ex causa continenti. Quod necessariò omnis alteratio, quantũuis adhuc fiat habeat aliquid factum, hinc discе: quòd ab Aristotele demonstratum est. 3. de motu, omnem motum esse actũ rei quæ mouetur. vnde philosophi colligunt, motũ tribui posteriori passioni. Est posterior passio qualitas ea, quàm, res quę alteratur, comparat alteratione. tribuitur verò illi motus, quoniã nunquam ille est vsque dum genita est posterior passio in eo quod alteratur. Nam res quæ nihil omninò accepit, nondum alteratur: si non alteratur, quiescit: quod quiescit non mouetur. ergo quando motus alterãdi est, necesse est aliquid esse in re quæ alteratur factũ. nulla igitur febris potest ita fieri, vt nihil habeat

factum

factum.quod si quid habet factum,illud,quantumuis sit minimum,non potest habere causam continentem,debet enim corrumpi motu.atqui cum motus tempore fiat;non potest, quod per motū corrumpi debet,alterius rei corruptionem repente, aut puncto temporis consequi. finge enim febrem fieri.tollat Deus puncto temporis causas omnes:durabit nihilominus febris;quātum durabit corruptionis motus.demonstratum igitur est,nullum morbum,qui sit intemperies; continentem causam habere posse.quòd reliquorum morborum,ii qui in additione consistunt habeant,satis liquet.quandoquidem subtractio eius quod redundat,est ipsius morbi sublatio;sine alia morbi corruptione.Nam si cui sunt sex digiti,sola sexti digiti percisione curatur;nulla prēterea curatione indigens:reliqui morbi nullam causam habēt,aqua ita pendeant. Diximus itaque modum quo causa se habet ad morbum, & quando continens sit;& quando secus. Iam de singulorum morborum causis dicere fuerit oportunum,atque omnium primò caloris:qui omnium morborum simplicium primus erat in diuisione. Caloris excitandi sunt quinque causæ:motus,putredo;& vicinia rei calidæ,constrictio,& cibus potusue calidior.omnes causæ,si quæ prēter has videntur alicubi ab autoribus dictę, his quinque continētur. nam qui febricitant ex exercitatione,aut ira,metu,mœrore, aut alio quopiam animi motu, ex motu incalescunt.qui febribus putridis corripiuntur, ex putredine incalescunt: qui ex mora in balneo, aut in sole,aut ex bubone,aut medicamine calido, ex vicinia rei calidæ: qui ex refrigeratione, aut balneo aluminato,aut medicamine astringente,ex astrictione febricitat:qui ex ebrietate,aut satietate, aut esu acrium ciborum,cuiusmodi sunt cepæ aut alia aut porri,ex quinta causa. Qui ex fame febricitat,vt.8. Metho. capite. 2. à Galeno dicitur contingere calidis & siccis nuturis, videri possit alicui nulla dictarum causarum febricitare. Sed animaduertendum est famem raro efficere febrem diariam, sed ex bile.Nam febricitant ex fame ii,quos Hippocra. picrocholos appellat,calore naturali,in defectu alimēle.Nam febricitant ex fame ii,quos Hippocra. picrocholos appellat,calore naturali,in defectu alimēle. torum,conuerso ad recrementa biliosa(illis enim ea natura abundat)quæ aut putrefacta, aut vsta, fētorum,conuerso ad recrementa biliosa(illis enim ea natura abundat)quæ aut putrefacta, aut vsta, fēbrē faciūt,pendentē ex putredine. intelligo enim hic nomine putredinis putredinē & vstionē,quandoquidē mōstrabimus statim, scribētes seorsum de modo quo humores & spiritus fiunt rebriū causę, Galenum nomen putredinis ita accepisse,cum omnes febres ex bile, putridas appellat. Admitto fieri nonnunquam diariam ex fame in homine scilicet valde calido & sicco, tamen, modò non redundantē recrementis,tunc calor ad spiritus se conuertit,vt in alio dicebamus, ad recrementa. atqui erit hæc generatio caloris ex vicinia rei calidæ. Vigilia quæ & ipsa febrem facit,nomine motus intelligi debet: est enim labor animalis potentiæ: vt somnus,quies: Sed de causa,qua motus calorem facit,disputant philosophi omnes,& nonnulli etiam medici. Quod motus causa caloris sit,dictum reperio ab Aristo. Metheorōn capite tertio & quinta sectione proble. quæstiōe.decima tertia. Cuius rei causam nōnulli esse dicunt,quòd cum motus secundum locum sit omnium primus; consentaneum est primam omnium qualitatum elementorum generare. Sed hi reuera non respondent quæstioni,sed confugiūt ad proprietatem,quod faciunt;qui causarum sunt ignari. Alii dicūt,mota re aliqua,motione extrahi versus extremitatem partes in ea re latitantis ignis,itaque elucere amplius calorem. Sed ego nō intelligo tā leuē esse primorum elementorū permixtionē,vt sola secundū locū motione,hęc huc,illa illuc recedant. Nā cū elementorū partes separātur,incipit mixtū resolui. maximè cū mōstratū à nobis in primo huius operis libro sit:elementorū nullas partes manere in mixto secundū formas proprias. Est qui dicat,cū confricātur duæ substātiæ duræ aērē vehemēriùs impulsum cōfricatione,subire in tes ipsas quę mouētur per poros, & vētilare igneas in illis partes. Sed hæc sententia ridēda magis est, q̄ refutanda. Nā ridiculū,si per ferrū,densissimā substantiā, cogatur aēr penetrare, cū liceat illi effugere per latera. Adde,ad ventilationem nō satis esse,si intret aēr,nisi facili quodā motu intret,ad ventilandū motitā. dumq; circumquaq;. quod,ni fallor,ferri dēsitas non fert. prætera fieret,quod libenter cōcedunt, vt res non incalesceret motu,nisi confricaretur vehementer,sed obseruatū est ab Arist. missa in sublime sagitta vehemēter,contingere plumbū in ea prę calore liquari:quam tamen constat moueri solum nō confricatam cum re alia dura. Adde motum non semper calfacere, quin potius refrigerare nonnunquam.nam aquam calidam,quo refrigeremus citius,solemus transferre de vase in vas,scilicet motiōe frigescit. ita refrigeramus calida iura, quorum tamen rationem nullam possunt iuxta suum placitum reddere. Sed est aduersum hanc doctrinā firmissimū argumentū hoc. Quæ ventilatione inflāmantur plus,minùsue pro ratione ignis,quē in se habent:nō pro ratione vētilationis. nā nunquā semiextinctam lucernam ventilatione facias tantum ardere quantū magnū ignem. quin potius si paruā ventilatione vtaris,maiorē auxeris,minorē extinxeris. quia vētilatio debet esse mediocris ad cōferendū ignē. Vtroq; excessu perit flāma,cuius causa dicta à nobis est in.3.lib. vbi de vsu respiratiōis,& pulsus diputauimus. Igitur si motus ventilatione augeret calorē,oporteret calorē,qui cōparatur,habere proportionē cū eo,qui pręerat:ita vt ex cōfricatiōe plus incalesceret,quod natura esset calidius: quod natura valde frigidū esset,nihil fere. tamen videmus in terebelli ferro tantum calorem cōcipi, quantum in re alia quacunque calida:tamen ferrum cùm frigidum vsqueadeo sit,parum posset ventilatio ne iuuari. Igitur missis tandem his assertionibus, quæstioni ex nostra opinione respondeamus.

Atq;

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Atque, vt dicam veriùs, ex Aristotelis opinione. nam ex illius verbis certum est responsum petere. Ille ita scripsit. 2. Meteo. cap. 3. Calorem autem cum ipso sole maximè generari, rationi est consentaneũ, cum simile quidam deprehendamus ex iis, quę apud nos contingunt. etenim in iis, & violentia eorum quæ feruntur, propinquus aër præcipuè calescit. idq; optima ratione. illum enim præcipuè motus rei solidæ secernit. Ex quibus verbis palam fit de sententia Arist. causam generãdi calorẽ, cùm res aliquæ duræ confricantur, esse interceptiaëris calefactionem: quoniam hic distractione rarescit. Est itaq; rei ratio. ℘, cùm aër compressione & distractione rarescat plusquàm pro sua natura, ad ignis naturam disponitur, eoq; incalescit. Neque enim argumẽtum, quo nonnulli aduersus assertionem hanc vtũtur, est, quod nos debeat permouere, cum dicunt calorem generare raritatem, cæterùm raritatem non generare calorem: alioqui raritas sit qualitas agens. nam ex qualitate, quę non est agens non potest per se quicquam generari, sed ex accidenti potest. Sunt actiones ex accidenti quæ non consequuntur nã causæ peculiariter efficientis, sed dispositionem materiæ. in quibus actionibus (vt à philosophis accepimus) vniuersalia agentia habent vicem agentis peculiaris. Quod Arist. ait, sagittã violentius sursum iactam incalescere vsqueadeò, vt si quid in ea plumbi est liquefiat, eodem modo contingit, aëre scilicet, quem contingit, motu rariori facto, permutatoq; ad ignis naturam: atq; ita liquefaciente plũbum, quod contingit. Fieri enim potest vt eadem aëris portiuncula, hærens à principio cursus ipsi plũbo, per totum spatium plumbum contingens deferatur, maiori impetu sagittæ non permittente illi effluere. Id quod in rebus quàm plurimis solemus experiri. Problemati quod de liquidis rebus quas motione contingit refrigerari propositum est, aliter censeo respondendum: res nempe liquidas non incalescere motione, eò quòd neque tam violenter feriant, vt ad tantam raritatem aërem transferant, neque etsi ferirent, ille ad igneam naturam verteretur. quoniam adest rerum ferientium humiditas, quæ corrigit. Quod verò refrigerentur citiùs, mota, quàm quieta. causa est, quòd citius exhalat in motis liquoribus empyreuma (quod, vt Arist. inquit, in rebus omnibus ab igne perpessis necesse est esse.) quàm in quietis. Disputat Gale. de empyreumate in proœmio noni lib. De simplicium. med. facultate. significat quod Latine ignitionem diceremus, vim inquam igneam, quam in rebus omnibus vstis experimur: quamq; probabile est inesse ex admixtione aliquarum exhalationum igneatum, quæ facilius dissipantur in ambiens, exhalantque, humore motione distracto, quàm reseruato toto simul & quieto. Accedit, humores calidiores in ambiente frigidiori facilius alterari ab ambiente, distractos, quàm vnitos: quia & pluribus partibus continguntur, & resistunt minus. Quod igitur ad causam, qua motus calorem facit in quacunq; materia, attinet, ita habet. Cur in humano corpore ex exercitatione calor generetur, multo minori negotio mihi videtur posse inueniri. Nam, cùm in humano corpore sint & spiritus & humores intensum habentes calorem, nulla alia ratio fuerit calfaciendi totum corpus, quàm horum ipsorum distributio. atqui inflammãdorum spirituum causa fuerit ventilatio ex motu. Quòd in defessis ex vehementi exercitatione maior calor circa articulos multo tempore perseueret, ipsa articulorum cõfricatio & maior tractio calidorum halituum, quæ ad vehementius mota pariter facta est, fuit in causa. Primam igitur excitãdi caloris causam iam explicuimus. Hanc excipit putredo. perquam constat perpetuo calorem prẽter naturam in re quæ putrescit generari. quia, cùm per illam non extinguatur calor natiuus à frigore, sed ab altero calore, ab externo scilicet, necesse est caloré prẽter naturã induci. aliter enim non posset naturalis debilitari. Eâdem ratione manifestum fit, calorem præter naturam, qui inducitur, proportionem habere cum naturali, qui extinguitur: ita vt, quò substãtia calidior est, quæ putrescit eò putris caloris plus concipiat. Nam quę vehementiora sunt calore naturali, plus resistunt calori ambientis: quod in vinis licet quotidie experiri. Quæ enim sunt illorum generosissima, etiam si ad solem exponantur, non acescunt: quæ verò debiliora sunt, acescunt statim, nisi in frigidioribus locis recondantur. Igitur quò res coloris naturâ est potentioris, eò à maiori causa est putredinem perpessa. quare eo præter naturam calore magis afficitur. Dictum hoc obiter à Gale. est sine demonstratione lib. De sanguinis missione cap. 5. Hinc fit, quemadmodum lib. De causis morborũ notatũ est, vt stercora & semina, cũ putrescũt, præ aliis omnibus substantiis intensius incalescãt. Humana corpora, quoties febribus putridis afficiũtur, ex secũda hac causa dicũtur à Gale. incalescere. Vnde manifestũ fit lib. de morb. caus. putredinis nomẽ nõ de sola putredine dici, sed de putredine & vstione, si modo (quod paulò infrà sumus monstraturi) febris aliqua generis earũ quę communi appellatione putridæ dicuntur, potest sine putredine aliqua ex bilis aslatione generari. Verum hoc excipiet. 17. lib. 5. habebit fidem. Quare de causis caloris dicta sufficiant. Frigus ab eisdem causis inducitur, à quibus calor extinguitur. Est vero extinguendi caloris quadruplex genus causarum proximarũ, suffocatio, scilicet, dissipatio, tabes, & alteratio. nam non aliter flãma hæc vitalis, quæ in nobis est (vt neque alia quæquam) corrumpi potest: quàm aut suffocata: quomodo calorem extinguunt multa ciborum copia, & obturatio nimia, & otium, & metus, & mœstitia: aut dissipata: quomodo exercitatio nimia, & nimia vigilia, & gaudium calorem extinguunt: aut tabe: quomodo ex subtractione alimẽti marcescit: aut alteratione: vt cum actione frigidorum extinguitur calor. Hinc palàm fit omnes causas calorem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rẽ generãtes nimio exceſſu fieri cauſas frigoris.nã quinq; cauſarum,quas recẽſuimus,duę ſunt genere præter naturam,putà,putredo , & obſtructio:tres in cauſis nõ naturalibus, quę perpetuo nos alterãt, putà motus,cibus & potus,vicinia calidorum . Quare tres illarum poſſunt habere tres has differẽtias, vt mediocres ſint (& tunc non alterant , ſed conſeruant,habentq; hac ratione intenſionem aliam reſpectu temperati,alias reſpectu intemperatorum)aut modici exceſſus,& tunc calfaciunt (motus , qua ratione diximus:cibus & potus calidior & vicinia calidorum alterãdo) aut immodici exceſſus:& tũc refrigerant:nimius motus & vicinia calidorum diſsipando,multus cibus,aut potus, etſi calidus,ſuffocando.reliqua duo,quia præter naturam ſunt genere, carent mediocritatis, ſed in moderato exceſſu, quæ putreſcunt calent:procedente verò multum putredine,recidunt ad frigidius:fiuntq; cineri ſimilia diſsipatione caloris.obſtructio mediocris calfacit retentione calidi efluuii:immodica,refrigerat ſuffocatione.Igitur ,omnes cauſæ calidę fiunt exceſſu frigidę:tamen frigidæ non fiũt exceſſu calidæ.Nã cùm à Galeno lib. De cauſ.morb. ſex ſint relatæ, quę omnes,& quęcunque alię poſſunt inueniri, aliquo quatuor modorum,quos diximus,calorem extingunt,frigidorum propinquitas , cibus,aut potus,in quibus conſiderari debet qualitas,aut quantitas,cui ſunt duo exceſſus,deffectus,aut redundantia:tertia cauſa eſt adſtrictio nimia,alia raritas,alia otium,alia motus nimius. Vicinia frigidorũ & frigus alimentorum corrumpunt calorem alteratione:cibi aut potus multitudo , nimia adſtrictio , & ocium ſuffocatione:defectus alimentorum tabe:raritas & nimius motus diſsipatione. Hæ , inquam, cauſę frigidę nunquã per exceſſum poſſunt generare calorem.illarum tres perſe iam ſunt extremi exceſſus,putà, nimia quantitas alimentorum , & nimia adſtrictio, & motus nimius.Sed neque reliquæ aliquando ad calfacientes propter exceſſum commutantur, vbi ſemel ſunt refrigerantes. Nam , cùm mors adueniat animantibus per refrigerationem, et ex immodicis valde exceſibus mors fiat , neceſſe eſt crementum caloris, quò mortem inducat ad frigus recidere:frigus verò auctum,quo magis increuerit, & minus permutatum fuerit,eò citius mortem inducere.Nam,quãq; dictum ſit à Galeno .1. de temper.aduerſus antiquiores philoſophos,omnẽ intemperiem,cùm mediocriter increſcit, eſſe morbũ:cùm nimium,mortem,etiam ſi naturalis mors refrigeratione & deſicatione fiat:ex quo loco colligi videtur poſſe intemperiem quancunque,cùm plurimum increſcit,non permutatam,mortẽ præter naturam inducere:ſolam vero frigidam & ſiccam intemperiem,poſſe inducere naturalem:tamen res ita non habet.nam ſiue ex morbo,ſiue ex ſenio quis moriatur , neceſſario extinctione caloris moritur. Sed cùm moritur naturaliter aliquis, & terminus & motus eſt eſt refrigeratio:cùm præter naturam,poteſt moueri ad extinctionem per calefactionem: ſed refrigeratur ad extremum . Hæc cùm ita ſe habeant,facilè eſt intellectu,eandem cauſam poſſe eſſe refrigerantem & calfaciẽtem: ſed neceſſario alterum conuenit perſe, alterum ex accidenti: atque quod ex accidẽti fit, aut propter immodicum exceſſum, vt nimia exercitatio refrigerat,aut propter diſpoſitionem patientis,vt infuſio aquę frigidæ in iuuene boni habitus ſanat conuulſionem .Quæ igitur ratio dignoſcẽdi eſt, ſi omnia ferè quæ calfaciũt poſſunt refrigerare:& quæ refrigerare,calefacere quantitate certa , aut quibuſdam occaſionibus?dignocendi inquam, cauſas quæ calorem generantes abſolute & perſe dici debent, & eas quæ refrigerãtes?Cur, inquam exercitatio,balneum calidum,& medicamenta calida , & gaudium calefaciẽtes cauſæ dicuntur,& infuſio frigidæ, & metus,& mæſtitia refrigerantes,cum hęc frequenter calfaciant , & illa refrigearent?Hæc eſt dignotionis ratio.Quæ cauſa per calefactionẽ refrigerat,eſt calida,quæ refrigeratione calfacit,eſt frigida.nã quod eſt ex accidenti,fit aliqua re,quę ex eo,quod eſt perſe,proficiſcitur,vt aqua frigida refrigeratione facit humores,& ſpiritus fugere ad interiota:atque hęc fuga facit calorem:exercitatio calefactione diſsipat,hæc diſsipatio refrigerat . Ecce igitur inuenimus methodum cognocendi,quæcunque cauſa ex quo genere ſit calidarũ ſcilicet an frigidarum , & ſi poſsit vtrũque præſtare,quia denominari debet ab eo,quod perſe eſt.Sed videtur nulla earum cauſarum, quæ poteſt propter nimium vſum refrigerare eſſe calfaciens perſe.nam Gal.1.De ſimpl.medi.facul cap.3. non aliter docet diſtinguere actionem perſe ab ea,quæ ex accidenti,quàm ꝙ quę ex accidenti eſt,citò defficit quæ perſe,durat ſemper.ut medicamentum frigidum cùm actu calidũ imponitur calfacit,ſed hæc actio,vt pote ex accidenti facta, ceſſat refrigeratio,quæ perſe eſt,durat.Igitur actio,quæ eſt cauſæ perſe, non poteſt cum contraria commutari . Taẽm animaduertẽdum eſt Galenum illic loqui de exploratione medicamentorum,atque verè dixiſſe,actionem perſe non perire. Tamen hoc nõ tollit, poſſe ex actione perſe contrariam fieri.nam ſi aqua calida infunditur,modico tẽpore calfacit , deinde deſinit calfacere,ac refrigerat.Sed exercitatio calfacit,ac perſe perpetuo calfacit:ſed cùm nimium increuit,calfaciendo diſsipat:atque ita ſuccedit ex accidenti frigus . Tamen cùm adhibetur , ſemper calfacit primo occurſu,qui,quod perſe fit,arguit.nam aquæ frigidę occurſus primus refrigerat. hanc refrigeratiõem deinde conſequitur calefactio,quomodo diximus. Atqui hęc obſeruari oportet non in calidis tantum, frigidisque cauſis, ſed & in humidis & ſiccis.fit quôque hac ratione,vt earum cauſarum,quę calorem,& frigus poſſunt generare,aliquę ſint calidę perſe , vt exercitatio , & ira,& vicinia calidorum: aliquę frigidę perſe:vt vicinia frigidorum:aliquæ , quæ neque calidæ ſunt, neque frigidę,ſed vtrũque

frigida calfaciunt et econtra ſed hoc euacuari fit . perfrigida aqua frigidè adhibita calorem et robur refrigerat et calorem nõ calfacit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ex accidenti,vt constipatio.Hęc enim neutrum facit medio altero, sed pro ratione dispositionis corporis alterutrum. nã aut is,qui cõstipationem patitur bono est sanguine,aut vicioso:qui bono sangui ne est,sed multo,cum obstructione,aut otiosè viuit , & ita fit plęthoricus,aut exercetur, et ita febrici tat. Si viciosis succis abundat,aut cum abundantia non adeo magna habet constipationem mediocrẽ, & ita febricitat: aut cum mediocri constipatione habet maximam praui succi copiam,aut cum mediocri redundantia maximam constipationem:& vtrâque ratione patitur refrigerationem ex suffocatio ne,atque multo magis,si maximę redundantię accedat constipatio. Tales etiam sunt aliæ omnes causę quę suffocatione refrigerãt.Sed de causis caloris & frigoris satis multa diximus. Siccitas & humor fiunt duplici ratione:siccitas alteratione aut resolutione:humor alteratione:aut retentione expiratio nis: alteratione alimẽta aut medicamenta,siue interius assumpta,siue exterius applicata, sicca desiccãt humida humectant.Resolutione desiccant quæcunque faciunt corpus plus resolui,quàm nutriatur: quod nonnulla faciunt vehementer augentia resolutionem,etiam si nutritionem non impediant, vt exercitatio,nimia mora in sole, & longa vigilia,nonnulla impediendo nutritionem , & si vehemẽter non resoluant, vt cura & męstitia, & inedia, & vsus alimentorum parum nutrientiũ , & vsus medicamentorum adstringentium. quę proinde deuitari pręcipit Galenus.8.Meth.cap.7.in curanda siccitate, quoniam constringentia membra impediunt humoris in ipsa diductionem. Contrà humectantur corpora alteratione ex vicinia humidorum,ab humidis affecta,vt ab humidioribus alimentis,largo potu,balneo aquę dulcis & tepidę, & statu cœli humidiori. nam Hippo.3.Apho.his sententiis explicuit differtissimè siccos morbos ex siccis constitutionibus, humidos ex humidis fieri. Austri auditũ hebetantes,caliginosi caput grauantes,pigri disoluentes:quando huiusmodi tempestas pręualuerit,talia in morbis patiuntur:at si Aquilonia fuerit,tussis, fauces , alui duræ , difficultates vrinæ, horrores, costarum dolores,pectoris:quãdo hęc tempestas pręualuerit,talia in morbis expectare oportet.Hęc Hippocrat.[illegible]nirum vt(Galen.in com.) Auster est calidus & humidus, Aquilo frigidus& siccus.Paulo infra Hippoc. Morbi in pluuiarum multitudine magna ex parte sunt,febres longę,alui profluuia, putredines , Morbi commitiales,apoplexię,anginę, in siccitatibus autem tabes, lippitudines, articulorũ dolores, stilicidia vrinę, difficultates intestinorũ. Constitutio etiam in Cranone.1. Epid ostendit, vt humectentur corpora humore ambientis. Sed humectant etiam etsi humida non sint,quęcunq; nutritionem esse maiorem resolutione qua vis ratione faciunt.quod non nulla faciunt nutritionẽ au[illegible]ntia,vt vsus alimentorum multum nutrientiũ: & mediocris exercitatio solet humectare eos, quos contraria ratione nimium ocium extenuat quod detentis in carcere sępe contingit: & Balneum statim àsumpto cibo,quia facit multam distributionem: nam & hoc vtitur Gale. ad reficiẽdum extenuatos.14.Meth.c.17.quod,& lib.Demarcore.cap. vlt. ad hanc rem conferre, dixit cum nullus sub est timor obstructionis hepatis,aut calculi in renibus,aut morbi alicuius talis : nonnulla hoc idem faciunt prohibentia disolutionem , etiamsi non nutriant: vt obstructio pororum ex medicamento obturante,quamq̃ hęc humectant ex accidenti,vel,vt dicam verius non humectãt,sed prohibẽt desicari.Simplicium intemperierum,tales sunt causę:compositę compositis causis fiunt:quamq̃ est animaduertendum qualitates has quę passiuæ dicũtur siccitatem inquam et humorem ab aliis duabus fieri : cũ excedũt.quo fit,vt plerũq; simplex causa compositam faciat ęgrotationẽ:nã calor excedens cũ sine humore est,semper facit siccitatem,quia resoluit,frigus excedens cum est sine siccitate humorem conseruat prohibendo resolutionem.Quare omnis causa calida tantum,est calfaciens & desicans, & frigida tantumrefrigerãs et humectans,neq; solũ hoc,sed & causa calida & humida solet ex accidenti desiccare, vt vinum,quod vt Gal.com.5.parte.5 apho.docet, calidum & humidum est, quod etiam nos sumus procedente opere monstraturi,sed facili resolutione desiccat.habes causas omniũ intemperierũ sine materia.intemperies cum materia fiũt ab ipsa materia,gratia exempli,sanguine bile aut pituita alterante particulam,quam diluit. Quare repetendũ in presentia foret ex primo li.quator esse omnes humores in corpore genitos,hos q; in sua quęque specie natutales esse, aut preter naturam , & vt, etiamsi illi omnes succi sint, ac proinde humidę substantię,tamen illorũ duo potestate sicci sunt,bilis flaua & atra(flaua cum calore,atra cum frigore) duo humidi, sanguis cum calore, pituita cum frigore. Verum hęc honestius est lectorem ex prædicto loco accipere,atque si quid illic desideratur ex Galeno, & aliis autoribus, qui sine controuersiis docent,quam nos hic repetere,sed petitis,quæ illic dicuntur addendum hic est,quod ipsa consequentię vis addit. Reduudantiam sanguinis in toto corpore aut parte quapiam intemperiem facere calidam & humidam: pituitæ, frigidam & humidam bilis flaue:calidam & siccam:melancholiæ,frigidam & siccam. Verum hęc fiunt cum hi humores, neque putrescunt,neque vruntur.Nam hæ alterationes,iuxta eaquę paulo ante diximus, calfaciunt primò ipsos humores,qui membra deinceps calfaciunt,ita ex putre pituita fit febris, et ex vsta melancholia cancer. Quod humor aliquis in parte redũdet, fit, vel quia in ipsa parte est genitus vel quia aliunde transmissus.Generatur in particula quapiam ex alimentis,quæ quotidie in illam mittũtur,vel ex debilitate facultatis alterandi,quæ corrumpit alimenta,vel ex debilitate expultricis retentis,illic,quæ necessario

gene-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

generantur ex quotidiana nutritione: Quæ aliunde veniũt,vel a parte aqua veniunt mittuntur,vel a parte inquã veniunt trahuntur, vel succedunt ratione vacui.(quãq; hac causa tertia nũ q̃.aut raro putauerim tumores præter naturam fieri)generatur fluxio primo modo ex robore partis mittẽtis & debilitate partis recipientis.vt fit in inguinibus inflamatio,aut in tota cute scabies, hepate mittẽte sua excrementa ad inguina,aut cutem.Nam ita natura comparatum est,vt fortiora membra mittant ad debiliora,& debiliora cogantur recipere:secundo modo fit,vt cum ex impositione mediamẽti vehemẽter calefacientis,aut duriori frictione inflammatur particula. Qui de omni modo tractionis enucleatius aliquid cupit audire,legat ca.3.li.7.inquo disputabimus demodo quo fluit sanguis in venæ sectione.nam mihi certũ est,hanc tractationẽ in illum locum reseruare,& denulla re pluries scribere. Non enim vt rudiores magnitudinẽ voluminis demirẽtur,cæpi scribere,sed vt ingeniosiores varietate doctrinæ fruantur.foret enim mihi facile,decausa qua mẽbra debilia recipiũt excremẽta potentiorũ,diffusius dicere & in tractatione defacultatibus naturalibuss& inter disputandũ defebriũ intermitentiũ periodis,& in presenti loco,&millies alibi,atq; adeo lõgissima galeni loca græce scribere,deinde hæc eadẽ latina reddere,vt res vnica,atq; adeo facilima satis esset multis cartis maculãdis:quod nostra hac tẽpestate faciũt multi apud exteras nationes:sed nos quibus aliud institutũ est,lectores ab alliis inalia loca remittentes,de magnitudine libri (nihil detrahẽtes perspicuitati doctrinę)subfurabimur.contra ac illi,qui vt librorũ addãt inani moli ex galeno & aliis autoribus, quinpotius, quod mihi mouit sæpe risum,& ex suis ipsorũ libris, neq; apicẽ pmutãtes, suffurãtur,sed scribãt illi multa,apud quos multa papirus sit, & tã multi sunt typographi.nos adpensum reuertamur. Mouẽt hic quidã leuẽ quæstionem,aqua tamẽ non se possunt explicare:an robur virtutis mẽbri possit esse illi, aut alii mẽbro morbi causa,fateri enim,videtur durius:siquidẽ sanitas cõsistit in facultatũ robore,& quod bonũ est&secundum naturã,nõ videtur probabile morbos parere:tamẽ videtur ex modo dictis deduci.Nã robur mẽbri mittentis est causa morbi in recipiente,neq; hoc solum,sed & sibi ipsi videtur posse esse morbi causa.nam vehemẽtior tractio fit à vehemẽtiori virtute,& ex vehemẽtiori tractione nihil mirũ phlegmonem excitari . Qui sibividẽtur priorũ solutionibus pensitatis, accutius respõdere dicũt, posse esse robur vnius mẽbri causam morbi alteri mẽbro(nunq; enim inguina bubone laborassent,nisi sua excrementa deponere posset hepar,neq; hoc esse mirandum putãt,siquidẽ singula mẽbra sibi prospicũt)sed robur facultatis mẽbri nõ posse esse morbi causam sibi ipsi.Nam(dicunt)cũ vnicuiq; facultatũ naturalium dederit natura suum instrumẽtum:trahẽti,calorẽ cũ modica siccitate:alterãti,calorẽ cum humore:expultrici siccitatẽ mediocrẽ trasuersorũ villorũ,&reliquorũ humiditatẽ ad cedendũ,retinenti siccitatẽ obliquorũ(require hoc apud gale.com.20.secunde part.apho.)tũc robustissima est facultas. & optime operatur,cũ propriũ instrumẽtum optimè est temperatũ non cũ intẽtissimũ. vt gratia exempli,alterãdi facultas calore alterat non tamẽ intẽtissimo optimè,sed moderato.quę igitur facultas robusta est,&moderato instrumẽto vtitur,operatur,non nimiũ,quodq; possit obesse,sed quando oportet,& vt oportet,ita pars quæ trahit moderato calore,nõ potest in seipsa morbũ facere:quæ nimio calore,nõ est fortis,sed debilis,quia intẽperata.q; si multũ operatur,nõ operatur optimè, idq; facit adiuta causa præter naturã:puta à nimio calore.Sed est quòd illis obiiciamus hominẽ exinanitũ venis ex copiosa euacuatione:quẽ prohibet Gale.4.detuẽda valetudine,statim cibis refici,quia venæ sentiẽtes inanitionẽ nimiã trahũt succos crudos, nõ expectantes donec coquãtur.quibus tractis, cõstat genitũ iri in ipsis venis trahẽtibus, multas obstructiões,& in toto habitu tubercula cruda,inquo ęgroto manifestũ est tractione facta à facultate robusta,neq; vtẽte instrumẽto immoderato,factũ esse morbũ in ipsa trahẽte parte.Prętera falsò dicũt,facultatẽ operari moderatè cũ robusta est &vtitur moderato instrumẽto.Nã ex debilitate facultatis retinẽdi mouetur expultrix immodicè,ipsa alioqui,&in seipsa,& suo instrumẽto benè habens,quo casu nõdubiũ quin cũ membro debilis est tetinẽdi facultas,quò fortior est expultrix,eò res agatur deterius,&eò maiorẽ patiatur ipsum mẽbrũ inanitionẽ.Igitur nos qui res oculatius cõsiderauimus, ita respõdemus:ex actione robustæ facultatis operãtis ordinatim & moderate,nõ posse morbũ fieri ipsi mẽbro,cuius est,quamq; allii possit, vt illi cõcesserãt eruditè:tamẽ cũ hęc eadẽ nõ ordinatĩ,aut moderate mouetur,potest nõ alliis mẽbris solũ, sed suo etiã mẽbro morbũ parere. Fit vt facultas moueat sine ordine,vel ppter excesum sui instrumẽti, vt cũ pars aliqua nimiũ trahit,qa præter naturã est calida,vel qa nimiũ irritatur:quod facit expultrix ĩ morbis,cũ euacuatiões fiũt per symtoma,& trahens facultas indicta hypotesi,& p caninã famẽ:vel qa cõtraria facultas est debilis.Sũt cõtrarię facultates,quarũ actiões mutuòse impediũt,vt retinẽdi et expelẽdi. Quẽadmodũ igitur(licet enim animalibus motib⁹ naturales cõferre,cõtingit)musculũ aliquẽ habentẽ maximè secũdũ naturã,tñ cõtrahi plus satis,quia qui eregione est positus lãguet,id quod in paralysi fit:ita retinẽs operatur nimium,quia languet expultrix,& hæc quia lãguet illa.Sed iam diximus, quantũ proparua hac cõtrouersia, dici oportuit,neq; in causis morborum temperiei quidquã prætermissum est. Morbi in cõpositione & cõmunes prætereq; quòd manifestas habẽt causas,& generationis modum , nullas habẽt cõtrouersias,quas solum nostri instituti est dirimere. Quare caput hoc iam est consequtuũ finem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caput quartum. De differentijs ſymptomatum.

Symptoma,quod & ἐπιγέννημα Greci vocant,tres habet ſpecies:aut enim eſt actio lęſa, aut mutata qualitas,aut eſt in his quę expelluntnr aut retinentur prętern aturā· Actiones quę ledi[illegible] oſſunt, aut ſunt Animę,aut naturę .animę ſunt,aut motiones aut ſenſus,hiq; potentiarū rectricū aut ſingularium. Motus caret ſpeciebus . ſenſus ſingulares ſunt quinque viſus , auditus, odoratus,guſtatus , & tactus. Rectrices tres,imaginatió ratio & memoria. Actiones naturę,aut ſunt vitales,vt pulſus: aut naturales,quę in ſingulis mẽbris ſunt quatuor,tractio , retẽtio alteratio,& expulſio. Singulę actiones lædi poſſunt tripliciter:aut imminutę,aut ablatę,aut deprauatę.quô fit,vt quodcumque naturale inſtrumentū,quatenus tale,pati poſſit.12.ſymptomata.nam,cùm quatuor actiones ſint,& ſingulis illaiū,ternę lęſiones,duodecim lęſiones numero fient. Animale vero inſtrumentū,quodcunque pati poterit, quindecim· eſt enim quodcunque animale etiam naturale.nam natura priuatum eſt membrū nullum: habebit verò vt animale ſaltem tres lęſiones ſenſus,quem habet,quare tribus additis duodecim fiunt. 15.Eodem modo ſi inſtrumẽtum illud duobus ſenſibus eſt prędituin , vt oculus viſu,& tactu.18.ſymptomata pati poterit,non minus,quam ſi idem ſit naturale,vitale , & animale inſtrumẽtum, vt arteria quę nutritur' & pulſat,& ſentit,ſenſu tactus,obſcuro illo quidem,cętèrum aliquo. Secundū ſymptomatum genus,quod in qualitate mutata eſt,quatuor habet ſpecies.eſt enim quæ viſu aut adoratu, aut guſtatu,aut tactu percipitur.nam quæ auditu percipiuntur & in humano corpore contingunt,ad tertiúm genus referuntur quod eſt excremẽtorū.ſunt enim crepitus,qui neceſſario à flatibus fiunt.circa exeuntra conſiderari debet quantitas & occaſio,& modus exeundi.ſi,ſcilicet,cum crepitu,aut ſine illo emituntur , & ſubſtantię modus,& color,& nonunquam odor.His ſymptomatū ſpeciebus continẽtur omnia,quę humano corpori poſſunt cõtingere. Vſus eſt Ga. hac diuiſione lib.de diffe. ſympt. qua non [illegible]bitror poſsis commodiorem aliā inuenire. quán q̃ inſtet aliquis argumentis dicens eundẽ Galenum.1.Mitho ca.8.ſymptomata omnia ſub bimembri diuiſione comprehendiſſe,dicentem , ea eſſe aut actiones lęſas aut qualitates,quę in humano corpore cõſiſtentes actioni neq; comodant ,neq; incõmodant:ita vt ſub hoc ſecũdo membro ſecundum & tertium prioris diuiſionis contineãtur. Dicat igitur aliquis,cùm hic bimembri, illic trimembri diuiſione vſus fuerit,neceſſe eſſe , aut hanc diuiſionem eſſe redũdantem,aut illam mancam . Prętera, quorſum hic duplices tantum actiones eſſe dicit,& animę,& naturę cùm millies dixerit,triplices eas eſſe,naturales,vitales,& animales.certe hic nihil eſt erratum:neque quiquã eſt in Galeni doctrina inconſtans. nihil enim refert per hęc,au illa membra diuidere,modò in rebus ipſis nihil ſit prętermiſſum· Nam ſi bimembris diuiſionis alterum membrum duo continet trimembris , vt prùis dictum eſt , & operationes naturę continent,vitales , & naturales:quid intereſt ſic,aut aliter diuidere?ſed hęc eô adduxi,quô intelligant omnes nihil ſtulti⁹ eſſe, quàm diuiſionis modo permutato noui aliquid ſe puraſſe adducere,quod multi faciunt . Quis enim nonpoſsit ſymptomata mille modis diuidere ? vt perpetuo eandem rem dicat ? Certe licet tibi dicere ſymptomata omnia Aut habere eſſentiã permanẽtẽ,aut in motu : aut eſſe in priuatione aut in affectu aut vtcũque aliter vt ómnia ſymptoma pręſcriptis mẽbris cõprehendãtur , Nihil prętera ineptius eſt quàm à receptis autorũ diuiſionibus citra euidẽté càuſam recedere. nam etiamſi in doctrina nihil permutaretur: teritur inutiliter tẽpus,idque lectioni autorum multum incommodat. locũtur enim autores omnia,obſeruantes ſua principia.quæ proinde obſeruanda ſunt,quoad fieri poteſt Multo verò grauius peccant quidã:qui,prætérquã quod nõnulla mẽbra inutiliter addunt:nonnulla etiam falsò dicunt. in horũ numero primus eſt argenterius quidã,deinde nonnulli alii, qui hęc ab illo ſuffurati ſibi arrogant,ac ſuo etiam inuẽtori denegant.nituntur hii oſtẽdere minus perfectã fuiſſe dictã Gale. diuiſionem.quòd nonnulla ſint quę nullo illius mẽbro cõtineãtur. hęc dicunt eſſe ſoporẽ,& peruigilium, & dolorem,& motus omnes maiores quam pro natura. Argumẽtatur Argẽterius doloré non eſſe lęſam actionẽ,ſiquidé neq; actio omnino eſt,vt ille ſentit. Non enim,inquit,triſtis ſenſus eſt dolor , ſed triſtitia,quæ ſenſum comitatur.nam Galenus ipſe millies id videtur aſſerere. atq; lib.dediff.ſympt.voluptati illum dicit eſſe contrarium:ſed voluptati contraria eſt moleſtia , quę ſenſui aduenit, non ipſe ſenſus.Peruigilium prętera & ſopor in quo genere(inquit)ſint,niſi in tempore:quoniam ſcilicet primum ſenſus inſtrumẽtum plus tẽporis,q̃ oportet dormit,aut vigilat?Auctę actiones hac ratione non ſunt deprauatæ,ſed auctæ,neq; diminutę ſunt,neq; ablatę· Omiſſa igitur plura membra indiuiſione Gale.ſunt. Sed qua ratione ille diuidat operę preciũ eſt audire· Symptomata(inquit) aut ſunt actiões, aut opa.ſunt autẽ ablatę aut diminutę,aut auctę,aut deprauatę,aut triſtes actiões.opera,aut ſũt in qualitatib⁹ ſecũdis,aut humorib⁹,aut excremẽtis. Cõſtat primo his trib⁹ vltimis mẽbris in qualitatib⁹ nẽpe ſecũdis,&humorib⁹,& excremẽtis nihil cõtineri,quod nõ cõtineatur duob⁹ mẽbris vltimis diuiſionis Galeni,qualitate inquã mutata,aut exeũtibus.fruſtra igitur permutat Galeni verba, ſcilicet cui com-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

modius est, vt discipulos assuescere, quàm dissuescere faciamus. Iam verò actionem, inquit, lædi quia tollitur, aut minuitur, aut augetur, aut deprauatur, aut contristatur. quid num hi omnes sunt deprauationis modi? Non inquit nã perperã à galeno dictũ est, dolorem esse actionem deprauatã, temeréque defenditur cùm redarguitur. Qui tamen videtur mihi ignorare, quid dolor sit: est enim sensus ipse tristis. ipse inquam actus sensus: qui quoniam à re obiecta corrumpitur natura cùm tristitia fit. ipsa etiam voluptas sensus cum delectatione est: non aliquid asensu diuersum. Quæ ambo clariùs q̃ vt alia declaratione opus sit dicta sunt à Gale. 2. De locis patiẽtibus. c. 2. his verbis. Quippe vt dolor sensus tristis est, ita voluptas est blãdus. Quòd sicubi Ga· doloré tristitiã sensus dicit, id factũ est, ꝙ cũ semel intelligat Galenus, dolorem fieri cum sentitur aliquid affatim repenteq; corrumpens naturã, sensum ipsum tristem doloré dicens inutilẽ omnino putat diligentiã, inuestigare, an tristitia sensus differat ab ipso sensu tristi, & si differunt, in quo illorũ doloris natura sit. proinde tricas has præteriẽs dicit, ipsum sensum tristẽ esse doloré, sensum blãdũ voluptatẽ, eoq; doloré esse deprauatũ motũ, nam deprauationis actionis sunt multi modi. Nam deprauata est actio, quæ fertur in res à se alienas: vt carbonum, aut talium rerũ appetentia q̃ κίττα Græci vocant. Deprauatus etiã est sensus, quo sentiẽdi potẽtia cõtristatur, & immodicus oĩs facultatis motus, vt retẽtio: aut expulsio nimia deprauata actio est. Sed dices, licuisset etiã ista ratione, qua auctã facultatẽ sub deprauata cõprehẽdis et diminutã cõprehẽdere, forétq; ita lęsę actionis duo mẽbra, ablata & deprauata, & deprauationũ alius modus pręter dictos, cùm diminute actio fit. Minime est ratio par. nã hęc diuisio Galeni respicit ipsam facultatẽ: & actio, quæ fit à facultate omnino impotẽte sublata est: quæ à debiliori, minuta: quę à deprauatiõe ipsius facultatis, vel contrarię, si contrariã habet, vel irritatione praua, deprauata dicitur. ita oporteret auctã dicere eã, quę ab aucto robore facultatis fieret, Sed, vt paulò superiùs diximus quod a robore facultatis fit, nũquã est nimiũ. Sed quod ex irritatiõe nimia, aut corruptionè cõtrarię virtutis fiat. sed hoc declaratũ est in proximo capite Meritò ergo nomine deprauatę actionis, inteligũtur tristis & deprauata, qu[illegible]cilicet fertur in res alienas à se, & aucta. Hæc oportuisset Argẽteriũ cogitasse apud se priùs, quã Galeni receptissimam diuisionẽ reprehẽderet. licuisset sane illi, quod nos facimus, retẽta Galeni diuisione subdiuisionibus vti, & deprauatiõis modos explicare, referréq; ad ipsam facultatẽ. cęterùm hic peccauit ꝙ auctã actionẽ noluit in deprauata contineri: quòdq; doloré actionẽ lęssam esse negauerit ridiculis quibusdam tricis inuolutus. Neque minus peccauit ꝙ soporem, & peruigiliũ actiones læsas esse negauerit: & symptomota in tempore esse dixerit, quia plus temporis, quàm pro natura vigilant, aut dormiũt ęgrotantes. Nam dicente Galeno, sopor, aut somnus præter naturam, nihil est aliud, quàm communis totius corporis torpor. Vt ergo cùm torpet membrum aliquod debilem habet motum, & sensum: ita torpore communi primum sensus instrum ẽtum in toto corpore valde diminutas habet actiones: peruigiliã plures, quã oportet. Ergo vigilia est deprauatus motus & somnus diminutus, in primo sentiendi instrumento. Notandus ergo est Argenterius nimię diligentię: sed ridendi fures, qui pecuniam ab Argenterio subfurati alioqui vilem, conantur cælare, & contrectantes manibus, vertunt in carbones: dicuntque dolorem non contineri in diuisione Galeni: sed esse symptoma in tempore. quoniã dicunt, de sententia Platonis, est passio affatim, repenteq; facta: cùm tamen ille dixerit, τὸ μὲν παρὰ φύσιν καὶ βίαιον γιγνομενον, ἀθρόον παρ ἡμῖν πάθος ἀλγεινόν. ideſt. passio quæ præter naturam violænter & affatim ac repente (hæc enim omnia significat, dictio, ἀθρόον) in nobis fit, dolorem facit. Vnde constat illud affatim ac repentè, de causa dictum esse, nõ de symptomate. Sed roget nos aliquis, cur, si sopor & peruigilium, & dolor cõtinentur in Galeni diuisione, postquàm de reliquis iuxta propositam diuisionem differuerat de dolore in hũc modũ dixit. Porro tactus actio egregiũ inter cæteros sensus symptoma possidet doloré? Et de alliis duobus & Adhuc etiam duo egregia, peruigilium, & sopor, circa primũ sensum, qui & omniũ sensuũ est comunis consistit. Videtur enim Galenus subuoluisse hæc nõ cõtineri in diuisione: quandoquidẽ illa per se dixit. Tamẽ res nõ ita habet, sed Gale· vt probati alli autores, solet cùm insigne aliquod diuisionis membrũ est, propter claritatem doctrinæ perse illud dicere. Itaq; dicũt præter cætera ab illo hæc nõ ꝙ extra diuisionẽ sint, sed ꝙ insignia, idquod vel ipse Gale. monuit in eodẽ c. ita scribẽs εἴδετις ἴδιον ἐξήρτου τὸ ὄνομα κέκτηται. i. Si quod autẽ ꝓpriũ & ꝑcipuũ habet nomẽ (Dixi hæc Grẽce, quia in codicibus nonnullis perperam legitur, non habet) Non proinde oportet decipi, putãtes aliquod symptoma à nobis esse præter missũ. Hęc Gale. Vides vt ipse respõdet istis sophisticis cauillis, qđ vnũ, nisi peruerso essent ingenio, & ex cõtradictiõe gloriã aucuparẽtur, neq; autorũ lectionẽ, neq; ipsam perse veritatẽ quicq̃ curãtes, illis proculdubio suffeciſſet adrẽ intelligẽdã. Sed agiũt aliud, sed agãt alud, quid mea? celebre reddãt illi suũ nomen, quãtũ lubet iniecto in Dianę tẽplũ igne aut verberata Homeri statua: nos interim nobis caueamus, ne suis argutiis irretiti in illorũ trahamur ignorãtiã. Recedãt igitur iã hinc sophistæ, permittantq; nobis Ga. diuisionẽ resũptã interp̃tari. Quinq; sensib⁹ exteriorib⁹, & trib⁹ interiorib⁹, et quatuor facultatib⁹ naturalib⁹, & mouẽti secũdũ locũ ex electiõe accidere possũt ternę lęsiões, sublatio, imminutio, aut deprauatio. corpori possũt cõtingere prauæ qualitates, quadruplices, & symptomata possunt excremẽtis in substãtiæ modo, & colore,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et reliquis,&exeundi opportũitate fieri. Nam,quanq̃ monſtratũ à nobis ſit in ſecũdo controuerſiarũ libro tactus eſſe plures reuera ſenſus: eoq̃uo plures eſſe quàm quinque exteriores: cęterùm, vt ad nihil aliud, ita ad diſtinctionem ſymptomatum minime refert plurium tactuum meminiſſe: nam multæ facultates in eadem corporis particula ſitæ non alia ratione lędũtur ſingulæ perſe illęſis aliis, quàm ꝙetſi ſint eiuſdem partis, non ſunt eiuſdem temperamẽti. (Quod etiam lib.2.dictum eſt, ſed modo declarabitur, quia partis huius eſt proprium) vt trahẽdi facultas, & expultrix in eadẽ inteſtini fibra ſunt tamen ſi ſe aliquanto humidior fit fibra, tractio fit malè: quippe quæ à calore cum moderata ſiccitate fit, expulſio nihilo fit deterius: quippe quæ humiditate indiget: ſed tactus omnes ſunt aut eiuſdem tẽperamenti aut vſque adeo ſimilis, vt non poſsit vnus illoruui ſymptomata pati illæſis aliis. Nam quemadmodum Ariſtot. inquit. 2. De partibus animalium. ca. 1, philoſophi omnes ſingulos ſenſus ſingulis elementis tribuerunt, de quo diſputatum à nobis ſatis diffuſsè eſt, cùm de numero, & temperamento ſenſuum exteriorum agitaremus quæſtionem. Cumque de reliquorum ſenſuum temperamento diuerſæ philoſophorum ſint ſententiæ. viſum ſcilicet alii tribuũt aquæ, igni cœleſti alii, odoratum alii aquæ, alii aẽri, alii igni, alii vapori: tamẽ tactum omnes tribuũt terræ: nimirum omnes tactus ſunt terrei: eo ꝙ propter ſimilitudinem temperamenti, cõmunia patiuntur ſemper ſymptomata: quique tactu caret in membro aliquo neque calidum, aut frigidum, neque humidum, aut ſicum, neq; durum aut molle ſentit eo mẽbro: quique debiliter ſentit tactu, deprauatéue: hæc omnia debiliter, aut deprauate ſentit. Sed dices, Si pars qua recipiuntur eſt eadẽ, & temperamentũ cui tribuuntur vnicũ, vnicus etiã fuerit tactus, nõ em̃ ſit quidq̃ quo differant: nã per actiões, & per res obiectas, diſtingũtur vt à poſteriori, ſed vt à priori oportet illis ineſſe aliquid quo differãt. animaduertẽdũ eſt, tact⁹ oẽs eſſe eiuſdẽ elementi, puta terræ, tñ non vnici tẽperamẽti exactè, ſed perq̃ minime differẽtiũ tẽperamẽtorũ. Sũt itaq; oẽs tactus terrei, & ideo tributi terræ, ſed poſſunt huius plus minuſue eſſe participes. igitur quãq̃ plures ſint tactus, ſed quod ad ſymptomatũ differẽtiã attinet, cẽſendũ perinde eſt ac ſi vnic⁹ ſit, ſintq; tãtũ quinq; ſenſus externi. internos ſenſus eſſe tres tãtũ, & triplices tãtũ noxas ſecũdũ ſpeciẽ pati poſſe vim ipſam cerebri quã ἡγεμονικὸν græci vocant, ęgotis. ſ. nihil, aut diminute, aut praue, imaginãtibus, ratiotinãtibus, præteritorũ recordatis, mõſtratũ à nobis eſt in. 2. li. Reperies multa horũ ſymptomatũ exẽpla apud Gale. li. De diff. ſymp. c. 3. & 5. de locis patiẽtibus ca. 7. Motus ſecũdũ locũ vnicũ habet inſtrumẽtũ, puta muſculũ, Eſt em̃ verè inſtrumẽtũ motus muſculus, quod dictũ eſt à Ga. li. de diff. ſym. & in principio primi de motu muſculorũ. & 1. de cauſis ſymp. c. 5. & 1. de locis paciẽtibus. c. 6. & multis aliis in locis, ꝙa nullus neru⁹ qui in muſculũ nõ inſeritur habet motũ: nã neq; optici, neq; guſtui ſeruiẽtes, neq; alii tales, neq; anteq̃ in muſculũ ſubeãt, illi ipſi ꝙ ſunt ſubituri, motũ pſtãt alicui particulæ. Itaq; nerui ſunt ſenſuũ inſtrumẽta ꝓpria, hic em̃ aſolis illis fit, motionis ſunt inſtrumẽta delationis facultatis, tñ nõ ꝓſequutiõis. vt oculus eſt inſtrumẽtũ quo videmus, tñ neruus eſt, ꝙ deffert facultatem. Qui hęc oĩa exacte volet intelligere, legatquę de facultatibus ſcripſimus in. 2. li. Quãmq̃ facultas ſentiẽdi & mouẽdi eodẽ ſpiritu, aut illuſtratiõe, ꝓ eoſdẽ neruos deducitur, vt mõſtratũ illìceſt, tñ poſſunt ſymptomata accidere vni, quæ alteri nõ accidãt. nimirũ põt brachiũ fieri ſine motu nõ carẽs ſenſu, ꝙa maiori facultate opus eſt ad mouẽdũ, q̃ ad ſentiẽdũ, põt igitur influere quãtũ ſufficit ad ſentiẽdum, vt nõ influat quãtũ ſatis eſt ad mouẽdũ, põt etiã carere ſenſu nõ carẽs motu, idq; duplici via, vel obſtructis neruis, qui veniunt ad texendam cutim, non obſtructis iis qui peruadunt muſculos aut ſtupefacta cute, ſtuporeque profundiores muſculos non attingente. vnde manifeſtum fit, poſſe in membro aliquo vt brachio, aut crure lędi ſenſum ſinè motu, & motum ſine ſenſu, ſed in eâdem nerui particula poſſe tolli motum ſine ſenſu, contra verò minime. nam quæ virtus transferendo corpori eſt ſatis, multò magis ſenſui ſufficiet. Sed hæc quoniam in ſequenti li. ꝓpriã habebũt cõtrouerſiã, ꝓtereo breuiter. Propoſita, explicitaq; ſymptomatũ diuiſione, qua oĩa ſymptomata cõtinẽtur operæ præciũ fuerit vt de inſignibus inſigniter diſputemus. Dicẽdũ ergo omniũ primò de dolore, quẽ diximus de ſentẽtia galeni eſſe actionẽ lęſam, itaq; ſenſum triſtẽ, vel vt argutulo argẽterio placet, triſtitiã ſenſus. q̃ quàm eſt vulgariũ ariſtotelicorũ, & medicorũ barbarorũ opinio, dolorẽ rẽ eſſe ſubiectam ſenſui, nõ ſenſum. itaq; dolorẽ ſentiri, vt ſentitur cãdor. Videtur ꝓ his eſſe hippoc. ſentẽtia. 6. ſecũdi apho. Quicũq; parte aliqua corporis dolẽtes magna ex parte dolorẽ nõ ſentiũt, his mẽs ęgrotat. Dicit ergo quibus mẽs ægrotat, dolorẽ nõ ſentiũt. gitur quibus mẽs nõ ęgrotat dolorẽ ſentiũt. Tñ galenus ipſe in cõmẽ. diſſoluit hũc nodũ, dicẽs: & nũc igitur eodẽ modo appellauit dolores, affectiões eas quæcũq; cũ dolore naturã ſuã generãtur. Itaq; dolor ſenſus actus eſt cũ triſtitia, nõ quod ſentitur accidẽs. Quæcũque harũ opinionũ, tã quæ dicit dolorem ſentiri, q̃ dolorẽ eſſe ſenſum triſtem, q̃ eſſe triſtitiã ſenſus, in duas opiniones diſtributa eſt: ſiquidẽ eſt oĩbus his cõmũis cõtrouerſia. An dolor cõtingat ſoli tactui, an ſenſibus omnibus: nõnullis dicentibus eſſe accidẽs tactui ſubiectũ, aut tactionẽ triſtẽ, aut triſtitiã tactus: aliis dicẽtibus eſſe quod vocãt ſenſibile cõmune, aut triſtẽ ſenſum, aut triſtitiã ſenſus cuiuſcũq; Qui priorẽ ſentẽtiã tuẽtur dicũt, dolores grauiſsimos ſoli tactui accidere, tñ dolores omnib⁹ ſenſib⁹: oẽs em̃ corrũpi ab excelẽtibus qualitatibus: intereſſe etiã inter illos hoc nomine, ꝙ tactus dolore affi-

citur

eitur ab externis & in ternis cauſis, reliqui ſenſus ab exrernis tm̃. Quod vero á Galeno dictũ eſt. Oculis etiã accidunt dolores vehemẽtes, tactu in ipſis contriſtato: dicunt, in inſtrumẽtis quatuor ſenſuum, puta viſus auditus, odoratus, & guſtatus, poſſe fieri duplices dolores, quoſdã affecto in llis ꝓprio ſenſu, quoſdã affecto tactu. cum em̃ tactus per omnes diſperſus ſit, neceſſe eſt, in illis eſſe duplices ſenſus, cõtriſtari ꝙ; nõnũq̃ hũc nõnũq; illũ. vt ſi quis ex acuta voce dolet, auditu dolet, vt auditus eſt: ſi vero auris inflammatione moleſtatur, dolor fit in inſtrumento auditus, affecto tamẽ in illo tactu. nõ aliter ex fulgore dolet viſus, ſed ex ictu dolet tactus in oculo. Dolores reliquorũ ſenſuũ à tactu qui ratione tactus fiunt, grauiores eſſe, dicũt iis, qui illos ſua ipſorum ratione afficiũt: de hiſq; interprætantur galeni dictum. Præſtat huic ſentẽtiæ occaſionẽ galeni ſermo, cuius ꝓpterea bonã partẽ lubet hic inſerere. is habet in hunc modũ. propriũ autem & egregium præter cęteros ſenſus tactus actio ſymptoma poſſidet, dolorem, qui etiã in reliquis ſenſibus, generatur, à familiaribus ſenſilibus, quæ extra occurrunt. huic vero non ſolũ ab externis, ſed etiã multo magis ab affectibus, qui intra corpus conſiſtũt: iſq; ſubinde tã vehemens, vt nõnulli cruciatu victi ſibi ipſis mortẽ cõciſcãt. gignitur ergo & in oculis ex lucis ſplẽdore doloris quædam paſsio, & in auribus ex magno quopiã & aſpero ſtrepitu. ſic inguſtatu quoq;, & odoratu alię tales incidũt paſsiones triſtes, aproprio. ſ. ſenſili vnoquoque ſenſu dolore affecto. maximi verò dolores tactus ſenſui contingunt quippe quecũque exaurium flegmone alioue in illis affectu, vehementi nos dolore afficiunt: non quidem auditus ſed tactus ſunt propria. eſt enim is ſenſus omnium ſentiendi inſtrumentorum comunis: reliqui quatuor ſui quiſque ſolius. eodem modo dolores in oculis, vehementes ſæpe generantur, tangendi ſcilicet in illis ſenſu cõtriſtato. hæc galenus. Qua dictione illud videtur ſignificare, quod antea diximus: eſſe in inſtrumentis quatuor ſenſuum duplices dolores, quoſdam proprii ſenſus, quoſdam tactus. Sed aliorum ſententia mihi verior eſſe videtur: dolorem ſolius tactus eſſe ſymptoma, ſed in reliquis ſenſibus fieri dolores duplices, quoſdam ab obiectis tactui vt in auribus aphlegmone, in oculis ab ictu: alios ab obiectis propriis ſenſibus, ſed ab iis ipſis, vt afficiunt coniunctum tactum. Atque ita verba Galeni interpretor. Nam Galenus ita propoſuit: dolor eſt egregium tactus ſymptoma. quod tamen alii interpretantur dictum non dequocunque dolore, ſed de vehemẽti. proinde, quoniã, vt diximus, galeni verba vtrique opinioni ocaſionem dant, rationibus noſtra ſententia confirmetur. Ea quę obiecta ſunt reliquis ſenſibus, non aliter inferunt dolorem, quàm inferendo paſſiones quæ tactus ſunt propriæ, puta diuiſiones, aut conſtipationes, igitur dolores etiam illi ſunt tactus proprii. quod verò ita fiat, intelliget apertè is, qui ſingularum rerũ naturas, cauſamque, qua moleſtę fiunt conſideraverit. album ſane, & ſplendidum, non aliter, quam diſpgendo, atrum conſtipando, acutus ſonus incindendo, grauis contundendo moleſtiam inferunt. iam verò de ſaporibus omnibus, quibus odores reſpondent proportione, diffuſius, quam vt à nobis poſſint recenſeri, loquutus eſt Gale. 4. de ſimpl. medic. facult. de ſententia Platonis, quo in loco omnes ſaporũ ſenſus, tactus alterationibus tribuit. Acida nimirum incindunt, ſalſa abſtergunt, amara corrodunt, acerba conſtringunt. Omnes itaque quæ ſentiuntur qualitates, cum dolorem generant, propria aliqua tactus paſsione id faciunt, proindeque putauerim, neceſſarium fuiſſe tactus ſenſum per inſtrumenta reliquorum eſſe diſperſum, quo in illis, ex violenter obiectis moleſtia preciperetur, quæ alioqui percipi poſſet nulla. Sed eſt aliud rei huius non minus euidens argumentũ. Si vnuſquiſque ſenſus ſua ratione, ac perſe dolorem pati poſſet, quò perfectior eſſet ſenſus, eò grauiores dolores pateretur. Nam quò perfectior eſt ſenſus, eò perſpicatiùs, acriusque ſentit: quòque acrius pars aliqua ſentit eò dolet graùius? non enim alia ratione particulæ, quę acri ſenſu prædite ſunt, cuiuſmodi os ventriculi, grauiores dolores patiũtur, reliquis partibus, itaque pateretur viſus acerrimos dolores, huic proximè auditus, deinde odoratus, minores guſtus, tactus minimos. tamen res contrà omnino fit. tactus ſcilicet acerbiſſimos patitur dolores, reliquorum ſenſus vnus quiſque tantò leuiores patitur, quantò plus à tactus natura recedit. Igitur dolores omnes tactus ſunt proprii, & reliquis ſenſibus ex accidenti accidunt ratione tactus qui cum illis omnibus confuſus eſt: nam ſi dicas, in viſu, eò eſſe leuiores dolores, quòd obiectę res ſint tenuiores, eòque minus paratę moleſtare. ſaltem fieret, vt dolores æquales eſſent in ſenſibus omnibus: quò enim obiectum ſenſui alicui, eſt minus terreum, eò etiam ipſe ſenſus eſt perfectior: eòque acriùs ſentiens, quare pares ſaltem dolores relinquerentur: quod tamen non fit. ergo dolor ſolius eſt tactus. Neque verò rei huius eſt inuentu difficilis cauſa, ſi modo verè antea dictum eſt, illud tantum dolorem facere, quod naturam corrumpit. cum enim noſtri corporis, & ſingularum partium natura in temperiè & continuitate conſiſtat, nulla qualitas corrumpet naturam perſe, præter calorem, frigus humorem, & ſiccitatem, & continui ſolutionem. Eſt itaque dolor egregium ſymptoma ſolius tactus. De ſomno & vigilia dicendum non nihil eſt. ſunt enim hæc, alia duo ægregia ſymptomata. Per ſomnum fit motus caloris ſpirituſq; & humorum, ab externis ad interna, per vigiliam contrarius: ita per vigiliam operatur vis cærebri in toto corpore externas actiones potiſsimũ: tamẽ facultates actionibus quibuſdã internis per ſomnũ plus, ſtudent. In cerebro fit magna ſpirituũ animaliũ geñratio, pro his, qui vigilia exauſti fuerãt. Copioſiores etiã fiũt eo tẽpore cõcoctiões in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

viscеribus,eóque vitalis facultas plus laborat expurgãdis fuliginibus,& attemperãdo calori. Fit somnus requiescente facultate animali propter defatigationem, obstructoque leuiter cęrebro vaporibus suauibus ex alimento. Hæc contingunt per somnum,quę vt dixerim,nihil curo, sit ne somnus actio vis cerebri & hoc ipsum dormire agere sit,vel priuatio actionum,vel motus ille ab externis ad interna, aut obstructio illa cærebri.inquocunque horum lubet,somni essentiam collocato , modo non ignores,hæc omnia cõtingere dormiẽtibus.ego enim hoc indgnũ puto longacõtrouersia . Arist. lib. de somno & vigilia,somnum vigiliæ priuationem esse dicit,atque hæc sententia videtur valde probabilis, quandoquidem non aliter solemus dormientem à vigilante distinguere,quàm priuatione actionum,quòd scilicet non sentit,neque mouetur. verum hęc de somno naturali videntur dicta. quod nostri instituti est attingamus. Somnus præternaturã,quem soporem licet appellare, proculdubio est priuatio,non enim tam est somnus,q̃ vigilandi impotentia. Nam fit non vt naturalis, humectato mediocriter cerebro,leuiterque obstructo à vaporibus suauibus, sed aut nimiùm obstructo cerebro à frigidis & crassis succis,ideòque facultate non potente diffundi, vel cerebro vehementius refrigerato , stupefacto que non aliter quàm membrum aliud quodcũq; solet ex nimio frigore stupescere,reddique proinde immobile,& sine sensu. Peruigiliũ fit laborante facultate propter impotentiam requiescend ,ex siccitate cerebri, aut mordaci fuliginum qualitate. Ex his iam arbitror liquet,quod paulò ante tetigimus breuiùs:peruigilium esse deprauatum mentis motum,soporem actionis priuationem . Quamquàm animaduertendum hoc loco est, id quod gal.secundo de motu musculorum dicit; per somnum corpora non omnino esse priuata motu & sensu,sed recipere tunc quoque influentem facultatem à cerebro,parcius tamen multò quàm per vigiliam,atque adeò sentire etiam dormientia membra, hebetiùs tamen q̃ vigilantia. Quod euidenter monstrat excitatio:si enim somnus priuatio integra esset motus & sensus in sopitis membris,non posset quisquàm plagis excitari.hæ enim non aliter excitant,quàm dolorem inferentes,sed membraque sine sensu essent,omnino non possent dolere, igitur neque possent dolore excitari.sed res aliter habet,dum dormimus non sentimus res leues,sed aliquanto grauiores sentimus: nõ aliter quàm qui non est omnino cæcus,sed hebetioris visus,minora non videt. maiora tamen,aut excelẽtia videt. Igitur est somnus symptoma in diminuto motu facultatis animalis. quod etiam respiratio, quę semper fit,& alii motus voluntarii,qui nonnũquàm inter dormiendum fiunt,apertè declarant. nõ enim fieri possent,si toto influxu à cerebro reliqua membra priuarentur. Quod verò horum motuum etsi à facultate animali cum libertate fiant non recordamur experrecti , leuis imaginatio ipsarum motium,est in causa.quamquàm enim habentdormientes fortem imaginationem, quę mouet ad actiõęs, tamen ipsarum actionum externarum,dum fiunt,aut nullam ,aut leuissimam habent imaginationem, sed prætereunt,vt qui studentes aut agentes aliud,manus mouent, aut Crura. Sed hæc de symptomatis facultatis animalis sunt satis,facultatibus naturalibus cõtingũt,vt gale. collexit symptomata duodecim siquidẽ monstratum à nobis est in 2.huius operis libro.capite denumero facultatum naturalium quæ ministrant , illas esse tantummodo quator .siquidem distributio & secreto actionibus aliarum fiunt Quare deficiens,aut deprauata distributio , aut secretio, aliarum facultatum sunt symptomata , vt si membrorum fit atrophia, est concoctio deficiens:si verò hęc nõ difficiat, est deffectus distributionis. atqui aut distributio non fit,quia membra non possunt trahere alimentum,quo indigẽt, & est trahentis facultatis symptoma:aut quia hepar nõ potest redũdãtiã sanguinis protrudere in venas,& est deffectus expultricis hepatis,aut quia venter expellit,anteq̃ fieri possit distributio commoda, & est in ordinatus motus expultricis ventris:secretionis etiam vitium,alicuius aliarum est symptoma:vt cùm morbus regius fit vitio secretionis,actio quæ est symptoma,est diminuta tractio vesicę fellis. Sed sunt quædam alia præter hęc symptomata,quæ cùm actiones lęsę sint , instrumentorum naturaliũ sunt propria quorum Gale. videtur oblitus,& nos addemus. Appetitui naturali, quẽ negauimus citato capite esse in numero facultatũ alentis animæ possunt contingere symptomata,de quibus eò loco diximus,& modo disputamus.talis enim est appetitus humoris,qui est in renibus,per diabetem,vnde perspicuum fit, posse esse actionem symptoma,quod nullius sit earũ potentiarum,quæ animę sunt.affixio etiam alimẽti actio est nullius potentię animãtis propria, vt citato loco exemplo ceræ,& picis monstratum est tamen contingit,vt Galen.docet.1.de facultatib.natur.in hydrope ascite infelix nutritio , difficiente affixione. ergo difficiens affixio symptoma est,& actio læsa,tamen nullius facultatis enumeratarum à Galeno. Vnde euidenter verum est Galenum multa symptomata omisisse cùm symptomata omnià membrorum naturalium in octo,aut duodecim redegit.non enim appetitus immodicus renum,qui fit in diabete,neque ablata affixio quæ fit in hydrope,illo numero continentur . Quare hic nihil mirum: si nos aliter enumeremus:vt nullum prætermitatur.Melius itaque fuerit per actiones quàm per facultates distinguere:dicentibus nobis hoc loco,non quidem quatuor esse facultates naturales : singulisquè contingere terna symptomata,vt in principio huius capitis:sed nutritionem compleri his actionibus, appetentia naturali , tractione, retentione,affixione,commutatione,& expulsione: accretionẽ compleri his eisdem, & dilatatione,harum actionum singulis contingere posse ternas lęsiones:esse itaque.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

21. Exemplũ læsi, appetitus est in diabete, læsę affixionis in atrophia ex hydrope ascyte: lęsę dilatationis, cùm puer intẽpestiuè cessat ab incremẽto, quia corpus ex morbo quoppiã factũ est præter naturã siccius, nihil refrigeratũ. constat siquidem illũ nõ alia ratione cessare ab incremẽto quamquòd mẽbra præ comparata duricie, non possunt quantum oportet, actione caloris dilatari. Cessat ergo incrementum imminuta dilatatione. sed hæc non possunt plenè intelligi ab eò, qui non anteà intellexerit, quæ in 2. lib. de naturalibus facultatibus scripsimus, nobis non sunt dicenda sæpius eadem. Neque verò est cur quisquã nos accusset: quòd cum paulo ante eos vituperauerimus, qui in diuisione symptomatũ à galeno deciscunt, modò enumerationem, quæ in lęsa actione quappiam, membri naturalis sunt qua ille est vsus, vt imperfectam deseramus, nobis enim nihil videtur inæptius, quam ab authorũ diuisionibus temere recedere, minimã enim gloriam in contradicendo sitam esse putamus. tamen neque in cuiusquam verba volumus iurare, sed veritatem in qua vis re cuiusuis authoritati præferri. Præter hæc quę diximus, possis addere symptomata alià, ipsarum nempe facultatum, quibus ministrant illæ quatuor: vt difficientem inminutam aut vitiosam, nutritionem accretionem aut generatiõem. tamẽ hæc perpetuò pendent ex aliis læsionibus prioribus: proinde nihil refert illorum meminisse per se, sed satius est, de illis ita cogitare, acsi in dictis symptomatis contineantur. Nam si quod corpus infelicius nutritur, augetur, aut gignitur, necesse est illud fieri, aut quia minus materiei vtilis trahitur, aut non satis retinetur, quò fit vt in tempestiuè expellatur, aut non satis alteratur, aut quia excrementa, quæ nõ expelluntur impedimento sunt, viciando concoctionem, aut impediendo affixionem, aut est dificilis partium dilatatio. Ergo naturaliũ actionum, quæ propriè dicuntur tales, lęsiones omnes diximus. Vitalis actionis (nam hanc quoque sub naturali cõtineri fecimus) tot sunt lęsionũ species, quot pulsuum præter naturam modos in tertio huius operis libro diximus. De tertio symptomatũ genere, propriis capitibus dicemus in sequenti libro. Quare longiusculum iam caput concludamus.

¶ Caput quintum. De causis symptomatum.

¶ Syptomatum omnium comunis quædam causa est morbus, & singulorum suacuique propria. Age igitur de communi disputemus primum, de pecularium nonnullis deinde, de iis inquam circa quas reperimus medicas controuersias. libello de diferentia symptomatum longo sermone nititur galen mõstrare symptomata omnia cuiusuis ea generis sint, ex morbis nasci: atq; in huius assertionis confirmationem, vtitur inductione per singula membra. actiones læsas (inquit) constat à morbis fieri: si quidem dictum àntea est, morbum esse affectum præter naturam lædentem operationes. Iam verò qualitates mutatas, quarum quatuor diximus esse species, quæ visu, adoratu: gustatu, aut tactu percipiũtur, nemo dubitet ex morbis nasci, qui sciat, qualitates primas quibus temperamentum cõstat, cum præter naturã sunt, esse morbos. Nam cùm sint qualitates secũdæ, ex primis nascẽtur procul dubio, hoc est ex temperamento, ex naturali quidẽ naturales, ex non naturali non naturales, quales sunt, quæ sunt symptomata. Quòd aliquid præter naturam retineatur, aut excernatur, quod ad tertiũ symptomatum genus refertur, necesse est ex vicio retinentis, aut expelentis, aut ambarũ fieri: nisi ex qualitate eius, qnod excernitur fiat vt euacuatio symptoma sit, vt cùm bile, aut sero plena, vel alia mala qualitate affecta vacuantur: quæ tamen vt talia sint alterantis facultatis aut excernẽtis vicio fit. igitur vt cumque euacuatio sit symptoma, non fit sine facultatis cuiuspiam læsione, sed nulla facultas viciatur illęso tẽperamento: cùm illarum substãtia in commodo temperamento cõsistat: igitur est hoc quoque symptomatum genus, morborum soboles, non minus, quàm alia omnia. Hec docet gale. tamen nõ desunt qui repugnent, dicentes multa symptomata esse, quæ ex nullo morbo proficiscuntur, sed fieri quædam à causa externa, quædam ab interna, quædam ab obiecta re, quædam ab aliis causis. Nam (vt primi generis primum meminerimus) si quis optimè adhuc valens carnes crudas ingerit in ventriculum, habebit cruditatem sine quopiam morbo. Si hic idem, quem optimè valere posui digitis immissis in os irritatus, aut immissa in profundum nasum requappiam, vomit, id symptoma ex nullo morbo fit. Multi corripiuntur rigore, quem nulla cõsequitur febris, atque omninò nullo alio morbo affecto homine, rigor verò symptoma est expultricis vis omnium membrorum. Amãtes homines patiũtur multa symptomata: perturbatiões pulsuũ suspiria crebra: insomnia varia: & vigilias immodicas quantũ vis, qui amat omni morbo vacet. Sed de qualitatibus mutatis præter naturam in corpore videntur posse dessumere argumenta non imbecilliora. Laboranti febre putrida profluat sudor fetidus: constat sudorem partem esse putrescentis in corpore materiæ: & fætorem fieri exputredine, cùm ergo putrescens materia non sit morbus (hic enim febris est) sed causa, haud dubiè videtur, fætor à causa morbi fieri, nõ à morbo. Colorem præterea pallidũ in morbo regio bilis facit, quæ talis est colore. hæc est morbi causa. igitur qualitates mutatæ à causa morbi plerunque fiunt: nam & saporem acidum, aut salsum linguæ facit pituitæ non febris species. Hæc quidam aduersus Galen. efutiunt: quorum sapientiam nõ dubium

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est Galenum ipsum alioqui rudem præillis suboluisse cùm libello De diffe. sympt.ca. vlt.ita scripserit
Verùm hic intendere exacte oportet mentem:& perfectè distingere ab operibus animātis ipsa sy-
mptomata:sępe enim ita similia inter se sunt,vt & symptoma putetur opus:& opus symptoma ac nisi
quis in hoc sano sit iudicio,ex iis in quibus ipse fallitur,disputationem calumniabitur.Certè,quos dis
solutionis argumentorum hæc verba non admonent,mihi videtur apertè dormitare.nam vt solum
destinguātur opera à symptomatis argumenta omnia,quæ de læsis actionibus proposuimus, & quę-
cunque alia similia his proponi possint,corruent statim. Quod vt explicem,simulque istorum osten-
dam insipientiam,illud vnum peto quod ipsi etiam aduersarii vltrò dabunt, causas morborum mor-
bos,& symptomata esse res præter naturam. Quo dato, constat non quemcunque affectum lęden-
tem operationes ita vt sentiri possit noxa esse morbum,nisi id præter naturam fiat, nam neque tem-
peramenta,quæ à mediocritate recedunt manifeste morbi sunt, neque senium est morbus , quanuis
per hos affectus multæ actiones admodum perspicuè lædantur. pituitosa natura somnolentos reddit
homines,& ad animales motiones pigros appetētes,pluraq; pro indigentia,& excremēto plenos bi
liosa contrario modo lædit,senium facit homines vigiles,tremulos, ad omnia vitę munia imbecilles.
Tamē has actiōes,cū lædāt hi affectus,morbi nō sunt ąa nō sunt pęrter naturā.Igitur si ita habet,neq;
somnus ,pfundior:neq;pigrities ad motū,neq; appetētia immoderata in pituitoso,neq; vigilia aut fa
stidiū in bilioso,neq; hæc eadē in sene,neq; tremor mēbrorū symptomata sunt,nō enim fiūt pter na-
turā quamquā lęsæ actiones sunt,sed sunt impotentiæ quædā,quæ hominibus secundum naturam ac
cidunt.Si quis cùm est compluti,Madritum nō videt, patitur quodpiam visus symptomata? Nullum
arbitror.Sed si hic idem,quę per stadium distant non videt,symptoma patitur, si commodæ magnitu
dinis obiecta sint corpora. Nam tam potest esse corpus exiguum,vt etiam per transuersum digitum
distans ab oculo citra vllum symptoma non videatur.nimirum differt multū symptoma dicas,aut im
potentiam naturalem:si quidem verum est quod petii,omne symptoma esse præter naturam. Mons-
tratum verò est multis exemplis,læsas non nunquam edi actiones secundum naturam: sed patiuntur
nō minus reliquæ omnes potētiæ,q; visus modò symptomata,modò impotentias naturales.Sit exem
plum virtus portandi.Numquid, si quis suppositus oneri bis cētum librarum mercatoriarum tremit,
tremor symptoma est.ergo & si corpus lōginquissimum obscurè cernis , imbeciliterque visus im-
becilis est symptoma?Male ergo negabamus Madritum hinc non videri esse symptoma. Sed certè nul
lum horum symptoma est,nam hæc omnia secundum naturam contingunt . Iam verò , si cui pondus
quod apprehensum brachiis portabat,præmagnitudine excidit: secūdum naturam id fit,si verò quid
quam excidit quod alioqui non excideret quia præcisi digiti sunt symptoma est quia pręter naturam.
Si quis manum concutit imposita pruna, citra symptoma id facit, sed si concutitur manus instigata à
mordaci humore,quem præter naturam collegerat:concusio est præter nataram:& proinde sympto-
ma.nam irritationes,quæ fiunt à rebus præter naturam,sunt præter naturam:quæ fiūt à causis,quæ nō
sunt pręter naturam, non sunt pręter naturam.Causæ externæ omnes sunt in genere non naturaliū,
quæ neque secundum naturam sunt,neque præter naturam.Igitur quæcunque actiones fiunt irritāte
causa externa , si nondum interius morbum aliquem fecit:non sunt symptomata,sed opera naturæ,
quodsi cum læsione quapiam fiunt,sunt impotentiæ naturales.cum verò iam causa externa morbum
fecit:non amplius actiones sunt naturales,sed ptæter naturam:fiunt siquidem iam irritante causa qua
piam præter naturam.Constat etiam ex his,nullam actionem esse symptoma ratione rei obiectę aut
eorū,quæ ad eā spectāt,sed ratiōe facultatis,aut instrumēti auteorū,quę ad hæc spectāt.ad res obiectas
spectant spatiū,propinquitas inquam & distantia:ad facultatem & instrumentum materia,& spiritus
in his,quæ illis operantur.Est autē manifestum id quod dicimus.Nam aut res obiectas & quę ad illam
spectant proportione respondent facultati,aut non:si non respondent,& sola hac causa actio fit in
commode,non est symptoma.sed impotētia naturalis(. Nam secundum naturam fit,vt neque lapi-
des conficiamus,neque turres humeris portemus) si proportione respondent constat actionem alia
ratione vitiari,non causa rei obiectæ,eòque dictum est à Galeno loco citato ex lib. de differ. sympt.
si quis ad distinguendas euacuatiōes quæ sunt symptomata, ab his,quæ tales non sunt, quantitatem
tantum consideret , aut qualitatem , non etiam intentus modo euacuationis , an scilicet symptoma
sit,aut opus,sub inde deceptum iri. nam si tempore iudicii vacuatur congius materiei nigrę si ita lu-
bet,modo post signa concoctionis euacuatio fiat,et reliqua habeant,vt oportet ad iudicium , non est
hæc euacuatio symptoma :si verò ante id tēpus multò minor copia benignioris succi vacuetur,possit
esse symptoma. Quid ita?quia hęc euacuatio est pręter naturā:illa naturalis. Quid istud?quia quę ante
iudicium fit,fit ab irritatione præter naturam:quæ in iuditio fit,non tam fit ab irritatione,quam ab ip
so ordine,quem in suis actionibus seruat natura. Nimirum vt recludens pylorum & comprimēs vē
triculum deorsum expellit excrementa,postquam confecit alimenta, ita postquam retinuit& ad con
coctionem deduxit,vt licuit per materię ipsius naturam,morbi materiem,expellit illam ordine cōsue
to sibi,ac familiari. His intellectis haud multa opera opus est ad argumentorum dilutionem. Nā car-

nes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nes crudas non ſatis coqui nō eſt ſymptoma,ſed impotētia naturalis,quia eſt in re obiecta:ſed hę ipſæ carnes prauè coctæ aut corruptæ,fiunt in ventriculo cauſa morbi,ſimilis ei,perquē corpus laborat cacochymia,à quo deinde naſcuntur alia ſymptomata,ructus ſcilicet praui,& aliorum ciborum, & ſuccorum infectio. Si quis vomit ſinè morbo immiſsis in os digitis, perinde facit ac ſi immiſſa per ſedē glende exoneret aluum,quæ ſymptomata nō ſunt, ſed opera:quia fiunt ab irritatione externa,niſi ipſa irritatio fiat morbi cauſa,quod fit ſępe,& tunc quidem reliqua vacuatio ſymptoma iam eſt:vt ſi cō tingat aglande aut acriori clyſteri exulcerari inteſtina,aut vehementiori motu rumpi aliquid in ventriculo,aut conuelli. Rigor qui ſine febre fit, ex cacochymia ab humoribus crudis pendente naſcitur. Amor qui iam indiget curatione ſpecies eſt melācholię,ideoq; talem illi curationem medici adhibēt. Atque eſt reuera morbus animi magis,ſed cum corpore comunis. Quare qui amat iā hinc ſciat ſe furere. Sed de amore multa diximus in tertio libro huius operis,cum de pulſibus amatoriis diſputaremus. Ei argumento,quod defetore expūtredine,propoſitum eſt, reſpondet galenus.9.ca.lib.11.metho.his verbis. Ab his enim obſtructio eſt orta,quę morbus compoſitionis eſt eorum,quę obſtructa ſunt corporum.hanc ſymptoma ſecutum eſt ipſa tranſpirationis retentio, hanc rurſus putredo humorum. Hæc ſunt galeni verba. itaque patet putredinem eſſe alterius morbi ſymptoma, putà obſtructionis: alterius cauſam, puta febris. Ex putredine naſcitur fętor,accidens ortum ex obſtructione medio alio ſymptomate: Nam fieri hoc ſæpiſime,vt mediis aliis ſymptomatis quędam ex morbo naſcantur ſerie quadam,diximus in ſuperiori capite. Iam verò color pallidus cutis,non poteſt morbum effugere. Nam aut fit ab obſtructione,quæ morbus in compuſitione eſt,aut ab imbecillitate trahentis facultatis veſicæ fellis:aut alterantis hepatis,vel membrorum:omnis vero talis imbecilitas fit ex intemperiè quæ eſt morbus. Quare nullum eſt ſymptoma,quod non ſit morbi ſoboles. Illud vnum notandum eſt,antequam caput concludatur, morbos ex ſympathia qui nihil habent propriæ paſsionis factum, ſymptomata eſſe eorum,qui ſunt proprii aliquarum particularum affectus. Quare ſymptomata,q[illegible] per conſenſum fiunt,illi morbo referenda ſunt accępta,à quo morbus per ſympathiam naſcitur. v[illegible] dolor capitis fit per ventris ſimpathiam, dicimus dolorem capitis à morbo ventris eſſe productu[illegible] ita ſi proprer ſternutamentum, aut tuſsim,ventriculus nihil per ſe læſus,cogitur euomere, ex mor[illegible] capitis,aut thoracis vomitus ducit originem.ſed dicendi de his iam finem facio. Symptomata omn[illegible] ex morbis naſcuntur,aut proximè, aut intercedentibus alliis. Quare in queſtione deſymptomatu[illegible] cauſis,non amplius diſputandum eſt,ſit ne ſymptoma,quod propoſitum in quęſtione fuerit,ex r[illegible] bo, an ex cauſa, an ex obiecta re, an ex re alia quapiam,ſed vbi ſemel conſtiterit ſymptoma eſſe, ex quo morbo fiat querendum eſt.fit enim omninò exaliquo. Si quidem ſymptoma primi generis eſt, putà læſa actio,ipſum perſe facilè ducit in cauſæ cognitionem.nam cum neceſſe ſit,vt actio aliqua lædatur,proprium actionis inſtrumentum pati, quod nos paulo ante tetigimus, & galenus toto 1.lib. de locis patientibus diſputans contra Eraſiſtratum docet, conſtat actiones læſas ſignificare malè affectam partem,& ſpeciem affectus,à modo leſionis debere peti,quod docet.3. de locis patientibus.ca. 9.vt ſi chyli confectio viciatur,ventriculus patitur:ſi verò iam non tantum conſtat vitiari, ſed acceſcere,affectus frigidus ventriculi ſignificatur.Sed obiiciet nobis quiſpiam gladiatorem,in quo: vt refert gale.4.de vſu part.ca.9.male cibi coquebantur,quia pręſcilla illi erat omenti bona pars, quem dicet vitiatam habuiſſe actionem ventriculi,ſine illius morbo. Hoc vnum, illud monet argumentum, vt proprias paſſiones à ſympathtiis diſtinguamus,patiabatur enim venter non perſe,ſed per conſenſum. ſed idiopathiæ & ſymparhiæ certum eſt dare proprium caput.interim illud vnum dico, non aliam eſſe inueniendæ huius rei commodiorem viam,quam per cognitionem proprii cuiuſque actionis inſtrumenti,& præterea partium illi ad actionem miniſtrantium,& quæ cuique ſit miniſterii ratio. hoc vero non aliūde habeas, quam extractatione de vſu partium.quam ſcripſere Galenus & Ariſtoteles,ambo diligentiſsimè,ſed galenus clarius.de proprio inſtrumento dictum à nobis non nihil eſt in.2.huius operis lib.vbi diſputauimus procedant ne operationes à partibus ſimplicibus, an compoſitis. Conſtabit vero ex horum cognitione,quæ affectio ſit propria, & quæ per ſympathiam, quia affectus,qui permenentiam quampiam habet in parte aliqua,propria illius affectio eſt,ſi verò nullu[illegible] inſe affectum habens vitio alicuius alterius,quæ ſcilicet illi miniſtrat aut in illam aliquid tranſmittit: patitur,ſympathia eſt. Sed Galenus in omnibus ſymptomatis ſtudioſos exercet, nos quæ ſunt in controuerſia declaramus.

¶De ſympathia,& idiopathia,protopathia,& antipathia,& conſenſu.

CElebratiſsimę ſunt apud antiquos philoſohos hę paſsionum ſpecies, vt in rebus omnibus natura conſtantibus frequēter inueniūtur,apud medicos vero,vt humani corporis partes attingūt. Quā quā illorum magis videtur intereſſe de ſympathia,&antipathia diſputare:horum de ſympathia& idio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

idiopathia. Scripsit etiã præter alios de his quidam neotericus fracastorius nomine, nõ parum eruditè & acutè. tamen quæ ab aliis demostrata sunt recipientes, reliqua, nobis & amicis, addere decreuimus hinc sumpto exordio. Non parum interest, vt videre est apud galenum. lib. de differ. symptumatum affici, dicas rẽ quampiam aut pati, (hoc quoniã paulo superius explicuimus, modo breui præteribimus) affectus enim (διάθεσις græce) est qualitas permaneutiam quampiam habens propriam, in re quæ afficitur (habet propriam permanentiam, cuius corruptio diuersa est a sublatione causæ) passio vero (græce πάθος aut πάθημα) fit citra propriam permanentiam, tamen nihil prohibet, quę afficiuntur pati simul: vt si simul affectum quidpiam est, & patitur: velut quod incalescit patitur, & necessario etiam habet iam gradũ aliquem caloris quo afficitur. hæc itaque constituta sint. Quæ patiuntur, aut ex seipsis patiuntur, a suaque natura, vt ignis ascendit, & terra descendit, suntque hæ propriæ illorum passiones (nam apud philosophos, tam quæ secũdum naturam sunt, quamquę preter naturam passiones dicuntur) quas proinde idiopathias possis propriè appellare: aut patiuntur ab aliis, idque vel ratione similitudinis, quę cum aliis eis intercidit, vel quòd contraria sint, tamen contrarii ratio quanto cum maiori similitudiue coit tanto facit faciliorem passionem. nimirum, quæ sunt omnino similia, nullatenus sese immutant, neque enim ferrũ trahit ferrum, neque magnetem magnes. Quæ contraria admodum sunt ægrè congrediuntur, tamen cum semel sunt congressa plùs mouentur, quia longius distant. Ea verò quæ contraria sunt quantum ad agendum est satis & tamen sunt similia, facilius compatiuntur. Ignis citius mouet aërem, sed plus mouet aquam. facilem commutationem, quę fit gratia similitudinis, potes sympatiã, magnam vero, quę fit gratia contrarii antipathiam appellare, quamquam est verior altera sympathiæ species, quam in membris humanis medici considerant, cum scilicet aliquid patitur ab alio, quia simile illi est, & quia illud a quo patitur, patitur ab alia causa priùs. Nam naturâ fit, vt cum res aliqua patitur, eas omnes, quæ illi sunt valde similes, & vicinæ satis, trahat ad contagionem. atque, hæc contigio verè est in rebus sympathia. vt aqua calida citius calfacit aërẽ, q̃ terrã, citius vinum, quam succum cicutæ, & ita inter alia omnia, quæcunque similiora sunt patienti, citius tanguntur illius passione. Quamquam tota causa facilioris sympathię non est in sola similitudine, sed iuuat nõ nunquã densitas: aut taritas, tenuitas aut crassitudo. Nam qnæcunque accidentia res faciunt ad patiendum cõptiores cõiũcta similitudini, addũt facilitatẽ sympathiæ, huiusmodi sunt raritas, tenuitas: vicinia, et quæcũque talia. nimirum, aër calfactus tenuiorem aquam facilius calfacit, quam crassiorem: & propinquiorem, quam remotiorem, etsi qualitatibus primis non discrepent. Non aliter in nostris etiã corporibus inuenimus sępe has passiones non sine multa admiratione. Est inter membra nostra, cum secundum naturam habent anthipatia quædam; quam natura in bonum animantis procurauit, calida nimirum demulcent frigida, frigida calidorum feruorem sedant, humida emoliunt sicciora, sicca confirmant humidiora. Ita à seipsis mutuò patientia, et sibi ipsis mutuò obsistentia, continent seipsa in mediocritate, animalibus vtili. Sed hæc anthipatia naturalis est: præter naturam ingruentes passiones modo requirimus. Membrum quodcunque aut patitur perse, aut alteri condolet, vt alter dolet caput ex intemperiè cærebri, alter ex intemperiè ventriculi: sed animaduertendum sympathiam omnem depẽdere ex aliqua idiopathia, ita vt sublata idiopathia nullum amplius malum in sympathia laboráte parte perseueret, quare si passio, quæ in membro quopiam ex alterius membri affectione incæpit, diuturnitate est talis facta, vt etiam si prior tollatur passio tamen posterior duret, nõ amplius sympathia est, sed idiopathia, quia (ita vt fit frequenter) sympathia intentione, aut diuturnitate migrauit in idiopathiam, quare vera sympathia nihil habet factum, aut quod non dependeat, sed pathos tãtum est, aut pathema. Que aliquid habet quod non dependet, tantum quoque habet permixtum idiopathiæ, tantumque difficit à sympathia vera. vt si quis ex obstructione nerui, optici non videt, quod in humore crystallino est, verè est sympathia: nullũ enim affectũ habet, sed hoc pathẽa putà nõ videre, quod sublata obstructione momento temporis tollitur. Si cui verò calfactum caput est à fuliginibus ascendẽtibus ex ventriculo: eòque dolet: interim dum tam paruus est capitis affectus, vt si semel curatus ventriculus sit nulla, præterea indigeat curatione, sympathia patitur. tamen necessario esset aliquid idiopathię. ille enim gradus caloris qui in capite est factus affectus est. sympathia vero est, quod aliũde dependet. Ergo quod non dependet est idiopathia: quod intelliigendum est (nam hoc etiam sit pulchrum diffiniri) ab alterius membri affectu: non vt quidam interpretantur etiam à causa: qui proinde in hanc sententiam incidunt, solas intemperies factas aut morbos alios factos esse idiopathias, quę sententia falsa est manifeste. nam sympathia omnis ex idiopathia aliqua fit, tamẽ sunt multi morbi eorum qui fientes à medicis appellari solent, quos nullus alius morbus antecedit, quinpotius morbi omnes quicunque proprie morbi appellantur, sunt idiopathiæ, sympathię non dicuntur morbi simpliciter, sed morbi ex consensu. nam omnis morbus est affectus: sympathia autem passio. quamquam, si placet, affectũ solũ factũ vocare idiopathiã, eum vero qui fit aduc & nõ est sympathia, protopathiã: ita vt nõ omnis ptopathia, sit idiopathia. nihil moror: sed fuerit cõtrouersia denomine, iis quę, diximus semel intellectis, nõ amplius videtur esse de requapiã illa controuersia, quæ inter Galenum & Erasistratum

tum intercedit, primo de locis patientibus: an posit lędi actio aliqua proprio illius instrumento nihil paciente. Nam Erasistratus verisimè dixit sympathiam, quam solam necesse est adesse proprio actionis, quæ lædit ur instrumento, nõ esse in illo affectum aliquem, sed vmbram morbi. Nam sympatia verà symptoma est idiopathiæ non morbus absolutè. Hæc Galenus quoque concedit, tamen loquutus est impropriè Erasistratus, qui negat pati partem in qua non est affectus, nam etsi ea pars non sit affecta, patitur, per sympathiam scilicet. Sed causas quibus aliquid laborat per sympatiam oportet vt explicemus. Gale. ca. 3. terti De locis patientibus inquit, membrum aliquod trahi in alterius sympathiã duobus modis, aut transmisso in illum quod non transmitti oportebat: aut impedito influxu quo indigebat, is est facultatis aut materiæ, vt oculi suffunduntur per sympatiã vẽtriculi ascendentibus in eos vaporibus crasiusculis: & vox intercipi potest obstructo exortu neruorum vocalium, quæ obstructio priuat inflente facultate: aut læsis musculis inter costas, quę læsio priuat guttur summum vocis materia putà eflatione. Hæc docet Gale. Sed sunt multæ sympathiæ quæ non videntur fieri transmissione rei alicuius, aut priuatione, sed potius occulta quapiam causa, aut proprietate, siue vtcunque aliter lubet appellare. Nam inflamato septo transuerso cerebrum statim delirat, laborante ore ventriculi deffi cit cor. Dices (scio) Ascendunt fuligines ab inflammatione septi transuersi ad cerebrum, quæ illud perturbant, & a uentriculo in cor, quæ illud angunt. Dicis rectè Sed considera, quãtò vicinius sit cerebro os ventris, quam diaphragma: quanto rector & latior via sit ab illo ad cerebrum, quam ab hoc: & quãto crasioribus neruis ab illo pendeat, & vt oris ventriculi nerui sint sextæ coniugationis eorum, qui ex cerebro ipso procedunt, nerui verò septi, prodeant ex collo inter tertiam & quartam vertebram. Ergo, si rationem perpendas maior fuliginum copia ascendet ex oris ventriculi inflammatione, quã ex septi transuersi, tamen illa nõ facit delirare: hæc facit, Quod si fortè dicis eleuari ex septo inflammato maiorem fuliginum copiam, quàm ex vẽtriculo, motu, & vẽtilatione assidua septi: vt exmoto sterquilionio maior fætor consurgit, quam exquieto: fiet hac ratione vt ex inflamato pulmone magis deliremus: quia habet reliqua omnia: viciniam, inquam, rectitudinem, & amplitudinem viæ, & insuper mouetur semper, plus etiam quam diaphragma. Præterea hac ratione cor etiam citius afficeret septum transuersum, quam os ventris. Nam viciniam cum corde nõ habet minorẽ, & insuper habet motum, sed videmus ex affectionibus oris ventriculi promptissimè fieri syncopas, ex affectione septi deria, ergo non trahunt hæc membra alia in sympathiam his rationibus communibus, in quibus superatur ab alliis, quæ non faciunt perinde: sed intercedit propria aliqua natura qua hæc fiũt, inter septu & cerebrũ, os vẽtriculi & cor, quã nos ignoramus. Ex hiis argumẽtis illa mihi est quãtũ arbitror ce opinio, quã etiã gal. & allii omnes vidẽtur asseruisse (ego enim enarro, nihil dico, modò saltẽ, noui) nullũ mẽbrũ trahi posse in alterius sympatiã, nisi re aliqua priuetur, aut aliquid præter naturã adsit venire patiatur. Nam quod non potest operari, vt antea, aut re aliqua caret, qua prius abundabat, aut instrumento, aut materia, aut vi, aut via, aut denique re quapiam necessaria ad actionem, aut aliunde malè afficitur à membro laborante idipathia: sed nulla re immissa non potest affici, cum ex Aristot. accæperimus verisimum illud axioma Omne agens agit quodam tactu. Ergo præter captum intellectus est aliter trahi membrum ad sympathiam. Sed id, quod influit sitne substãtia quępiam semper, an aliquãdo etiam sola qualitas Galenus disputat. 3. De locis patientibus. ca. 7. cũ suo præceptore Pelope cẽsens, alterutrum probabile: fierique posse, vt nonnunq̃ immisso humore, aut vapore crasso, sympathia fiat: vt dolet caput ex ventriculo: nonnunquam immissa vel aura solùm, vel per nudam alterationẽ solavi: vt puer, qui ex crure laborabat epilepsia, sentiebat haud obscurè auram quãdã illihinc exortam per femur, & lumbos repere ad cerebrum vsque. Iam verò ex ictu phalangii quis intelligat, deferatur ad cor substantia quæpiam venenata, an sola veneni vis? cui non sit probabile expiscículo remore in totam nauim, quam tactu aut detinet, aut saltem tardat, solam qualitatẽ quampiam incorporeã (hanc apellamus vim) transfundi? nam omnino nulla rea piscę in nauim immissa, non fier. alioqui aget piscículus sine tactu transfundi substantiam non est probabile, etsi totus piscículus in eam substantiam dissolueretur: calefactione, aut refrigeratione, aut alteratione aliqua simili non fit. quoniam neque tale quidquam sentitur, neque poterat harum qualitatum aliquâ tam insigne opus fieri, sed vt cerebrum crus modò mouet, modo sistit, modò eleuat, modo deprimit, immissa vi sine substãtia, sola alteratione incorporea, Ita censendum est, vires quasdam occultas rebus quibusdam inesse, & qualitates quasdam incorporeas per corpora permeare, quas cum ignoremus in dissoluendis problematis allucinamur, & quæ libet, vnusquisque delirat. Itaque immissione rei alicuius aut priuatione trahitur ad sympathiam membrum quodpiam. Priuatione lædi, nihil est intellectu difficile. Nam si semel intellexeris esse cuiusuis actionis instrumẽtum quoddam proprium, eique multa mẽbra subseruire: hæc prestantia vim: illa materiam: alia viam, aliud alia: certum est fore, vt quocũque horum sublato, proprium instrumẽtum actione careat, vt pote priuatum requapiam ad actionem necessaria. Sed ad eam sympathiã, quæ immissione fit rursus reuertamur. Nam cur membrum aliquod affectum reliqua afficiat, videmur iam dixisse, prodeũte scilicet ab eo noxio quodam effluuio, quo alia tanguntur: sed cur potius hæc, q̃ illa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illa afficiat, nondum diximus: cum non possit illud effluuium quasi ex precepto reliquis pręteritis incertum quoddam membrum impingere. tamen tangũtur sympathia, nonũquam quę remotius sunt, illæsis quę sunt propius vt paulò superius dictum est. Certè qualis est inter ipsos homines, cum morbis tenentur, contagio: talis est, & inter ipsa membra eiusdem corporis. Cęterum ex cõsuetudine cum ęgrotantibus hęc obseruamus fieri. Est cum decem, aut plures homines æqualem habent consuetudinem cum egrotante, & illorum vnus tangitur morbo, nouem aliis illæsis. cuius euentus nihil solemus admirari: sed duorum alterum esse dicimus, aut illũ plus aliis habuisse morbosum corpus, aut esse homini huic quandam cum ægrotante temperamentorum similitudinem, aut secundum totum corpus, aut secũdum ea membra, quæ insigniter affecta sunt, eoque prauos halitus hũc hominẽ læsisse, alios non potuisse lædere. Est aliud, quod in contagionibus fieri obseruamus. Nonnunquàm aliquis, quoniam cum ægrotante homine versatur corripitur morbo, non tamen eodem, quo alter ægrotabat, sed alio. quoniam scilicet ad alium morbum erat paratus, ad illum non erat, & halitus qui ab ægrotãte exhalant, non possunt nonesse noxii. Eodem penitus modo afficiuntur mutuò membra, & similibus ex causis: nonnunquàm mẽbro consentiente tracto ad eundẽ morbũ cũ primò læso, vt lienis frigus refrigerat hepar: nonnunquam ad diuersum, vt cerebrum delirat sine inflammatione, quia septum transuersum est inflammatum. Sympathia membri omnino fit immissa re quapiam (nam de sympathiis ex priuatione, antea diximus) causa vero quà illud effluuium, afficit potius hanc partem quàm illam, est in maiori præparatione eius membri, quod simul afficitur. hæc verò præparatio est, aut modo facta, quia scilicet factum erat illud membrum morbosum, aut est quædam similitudo naturalis, quæ inter membra intercedit, gratia cuius facilè sese trahunt ad sympathiam. hæc aliquando est manifesta, cum scilicet consistit in accidentibus manifestis, aliquando tam occulta, vt omnino nullam peculiariẽ possimus ostendere, tamen ex ratione intelligimus aliquam esse. hanc vocant nonnulli analogiam nõ inepte significantes occultam hanc similitudinem, quam solum experimentis sentimus. an vero sympatia facta sit præ dispositione, quam modo habet membrum, an præ analogia illa, ita cognosces: si membrum, modò quidem trahitur ad sympathiam, nõ tamen perpetuò solet, neque plurimùm, neq; si post primi affectus diuturnitatem, dispositionem manifestam consequitur sympathia: vt si exfrigore lienis refrigeratus est in petro venter, non hæpar: in paulo hępar non venter, constat id factũ esse quia alter erat frigidiori vẽtre, alter hepate, hic nõ est opus occulta similitudine, aut analogia. Cum hac manifesta dispositione conjũgantur propinquitas, via & rectitudo, & talia quæcũque faciunt ad faciliorem sympathiam vt in cerebro quod non eò afficitur affecto diaphragmate, quod modo magis procliue esset ad morbum, quam pulmo & cor (semper enim hoc fit haudquaq̃, raro & post longam moram) sed quod analogiam illam habet cum diaphragmate, quã analogiam in similitudine quapiã naturali consistere probabile est, quę similitudo ea sit, non scio, sed occultam dico. Talem etiam analogiam habet cor cum oreventiculi. Tali quapiam causa fieri has sympathitas, hinc rursus disces, vt antea, dicere cepimus, quod nõ insequuntur modum distantię, neque rectitudinis: quę omnia insequuntur quęcunque fiunt ex causis manifestis, & cõmunibus. Ergo omnis sympathiæ dicta est causa. Sed est quod dictis obiiciamus, sympathiæ species nonnullas quæ nulla penitus re immissa aut intercepta, videntur fieri. Cõtingit nonnunquàm hominem considerato tantum molarũ dolore in alio homine, molarũ dolore corripi: & conspecto alio qui acerba deguster, cum sensu quodam injocondo spuere: & oscitatione alterius ad oscitandũ excitari. Ergo vt inter diuersos homines sunt hæ sympathiæ nulla re immissa, ita quòque & inter diuersa corporis membra fieri verisimille est, vt pars vna aliam moueat mota, aut dolens dolere faciat, nulla re in illam immissa, aut intercepta. Scire oportet hęc omnia non alia ratione fieri quàm imaginatione. nam hic ipse cui molæ ceperunt dolere considerato alteri⁹ dolore, aut qui cępit spuere considerato acerbæ substantiæ commanducatu, aut oscitare ex oscitatione, nihil tale passus esset, si modo dolentem molis, aut diguſtantem acerba, aut oscitatẽ a tergo habuisset, quantumuis propinquum, ac nihil tale præsensisset. atque huic ipsi cui molæ dolent alium dolentem cõtemplato, sola doloris recordatiõe doluissent. Vidi ego puerum, qui quàmprimum mictus recordabatur nõ se poterat continere quin mingeret. quin nos ipsi sentimus, cum antea sine multa molestia vrinam feramus, quamprimum meiere decreuimus, vrinam acriùs instare. Hęc omnia imaginatio facit, sed qua ratione faciat videndum est: & an sola imaginatio possit efficere quampiam sympathiam. Auicena in eam dicitur incidisse opinionem, vt imaginationem humanam non tantum humana corpora mouere putaret, vt bestiarũ corpora ducuntur sua imaginatione, sed etiam insigne hoc habere, externam materiã mouere sine actione quapiam per medium: & tota elementa alterare sine instrumento corporeo, vsque adeò vt non dubitaret, posse hominis cuiuspiam imaginationem fortem, pluuiam cõgelare. Hinc quoque neque dificile erat causam redere fascinationis vocatæ: per quam cẽsset vulgus infici quosdam, solum alterius hominis maleuoli precipuè, aut inuidi intuitú & imaginatione. Itaque censuit hic autor, imaginationem esse admodum efficacem perse. Neque verò si quis fidem diuinam a disputatione excludat omnino videatur sententia hęc improbabilis. influit enim (dicunt)

a. 2 l. 2ª imaginatio quid facere.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nobis anima humana forinsecus,& est,naturæ intelligentiarum celestium quare vt illæ intelligendo (non enim dicunt aliter) mouent orbes & multiplices vires infundunt in elementa:ita nostram animā cum vehementius rapitur imaginatione quapiam forti extra materiam, nihil est improbabile vt illas operiari in externam materiam. Hinc etiam dicunt fieri insomnia,quę appellantut diuina:anima scilicet ipsa interdormiendum deposita rerum humanarum cura operante, vt supernæ illę intelligentiæ, intelligenteque,ac diuinãte, quę exsensibus non acceperat. Hec omnia nõ omnibus hominibus dicũt contingere æqualiter,sed insegnius quibusdã,quibus contingit intelligentia hac vi precipuè prædita: aut fortasse quę minus materia est obtruta, quare fortius imaginatur. Hinc nõnulli homines fiũt diuinatores,nonnulli salutiferi sola tactione,& aliá que vulgo circũferuntur ignorata causa. Vidẽtur hęc omnia esse consentanea, tamen quantum iudicio assequor falsa sunt. Nàm nobis non inest nostra anima,aliter,ac brutis sua forma,quamquam aliunde aduenit. certè illorum forma ex materia est,& tãtum forma. anima nostra non est tantũ forma, ed habet præterea propriam substantiam,quam spoliata a materia retinet, tamen interim dum viuimus sola illa & materia constamus,illa eâdẽ nutrimur, participamus pulsu, sentimus,& mouemur,illa inquàm eâdem,vsa diuersis facultatibus. Quare nõ arbitror aduenire forinsecus nobis mentẽ formatis forma quapiã priori,sed omnia nos ex rationali anima habere,vt equi habent exsua anima,& ignis exsua forma,idque non exfide tantũ dico,sed physica ratione spero statim me monstraturũ,vt alia apposuero. Ergo si anima etsi aliunde nobis aduenit,ac suę bestiis:tamen eodẽ modo nobis inest,ac suę illis:nẽpe vt forma:verisimile est eam,interim dum in materia est,vt in materia tantum operari:neque posse quidquã diuinare,quod non ex sensibus acceperit,neque remotam materiẽ alterare non alterata media, neque quiquã aliud facere extra propriũ corpus,quod substantiis ex elemẽtis concretis denegetur. Quare nonnulla eorũ,quę diximus pro contraria sentẽtia,dei dono fiunt:nonnulla dæmonis opera:nulla naturâ animæ.atqui fortasse illorũ pleraq; non tam sunt vera experimẽta:quam falsæ vulgi imaginationes:ad quas ducũtur,res conspectas ex ignorantia causarũ & admiratione siniſtre interpretãtes. vt considerantes hominẽ quempiam lęsum esse recto, & inconniuẽnte,& longo alterius intuitu,ignorãtèsque id fieri ex sympathia vnius hominis cũ alio,immissis vaporibus qui defferunt semina contagii:interpretãtur factum esse ex inuido intuitu, ac maleuolo. intelligerent verò hanc sympathiam non fieri sine immissione substantię alicuius aut venenatæ qualitatis,si considerarent nunquam hominem purum,sanùmque ita inficere,sed aut contagioso morbo infectum hominẽ aut menstrualem mulierem:nũquam ģ; fascinatione infici robustum virum,sed tenellum infantem. Quoniam verò semel in falsam illam causam fascinationẽ coniecit vulgus:morbos omnes repente increscentes,qui non sunt ex causa manifesta,ad quosque nullã sensérant propensionem, exfascinatione factos peierant,cùm tamen medici causam non ignorent,qua qui pleniores sunt, quàm solent & roburstiores & nitidiores repente grauissimis malis corripiantur. nimirũ vt Hippocrates scripsit in âpho.habitus summè boni athletarum,si in extremo fuerint,periculosi. Sed ii nęc non potest,quid possit imaginatio videndum est. Monstratum est à nobis in secũdo huius operis lib.facultatem animalem esse influentem:neque tamẽ aliam esse in cerebro facultatem,quæ in oculos influant ad videndum,aliam ab hac diuersam,quæ in linguam ad gustandum:sed eandem facultatem,putà,sentientem:quam Greci dicunt ἡγεμονικόν quę eadem est imaginatio,ratio & memoria eadẽ illustratione delatam gratia diuersitatis instrumentorum:in oculis videre, in auribus audire, in naso odorari, gustare in lingua,tangere in manibus. de quo disputatum abunde est in questione. 24. secundi. lib. quo loco aduersus Manardum monstrauimus, quę modo ex loco illo assumimus,mentem ipsam quæ in cerebro residet in singulis sensuum instrumentis operari. His itaque illinc in memoriam reuocatis,animaduertendum modo est,ipsum ἡγεμονικόν, τὸ φανταστικόμενον,quod influens in singula instrumenta in singulis operatur, vt potest in cerebro operari cum animaduersiõe aut sine illa: ita & in singulis membris posse,cùmque aduertit animum minimas quasque res sentire,& ex quibusuis causis,quæ pręter naturam incidunt dolere:cum verò non aduertit,multas res illud latêre: & quamquam doloris efficientes sint dolorem non facere. In quam sententiã dictũ est in apho ab hippoc. Qui parte quapiam corporis laborantes plurimũ doloris nõ sentiunt,iis,mens ægrotat. Hoc ergo solũ est quod potest perse facere imaginatio,vt inconsiderantia facit sepæ indolentiã,ita maginatiò facit doloręm,nõ quidem dolorem inducendo sine alia quapiam causa,neque causam dolorem facientem generando, sed reuocata anima ad cognitionẽ. Itaq; cui molæ doluerũt conspecto altero,doloris causam habebat antea,sed exiguã illam quidẽ,quę ex inconsiderantia dolorẽ non faciebat. Itaque non sine causa pręcipiunt medici ægrotantibus,ne de suo malo cogitabundi sint:sed res alias agant,intelligentes nimirum se hac ratione symptomati aduersari,putà dolori:qui incipiens quidem ab imaginatione potest sibi ipsi esse in crementi causa conuocata fluxione, quæ ipsum augeat,ita vt fluxio & dolor sese mutuo augeant,cęterũ hęc ex accidenti ab imaginatione fiunt,qua ratione neque externã materiẽ ab imaginatiõe alterari est difficile. Ex his iã arbitror intelligis imaginationẽ nullã sympathiã facere sine rei alicuius immissione. nã imaginatio sensum passionis facit,passionẽ verò nõ facit. Quod de oscitatõe & mictu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dixim⁹ alia ratione fit,nontã sympathia,quã cõsensu partiũ,& cõspiratione ad actiones. Motus noster volũtarius fit nonũquã deliberatiõe,nonũquã imaginatiõe. Imaginatio semper anteuertit deliberationem.cùm ergo musculi temporum & buccarũ flatum aliquem continent,imaginatione cùm alius ciet,mouentur illo motu,& flatũ ipsum permouent. Mictio eâdem ratione fit,& euidentior,cùm primum scilicet,imaginamur mictionem,aut multò magis si meiere deliberamus laxatur musculus constringens vesicæ collum. potissimum si parum firmus sit & inconstans vt in pueris,& eo laxato vrina acrius instat. Tamen hæ non sunt sympathiæ, sed cõsensusquidam admirandi,qui in humano corpore,non tantum inter diuersa instrumenta eiusdem facultatis,sed inter diuersas facultates inueniuntur. nimirum tam citò exctremi pedis musculi mouentur,quam facultas,quæ in cerebro residet, iusserit;facultas naturalis ventris expellit,quia facultas animalis sẽtiens in eis irritatur:facultas vitalis cordis irascitur,quia animalis vis cerebri imaginata est rationem conceptus.Iam verò cùm iudicium instat pulsus fit altus,vitali vi insurgẽte aduersus morbum,quamq̃ altitudine pulsus nihil expellitur: & huic expulsioni naturalis facultas incumbit.sed est hæc facultatum cõspiratio.cùm primum illarum vna vehementiùs mouetur,illius motum alię consequuntur:nõ quidẽ tractę ad sympathiam immissa re quapiam aut intercepta,(neque enim sympathiæ sunt, nam neque passiones,sed opera)verùm conspirantes ad quamuis actionem paulo vehementiorem.in quem vsum inquit Gale.naturam alligasse venas & arterias & neruos mutuo.Sed tamen mihi hæc alligatio ad tantam conspirationem non videtur sufficere,sed maius aliquid ex conspiratione hac significari,quod paulò ante dicere distuli. Nam alligatio venarum cum neruis,qua ratione facere potest vt irritatis neruis,in vena partes reliquæ incitentur ad motum? Isthæc alligatio facit vt vena ambabus facultatibus sit prædicta,sed secũdum partes diuersas, animales alias,alias naturales:quæ cùm omni sensu careant non video qua ratione ad eas sensus irritationis transmeet.Igitur hæc mihi significant vnicam esse animam,qua hæc omnia fiunt,nutritio, pul[illegible]s:eam verò vti diuersis potentiis, vt ego ipse meas manus moueo,& crura,atque ad alia manus moueo,ad alia crura.Vt ergo ego cum mediocri vehementia solas manus moueo, cùm vero maiori vehementia, iam nõ solas,sed cum eis crura quoque,& nonnunquam membra omnia,quãquã res solis manibus agenda sit:ita anima omnes potentias mouet,quasi ad conatus apponendos,cùm illarum aliqua mouetur vehemẽtissimè.Hæc,si diuersæ animæ forent,non tantum diuersæ facultates, non videntur posse fieri,vel saltem non tam concinne.Nam cùm vnitas membri non sufficiat ad illũ consensum,maiori aliqua vnitate est opus:ea non videtur quæ alia sit,quam animæ:nam facultatis nõ est.diuersarum enim actionum diuersas oportet esse facultates. Ad sympathias quasdam,quæ ipsis instrumentis contingunt ratione alligationis,sufficit alligatio,sed ad dictos modo consensus non videtur sufficere, si modo à diuersis animis hæc agerentur. Sunt sympathiæ illę, quædam vt ad alia non inutiles,ita ad significationem affectuum corporis vtiles, vt arterię pulsum faciunt conuulsionis,conuulsione neruorum per continuitatem transmissa in ipsas arterias.fit enim hæc quoque sympathia cõuulsione neruorũ per communiailla ligamenta communicata cùm arteriis.sed de his omnibus satis diximus. Illud vnum modo velim exoratos detractores,vt nisi prius horum omnium,quorũ nos causas dixim⁹, cõmodiores alias inuenerint, has non contemnant, hac lege, vt cum primũ probabiliores dixerint, nos quoq; eas nostris destitutis ãplectamur.

Date ergo detractores hoc,quãdo quod æquũ est do,& nihil iniquũ peto:alioqui præinuidia maledicere cõuincemini. Sed liber hic quartus iustã est nactus magnitudinem,& de morbo, causis,& symptomatis,quantũ exigebat vniuersalis tractio disputauimus:age, quandoquidẽ ita fert occasio,ad quintũ trãsgrediamur.

FINIS.

CON

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CONTROVERSIARVM MEDICARVM LIBER QVINTVS.

DVO SVNT, QVAE NOSTER HIC LIBER REFORMIDAT, SI FORTE DE manibus casurus est, & dādus cōmuni vsui studiosorum, inuidia & ruditas. Scio em̄ cū ex hiis, quę in aliorū laborib⁹ expertus sum, tū vel maximè ex iis quę mihi ipsi frequēter accidere, homines rudiores vituperare solere ꝓteruè, quę desperāt se posse cōsequi, ingeniosiores verò inuidia tētari, & ꝓinde rudiorū opiniōi malignè fauere. Cōspirāt itaq; cōtra studiosos conat⁹ inuidia & ruditas, id qđ expert⁹ ego sum multò anteà nō sin[illegible] magnis laborib⁹, abstinuissem q; ꝓinde ab his inceptis, nisi mihi ipsi sentirē multā doctrinæ accessionē ex hoc labore fieri: & iniquū putarē culpa inuidiorū ac rudiū ingeniosos ac cādidos, si qd iuuare possū destituere. Ingeniosis itaq; ac cādidis, quorū gratia laboro op⁹ hoc cōmēdo: vt rudiores homines, si quos in illud cōtumelioſè agere viderint, suę ruditatis cādidè admoneāt, & à maledictis abstinere suadeāt, meleuolos verò, nisi omnino rudes sint, ingēioſè reuinciāt. Nūq; verò hęc præstare possint, satis certo scio, nisi studio veritatis totis conatib⁹ incūbāt. est em̄ ꝓpetuo veritas vnaquaq; intre ĩuētu difficilima, & sub mille ꝓbabilib⁹ mēdaciis delitescēs. quod ipsa opinionū nō obsurdarū multitudo, quā in qua vis cōtrouersia etiā leuissima ĩuenire possis apertè declarat. vt vel hinc itelligas, q̄ laborioſū opus ego modo scribēs subeā, qui in quauis disputatiōe verā opinionē inuenire & cōfirmare instituā, quātus q; tibi labor superſit, quicūq; ingeniosus simul cū sis & cādid⁹ nostras cōtrouersias intellectur⁹ ꝓtimū, deinde à rudiū hominū ac maleuolorū iniurijs vindicatur⁹ es. neq; em̄ hęc apponet tibi ĩgeniū solū sine multo labore (mihi crede) vt neq; aliud quidq̄ pulcrū. Quo magis iā mihi videor ꝓtimescere, ne eū, cui neq; ingeniū deest, neq; cādor animi, à nostris operib⁹ labor arceat. Tñ cui veritas est cordi, nihil est ad ipsam cōparandā graue: quāq̄ alioqui ea nō sine multo labore inueniri possit: cui cordi ea nō est, illū, neq; hos libros habere velim nulla em̄ ratiōe veri⁹ labores nostros putauerī pisse, q̄ si in blibiothecis ornat⁹ gratia (vt flādriæ imagines solēt) reponāt. Itaq; hoc á nobis intelligat vellim, quicūq; est veritatis studiosus se sine multo labore q̄ minimū posse ꝓficere in hac doctrina: atq; vt melius dicā, & in alia quacūq;. Tñ cū null⁹ in hunc vsq; diē, aut tā distinctè quidq̄, aut tā eruditè docuerit vt in carpēdo ex libris fructu mult⁹ labor studiosos nō maēat, noster hic liber fortasse nō in postremis sublēabit studiosorū labores: eritq; ex eo labor (in fallor ego) ꝓ fruct⁹ āplitudine nō improb⁹. Tāto em̄ lectoribus ad adiscendā in quauis cōtrouersia verisimā opinionē. (hic em̄ nobis ꝓ posit⁹ finis in hoc opere est) minor labor restat, quāto nos exercemur modò maiori, laboram⁹ em̄ non nobis solū, sed & illis, quib⁹ licebit soli huic libro incūbere: cū nos ex aliis omnib⁹, saltē ex ꝓbatissimis quidquid adueritatis ĩuētionē, aut cōfirmationē videtur cōducere, colligam⁹. Cōtrouersias vero tractam⁹ (ne quidq̄ desideretur) nō vniuersales tātū, quibus tota veritas doctrinę cōtinet: sed peculiares quoq; omnes, quas ad studiosorū exercitationē intelligo esse necessarias: quod in aliis tractationib⁹ ante fęci, & in sequētib⁹ facturus sum, atq; in pathologica, quā modo tracto facere incipio. cū em̄ ꝓxim⁹ liber qui totius operis fuit quartus sex capitib⁹ essentiā, & differētias, & causas morborū & symptomatū cōtinuerit, in hoc de distinguēdis quibusdā symptomatis, & causis & morbis agem⁹, nec tñ est qꝝ speres fore, vt singulis sympt. & morbis capita ꝓpria dē, neq; em̄ de omnib⁹ sunt cōtrouersię, & foret ita immēsū op⁹ & invtile. habebūt tñ ꝓpria capita, quęcūq; in cōtrouersia maximè sunt. de aliorū nōnullis quedā dicēt obiter, in his ipsis capitib⁹: ita vt nihil si fieri potest, qđ vtile sit, & nostri instituti, prętermittatur. Quādoquidē verò duo sympt. gña actionē lęsā, & qualitatē mutatā aliquāto magis distinxim⁹ & multo min⁹ tertiū gen⁹, qđ in euacuatiōib⁹ cōtinet, declarauim⁹: cōsentaneū fuerit ab euacuatiōib⁹ librum hūc exordiri, & ĩ illis, symptomaticas vocatas, à naturalib⁹ distīguere: deq; sudore, & vōitu omniū primò.

¶ Controuersia prima De vomitu, an sit euacuatio naturalis.

GAlenus lib. 5. Metho. ca. 11. docere videtur euacuationem esse præter naturam, quandoquidē ita scripsit. Hinc etiam fit qꝝ venter vtrinque expurgari possit, sursū per vomitū, deorsum secūdum naturam. Quasi euacuatio, quæ per vomitum fit, non sit secundum naturam. Litera Græca habet· ἄνω μὲν διὰ τῶν ἐμέτων, κάτω δὲ ὡς ἂν ἡ φύσις· Rursus capite nono lib 11. inquit. Quod si in ós ventriculi aliquādo sua sponte impetū faciāt etiā per vomitiones: aliter verò nō expedit ea prętēr naturā irritare. In his duobus locis Galenus apertè videtur dicere vomitū esse euacuationē prętēr naturā. Quib⁹ multi hāc addunt rationē. Multi homines citra vomitū trāsigūt vitam: id quod neui quā possent, saltē citra insignē noxā, si euacuatio naturalis esset. igitur est prętēr naturā. Prętērea Galenus vlti. cap. li. de differentia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rentia sympt. ita inquit: aliqua enim quãuis toto genere prẽter naturã sint, veluti sanguinis per nares profusio, vel vomitus, vel sanguinis deiectio (& paucis interpositis) sanguinis namque profusiones, & vomitiones tõto genere prẽter naturã esse dixerit quispiã. Hec videtur hanc opinionẽ probare. lib. 3. De causis sympt. ca. 4. ita scriptũ est: Ac vẽterquidẽ, cùm pronaturę lege se habet, tahit quidẽ ad se superne per sthomacũ: deorsum verò excernit. Ex quibus verbis videtur conficiv omitũ esse evacuationem, prẽter naturã. Nihilominus contraria opinio est etiã valde prouabilis: cui⁹ hæc sunt argumenta. Evacuatio naturalis est, quę per cõuenientẽ regionem fit: sed inter conuenientes regiones Gale. in cõ. 21. primę sect. cõmemorat intestina, ventrẽ, & vesicã, intestina scilicet ad deiectiones, vẽtrẽ ad vomitũ. Prẽterea dicente Galeno. 1. ca. 6. lib. De placitis. Ille motus secũdũ naturã est, qui quasi finis ànatura est institutus, & cui àb eadem instrumenta sunt prẽparata. ed. 4. De usu part. vẽtriculo dedit natura duas tunicas, & duplices villos internã exlongis constantẽ ad trahendũ, externam ad expellẽdum ex transuersis. ergo expulsio, quę ex ventriculo fit per œsophagũ naturalis est, quippe cui prẽparata sunt instrumenta ànatura, scilicet, villi illi transuersi. duplicẽ enim hunc usum esse œsophagi, vorare & vomere, docet Gale. clarius. 5. De locis patientibus. ca. 4. Argumentis contrariẽ opinionis ita videtur respondendum. Galenũ. 5. lib. et. 11. Meth. ita appellationibus esse vsum, vt quod cõsuetũ est, & semper fere fit secundũ naturam fieri diceret, non consuetũ prẽter naturam, quasi prẽter naturalem consuetudinem diceret: neque tamem concedendũ est omnem naturalem, euacuationẽ esse ad vitam necessariã: nam & sine menstruis purgationibus multę mulieres sanę degunt: sed satis esse quo naturalis esse possit, vt plerisque sæpe cum multo cõmodo eueniat. Loca vltimi ca. de differ. sympt. ita explico. Vomitũ sanguinis esse toto genere prẽter naturam, non vomitum absolutè. id quod dictũ est à Galeno. 3. De caus. sympt. his verbis: Aliẽ sunt quæ ex corporis affectibus oriũtur, cum scilicet alicui per nares sanguis spõte profluit, aut cum aliquis sanguinẽ, aut vomit, aut extusit, aut excreat, aut deorsum deiicit, aut mingit. atque hęc quidem toto genere prẽter naturam sunt. Hic locus priorem declarat. quod adductum [illegible] ite. 3. de caus. sympt. nihil probat. non enim, si deiectio per inferiora est naturalis, statim quę per superiora fit, est prẽter naturã. Qui asserunt vomitũ esse naturalẽ ita respõdent argumẽtis. Habent etiam qui contrariẽ opinionis sunt, quod respondeant iis, quæ pro hac sententia adducebantur. nam negabunt omnem evacuationẽ, quæ per conuenientẽ regionem fit naturalẽ esse. nam fluxus sanguinis narium ex eodem com. 1. sect. âpho. per conuenientẽ regionẽ fit tamẽ dicitur euacuatio prẽter naturam. 3. De causis sympt. Villos transuersos œsophagi ad expellendũ dicent prẽparatos, sed ad expellendũ deorsum, ventriculũ versus, si quid in ipsa gula hæret, non ad vomẽdum. Quare, neque qui dicunt naturalem esse evacuationẽ, neque qui negant mihi videntur euidenti aliqua ratione posse cõuinci. Tamen Galenum sensisse naturalem esse constat libello De sectis ad eos qui introducũtur ca. 18. Sudoris aũt vrinæ quidquid per aluum, aut per vomitum ruit, genus quidem, non prẽter naturã est: multitudo tamen nonunquam.

¶Caput secundum. De sudore An sit evacuatio naturalis.

REfert Gale. 1. Apho. com. 15. & lib. De differẽtia symptom. ca. vlt. Diocles sensisse sudorem evacuationem esse toto genere prẽter naturam, persuassum hac ratione. Sudor fit ex naturalis caloris debilitate. si quidem cum calor fortis est per occultam expirationem erumpit sudoris materies. ergo prẽter naturam est toto genere. Adde tunc temporis minimè sudorem fieri, cùm naturales facultates optimè habent. vt in hyeme: tunc fieri, cùm quod ad tẽpora attinet, calor est valde languid⁹, putà inæstate. Quare videtur ex malo fieri semper, esse que symptoma. de hac sententia ita censuit Gale. loco citato ex libro. De sympt. differẽtia. Videtur dura esse opinio, & prẽter rerum euidentiam: tametsi eam maxime probabiliter confirmet. Quam tamẽ etsi falsam censuit Gale. non refutauit Argumẽtis: id quod nostra videtur interesse modo addere, quod iam facimus. Materia sudoris secundũ naturam colligitur, nec nõ in animali, etiam quammaxime secundũ naturã constituto: & via, per quã sudor fit, à natura, quasi prævidente evacuationis indigentiam, est illi destinata. igitur naturalis est hæc evacuatio. Monstratum à nobis est in. 3. huius operis libro sudoris, & vrinę eandem omnino esse materiam, hãc que esse serũ & epotũ humorem. serũ verò exprimo de tuend. valet. in numero eorũ excremẽtorũ est, quæ secundũ naturã colliguntur, etiam in homine optime sano. iam verò quod quidẽ poros cutis ad expurgationẽ corporis natura cõformauerit, ambigit nullus: quodque id natura procurauerit, vt sudor per hos fieret, intelliges, nisi oscitãter præteras, quę à Gale, scripta sunt. 2. de tẽper. ca. 5. vbi docens causã generatiõis pororũ obiter docet vsũ, dicẽs. Quippe p omnẽ cutẽ difflatur sẽper aliquid àcalido, quod secũ etiã ĩterim huõris nõ parũ aufert. Igitur vt natura in duas partes destribuit potionẽ, maiorẽ copiã in renes, qua vsa est ad deductionẽ chyli in hepar: aliã abhepate in reliquas venas ad deductionẽ in totũ corp⁹: ita duplicẽ expurgatiõis modũ sero pparauit, mictũ, & sudorẽ. Sed accedit alia ratio nõ

inferio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inferior:fieri posse sudorẽ omnino sine morbo aliquo totius corporis,aut partis cui⁹ piã.nã omnino si ne corporis, aut ruptura,corrosiõe,aut anastomosi venarũ,ex mediocri exercitatione fit sudor:igitur nõ est symp. mõstrauim⁹enim aduersus sophistas in superori.li.symptomata oia nasci ex morbis.Itaq; sudor est euacuatio naturalis genere.Neq; enim si quãdo ex imbecillitate caloris fit,nõ potẽtis discute re per halitũ qui nõ sentiatur,præ ĩbecilitate facultatis retinẽtis,corpore dissoluto: id efficit esse simp tomaticã genere.nã & fluxus vẽtris, & mictio,sunt nõnunq; sympt. quæ tñ euacuationis secundũ natu rã sunt genere. Quòd si in hyeme minus sudamus,nõ id fit ex caloris copia:sed ex ambiẽtis frigore,qđ efluxus,qui pcutẽ fiũt cohibet:eoq; augetur per hyemem vrinę copia cessante euacuatione altera ea rum,quæ sero euacuãdo destinatæ sunt. Quod si neq; perpetuò animalibus accidit neq; ex certis inter uallis,ne id quidẽ necessariũ est, vt euacuatio aliqua secũdũ naturã sit genere nã neq; vomitus ita fit, quẽ ꝓxima quæstione dixim⁹ naturale esse.Nimirũ sunt quędã euacuatiões naturales,quæ nõ semper fiũt,sed tunc tandẽ cũ earũ necessitas incidit,cuiusmodi sunt mucorũ euacuatio per nasum, & ceræ p aures, & excreatio de pulmone,quę euacuatiões naturales sunt:tñ cõtingit earũ,aliquo tẽpore,animã ti nullũ esse vsum. ꝓuida sane natura nõ ea tantũ animãtibus dedit, quibus nũquã carere possent:sed ea etiã quorũ aliquãdo possent indigere, vt suæ vires illis,& sua instrumẽta satis forẽt ad tuendã valetu dinẽ.Est qui multo tẽpore nasum nõ emũgat.tñ vt Gale.libello De instrumẽto odorat⁹ inquit,nisi ho mini essent nasi emuctoria apoplecticis morbis corripi sępe periclitaret. ita est qui multo tẽpore non sudet,cui.s. mictus est satis vacuãdo sero.Sed nisi pcutis poros posset exudare ichor,fieret sępe sanguis ichore abũdans.neq; emꝫ totũ serũ, quantũuis caloremꝫ vigere finguas, cõmodiũ est ad exhalãdũ. Sunta pud Ga.lib.1. Detuẽda valet.ca.17.quædã verba,quæ significare vidẽtur,sudorẽ esse euacuationẽ non naturalẽ.loquens emꝫ de euacuatione quę non sentitur,& sudore ita scripsit. Ergo tennuissimum hoc excrementũ facilè sanè eiicitur, partim in specie halitus ab insito calore solutũ: partim violẽto motu cõfertim errũpens.appellãt vero quod ita excernitur sudorẽ: tñ nõ eo dictũ intelligas, su motu violẽto,ꝙ nõ fiat naturali:sed ꝙ à motu vehemẽtiori.hoc emꝫ significat τὸ βίαιον, qua dictione illic est vsus,nã quod pærter naturã est,dicũt παρὰ φύσιν. Galenũ sensisse hunc motum, putà sudorem naturalẽ esse,intelliges,cũ ex loco citato,quo durã apellauit Dioclis sententiã:tum etiã apertissimé ex loco,quo in proxima quæstione monstrauimus,vomitũ quoq; esse naturalẽ.erat verò is ex .18. ca. li belli De sectis ad eos,qui introducũtur:quo ita erat scriptum ἱδρῶτα δὲ, ἢ οὖρα, ἢ ὅσα κατὰ γαστέρα, ἢ ἐμέτους δρμὰς, τὰ μὲν γένος οὐ παρὰ φύσιν. quare de his hactenus.

¶Cap.tertium De euacuationibus symptomaticis appellatis An possint aliquando vtiles esse.

QVi ante nos medicas cõtrouersias aggressi sunt dirimere,in dubiũ vertũt,possintne euacuationes, quas symptomaticas dicũt, vtiles esse ægrotãti,an perpetuò noxię sint.tñ neq; in hac quęstiõe, vt neq; in alia quapiã,quidquã docẽt distinctè:finiũt emꝫ symhtomaticas euacuatiões solo tẽpore, morbi,quo fiũt:per symptoma euacuari dicẽtes,quæ in principio morbi exeũt.quę videtur Ga.multis in locis apertè vt noxia,vitupetasse.nã toti⁹ operis De crisib⁹ars in cognocẽda morbi cõstitutiõe est,& prænoscẽdo statu.quoniã criticæ siue iudiciales euacuationes ante statũ nõ fiũt,sed symptomata sunt quęq; morbũ nõ soluũt.de quib⁹ ab Hippo.dictũ est libello.2.de morbis.pop.Decretoria,quę nõ de cernũt:aut iudicãt lethaliter,aut difficilia sunt.4.parti.apho.cõm.22.Ga.differẽs de his,quæ morbis in cipiẽtib⁹ euacuãtur inquit. Quo enim in tẽpore à causis morbũ faciẽtib⁹ natura grauatur,adest aũt cru ditas humorũ;tũc aliquid benè euacuari nõ potest.Paulo infra.Si verò aliter excernat sine signis con coctionis exitiale est symptoma.Vides vt Ga. nulla ratione videatur sentire euacuationẽ talẽ vtilẽ esse posse.Tamẽ cõtra est:ꝙ nihil videt ꝓhibere,pituitã in principio pituitosi morbi, aut bilẽ in principio bilioſi euomi,aut deiici per sedẽ,vel aliter vtcũq; euacuari:quo casu cõstat futurũ vt subleuet natura,si quidẽ ꝓprię causę morbi euacuata portio est. Adde esse cũ autores præcipiãt, crudo adhuc morbo ex purgationẽ aggredi. Igitur,si quo tẽpore ex arte medicus aluũ debet irritare,illa emittit spõte,necessa rio ꝓdederit euacuatio.vt fiqs fingat turgẽtẽ esse materiã in prĩcipio,atq; hãc cũ medic⁹ iãiã pararet po tionẽ,subito in in testina decubisse:aperte est verũ, vtilẽ fore hãc euacuationẽ:sin min⁹ rẽ noxiã medi cus moliebatur.hęc oĩa prętereũt in distĩtè atq; ꝓsingulis argumẽtis addũt singulas particulas finitioni b⁹,tã sunt amethodi,& in diffiniẽdo,&in diuidiẽdo.Istę euacuatiões, dicũt,etsi fierẽt in principio,fie rẽt tñ percõueniẽtes regiões,Qua si vero nõ põsit fieri euacuatio symptomatica ꝓ cõueniẽtẽ regionẽ: ac quasi nõ esset ipsi de symptomatica ratiõe tẽporis exorsi sermonẽ.Sed his iussis facessere,ne nos se cũ cogãt delirare,rẽ distĩguam⁹.Euacuationẽ symptomaticã dicere possim⁹, vel vt cõtraria est naturali, vt si qs roger,sit ne flux⁹ sanguinis denarib⁹ naturalis an symptomatic⁹?vel alter vt cõtraria est critice,vt Ga.eã q̃ cõcoctiõi succedit locis citatis criticã dicit,q̃ verõ ante cõcoctionẽ fit symptomaticã. Verũ sũt hi duo modi euacuatiõis nõ naturalis.nõ emꝫ euacuatio ꝓter naturã est vnico modo,sed plurib⁹,quosiã

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

distinguam. Libello De sectis adeos qui introducuntur. ca. 18. duorum modorum meminit euacuationis præter naturam: aliam dicens esse toto genere præter naturam, vt fluxũ sanguinis denaribus: aliam non toto genere, sed multitudine, vt siquis, aut per vomitum aut infra deiiciat immodicè. Sed Galenus quia ad loci illius instituum parum pertinet omnes referre, alios modos euacationis præter naturam, omisit: quos ego ex aliis locis addam. Sunt verò hi modi, in qualitate eorum quæ euacuantur, & in tempore euacuationis. de hoc secñdo iam sumus loquuti. Priorem docuit hippoc. sententia illa. 1. apho. Si qualia oportet expurgari, expurgẽtur vtile est & leuiter ferunt: cõtraria vero difficulter. Ambo modos cõplexus est, eum inquã, qui in quãtitate, & eum qui in qualitate est, Sẽtentia. 23. quæ ita habet. deiectiones nõ multitudiue sunt æstimãdæ, sed si talia deiiciãtur, qualia deiici debent. Vis rem apertè intelligere, finge quatuor ęgotãtes: sint duo in biliosi morbi inclinatione, deiiciat hic per sedẽ bilem immodicè usq; ad immodicã inq̃, virium exolutionem: alter deiiciat pituitã synceram, sed non in maiori quantitate, quàm consuetum hominibus quotidie est faces reddere. Sit alius in melancholici morbi principio, hic redat per aluum inquãtitate hominibus consueta synceram et atrambilem, alter in synochi inclinatione reiiciat sanguinem per nares. hii omnes præter naturã siue symptomatice, vt allii loquunt, euacuantur, tamen diuersa ratione, quantitate primus, qualitate secundus, rertius tẽpore, quartus regione, per quam euacuatio fit. nam vt vndequaque naturalis euacuatio sit, his omnibus est opus: vt talia deiiciãtur qualia debent, modicè, per præuisam naturæ regionem, & post cõcoctionis signa. quodcunque horum desit, euariat aliquid euacuatio à naturali. sed neque naturalem quis dicat aut criticam perinde est: nam criticã nihil prohibet, modo in cæteris naturalis sit, esse genere præter naturam: multos enim iudicat fluxus sanguinis denaribus. Igitur ommittamus modo euacuationẽ præter naturam genere, quodoquidem critica potest esse, aut symptomatica & proinde prodesse aliquando, & aliquando obesse. De reliquis disseramus. Constat euacuationẽ symptomaticam qualitate perpetuò nocere: talemque euacuationem, debere cohiberi perputuò. nã nõ euacuari talia qualia oportet, sed hęc interius relinqui, & quæ oportet retineri euacuari: præterea euacuari nimium (plus inquã q̃ pro indigẽtia) cõstat, hæc, vel exipsis difinitionibus, esse noxia. Sola supersest euacuatio symptomatica ratiõe tẽporis, inqua scilicet: nihil præter naturã est, præter quã q̃ ante cõcoctionis tẽpus fit: quæ nõ video, cur nõ possit esse vtilis. Nam per hãc euacuationẽ minuitur materiei morbi copia. At dicũt: quãquám minuitur morbi causa, tamẽ nihil ꝓficit ægrotãs: quia multò plus lãguescit facultas euacuatione, quæ nõ ex vehementia facultatis expellẽtis, sed ex lãguore nõ potẽtis retinere fit, Vidẽtur hi ꝓbabilia dicere, sed nondũ rem attingũt. Nã nõ nego fieri posse, vt maior virtutis exolutio fiat, quã ꝓ modo euacuationis. id quod cõtingit, quãdo præter humoris copiã, est etiã facultas valde lãguida: quo casu cõstat euacuationẽ hanc nocere. atqui eos, qui in hac cõditione sunt cõstituti, nõ puto posse malũ efugere. Cæterũ quãquàm hoc accidere possit: non tamẽ ꝓinde pęrpetuũ est, sed potest contrariũ accidere: quinpotius magna ex parte cõtingit, vt ex talibus euacuatiõibus, cùm ipsas morbũ faciẽtis humoris esse cõtigerit, ad reliquũ detur nõnihil melioris spei: quo tẽpore putaueri nõ tã ex debilitate virtutis, quàm humoris copia natas fuisse symptomaticas euacuationes. Est ꝓpriũ distinctionis signũ earũ euacuationũ, quæ prosſunt, & earũ quæ nocẽt, illarũ patiẽtia, aut contrariũ. itaq; quæcũq; exire video sua qualitate atteſtãtia naturę humoris ex quo malũ est, cũ bona tollerãtia quã in pulsu potissimũ contẽplor, hæc ꝓdire patior: cõtraria cohibeo. Sed si ita habet, cur Hippo. & Gale. toties euacuatiões ante cõcoctionẽ nulla excepta vituperauerũt? An quoniã etsi aliquę prosint: omnes tñ sunt prauę affectionis signa, tãtę scilicet humoris copię, vt illã nõ possit natura ad iudicialẽ expulsionem reseruare, sed à suo ordine interturbetur. Itaq; omnes aut vtroque modo malę sunt euacuatões, ut causę & vt signa, aut saltẽ vt signa. nihil potest exactius dici, est enim hæc diuisio boni, aut mali in signa & causas vsurpatissima à Galeno, quã tamẽ nõnulli barbarorũ non intelligẽtes conãtur euertere: argumẽtanturque, fieri nõ posse, vt quæ bona causa est, sit malũ signũ: quoniã, dicũt, Omnia ita significant qualia sunt, igtur bona benè mala male. Antiquus est mos antiquorũ verba cortice tenus intelligẽtib⁹, ea vsurpare: & ad multa præter rẽ vti⁹res intelligi vt sunt, dixit Philo. addũt illi, vt intelligunt̃ significãt,, vnde vt sunt significãt. sed cõcedam⁹ hæc omnia, modò intt̃lligant, rebus inesse perse intelligi quales sunt, & significare vt sunt, cõtrariũ tamẽ ex accidenti accidere: nimirum, euacuatio, qua in morbi prĩcipio minuitur humor noxius citra insignẽ facultatis exsolutionẽ, perse significat, iam hinc futurũ, vt reliquũ possit meli⁹ natura superare: tamẽ ex accidẽti significat, morbũ soluendũ nõ facilè vt pote ex multa copia pendentẽ. qa sinõ pẽderet ex multa, nõ attẽtasset natura intẽpestiuã euacuationẽ. Frustra ꝓfecto notaret. Gale in cõm. 46. 4. apor. rigorẽ incidẽtem debili iam ęgro, & febre non difficiente malũ esse vtroque modo, & vt causam, & vt signũ: si nihil posset esse malũ alterutro modo solùm. Sed. Gale. 1. Apho. com 22. dicit euacuationes omnes quæ ante cõcoctione fiũt esse symptomata præter naturã, nõ vi naturę excerni: & libro De differ. sympt. ca. vlt. ita scripsit loquẽs de euacuationibus, nullũ eorũ quæ vtilitatis gratia fiũt huius generis symptomatũ est. Ergo euacuationes symptomatię nõ fiũt ad commodũ animalis. Tamen respondendum censeo, euacuotiones eas non fieri,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ἐπ' ὠφελείᾳ idest cauſa vtilitatis. nō enim natura expellit vt expellat noxiū humorē, vt cū coctus iam eſt, ſed quia nō poteſt retinere, tñ recidere in animātis cōmodū nōnunq̄, etſi nō intendat in illud natura. hac de cauſa nō dicūt tales euacuationes, factæ vtilitatis gratia, etſi aliquādo vtiles ſint. Sed argumētaueris fortaſſe rurſus hac ratione. Euacuationes hę ſunt præter naturā: ſi quidē ſunt ſymptomata: ergo indicāt ſe debere remoueri debētq; proinde, quoad fieri poteſt: à medico cohiberi. ſunt ergo noxię: nā ſi ꝓ deſſent, nō cohiberi debērēt. Quare videtur fieri nō poſſe, vt quidq̄ præter naturā fit, & vt ꝓfit. Tamē hæc argumētatio nihil eficit. non em̄ ſi quid præter naturā eſt tollendū eſt ſtatim. Nā quāq̄ perſe, vt præter naturā, indicet remotionē, nō tñ pro quacūq; indicatiōe quæ occurrit eſt operādū: nimirū poteſt eſſe alia præſtātior, quæ cōtrariū ſuadeat, ſumpta ex cōmodo aliquo, quod præſtat res illa alioqui præter natura. Sed fortaſſe res indiget exēplis. Si quis cōuulſione, quæ ex repletione fit, laborans, aut paralyſi, febre corriperetur: nō dubiū, quin ſeruāda febris, fouēdaq; medico foret cū quā minimo fieri poſſet periculo ad humoris conſumptionem. Sed quoniā ſatis iam videmur antiquorum mentem attigiſſe: de his hactenus.

¶Caput quartum, Vtrum in puris generatio ſit putrefactio, an concoctio.

OCcurrunt frequēter in humano corpore duæ hæ alterationes cōcoctio, & putrefactio. Quarum illa opꝰ naturę ꝓprię eſt: hęc ſyptama potiꝰ aut obſtructionis, aut caloris pręter naturā. accidit illud alimētis, hoc recremētis. Eſt verò actio quędā: quæ nō ſatis cōſtat, ſitne cōcoctio, an putrefactio, an neutrū, quā nos cōſequētia ipſa ſermonis cogit modo diſtinguere. Quādoquidē ſyptomata ab operibꝰ cœpit hęc tractatio ſeparare. Nā de generatiōe puris, qđ fit in inflāmatis particulis, & eius quod in vrina cōtinetur, quod in morbis ad diſtinctionē temporū à nobis ſpectatur, cuius generis faciētis materię cōcoctio eſt, diuerſę inter medicinę ſcriptores ſentētię obortę ſūt: aliis dicētibꝰ actiones has putrefactiōes eſſe, aliis cōcoctōes: & vtriſq; ſatis multa Galeni loca atq; hippo. & argumēta ꝓ babilia ad ſuę opinionis cōfirmationē adducētibꝰ: quæ vtraq; cōiūgētes allii inter barbaros autores nō cōtēnendi, ſanguinē cùm in pus tranſit & morbi materiā, cū ea actione elaboratur, qua morbꝰ ad ſtatū ꝓducitur, utrūq; pati & cōcoctionē. ſ. & putrefactionē, dicūt: neq; quicq̄ eſſe incōmodi hos motus ſimul fieri: neq; em̄ eos cōtrarios verè eſſe, ſed quodāmodo oppoſitos. Itaq; nō negāt materiā morbi, etiā ſi magis cocta ſit in ſtatu, q̄ in principio, eſſe tñ ſimul magis putrē. Qui putrefactionē eſſe cōtendunt, teſtē citāt Ga. qui. 4. li. Metho. ca. 5. refert hęc hippo. verba ex li. De vlcer: Sin caro aliqua telo tū cōtuſa, tū cęſa ſit, huic ita medendū eſt, vt q̄ celerrimè ſuppuret: nā & minus phlegmone tētabit, & neceſſe eſt carnes, quæ cōtuſſę, cęſęq; ſunt putrefactas et in pus verſas liquari: poſtea nouā carnē naſci. Gal. ita ait. Indicat em̄ hoc ſermone (ſubaudi, hippo) māifeſtè eos vlceratarū partiū affectꝰ nō eſſe ſiccādos, in quibus gigni q̄ celerrimè pus cupimꝰ, vtiq; ꝙ cùm aliqua putredine pus fiat obiter docēs. Quibus verbis Ga. apponit hāc rationē. Omnia quæ putreſiūt ex calido & humido ſic afficiūtur. ſuppurātia, ꝓinde talia ſunt, nēpe calida & humida. exēplo eſt cataplaſma ex hordi farina. Eādē doctrinā ſcripſit. l. 5. Deſim. ca. de pus mouētibꝰ. Ergo oīs ſuppuratio eſt putrefactio. Eadē ratio eſt de materię morbi cōcoctiōe. nā Ga. 1. De diff. feb. ca. 6. eādē vtriuſq; cēſens eſſe rationē inquit. Superāte quidē (mitto priora) ſicut in inflāmationibus & tuberculorū tumoribꝰ omnibus pus: in humoribꝰ aūt, qui in venis, & arteriis cōtinent quoddā quod puri ꝓportione reſpōdet ſubſidēs in vrinis. Præterea, & ab accidētibus, quę pus cōſequūtur cognocitur eius generationē putrefactionē eſſe. Nā dicēte hippo. Pus optimū eſt albū, lęue, & ęquale, & q̄ minime fœtidū. 1. Prog. cap. vl. fœtet tñ nihilominus aliquātulū, etiā optimū pus. fœtor vero ꝓpriū eſt putrefactionis ſymptoma. Sed à cauſa efficiēti illud videmur poſſe argumentari. Nā ex Ga. in com. eiuſdē ſententię, calor naturalis eſt qui coquit: calor pręter naturā putrefacit. ſed nō poteſt calor ſecūdū naturā eſſe in particula, vt ipſa inflāmata ſit, & ad ſuppurationē ꝓmutet: neq; in febre cuiꝰ cōcoctionē expectamꝰ ex eo qđ in vrina cōtinet. vidēt ergo ex his omnibꝰ hmōi actiones putrefatiōes quedā eſſe. Sed cōtrá eſt, qđ Ga. 2. De ratiō evict. in acut. cō. 44. bilioſorū inquit excremētorū hippo. cōcoctionē appellat, (paucis interpoſitis), Coquit pus in phlegmone, etiā ſi nulla illius pars ꝓſtare poſſit alimētū. Pręterea vbiq; Ga. eādem eſſe putat rationē generatiōis puris et ſediméti. Nā ita in vl. com. 1. Prognoſ. & 3. De pręſaga. ex pulſibꝰ. ca. 6. Quod in partibꝰ inflāmatis pus eſt, in ipſis vaſis eſt ſedimentū vrinę. Quod verò ſedimētū, cōcoctionē quę agitur in venis referat, tā eſt apud oēs autores celebrātū, ut nō opus ſit loca notare. Quare videt ſuppuratio cōcoctio eſſe. Pręterea cō. 29. ap. ſecūdę ſect. dictū eſt: morbū in his q ſeruari debēt in principio eſſe multò deteriorē. id quod interꝓtant oēs, ratione materię, humoris inquā ex quo pēdet, qm̄ ſcilicet hic maligior eſt in principio, ꝓcedēte tēpore, ſi morbus eſt ſaluber corrigit, vnde ſequitur, et coqui. nā ſi putreſceret deterior fieret, tm̄ abeſt vt emēdaret. His ratiōibꝰ cōtrarię opiniōes cōſtitutę ſunt. Qui cōcoctionē eā actionē eſſe dicūt, quō his quę a cōtraria opiniōe adducūt ſatis faciāt, duplex eſſe dicūt cōcoctiōis genꝰ, ꝓfectæ, et īꝓfectæ, et hāc cōcoctionē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

esse secũdo de ratiõe victus loco citato. Nos verò ex his omnibus verã & genuinã Gal. sentẽtiã colligẽtes, nõ quidẽ esse duos motus cẽsemus, neq; alterius illorũ syncerã habere naturã, sed mediũ quẽdã esse motũ vnicũ quidẽ illũ, sed vtriusq; extremorñ participẽ. Hoc docet Gale. expresse in cõmentario illius progn. Iã sæpe citati dicens, Cum igitur natiuus calor propria temperie plurimum excescerit, vt in corpore inanimi, putrescit sanguis, si verò vim seruet quandam: permixta quædam commutatio ab ipso ex causa per naturã & ea quę est præter naturã efficitur. Eẽdẽ sentẽtiã scripsit secũda sect. apho. 47. apponẽs rationẽ ex accidẽtibus desumptã, & ex causis ex quibus fiũt, sic dicẽs. Pus ex sanguine ortum habet, qui semimalã, vt quispiã dixerit, accipit cõmutationẽ. Nam mala simpliciter cũ putrefactione fit olida, sicuti simpliciter bona est ipsa nutritio particularũ animalis: at quæ pus gẽnerat, mediũ inter has obtinet locũ, neq; à solo calore extra naturã, neq; à solo secũdũ naturã facta: mixtũ em quod ammodo est calor inflãmationis ex vtrisq;. Quo loco apertè docet motũ esse mediũ, argumẽto accidẽtium puris, quę mediã naturã habẽt, nã neq; plurimũ fætet vt putrida, neq; omnino bonè olet, vt quæ cocta sunt. Alterũ etiam est argumẽtũ ab efficiẽti causa, calore scilicet inflãmationis: nõ em quod plęriq; barbarorũ putarũt: in eadẽ particula duplex est calor, alter naturalis, alter præter naturã, qui cõtrarii sint, nã cùm qualitates sint eiusdẽ denominationis, neq; diuersę specie videntur esse posse, nedũ cõtrarię, quare neq; in eadẽ substãtia coire possunt, quin eãdẽ cõstituãt qualitatẽ: sed est calor mixtus ex vtroq;. Nã calor cũ mediocritatẽ seruat, naturalis est, cũ à mediocritate recedit, si nondũ omnino temperamẽtum subuertitur, hic idẽ est & naturalis partim & pręter naturã partim. Quare nõ duas actiões facit, sed vnã vtriusq; participẽ. Nã præter hæc quis intelligat cõtrariis motibus simul eandẽ rem moueri: aut qua ratiõe cõcoctio putrefactionẽ cohibet, quod à Galeno dictũ est in Arte medicinali? Sup est igitur sola ea probabilis ratio & omnibus, Gal. Hippocratisq; sentẽtiis de hac re cõsona, quę vnicũ motũ esse eumq; mediũ asserit, quæ proinde nũc cõcoctio, nunc putrefactio ab autoribus appellatur. Dum quãq; cõcesserim materiã morbi à principio vsq; ad statũ coqui aliquo modo, atque etiã putrescere, verũ id non duobus motibus, sed vnico medio: Sed est quòd aliquis argumẽtetur materiã morbi in fine maiorem cõcoctionẽ habere, q̃ in principio & maiorẽ etiã putredinẽ: nã nisi interim putresceret, dum coquitur, non posset calorem præter naturã excitare, quare neq; febrẽ. illud verò videtur nequaq̃ vnico motu fieri posse. nã quod motu medio mouetur, non accedit ad vtrumque extremorum: sed quantum ad alterum accedit, tantum recedit ab altero. aqua nimirũ, quę tepida fit, à frigore, aut à calore: sicut corpus, quod palescit, à nigritie, aut à candore recedit. Huic argumento ita videtur respondendũ. Verũ esse quod in propositione accipiebatur de iis qualitatibus, quarũ alterutra necessario inest rei mobili, huiusmodi sunt calor, aut frigꝰ, cãdor aut nigrities. Ceterũ cõcoctio, & putredo nõ ita: sed potest aliquid esse neq; coctũ neq; putre, sed crudũ. cuiusmodi est humor in morbi principio, à qua dispositione, quæ priuatio est vtriusq; termini, nõ mirũ si vnico motu vtriq; contrariorũ vicinior res fiat. nã siaër, qui coloris est expers, densatione pallidus fiat, in fine actionis proprinquior est albo, & nigro quam in principio. nam dispositio media à neutro extremorum abest tam longè quàm priuatio. Quare de hac questione hæc sufficiant.

¶Caput Quintum, De causis doloris.

EX dictis nullus est arbitror quantũuis sit ingenio hębes, qui nõ possit controuersiã quãcũque, quę de distinguẽdis symptomatis sit diluere. Quare oportunè modò de nõnullorũ causis dicimus. Iure verò sibi vendicat in disputatione primũ locũ, dolor, cùm q̃ ęgegiũ symptoma est, tũ etiã q̃ de illius causis est cõtrouersia omniũ maxima. Galenus siquidẽ aliquando de sentẽtia Hippo. videtur cõtendere dolorẽ ex sola solutione cõtinui fieri, aliquãdo verò plurium causarũ mentionẽ facit, quæ res efficit, vt in diuersas opiniones medici distributi sint, aliis dicẽtibus ex sola solutione fieri, aliis ex solutione, aut intẽperie, aliis tertium genus causæ addẽtibus, distẽsionẽ. Omnes in suã opinionẽ Galenũ, etiã inuitũ trahũt, & multa hinc inde dicũtur obscura adeò, vt omnino inutilis disputatio sit, & tenebras offundẽtiũ potius q̃ docentiũ aliqua. Galenus libello De inęquali intẽp. post multa alia ita inquit, Ex hiis ergo fortasse neq; illud dici durius videatur quod Hippo. alicubi ait. Omnẽ morbũ vlcus esse: quippe vlcus vnitatis est diuisio: immodicꝰ verò calor, ac frigus, proximè accedũt, vt vnitatẽ soluãt: plurimus quidẽ calor dũ segregat, & diuidit substãtię cõtinuitatẽ: summũ verò frigus, tũ constringendo tũ intorsus pariter trudendo, quædã exprimit, quædam quassat, atqui hunc quispiam immodici caloris, ac frigoris terminum statuens: fortasse non incommode sentiat. Hactenus libello De inæquali intẽp. vbi mostrat omnẽ morbũ esse vlcus (est sermo de morbis in tẽperamẽto, & morbo cõmuni) q̃a intẽperies nõ prius est morbus, q̃ possit dissoluere cõtinuũ: anteà em præ paruitate nõ potest facere dolorẽ, quare etiã si naturà sit morbus, magnitudine nõ est. medicus verò morbũ notatu dignę magnitudinis morbũ dicit, aliter em in dogma sempiternę passionis euidẽter inciderem, vt. 1. De tuẽda valetudine monst-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mõſtrat Gale. Quare apertũ eſt, de illius opinione nunq̃ fieri dolorẽ, quin fiat ſolutio continui. Quarto etiam De ſympli. medic. facult. ca. 2. fuſsius docet, calida & frigida triſtem ſenſum efficere, frigida conſtringendo, calida diſſoluendo. Quare vtraq; continuũ ſoluendo. Sed contra eſt, q̃ Gale. libello De inæqua. intẽp. dicit, quapropter mirus dixit hippoc. iis quibus alteratur, atq; corrũpitur natura dolores fiunt: alteratur aũt, atq; corrũpitur cuiuſq; natura, cùm vel calefit, vel frigefit, vel ſiccefcit, vel humeſcit, uel eius vnitas diſſoluitur: in inæqualibus q̃dẽ intẽperieb⁹ caleſcẽdo, vel frigeſcendo potiſsmũ: efficaciſsimæ enim qualitates hæ ſunt. iam verò & humeſcẽdo & areſcẽdo. eſuriẽdo verò, vel ſitiendo defficiẽte hic humida, illic ſicca ſubſtãtia, vulnerãdo vero, & errodẽdo, & tẽdendo, & premẽdo, & cõuellẽdo, vnitate ipſa ſoluẽda. Tota hac dictione cõſtat. Ga. nõ ſimplicis, ſed multiplicis cauſæ meminiſſe. 12. etiam Metho. ca. 7. ita dixit. Porro naturalis notitia nos docet vitiũ id corporis ex quo ſit doliturum, aut continuitatis ſolutionẽ oportere eſſe, aut alterationẽ aliquã. Ecce vt diuerſas opiniones ipſe Gale. videatur excitaſſe. Qui tamẽ Galeni ſunt nimis ſtudioſi ex ſola ſolutiõe cõtinui fieri cõtẽdũt idem cõſtanter & cũ demoſtratiõe mul- ſis in locis videtur dixiſſe, & alterãtia dolorẽ facere: quoniã cõtinuũ diſſoluũt. Quare ita hi cẽſent, prõximã cauſam doloris eſſe ſolutionẽ cõtinui: hãc verò aliquãdo perſe aduenire, vt cũ ſciſio fit: aliquando ex magna & violẽta alteratione, quę cauſa doloris eſt ſed remota. Atq; ita explicãt Galeni verba ſubi inuenitur dicẽs: dolor aut exſolutiõe fit, aut ex alteratiõe: quaſi diceret, aut exſolutione ſola, & perſe facta: aut exſolutione facta alteratione. hęc eſt receptiſsima opinio apud eos qui ſe Galeni hac tẽpeſtate iactãt eſſe diſcipulos. Auerroes contrà omnino cẽſet: qui lib. 3. cap. 21. contendit, dolorem in tactu ex intemperie fieri perpetuò: neq; eã ſolutionẽ continui, cũ nõ ſit tactus ꝓpriũ ſenſibile (ita loquũtur) quodq; perſe ſentiri poſſit, poſſe tactũ cõtriſtare, ſed accedere ſenſui cuiq; dolorẽ ex ꝓprii ſenſibilis immoderatiõe, vt, dolẽt oculi aſpectu magni ſplẽdoris, & aures acuto ſonitu. Verùm ad hęc argumẽta paulò infra: vbi noſtrã ſentẽtiã aperuerimus reſpõdebimus. Auicena & eius aſſeclæ vtrãq; cauſam cẽſent poſſe eſſe ꝓximã: & dolorẽ nõnunq; fieri à ſolutione, nõ nunq̃ ab intẽperie, quæ nõ min⁹, q̃ ſolutio poteſt eſſe doloris ꝓxima cauſa. Qui ꝓbabilia [illegible] rre. Nã in ratione doloris nihil aliud eſt, q̃ vt ſit ſenſus triſtis (ſenſus, inquã, actus, nõ ſenſus potẽtia (cui⁹ cõtrariũ voluptas eſt, nẽpe ſenſus iocũdus. facit autẽ ſenſum triſtẽ, quod ſubito, & affatim incidit corrũpens naturã, vt cõtrà iocundũ quod ſubito & affatim incidit reſtituẽs ſentiẽtẽ partẽ ſuę naturæ, & vt mirus dixit Hipocrates dũ alteraſcit, atq; corrũpitur natura dolores fiũt. Sed nõ minus corrũpitur natura alteratione vehemẽti q̃ ſolutione. cõſtat enim natura, nõ minus temperamẽto, q̃ vnione, igitur ſi alteratio vehemẽs ſubito incidat, excitabit dolorẽ, etſi non ſoluat. Alii fieri nõ poſſe, vt ita incidat, & nõ ſoluat cõtendunt, atq; proinde dolorẽ facere, allii nõ has cauſas modò, ſed & diſtẽſionẽ addũt, nõ putãtes neceſſe eſſe diſtẽtionẽ, quæ dolorẽ facit continuũ diſſoluere. Quoniã, vt arbitror, ſępe dolorẽ ex diſtẽſione ſentiũt, & ſolutionẽ nõ vidẽt. Sed Galenus loco paulò antè citato, quæ tendẽdo, errodẽdo, aut premẽdo, aut conuellendo dolorem excitant continuum ſoluendo, dixit facere. Neque intelligo quid ipſos ab hac ſentẽtia Galeni deuiare cogat. nã cur ſit intellectu dificile, atq; propterea fide carẽat, quæ diſtenduntur, ſolutionẽ cõtinuitatis pati? Mihi tantũ abeſt, vt ſit difficile: vt videatur ſolutio neceſſario cõſequens diſtentionẽ. Sed omnes qui quæſtionẽ hanc diſputãt, in eo verſantur tãtummodo, an fiat aliquãdo dolor ſine ſolutione cõtinui: an nõ poſsit, nam ſi nõ poſsit ſine ſolutione fieri, ſtatim putãt excõtinui ſolutionie factũ. quanq̃ mihi multũ videtur intereſſe cũ ſolutiõe ſemper fieri, aut ex ſolutiõe. Itaq; nunq̃ fieri dolorẽ ſine ſolutione Gale. mõſtrauit. nã & quæ alterãt ſubito & vehemẽter, neceſſario ſtatim ſoluũt: atq; hũc cenſet prçenarrato loco de inęquali intẽperie eſſe primũ terminũ morbi, & doloris excitandi. non enim priùs intemperies tãta eſt, vt dolorem inferat, quàm tanta ſit vt continuum ſoluat. atque hac ratione veré ab Hippoc. eſt dictum omnis morbus vlcus eſt, quia intemperies antequàm vlcus faciat neque morbus eſt. Iam verò intẽperies æqualis, & quæ in habitu iam eſt, & neque dolorem, neque vlcus facit, ſiquis exactè loquatur, neque morbus debet appellari, ſed incõmoda natura, nõ enim eſt morbus, qui pugnet cũ natura, ſed in eam diſpoſitionẽ natura cũ morbo cõſpirauit. Itaq; nunq̃ dolorem fieri ſine ſolutione cõtinui dixit Gale. Sed nõ ſemper fieri exſolutione cõtinui, vt efficiẽti cauſa, immo nũc ab illa, nũc ab intẽperie fieri cõuincit ratio, & illud argumẽtũ quod à ſe cũcta opiniõe eſt. Itaq; noſtra opinio eſt, quã etiã fuiſſe Galeni doceboſtatĩ, dolorẽ, vt ab efficiẽti cauſa aliquãdo fieri aſolutiõe, aliquãdo abintẽperie, cæterũ ſemp ſolutionẽ eſſe cũ dolore: quoniã intẽperies omnis, quæ dolorem facit, cõtinuum ſoluit neceſſariò, ſed non proinde ſolutio per ſe eſt doloris cauſa efficiens: ſed ad hũc vſque terminũ nullus eorũ, qui ſcripſere medicas quęſtiones hãc produxit. quãquàm Galenus haud dubie illum attigerat. Quare tantum abeſt, vt hi ſcriptores, qui infiniti penè iam ſunt, artẽ medicã, quã á Galeno acceperãt vlterius produxerint, vtque ab illo dicta ſunt nõ aſſequẽtes, illã retrocedere coẽgerint. Duodecimo libro Meth. ca. 7. ita ſcriptũ eſt. An verò & ipſum vehementer calfieri, aut refrigerari diuiſionẽ aliquã cõtinuitatis efficiat, lõgiori fortaſſe diſputatione eget: & demoſtratũ hoc quidẽ à nobis eſt in cõmẽtariis. De ſimpl. medic. facu. Verùm, quid agẽs quod vel vehemẽter calfacit, vel refrigerat vehemẽter, dolorẽ ĩferat, quęrere, ad modò ꝓpoſita minimè eſt neceſſe, ſiue eã enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cvt substantię eorumque in sensum cadunt continuitatem diuidens,siue vt eam confertim alterans,id ad eorum inuentionem,quæ dolorem leuabunt,indifferens est. Ex hac dictione tria hęc cõstãt de sententia galeni. Quæ dolorem faciunt calfaciendo aut refrigerando,continuum soluere. quippe quod dicit in com.de simpl.medica.facul· fuisse demonstratum:sed an soluendo continuum, an temperiẽ cõmutando faciant,illum nõ difiniuisse. Quare constat tertiò,multum interesse dolorem semper fieri cum solutione,aut semper exsolutione,vt si quis dicat,tapsiam,si dolorem facit, continuum soluere,aut solutione dolorem facere. Nos verò recipientes à galeno,quę docuit,& addentes quæ ille omisit,ratione ducti illud addimus,alterantia non facere dolorem solutione,sed intemperie. Primò Galenus, vt hic nihil definiuit,ita neque alibi inuenitur contrarius huic sentię, quæ probatur hac ratione. Si quæ res refrigeraret multùm& subitò:tamen continuum non solueret,dolorem faceret.ergo cùm refrigerat,& dissoluit,non facit dolorem solutione,vt causa efficienti:sed vt necessariò coniuncta.fieri possit,an non quod proponimus,nihil refert,modo illud non ignoretur,si fieret,futurum,vt& dolor esset.quod iam demonstro. Subito,& affatim corrumperet naturam:ergo dolorem faceret. Aut dicito mihi,cur quę corrumpunt naturam soluendo continuum,dolorem inferunt,& quæ corrumpunt tẽperiẽ mutando non inferant:certè des rationem probabilem nullã. Pręterea dolor est sensus tristis:sensus efficiens causa est res illi obiecta obiectũ est sensus quod sentimus ergo quod sentim⁹ facit doloré,nõ quod sentiri nõ potest.Nã etiã si multa verbera homini apoplexia laborãti infligãtur, dolorẽ non facient.Sed constat,dũ homo excalore dolet,calorẽ sentiri:solutionem non sentiri: si enim sentiretur,non esset dubitatum à viris sapientibus,fieret necessario solutio aliqua,an non.Sanè Auicena & omnes eius assectæ fieri posse dolorem intemperie,quin fiat solutio,profitẽtur:quod tamen nõ dicerent si solutio sentiri posset.nam vt de illorum doctrina dicam nihil,certe sensus non erant expertes:sed neque nos ipsi,qui semper continui solutionem fieri dicimus in parte dolẽte, solutionem cognoscimus sensu, sed ratione.Igitur cõtinui solutio non est semper efficiens causa doloris:tamẽ est semper coniuncta cum dolore.Illud etiam nos admittimus,fieri posse nonnunquàm, vt alterãtia tam vehementer incidant,vt solutionem continui quę sentiatur faciant, quæ tunc temporis perse dolorem excitabit:aut vt in tam tenellam,vel cute nudatam incidant particulam,vt dolorem diuidendo continuum faciant,ita frigida vlceribus mordacia sunt:sed tunc nemo nõ habet:etiam si sit sensus hebetissimi,sensum constrictionis cuiusdam:&compressionis,exquo sensu huic passioni mordicationis nomen homines dederunt. Verumtamen negamus perpetuo dolorem solutione fieri quoniã neque semper solutio sentitur,cùm dolor fit.Itaque hæc esto regula. Quando solutio sentitur, dolor fit à solutione:quando non sentitur fit ab intemperie,tamen cum solutione.Sed neque illud exdictis carebit euidentia,cùm intemperies perse est satis magna & ingruẽs subito,& præterea solutio etiam sentiri potest,duos ineadem particula dolores excitari:quia duo sensus tristes sint, cum sint duo quę contristent. Si verò intemperies magna sit & subito ingruens,& solutio non sentiatur,aut solutio sentiatur sed intemperies non magna sit,vnũ tãtummodo:si hoc fit, ex solutione:si illud,ex intemperie. Neque quidquam prohibet alterationem non tam vehementem vt perse notatu dignam inferret sensui tristitiam solutionem quæ sentiatur posse facere id enim expatientis dispositione nonnunquàm faciũt medicamẽta in vlceribus mordendo,& ventus in oculis lachrymas exprimendo. Auerrois argumenta(nondum enim illorum obliti sumus) physicę cuiusdam controuersię videntur exigere decisionẽ: positne quod sensibile commune àphilosophis apellatur sentiri perse,an nunquã sine proprio.quam philosophis modo permitto,nihil curans alterutrum dicatur.nã si solum sentitur nihil est difficile perse contristare sensum:sed neque etiam si cum aliquo proprio,difficile est vtrumque accidẽs: sentiri,& alterum tantum constristare:si scilicet,illud solùm corrumpit naturam. Quare ego non dixerim tristem sensum fieri à proprio sensibili cum est excellẽs,sed à sensibili quod corrumpit, siue proprium sit, siue cõmune.Nam quã rationẽ reddit Auerroës doloris,qui re soluente fit est ridicula.Fit,inquit:solutio cum motu:motum necessariò consequitur intemperies aliqua. Quasi verò tantam oporteat lationẽ, quo solutio fiat intercedere,vt tantum calorem faciat.Sed illud quod de dolore aliorum sensuũ à tactu adducebatur ab Auerroẽ solutiõe eget.Quã tamẽ galenus ipse scripsit primo De causis sympt. ea à quibus singuli sensus immutantur percurrens,ac dicens,quæ visum & quæ odoratum immutant gustatumuæ,aut auditum,cùm excellentia sunt dolorem facere solutione continui:nam amara rodũt adstringentia comprimunt,splendida & candida disgregant, nigerrima congregant:sonus etiam acutus dirrumpit auditus organum,odores saporibus similiter soluunt. Sed requiret à nobis aliquis, nũ hîc solutio continui causa est doloris efficiens,non solum necessario accedens,ac sine qua non?Est sane.Cur igitur non est talis & in his,quæ alterãdo doloré faciunt. Quoniam colores odores,soni,& sapores non aliter,quàm soluendo corrumpunt naturam:sed alteratio ipsa perse est naturę corruptio: non minus,quàm solutio continui.propterea ipsa sola perse contristat sensum:illam verò non per se, sed solutione. Verum hæc ex iis quæ paulò superiùs diximus fiũt manifesta.Sed quoniam de causis doloris tam multa diximus,operepręium fuerit non nihil etiam de voluptate dicere,nequid in hac lucubra-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cubratione desideretur. Plato in dialogo De natura:de causis doloris & voluptatis sic scripsit. Passio violẽter,prætersque naturam abunde simulque nobis illata molestia fit:rursus quę in naturã abundè simulque reuertitur,dulcis,quæ contra fit,contra.vbi non minus requirit,vt mutatio fiat simul& affatim in voluptate,quàm in dolore. Quem Platonis locum trãstulit Galenus ad cap.5.primi lib.De causis sympto. eadem Platonis verba repetens. Ex quibus locis illud apertè colligitur : Quo celerior ac magis repentina commutatio fit, eò voluptatem esse maiorem,dummodo ad naturã mutatio fiat. fiet autẽ hæc mutatio (si modo quæ de dolore diximus non exciderunt) aut recuperato temperamento naturali,aut vnione partium.Sed huic sententię contrarium videtur quod.12. Meth. ca.6. scripsit Galenus ita dicens:Nunc autem principium hoc quod apud omnes est inconfesso accipientes : necessario affectum doloris esse,vel diuisionem,vel alterationem,memoria repetamus statim, ne alterationem quidem eam quæ sensim irrepit dolorem inferre animali posse:sed eam mutationem quæ dolore animal sit affectura,tum confertim factam,tum violentam esse necessario. vidẽtur enim corpora non solũ cum extra naturã conferti traguntur, tristem mutationem sentire:sed etiam in ipso ad naturam reditu,nisi eum paulatim accipiant,dolere. Valeriola ad conciliandum hac in parte Galenum sibi ipsi,ad antiperistasim confugit,eo[illegible]ie multa non admodum ex reipsa refert,& respondet obscure. Diximus nos in primo huius operis libro.capite.5.quam sint absurda,quæ de antiperistasi à philosophis dicuntur quibus eo loci subscribit Valeriola. sed propositæ modo controuersiæ facilior est & verior dissolutio.Nam quamquàm hic videtur Galenus contraria protulisse, non fecit:sed ita est intelligendus, repentinam mutationem, quæ quia repentina est inęqualem conspicuè facit intemperiem, dolorem facere,etiam si versus naturalem habitum alteratio fiat,sin minus quò velocior est,eò maiorem voluptatẽ conciliare. Quod verò hic sit verborum Galeni sensus ex eo exemplo,quo vtitur intelliges. Vngues,inquit,perfrigerati si admouentur igni repente,dolent:quamquàm quod frigidum est versus dispositionem naturalem mouetur incalescens,sed vngues eo tempore propterea dolẽt,quòd inæqualiter admodum alterantur,& propterea quòd flatus,qui intra perfrigeratos vng[illegible]ditur,& agitatur. Additum vero est admodũ inæqualiter:quia omnes intemperies, quæ non sunt ſtę.sunt inæquales inferentes verò dolorem,illę tantum,quæ magnã habent inęqualitatem.Itaque colligimus ex contrariis omnino causis affatim ingruentibus dolorem & voluptatem fieri. De quorum vtrisque quantum nostrum institutum ferre potest diximus, non enim partes artis medicæ, vt alii scriptores, suscæpimus pertractandas:sed dirimendas quæstiones medicas.

¶Caput sextum, An omnis intemperies possit facere dolorem an tantum calida & frigida.

SEd quando mõstratum est intemperiem posse perse facere dolorem,vt causam proximam: age deinceps,quæ intemperies sit ea,quæ potest,disputemus.an quatuor omnes primæ qualitates cũ immodicę fiunt,an nõnullæ illarum possint,nonnullæ illarum minùs Nam Gale.ipse huic cõtrouersię ansã prestat,q videtur modò ita dicere,modò aliter.li.De inęqua.intẽpe. vt superiori cap. retulimꝰ, ita scripsit. Quapropter mirus dixit hippo iis quibus alteratꝰ,corrũpiturq; natura dolores fiũt.alteratꝰ aũt, & corrũpitur cuiusq; natura,cùm vel calefit,vel frigefit,vel siccescit, vel humescit,vel eius vnitas soluitur. libello Artis medicin.ca.80.inquit.Dolor autem,quemcunque obsederit locum,aut continuitatis solutionem,aut subitam alterationem ostendit.soluitur aũt continuitas incisione, exesione,fractione,tentione. Alteratur verò substantia à calore,frigore humore,& siccitate.Tamẽ lib.1.De sympt. caus.cap.6.ita scripsit.Ab alterantibus inquit naturam,& corrumpentibus,dolores fiũt. quippe illud Corrumpentibus,celeritatem simul,ac magnitudinem mutationis indicat.Sane tactui accedunt magnæ mutationes naturæ à frigidi,calidique incursione.Præterea ab his,quæ quassandi,secandi, vel distendẽdi,vel exedendi vim habent:quippe humidum & siccum, sine calefactu vel refrigeratione,citra violentiam corpus contingunt.12.Meth.cap.7. cum disputaret exprofesso de doloris causis inter alterationes meminit solum caloris & frigoris:humoris,& siccitatis nulla facta mentione.Videtur itaque Galenus in duobus locis prioribus ex libro De inæquali intemp.& Arte medicinali asserere dolorem ab omni intemperie posse excitari.& duobus his vltimis ex lib. De caus.sympt.&.12.Metho.ex solis duabus posse fieri,putà calore,& frigore asserere.Sed &.2.De compos medicamentorum secundum locos.cap.1. videtur diuersam ab his duabus inducere opinionem.quo loco ita scripsit.Vehemẽtissimi igitur capitis dolores(erat illic sermo de dolore capitis) fiunt iuxta calorem & frigus,maximè cum hæc inæqualia contingant:moderati verò iuxta siccitatẽ humidas vero intẽperies nullus cõsequitur dolor.Vides vt tres intemperies dicat dolorem facere,putà,calorem,frigus:& siccitatem : vnicam non posse,putà humorem.Paulus.lib.3.cap.4. ita scripsit vehementissimi igitur capitis dolores à qualitatibus agentibus fiunt,maximè vero calida,qui verò ariditatem sequntur,non tantam habent vehe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mentiam. humida verò qualitas omni, quantum inse est, dolore vacat, nisi cum calore aut frigore, aut humorum plenitudine coniuncta sit. Que sententia, quantum ego inteligo, desumpta est ex duobus Galeni locis eorum, quæ adduximus, quasi in vnam sententiã copulatis. exprimo de caus. symp. &. 2. decompos. pharmac. In hac cõtrouersia distinguendum ante omnia est quod proximo capite satis explicuimus, qualitatem aliquam posse dolorem generare perse quatenus temperiem mutantem: aut ex accidenti, quatenus distendentem, conuellentem, aut vtcunque aliter diuidentem. Preterea animaduertendum intemperiem posse esse aut solam, aut cum suco aliquo. Ita constituta controuersia & his notatis, scire licet, quosdam citra distinctiones has dicere omnes intemperies posse dolorem facere, idque apertè scriptum esse & in Art. medicinali. & lib. de inæqua. intemp. tamen humorem aut siccitatem obscurè: atque harum obscurissimè humorem: calorem tantum & frigus dolores posse facere manifestè. Huic sententiæ videntur astipulari hęc Galeni verba ex. 12. Meth. φαίνεται δ' ἐναργῶς ταὐτὰ μόνα τῶν θλησιαζόντων ἡμῖν ὀδυνᾶν. Constat verò illud ἐναργῶς idem esse ac manifeste. ex qua dictione occasione sumpta dixerint, hæc dolorẽ facere manifesta illa non manifeste. sed tamẽ quàm quam reliqua non adeo discrepent: tamen Gale. humorem dolorem aliquem excitare negauit: & negauit humorem, & siccitatem posse affatim ingruere. quo semel negato non amplius dubium est vacare dolore. Quare mihi videtur in hac quæstione probabilissimè loqui Leonhartus Fuchsius in cõm. librorum de symptо. caus. dicens calorem & frigus posse facere dolorem, etiam sine materia & per se quia sunt qualitates, quæ perse possunt repente corrumpere naturam: siccitatem posse facere dolorẽ, nudam quidem illam (nuda vocatur intemperies quæ est sine quopiã suco) sed non perse, nequaquam dolorem: vt siccitas cum ad conuulsionem trahit partem, nuda quidem dolorem facit, id tamen non perse, sed per tensionem: humorem nudum neque perse, neque ex accidenti dolorem inferre. Sed vnicum tãtum modum dolorem generandi humori superesse, quo nulla qualitas carere potest, puta cùm coniungitur cum suco humido tantum, aut humido cum calore, aut frigore. quem modum cõstat omnino esse ex accidenti. Nulla enim actio ita atribuitur qualitati, sed humoris copiæ. In hanc sententiam videntur conuenire, omnia autorum loca. Nam vbi Galenus dicit omnes has qualitates alterare, aut corrumpere: nihil huic sententię est aduersum: alterãt enim humidum, & siccum corpus. sed quia paulatim id faciunt, dolores non inferunt perse, sicubi omnes has qualitates dolores facere dicit, de intemperie, cum affluente suco interpretat. Vbi tres qualitates dolorem facere asserit, de nudis dicit disputare, siue dolorem faciant perse siue ex accidenti. Vbi duas dolorem posse facere negat, nudas & perse intelligit. Illud enim quòd ad humidum & siccum alteratur, sola hac ratione non videtur dolere, nisi simul incalescat aut refrigeretur. Nam si duas simul intemperies patitur corpus quodpiam dolere potest ratione scilicet qualitatis efficacis. neque quidquam aliud significare dicet Galenũ. 1. de causis symp. cap. 6. dicentem. Quippe humidum & siccum, si absint calefactio, & refrigeratio, citra violentiam corpus atingunt, ac si diceret causa humida & sicca nõ potest dolorẽ facere nisi eadem sit calorẽ, aut frigus inducens. neque aliud quidquam significauerit Paulus loco citato. quamq; verba illa Pauli magis exposita sunt calumniis, quia de qualitate loquutus est, quasi ipse humor societate caloris, generandi calorem vim comparet. Sed quanquã dictio nõ sit valde artificiosa, admittere potest interpretationẽ quã diximus. Ac modo nihilominus non grauabimur repetere. Humor nisi cum calore, aut frigore coniunctus sit, nullum dolorem facit, idest, membrum, quod humescit, nõ dolet nisi idem incalescat, aut refrigeretur. Sed quorsum Galenus monet humidum & siccum non repente ingruere, nisi cũ calore, aut frigore, sit? & Paulus humorẽ nullum dolorem facere, nisi sit cum calore aut frigore: si nihilominus, etsi cum calore, aut frigore talis qualitas sit, perse neque dolorem facit, neque auget? saltem humor non auxerit dolorem ex calore prouenientem, sed potius illum demulcebit. An, vt illud tantũ significarent: Etsi membrum ex humore, aut ficitate non dolet, posse tamen membrum humescens, aut arescens dolere. Videtur itaque hęc enarratio Galeni & pauli sermonibus: valde cõsentanea deest tamen adhuc, quàmquã reliqua omnia dicuntur erudite, aliquid quod fucsius non videtur assequutus, quod cum dixerimus nihil hac in parte desiderabitur. præter dicta habet siccitas aliud quiddã, quo humor caret. quòd scilicet, est, cùm siccitas nuda potest esse causa doloris perse, quia est cùm possit repente ingruere, vt cum siccitas ab vrente calore generatur, fitque tunc sensus vstionis, quẽ symptoma compositum esse dico ex sensu caloris, & siccitatis. Sed hoc accidere non potest siccitati, cum à siccitate generatur. nam siccitas lentę est actionis. ex inustione vero dicto citius videmus membrũ quodpiã arescere: non tamẽ perinde in humore fieri inuenias. hic enim neque cum ab humore fit per se, neque cum à qualitate alia ex accidẽti fieri potest repentè: non siquidem, vt calor vrens repente desicat, ita frigus ingens repente humectat. Collegimus ergo iam modum alium, quo siccitas nuda & perse dolorẽ facit. Constat tamen id non posse facere solam, sed cum calore vrente coniunctã, atque hoc rursus modo discrepat ab humore siccitas in generatione doloris. neque vero est quod putes eum dolorẽ non fieri a siccitate perse, quamquã ea a calore ex accidenti fiat, nã innumerę actiones perse prodeunt a rebus

Ministério de Educación, Cultura y Deporte

bus ex accidenti genitis.immo vero indifferens est modus quo res quæpiam genita sit,vt suæ actiones sint perse,aut ex accidenti.nam calor qui motu genitus est ex accidenti,perse calfacit.ita siccitas quę ex accidentii est facta a calore,perse est doloris causa.Ergo rursus hunc sermonẽ,resumẽtes,ita statuim⁹: calorem,& frigus posse doloris esse causas nudas & perse,& solas:siccitatem nudam & solam(sine alia in quan. intemperie)sed non perse,.d quod fit inconuulsione,est vero hic dolor moderatior:aut nudam & perse,sed non solam,vt fit in vstione:humorem nulla alia ratione facere, quam cum influente succo .Sed de hac controuersia hæc sunt satis. nam si quisquam volet aliquid calumniari,hic satis certo scio nihil quidquam poterit accusare,præterquam phrasis alicuius,aut dictionis proprietatem: quã tamen neque ipsam inueniet,si modo ,quę diximus ássequitur, adeo duram,aut difficilem:quod si foret,tamem melius est antiquorũ sententias interpretari blãdiùs,quã illos tractare accerbius, nisi tibi vis hac ratione comparare gloriam,quo video hodie facere quosdam nebulones.

¶Caput Septimum.De causis famis & sitis.

FAmes & sitis proprio indigent capite, etsi dolores quidam sint,sunt enim duo insignia symptomata.videndum ergo primo est,nomen famis cui rei detur,video enim nomẽ hoc multipliciter vsurpari apud Hippoc.& Gale.nam vbi Hippoc.dixit.vbi fames laborandum non est,Galenus nomẽ famis depenuria,aut deffectu alimenti dici vult,non de ea,quam plerũque famem appellamus. libello de inęquali intemperie famem & sitim inter dolorũ species refert lib.deusuparti. ca. 8. in ore,inquit, ventris sensus est defectus eorum quibus nutritur animalmali,quem appellantm famem. Itaque in his duobus locis famem dicit esse sensum tristem deffectus.tamen lib.1.de cauf.sympt. referens causas famis,inquit famem esse appetentiam,quę sensum illum deffectus consequitur. quam quã non hoc videtur docere Gale.eo libro admodum constanter.nam paulo superiùs dixerat.ipse tenuis luctus est fames.Sed mea(ne inanem quęstionem vlteriùs promoueam)nihil refet,modò res intelligatur,siue sensui deffectus detur nomẽ famis,siue appetentię,quæ ex illo sensu fit.Sed certum est dicere famẽ consistere in ambobus putà in sensu suctus,aut deffectus,& appetentia repletionis,quæ necessario sensui illi adiũcta est.iam vero illud,quod quidam disputant. An appetentia,quæ per famem fit,sit ad fugiendum dolorem an ad potiendum alimento,supperat omnem diligentiam.Nam perinde mihi videtur acsi quęras,appetat ne aqua quę pręter naturam calet reductionem,vt sit frigida,an ne calida sit. quam quæstionem illis do,quibus ea est digna,iis scilicet,qui eam disputant,& nihil maioris momenti vnquam docent.nobis interim animaduertendum est,famem omnem,& sitim esse dolorem, tamẽ non semper esse symptomata,sed cum naturæ modum non excendunt,esse secundum naturam.fiunt enim hęc duo tunc maximè ex certis periodis,cum animal bene valet,& cedunt ambo in maximã vtilitatem animamtis:& preterea fiunt ambo citra omnem morbum,quod symptomatis non posse contingere paulo superiùs aduersus sophistas demonstrauimus.Adde horum deffectum esse symptoma, in quo genere sunt duplicia. integer deffectus famis & sitis,& diminutio alterutrius. quò manifestus, constat ipsa non esse symptomata,siquidem ipsorum defectus ex malo est.Itaque iam hinc colligim⁹, non omnem dolorem esse symptoma,sed quoniam notitia causarum famis et sitis,quę sunt symptomata ex naturalis causis pendet,age de his tantillum dicamus,ac primo loco de causis naturalis famis. Hanc dicit Galenus.1.de cauf.sympt. fieri inanitione venarum,quæ ex ea resolutione, quæ hominib⁹ perpetuò accidit,fit, appetentiam naturalem faciente,qua venæ ex ventriculo sugunt,huncque suctũ sentiente ventriculo,& proinde appetente cibos.Itaque quinque hæc inquit symptomata ordine sese consequi, deffectum inuenis,appetentiam naturalem,suctum,sensum suctus,& appetentiam animalem.Sed his videtur aduersum quod lib.3.de facult.natural.cap.15.docetur a Galeno.ventriculũ postquam compleuit concoctionem primam, conuerti ad appositionem:atque interim dum hæc agitur, hepar sanguinem generare:completa appositione conuerti ad assimilationem,quæ dum agitur in hepate, reliqua membra apponere:cum vero membra iam nutriuntur,ventriculũ omnia confeciſſe,atque hoc tẽpore nisi cibi assumãtur resumere illum ex hepate & venis,aut si id denegetur,trahere aliorum mẽbrorum recrementa.Hęc non videntur cõstare cum prioribus.nam si ventriculus est,qui primò exinanitur,& membra externa omnium tardissimé:quomodo membra appetunt prius,quam vẽter esuriat,potissimum si secundum naturã habet?nam illud tempus est,quo esurimus naturaliter,quo primum venter vacuus est cibo,& perfecit refectionem priorem,sed id fit antequã venæ exauriantur, ergo ante illarum inanitionem fit fames.Sed ne hęc nos discrucient considerandum est, ventriculum duas habere refectiones,aliam ex chylo,quem apponit suis tumicis,aliam ex sanguine,quem deportãt venæ,quę per illius tunicas distributæ sunt.prior illa refectio completur antequã prius pabulũ in mẽbris consumptum est,tamem hanc vt completa est excipit secũda alia,quæ eodem tempore fit, quo reliqua membra nutriuntur sanguine,& eodem tẽpore perficitur,proinde venter nõ antea esurit, quam membra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

membra omnia nutrita sunt:non enim antea defficitur interno pabulo. Adde his, ventriculum non tam paruam chyli portionem sibi reseruare, vt statim ac nutritus est desiccetur,sed madidus est satis multo succo,vsque dum suctu de siccatur,eòque ãte tertiam cõcoctionẽ fames non venit.vt vel hinc constet,falsò leõhartum fuchsium dicere(quod tetigimus in primo libro,& modo res ipsa fert vt declaremus)ventriculum priùs esurire naturaliter,quam portio melancholię a liéne in illum recitatur, eòque illius vsum esse non posse excitationem famis naturalis. quod in hoc loco disputandũ foret,nisi in illo copiosius dixissemus,quam vt modo repeti debeat a nobis precipuè, quibus institutum est, de nulla re pluries dicere.Redi itaque rursus hinc, quicumque cõtrouersias has legis,in quęstionem.19. primi libri.illo enim loco monstratum est,quod modo ad dicenda assumimus,non tantum esse famis naturalis causam,quam modo diximꝰ,sed preter eam aliam,inflexionem scilicet quotidianã melãcholiæ.His itaque statutis causas pręcipuas famis recensere,nihil est difficile.Nam symptomata in lęsione huius appetentiæ,quæ sensui deffectus coniucta est,sunt,aut in effectu,aut in deprauatione:in deffectu duo:quia aut integer deffectus est, aut non integer.in deprauatione totidẽ, quia aut plus satis appetimus,aut alienas qualitates.illud appellat canina fames:hoc pica. Ex canina fame,cum eatenus procedit,vt iam ex intemperie ventriculi sensus corrumpatur,& cum eo appetentia,aucta tamẽ indigentia vehementer,fit ille affectus,quem Galenus appellat βουλιμίαν.habes diffinitionem huius morbi.2. apho.com.12.Ergo deffectus aut diminutio huius appetentię fient ablatis,aut diminutis causis appetẽtiæ.hę sunt suctus& sensus oris ventriculi,& influxus ille melancholiæ. Tollitur,aut minuitur sensus in ore ventriculi,ex quauis intemperie,quæ plurimũ crescit,quãquam inter omines intemperies, quę omnium citissimè tollit famem est calida,quia hęc preterquã qùod,vt alię,obest sensui, laxat: omnium tardissimè frigida.Hęc enim interim dum sensum non tollit,famem auget.cessat suctus cum aliqua de causa non fit corporis resolutio.prohibetur influxꝰ melãcholię,cum obstruitur via quæ est a liene in[illegible]m.iam vero canina fames,cum sit fames supra naturalem mensuram aucta, fiet auctis causis famis naturalis,has diximus esse duas,ressolutionem,quę suctũ facit,& succum accidũ. ergo habebit hæc fames causas duas,venarum suctũ nimium,& nimiam redundantiam accidi succi,& frigidi in ore ventriculi. per famem hanc,cum fit ex prima causa,venę rapiunt allimentum e vẽtriculo antequã coquatur, & distrahunt importunè,nihil in ventriculo consistere permittentes,atque ita perpetuò esuriunt.sed hic fortasse rursus,non oblitus eorum,quæ paulo antea diximus,argumenteris, hęc eadẽ euentura per famem naturalem,si ea fit quo tempore diximus,cum scilicet venæ iam refectæ sunt,& propter resolutionem fugunt,conuersæ in ventriculum. nam si antequam cibus assumptus est, venæ fugunt,ergo & nuperrimè assumptum adse allicient. nan aliter, quid faciẽt interim dum coquitur in ventre cibus?nunquid expectabunt,cessantes interim? at id non licet membris naturalibus. Animaduertendum est,hoc differre eum suctum, qui famem naturalem facit ab eo, qui maiorem, quòd ille incipit fieri cum nondum est facta multa resolutio,sed cum adhuc supereſt allimenti aliquid,ad quod interim conuertantur:hic,cum vehemens est circa omnes venas inanitio,& circa omnia membra resolutio.Nam membra laxa non retinẽt,& a debilibus membris & non retinentibus, sed dimittentibꝰ potius ea quæ habent,reliqua membra rapiunt,etiam si nondum indigeãt exctremè. ita dum concoctio in membris fit,cum nondum est integre facta, neque ea resoluta sunt,incipiunt trahere ex ventriculo,quia ille laxus est,& dimittit:tamen cum deinde per famem corrugatur,retinet,quin & reposcit a venis quod dimisserat,illę vero tunc conuertuntur ad reliquum quod habent alliméti,& eo fruũtur, vsque dum accipiunt nouum. Adde conficere interim membra recrementa,sique habent cocti lia,reliqua attenuare,& vacuare. hoc enim commodius erat animanti,quam vt perpetua repetitione continenter,allimentum ingereretur,ita multorum morborum occasio futurũ. Ex alia occasione cũ fit fames,fieri potest ex pituita accida,& ex melancholico succo redundante in ore ventriculi. Quin & ex quocũque humore frigido,etsi accidus non sit,si facit diarrhœã (ita vocant eam affectionẽ perquã nihil retinetur in ventre,sed talia euacuãtur,qualia ingesta sunt)tunc enim laborat ventriculus intẽperie frigida,& assiduo deffectu. Symptoma aliud,quod vacãt picã,fit ex redũdantia prauorũ humorũ, similia appetẽte vẽtriculo his,quę interius habet.Sed argumẽtetur hoc loco aliquis nõ sine multa probabilitate sermonis,hac ipsa ratione oportere vẽtriculũ illa ipsa auersari,quæ appetit,quòd talia interius haberet. Nã dicente Gale.lib.art.medici.ca.63.intẽperies naturales ventriculi appettunt similia sibi. quę verò sunt prẽter naturã appetũt cõtraria.sunt hęc illiꝰ verba.intẽperies quidẽ vẽtriculi,quę morbi ratione fiunt hoc differunt ab iis,quę naturales existũt,quod cõtraria,nõ aũt similia appettunt, quẽad modũ naturales.Hęc Gale.sed ipsa ratio missa illius autoritate videtur hanc sentẽtiã cõfirmare. Nam si non sumus obliti eorum,quæ paulo ante diximus de causis doloris,& voluptatis, illa appetet vẽtriculus,quibus delectabitur,& illa auersabitur quibus dolebit:delectabitur his,quibus trahetur ad suam naturam,dolebit iis,quibus auertetur a sua natura:sed temperies naturalis cõtrariis trahetur extra suã naturã nõ naturalis cõtrariis trahetur ad naturã:ergo tẽperies naturalis cõtrariis dolebit, nõ naturalis cõtrariis delectabitur.Nimirum quod naturale est expoſcit conseruationẽ,quod prẽter naturã medelã.Si igitur hęc ita habẽt,cũ huõres praui in vẽtriculo preter naturã redũdent,ad cõtrariorũ appetẽtiã

prouo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prouocabunt,non ad ſimilium,Sunt qui reſpondeant,intemperiem illam per quam alienæ qualitates appetũtur,factam iam eſſe,& propterea allicere vt naturalem in ſimilium appetentiã.itaque hic quod ad queſtionem,quam obiter modo diſputamus attinet,dicunt: naturalem intemperiem appetere ſimilia,eam quæ eſt preter naturam,ſi facta eſt,appetere vt naturalem,ſi verò fit ad huc appetere contraria.quod vero attinet ad argumentum reſpondent vt diximus eam intemperiem quæ in picam deducit,eſſe iam factam.Ceterum ſolutio hæc mihi non placet quandoquidem aſſumit rem plane falſam. appetunt enim magna ex parte grauidæ abſurda edulia à principio conceptionis vſque ad tertium mẽſem,cætera tranſigunt ſine corrupto appetitu,quorum neutrum fieret,ſi modo facta eſſet ex intemperie,neque enim tam cito fieret poſt conceptum,neque tam cito tolleretur poſquã eſſet facta. Ergo his miſis videtur dicendum,diſpoſitione omnẽ naturalem corporis ſimilia appetere,nam & conſeruationem appetit:preter naturam,diſſimilia,quia hæc curationẽ indicat:ceterum hæc intelligi de intemperiebus,quæ ſine ſucci redundantia ſunt,nam quę ſunt cum ſucci redundantia,cum ſucci admodum imbibiti ſunt in tunicas ventriculi,plus appetunt ſuccis ipſis,quibus madent ſimilia, etiam ſi illi præter naturam congeſti ſint.huius rei hęc eſt cauſa. humor qui totas tunicas iam penetrat, quantumuis noxius ſit,moleſtiam non infert,nõ enim id,quod alterauit & quietum eſt iam,infert moleſtiam,ſed id quod alterat denuo,ſuccus ergo qui aduenit ſimilis ei,qui totã antea tunicã imbuebat perinde afficit,ac ſi non adueniret deuuo,ſed in ipſa tunica multò ante eſſet,eòque moleſtiam non infert. qui vero illi diſſimilis aduenit,mouet cõtrarii gratia linguam varie,agitatque,quietum prius ſuccũ, ac propterea dolorem facit,quem ſua ſponte refugit natura.nam ſcire licet,cum eadem tunica ſit linguæ & palati & omnium partium oris,quæ eſt & ventriculi interna tunica,eodem modo plerũque affectam eſſe linguam,quo & os ventriculi.igitur hæc hac ratione contingunt.Neque vero cuiquam videri debet dubium(vt interim huic quoque argumento reſpondeamus)intemperies naturales ad ſimilium appetentiam allicere, eò quod bilioſi magna exparte videantur oleribus, & frigidis aliis edulliis delectari,quæ pituitoſi frequenter reformidant.hęc enim eò fiunt,quòd vt Gale.dixit.ca.63.artis medicinalis,calidus calidorum lõgo vſu,& frigidus frigidorũ magis offenditur,quamquã primũ occurſum frigidorum frigidus,& calidorũ calidus iocũdius excipit,eòque cum bilioſi a calidorũ longiori vſu ſe læsi multo ante expreti ſint,contrariis eligunt vti,pituitoſi eadem ratione.Adde his intemperies has extremi lapſus,potiſsimum quæ qualitatum efficatium cuiuſmodi calor & frigus ſunt,raro intra gradũ naturalem conſiſtere,ſed leuiſsimis ex cauſis calidos incaleſcere, frigidos refrigerari prẹter naturam cumque tale quidquã ſunt perpeſsi,appetere eos medicãmenta,& non alimenta.verum de fame naturali,& prẹter naturam & eius cauſis hæc ſint dicta.quibus & quæ de ſiti dici poſſunt proportione reſpondent.Sitis eſt appetentia potus,vt fames eſt appetentia cibi.ſed de eius cauſis videtur eſſe controuerſia.libello de inæquali intemperie differens de cauſis dolorum, qui per famem et ſitim contingunt inquit Galenus.ſitiendo vero,& eſuriendo deficiẽte illic humida,hic ſicca ſubſtãtia.quo loco reprehẽditur aquodam neoterico Hieremia nomine quod ſitim ex deffectu humidæ ſubſtantię fieri dixerit, ac non potius ex intemperie calida,aut ſicca,aut calida et ſicca vt.1.de cauſ.ſympt.ca.7.ſctipſit dicens. At ſalſa & bilioſa cacochymia ventrem mordente potio magis,quam cibus appetitur, preterquã enim quod calefiat,ſicceturque ventriculus,quæ vtique ſitis cauſa eſt.Primo etiam de ſimpl.medica. facultate.ca.32.quippecum et ſitis duplici ratione proueniat,partim humoris inopia,partim caloris copia.cẽſet itaque Hieremias Galenum loco citato exlib.de inæqua.intemp.ſequutum eſſe opinionẽ antiquorum,in aliis vero locis propriam,argumentaſque,ſi ſitis ex deffectu ſubſtantiæ humidę fieret,& fames ex deffectu ſiccæ neceſſe eſſe,vt ſitis famem perpetuò antecederet.ſiquidem ſubſtãtia humida citius cõſumitur,quam ſicca,contrarium verò fieri ſemper videmus in his,quorũ corpora bene habent, fames ſcilicet,ante ſitim, vrget.Hoc argumẽtum illum vincit, quod tamen apponenſem non vicerat,qui differe.118.illud ſibi obiiciẽs reſpõderat,facilius diſſolui humidam ſubſtãtiã quam ſiccam,tamẽ eſſe illius multò plus,vſque adeo vt poſsit prius deficere,quæ ſolutu difficilior eſt,tamen pauca,quam quæ facilior,ſed multa.Mihi neuter videtur mentem Galeni aſſequutus.Nam potus ad nullius ſubſtantiæ corporeę reparationem eſt,niſi id ex accidenti contingat,eò quod eadem ſubſtantia ſit cibus & potus,cuiſmodi eſt vinum.allimentum vt tale eſt nutrit,potus vt dictum eſt à Galeno.4.deuſu partium de ſententia Hippocr.libello de allimento,eſt vehiculum allimenti.itaque,vt cibus eſt ad nutritionem neceſſarius,ita potus ad diſtributionem.ſiquid eſt & cibus,& potus,vtrũque preſtat.præter hęc preſtat vſum alium eximium potus ventriculo,bonam,& facilem concoctionem.nam cum multæ ſint concoctionum ſpecies,quæ alibi dicentur oportunius,quam in hoc loco, ea quæ agitur in ventriculo eſt ſimilis elixationi,proinde non recte,& vt oportet,fit,niſi in ventriculo ſit humor, neque is exiguus vruntur enim ſine hoc potius cibi,quam vt coquantur.hoc preſtat potus ventriculo.Ex his ergo haud eſt intellectu difficile,quando excitetur naturalis ſitis. Nam ſuccus hic,quipotu hauritur,it (quod ex Galeno in.3.huius operis lib.moſtrauimus)partim in renes,partim in venas totius corporis.illa pars mingitur, hęc exudatur. Venæ indigent ſucci ſero ſimilis illa portione quam habent, tum ad penetrationẽ ſanguinis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

guinis e maioribus in minores venas,tum etiam ad earundem venarum attemperationem.afficiũtur enim intemperie vehementi cum continent succos syncriores.dicti humoris deffectu fit sitis,non resolutione partium in corpore humidarum.nam omnis resolutio partium corporis famẽ facit:omnis enim cibo reparatur,ergo cum multus humor est exsudatus,aut occulta expiratione resolutus, venæ trahunt ex vẽtriculo sero similem humorem,ille aridior hac tractione factus & calidior,quia ab iis humectabatur,& attẽperabatur in calore,appetit potum.hanc tractionẽ vehemẽtem potus ex ventriculo,licet tibi videre euidenter,consideranti,quam celeriter aqua cum vehementi siti ab exercitato homine inastæte potissimum bibita,exsudetur.Fit præterea non sine causa sitis naturalis(quamuis antea nulla esset)ex assumptione cibi,eius potissimũ,qui solidior substantia sit. hic enim imbibit humorem & hac ratione desiccat ventriculum,ac calfacit.pręterea ventriculus incipiens agere incibum sine humoris necessaria copia,facit affectum similem vstioni,qui sitim urgentẽm excitat. experieris hæc manifestè si aliquanto tempore ingesta cibi cõsueta quantitate,aptu abstinueris.Vides ergo,vt deficiẽte humida substantia sitis fiat,& ex calore ac siccitate, quæ defectus humidę substantiæ facit. estque hæc species sitis naturalis,nisi quantitate fiat præter naturam.nam vt diximus defectum alimenti, & fastum siccioris substantiæ,cibi scilicet,famem naturalem facere: nimium tamẽ deffectum famem eã quã caninã dicimus.ita scire licet defectum substãtiæ humidæ,puta potus,& illius fastum sitim facere naturalem,nimium tamen facere sitim aliã proportione caninæ fami respondentem.hanc licet videre in diabete.Sed vt fames nimia,ex causa frigida fit,aut ex redunduntia humoris accidi,ita nimia satis fit ex intemperie calida & sicca,aut ex redundãtia humoris salsi.illud euenit per febres ardentes, hoc per hydropem ascitem. Ex his manifestum fit,meritò homines esurire priusquàm sitiant,famem scilicet & siti naturali prius enim fit indigentia cibi quam vehiculi..tamen nonnunquàm sitiunt homines pter naturã,anteq̃ esuriant.quod fit in iis hominibus,quibus os ventriculi nimis est calidũ hi cm quã quàm indigeant cibo,,phibente id calore,non esuriunt,& quãq̃ cibũ non ingesserint,ex intẽperie desinunt:qui statim vt biberunt,attẽperato ore ventriculi,incipiunt esurire. sed de famis et sitis causis satis fuerit hęc dixisse,si modo tantillũ addiderimus, vt, cõsequentiæ eorũquę dicuntur,studiosos semper admoneamus.quãdoquidẽ dictũ paulo ante est famẽ & sitim dolores quosdã esse.& paulo superius monstratum est,dolores omnes fieri ex solutione continui aut intemperie, & neque eos, qui ex intemperie fiunt, fieri posse sine solutiõe,oportet ergo & famẽ & sitim fieri ex solutiõe,vel saltem cum solutione.sed ex qua queso solutione fiunt?sunt enim ambæ passiones penuriæ sensus,altera cibi,altera potus:tamen penuria neque solutio continui est, neq; accidens quod tactu percipiatur?respondendum,famem esse sensum fastus & compressionis,aut contractionis,aut vt cumque aliter lubet appellare,perse,defectus,per accidens.nam cum defectus priuatio sit quędam,non videtur posse perse instrumentum sensus alterare.compressionem tamen aut contractionem diximus in iis esse,quæ soluendo inferunt dolorem.iam vero calorem & siccitatem, ex quibus sitim oriri diximus, nihil est difficile dolorem perse facere(id enim etiam antea monstratum est) neque interim continuũ in ventriculo soluere,quod in aliis omnibus membris solent facere,miri quidquàm habet. quare tempestiuum iam est capiti huic dare finem.

¶ Caput octauum.de ira & an possit aliquem interimere.

IRa est feruor sanguinis in corde,motus timori contrarius, dicentibus, Aristotele septima sectiõe proble.17.& Gale.li.De causis morborum primo.Nam quamquàm ab Aristotele rhetoricorum secundo capi. secundo dictum sit.ira est appetentia vltionis cum dolore propter apparentem immeritò contemptum,tamen declarante Galeno secundo de sanitate tuenda, accidens quoddam irę est, non eius essentia vltionis appetentia.quod patet verum esse cum & in odio etiam hæc appetentia sit. alii omnes animi motus,quemadmodum cum vehementes sunt, corpus extra naturam alterant, ita cùm eorum vehementia plurimum crescit,possunt repente hominem interimere. Sola ira videtur ab Hippocrate & Galeno excæpta, vt pote ex qua homini non possit mors accidere. quamquàm neque id est tam perspicuum,vt citra controuersiam transigendum sit. libro secundo de causis symptomatum ita scripsit Galenus.ab ira nemo interiit:vt pote neque calore perfrigerato, neque robore soluto.si igitur ab ira robur virtutis non soluitur,non potest quantumuis increscat,esse lethalis.Quare de causis pulsuum ca.primo iræ pulsum vehementem esse dicit: quæ pulsus differentia non potest comparari nisi robore aucto, aut aucta cõtentione,& robore non soluto.Præterea ira contrahit viscera in seipsa,& in cor & caput trahit sanguinem & spiritum.vt docet hop.6.eyd.com.quinto his verbis .Excandescentia attrahit & cor & pulmonem in seipsa,& in caput calidum & humidum. Galenus in c asserit calorisvitalis debilitati irã remedio esse.hip.rursus.2.pydem.Dãda(inquit)est opera,vt ira excite

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

excitetur,& caloris & ſucci recuperandi gratia. Igitur potius auget robur,quam debilitet. Sed ex natura rei eſt magnum argumẽtum.nam ira neque eſt motus ſpirituum ad interna,neque ad externa,ſed ferbor circa cor.non eſt ergo quod debilitet.Sed contra videtur eſſe quòd Galenus. 12.methodi cap.5 ita habet.Triſtitiæ verò & anexitatẽ & iræ,eo modo lædunt quo multę vigiliæ,quod vires reſoluunt Et rurſus paucis inter poſitis inquit in omnib⁹ eiuſmodi ſympromatis manifeſte vidẽtur ægrotantes tum animo linqui tum viribus reſolutis eſſe.Ergo hoc in loco iram,non minus quam triſtitiam & vigilias fortes,vires reſoluere dicit.quare nõ min⁹ quam illa,videtur poſſe interimere.nam ſi natura ſuâ vires ſoluit,quo maior erit,eò ſoluet plus,quare aliquando poterit vſque adeò increſcere,vt mortem afferat repentinam. Nonnulli huic Galeni loco, qui nuper citatis appertè contrarius eſſe videtur, ita reſpondent:iram cuius hic fit mentio,non eſſe eam,quæ proprie ira nũcupatur,ſed tędium,aut affectum aliquem ireſimilem.cęterum videntur reſpõdere nulla probabili ratione per moti. nam eodem nomine vſſus eſt.12.meth.& 2. de cauſis. ſum.illic enim eſt ὀ μὲν θυμὸς δ' ὀὐτις.hic θυμοθεὶς.quare aliter ego reſponderim: iram quidem ſola conſisteret, ſuo motu potius virtutem excitaturam, quàm extincturam:calore tamen poſſe non cere,etiamſi ſola cõſisteret,ſiccando vigiliarũ more.calfacit enim vehemẽter,ac proinde.6.epid.citato loco,in calidis naturis & affectibus, pręcipit iram deuitare. quoniam vero rariſsimè aut nunquàm ſola conſtitit ira,ſed cum aliquo mœtu permiſcetur,contrariis motibus calore & ſpiritu agitatis lædere poteſt, & animi deliquium facere quemadmodum dicebatur ,11.methodi: verum tamen quoniam contrarii motus ſibi quodammodo reſiſtunt, fit vt læſio non eatenus procedat,vt mortem faciat,vt gaudium & timor quemadmodum dicebatur.2.de cauſis ſympto- loco non eſt vertendum,vt vertit linacer, neque robore ſoluto,ſed neque tono ſoluto. habetur enim græce μήτε τοῦ τόνου λυομένου.nã ira neque impetus ad interna,neque ad externa eſt, ſed voluti tonus.quare iram interficere poſſe repente ac perſe,nullo alio prius affectu pręter naturam genito,non putauerim:cœterum robur poſſe ſoluere & ſyncopem facere,quamquàm neque hoc perſe ſed ratione aliorum,quæ cum ipſa coniunguntur,aut ipſam conſequuntur. atqui vtrum quodlibet videtur à Galeno dictum citatis locis.ſed nitetur aliquis fortaſsis oſtendere,de ſententia galeni iram non augere calorem:quãdoquidem.2.lib.de ſanitate tuẽnda ante verba paulo ante citata,ita ſcripſit.Quã quàm ira aud quaquàm accretio,ſed veluti ferbor eſt caloris in corde(paucis interpoſitis) Verecundãtibus autem augetur inſitus calor.His Galeni verbis apperte videtur ſignificari:iratis non augeri inſitũ calorem,augeri tamẽ ſuffuſis pudore.tamẽ intelligendum eſt Galenum loco illo non negare,iram augere innatum calorem,non minus quàm pudorem:ſed declarare modum,quo in vtroque illorũ motuum augetur.Nimirũ iratis augetur calor ferbore,verecundantibus augetur motu ſanguinis & ſpirituum.Eſt verò hic ſenſus multò clarior indictione græca,quam in vulgari hac trãſlatione. illa enim ita habent αὐξάνεται δὲ καὶ τοῖς αἰδοῖ ἐοῦσιν ἡ ἔμφυτος θερμότης. ideſt,augetur autẽ & verecundantibus calor naturalis.quæ verba apperte innuunt calorem iratis etiam augeri,tamen ſi excluſa particula copulandi ſola particula aduerſitatis relinquatur:ſignificabunt iratis non augeri naturalẽ calorem:& fiet nobis ocaſio controuerſię,quæ in autoris verbis eſt nulla.ſed hanc controuerſiam iam diremimus.

¶Caput nonum.De riſu & fletu.

RIſus tam eſt hominib⁹ naturalis,vt proprii exemplũ porphirio fuerit,quaſi nihil inuenerit hominibus proprius,excæptis iis quæ ipſius eſſentiæ partes ſunt:tamen fit aliquãdo præter naturam vſque adeo,vt nonnullos conſtet riſu ſardonico(quod eſt in prouerbio)interire. quãquàm de hoc ſymptomate videas à Gale alioqui diligentiſsimo,& ab aliis qui illum ætate conſequuti ſunt,ſcriptum eſſe nihil:neque de ipſius riſus cauſis aut ſubſtantia quicquàm eſſe apud illos inter eos qui noſtrõ hoc ſeculo habentur ſapientiſsimi,Hieronymus fracaſtoreus & Franciſcus Valeriola viri, ambo ingenioſiſsimi,non parum emunctas prodidere ſententias.tamen in re adeo difficili, quæque apud alios ſcripta non ſit,nihil mirum primos ſcriptores ſententiis diſsidere.quare non fuerit inutile neque à noſtro inſtituto alienum:quod inter illos controuerſum eſt diſputare,& interim quod de hoc ſymptomate ab aliis omniſſum eſt, proſequi.Nõ dubium eſt riſum eſſe vibrationem quandam ſepti tranſuerſi, & muſculorum thoracis & oris:atque hanc vibrationem ſignificare aliquem animi motum:ſed quem animi motum ſignificet,& qua ratione motus cordis moueat muſculos, eſt cõtrouerſum.fracaſtoreus lib.de ſympathia cap.20.cenſet riſum duarum paſsionum eſſe ſignum,gaudii& admirationis.Velerio la ſubſtulit admirationem, & ſolius gaudii quod profuſum eſt, dicit riſum eſſe ſobolem:tamen interim non reſpondet,quantum iuditio conſequor,omnibus iis quæ à fracaſtoreo in ſuæ ſententiæ confirmationem,dicunrur.Argumẽtaturhic ex duab⁹ paſsionib⁹ homines ridere ex difficultate riſus.nam hac ratione riſus nimi⁹ grauis eſt. quãquàm hoc alia ratione poſſe prouenire docet ipſemet dicens,

ideo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re,quod cor in perpetua illa expansione(vt ita dicam)non difflatur tamem videtur firmioribus rationibus illius sententia posse confirmari. Experimento sentimus homines ridere,quum occurrit res iocunda et noua, atque quamprimum cessat aut iocunditas aut no[illegible]tas,cesare risum. sed noua faciunt admirationem,iocunda gaudium. igitur risusambas has passione[illegible] sequitur,gudium et admiratione. fortasse respondeat Vale. res iocundas propterea risum non face[illegible],nisi nouę sit, quod quæ consueta sunt.passionem non faciunt.sed falso hęc respondebit. nam risus cessat multo anteque gaudium [illegible]do scilicet admiratio cesat ante quam gaudium : atque cum duo hæc risum faciant,cum illorum alterum cessat,risus extinguitur vt pote amborũ proles. Sed rogem rursus, si potest a risu abesse omnis admiratio,cur solus homo ridet,non enim solus gaudet. An non quia solus admiratur? nam obiectu rerum nouarum alia animantia terrẽtur,homo vt pote rationalis admiratur.terror vero tam longe abest vt moueat,vt etiam cohibeat risum .cur fatui rident plus hominibus intelligentia prædictis, & pueri plus viris?an non quia hi leuioribus de causis plus mirãtur ã quod sanguinei plus aliis rideant, causa est,quod sunt hilariores.his contra obiicit valeriola,omnem admirationem efficere quasi suspẽsionem quandam animi,ob rei nouitatem & ignorantiam,quare risum potius prohibere quã prouocare. Addit preterea admirationem esse rerum nouarum & mirabilium,risum ludicrarum . Profert insuper multa exempla rerum redicularum,quibus nihil subesse putat admiratiõis .sed vt verum fatear libere,magis mihi placet sententia fracastorei hac in parte, quippe quæ omnibus problematis respondet probabilius. nam quamquã admirationem cum gaudio risum facere dicimus, tamẽ non proinde quo maior admiratio est,eo maiorem risum facere,nisi simul gaudium crescat ad portionem.cumque admiratio valde magna est,& rei difficilis , non permittit profuso gaudio moueri,sine quo risus non consistat.tamen admiratio facilis,gratæ rei,ea facit risum.itaque magna admiratio facit ecstasim facilis facit risum.Rogat Valer.quis rideat vbi serenitate summa magnos decidere imbres aut ęstate media ingentia oriri frigora viderit?immo vero quis vnquam tam treticus fuit mi Valeriola, qui hæc conspi[illegible]oręincutiebat nouitas)citra risum substineret? Quę.n.queso admiratio,rursus inquis,cadit ,cum scitos & paruulos nostros liberos cõplectentes,ob ipsorum gesticulationes , ob inarticulatũ sed lepidum sermonẽ,ob varios insultandi modos,ob ridicula & puerilia facta,in risum effundimur? sapientissimus es Valer . qui primas voces,lepidum sermonem,varios insultandi modos in infantulis ne leuiter quidem mararis. Sed miror(quamquã non rideo)seuerum hominem etiam illa cuius nulla admiratio est ridere.habentur. n.leuis mentis,qui ea quorum minima admiratio est rident,nedũ quorum nulla. dicis optimẽ risus est rerum ludicrarum,sed quæ res ridiculæ sint id demũ est in controuersia. Ridemus arbitror conspecta re quapiam deformi admodum,& monstrosa vel magnitudine vel figura. Solent n.talia in aulis magnatum risus causa versari. tamen illa , si risus solius gandii esset , nequaquã essent ridicula.nam gaudium est rei iocundæ:admiratio mirabilis. ratio iocnnditatis est in bono, admirationis in nouo. tamẽ in re monstrosa nulla boni ratio cõspicitur,magisquã in re vt oportet cõparata,sed nouitas.igitur gratia admirationis fiunt res ridiculæ?. nam quæ citra admirationem vehementem,quæ stupor sit,aut citra terrorem,admirationem aliquam,aut insolentiã continent , ridicula sunt.itaque quamquam sæpe ridemus ,admirationem,quæ subest , non persentientes , aut propter facilitatem illius,aut propter cõsortium cum alio affectu,tamen subest tunc quoque admiratio quæpiam,aut in cospecta re,aut in eo quod interim nobis in mẽtem latẽter subit . Est cum excitatur in nobis risus,citra alias causas ex titillatu,quem non tam esse risum quã risui similem motum docet fracast. cum Nicolo florentino.quos hac in parte merito damnat Valeriola dicens,verum risum esse. Sed huius decisio ex causa qua hic risus fit pendet.nam si eiusdẽ prorsus causæ est cuius alter risus,cęteris etiã illi similis non video cur non sit risus verus. Arist.3. de par. Anim.cap.10.calfactu septi transuersi dicit fieri,calore motu titilatus excitato & in septũ trãsfuso. hęc Arist. quamquã ego nõ video qui tãtus calor possit attrectatis plãtis pedũ in pręcordis excitari. nã si vt ipsemet Aristo. inquit sect .35 . probl.7. vicinia sentientis partis facit vt labra titilẽtur,faceret profecto longinquitas vt plãtę pedũ non titilarẽtur.non itaque est,quantũ intelligo,hæc causa. sed partes quędã acerrimi sensus,ad quas musculorum sunt capita,ex tactu sentiunt voluptatẽ,veluti delinitis carneis partibus. hęc voluptas,cum repẽte & latenter accedit,transfundit ad cor gaudiũ cum quadã specie nouitatis. atque ita non aliter ac ex aliis causis risus fit.hac causa cõtingit vt nullus se ipsum possit titillare,quia nullius tactus potest sibi ipsi occulte occurrere. vt vel hinc rursus sumpto argumento,constare possit,risum non sine admiratione fieri. nam si solo gaudio,aut si solo calore fieret (si placet ita dicere cum Arist.)hic qui fit titillatis. nihil faceret ad risum fraudulentę & cladestinę tactus. tamẽ scriptũ ab Arist. ipso est quodã probl. dictę sect. risus alienatio quædã & fraus est,qua qui in sede pręcordiorũ verberantur rident. sed illud supereſt vt contemplemur,qua ratione per gaudium mouentur septum transuersum & musculi ex cordis passione, cum sint instrumenta facultatis animalis. Primũ omniũ satis constat cor non posse mouere musculos ipse. illud. n. arterias solũ mouet. gaudiũ passio cordis est. sed risum nõ diximus solo gaudio fieri, sed illo & admiratioue,quæ passio rationabilis partis est. itaque hac ratione nihil mirũ,instrumenta facultatis

animalis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

animalis moueri ad prodendã admiratiõem gaudio coniunctam. neq; vero mirũ gáudiũ quoq; motu aliquo animali ꝓdi, non quidẽ cordẽ mouẽte musculos, sed animali facultate vitali cõsentiẽte. fit hinc rursus manifestũ risum naturalẽ libe ã motũ esse quia motus animalis est: tñ difficile cohiberi aliquãdo qa etsi est animalis est in numerõ orũ q̃ subseruiũt naturalib⁹, qđ de resp. dixit. ga·2. de motu musculorũ. hec itaq; est essentia, & hę cau risus naturalis· modo si de fletu naturali tãtillũ addidero, de eis de eũ ꝓter naturã sunt dicã, quod p ęsens exigit disputatio. fletus est mot⁹ risui cõtrari⁹, animi etiam motũ aliquẽ represẽtans. vt p illũ dila atur cor & cũ eo thorax et faciei misculi, ita ꝓ hũc constringuntur. sed in facie ꝓ risum quę ad os attin ẽt magis, p fletũ maximè quæ ad oculos. hęc cõpressio lachrymã exprimit, quę ex eadẽ materia est ex q a vrina & sud r, puta ex sãguinis sero: sed vt vrina ex hepate, & sudor ex venis, ita lachryma ex humic oculi part bus. docet hoc sine cõtrouersia Ari. sect. 5. prob. 35. vbi ita scripsit. lachryma sudor quidã e mõstrat lud Ari· quibusdã argumẽtis. pri. ex modo subãtiæ: est siquidẽ nõ aliter q̃ vrina & sudor tẽu & aque substãtia, & salsa sapore. ex modo etiã geñratiõis, ni mirũ generãtur ex eisdẽ causis. Amb primi s tim⁹ calfactu & motu vehemẽtiori. ii nimirũ qui rẽ quãpiã vehemẽtius calfacientẽ faci a mouẽt illachrimãt, & qui vehemẽtius mouẽtur, aut ęquis insidẽt curẽtib⁹ veheměter, maximè si hu idiorib⁹ oculis sunt & cerebro. hinc etiã fit vt cũ vehemẽtius ridẽt homines, effundãt lachrymas, vt sudãt. s. motu & calore humore effuso. sed cũ causa quapiã tali lachrymę nõ fiũt, animi motũ declarãt, vt ris⁹ gaudiũ cũ admiratiõe, ita flet⁹ tristitiã, aut timorẽ. sunt. n. duo hi motus animi admodũ similes, ꝓ quos cor cõstringit, atq; in eo calidũ innatũ. hinc fit vt risu & fletu humines vtãtur, illo ad gratuládũ & salutãdũ, lętũ animũ ita volẽtes ostẽtare, hoc ad cõmiseratiõnẽ. fit dictis vt pueri & mulierculę facile illachrymẽt, qa affectib⁹ animi facili⁹ tãgũt, & hũidiores sũt ꝓperamẽtis. Cæterũ de causis quibus hi duo motus symptomata fiunt resexigit vt disputem⁹. Risus & flet⁹ præter naturã fiũt, ex morbo animi, aut instrumẽtorũ. morbi animi, ex quib⁹ hęc fiũt, sunt desipientiæ. vidẽtur nõnulli melãcholici perpetuo lugere, nõnulli etiã ridere, de qua desipiẽtia locutus est hip. 6. aph. 53. dicẽs, desipiẽtię quę cũ risu fiũt securiores. hac melãcholię specie suspicati sũt abderitę laborare suũ democritũ, quẽ tñ nõ cẽsuit hip. heleboro expurgãdũ: vt potè sapiẽtissimũ, & minime desipiẽtẽ. Quãq̃ ego nõ putauerim fieri posse vt tã ꝓfunda mẽtis cogitatio nullã melãcholiæ speciẽ peperisset. ea em̃ est nut anæ mẽtis imbecillitas, vt sapiẽtissimi quiq; in desipiẽtiã relabãtur. quare risum democriti & fletũ haracliti quãq̃ ex sapiẽti cõtẽplatione ꝓceserint, tandẽ nõ affuisse à symptomatis melãcholiæ, soleo suspicari. Ex viriis etiã ad corp⁹ relatis, fiũt hæc duo symptomata: risus ex percussiõe septi trãsuersi agitato simul interi⁹ calido innato, vt nõ possit facultas septũ cõtinere. est em̃ quasi motus quidã cõuulsionis. qualẽ risum cuidã accidisse lãcea cõfoso latere refert Ari. 3. de partib⁹ animaliũ: atq; ex vehemẽti ictu scio ego cuidã superiorib⁹ annis accidisse. nõnũq; ex calfactu quodã earũ partium, quomodo crocũ potu risum præter naturã facere, suspicãdũ est. Est cũ ex cõuulsione fit in partibus faciei risus species, quę tñ nihil minus q̃risus est. fletus symptoma ex nimia sero similis humoris redũdãtia fit. quę aut in ipsis oculorũ partib⁹ generatur, vt in iis qui intẽperie humida cũ subst ãtia, laborãt: aut ab aliis partib⁹ influit, vt quorũ oculi fluxione laborãt. horũ em̃ vtriq; solẽt illachrymari. simili quadã ex causa effũdũt lachrymas quib⁹ instat iudiciũ ꝓ fluxũ sanguinis denarib⁹ vt ab hipp. dictũ est. 1. de morb popul. parte. 2. sed de duobus his symptomatis quantum res exigebat dictum est. quod si nonnihil vltra controuersias processimus, factum est, quia quæ nos diximus apud alios autores desiderantur,

¶ Caput decimũ. An possit perire in particula quapiã sensus seruato motu.

MOnstratum est in secũdo huius operis libro, mẽbra recipere sensum & motũ, ab ea facultate, quę in cerebro resident, vnica influxione, quã illustratione quadã fieri diximus. addidimus in eo libro ꝓpterea actiones has posse amitti citra ꝓprium aliquod partis malum, affecta origine, aut intercluſa via, contra ac naturalem facultatem, quę quia insita est membris, nulla exparte influens, non habet symptomata ex sola sympathia. an verò vt duæ hæ actiões, putà sensus & mot⁹, simul recipiũt in mẽbris simul quoq; amittãtur, an possit illarũ quęlibet sine alia amitti, an nõ quęlibet, sed altera, disputat galenus. 1. de locis patiẽtibus ca. 6. vbi docet mẽbrũ aliquod vt manũ crus aut etiã digitũ, posse amittere sensum seruato motu, & motũ seruato sensu, reditq; vtriusq; cuẽtus causã, distinctius tñ. libro. 1. de causis symptomatũ cap. 5. vbi addit, quãq̃ hæc in eodẽ mẽbro cõtingere possint ambo, tñ in eodẽ neruo, nõ ambo: sed sensum seruari posse sine motu, motũ vero sine sensu minimé. nimirũ fit, vt idem neruus, nõ solũ idẽ mẽbrũ, amittat motũ seruato sensu, qa cũ sentiẽdi & mouẽdi vis sit eadẽ, maiori tñ opus est admouendum, quàm ad sentiendum. quãdo quidem motus consistit magis in agendo sensus quodammodo inpatiendo, vt in secundo libro nos explicuimus. vis igitur quæ valet mouere, multo magis valebit sentire: non tamen quæ ad sentiendum est satis statim ad mouendum erit. cæterũ in eodem membro nihil est intellectu difficile, neruos quibus texitur cutis, obstructos esse, iis qui in musculos ingrediuntur expeditis. cum hęc sit Gale. opinio, ab aliis atiam autoribus recæptissima

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& tã euidẽtibus ratiõibus cõfirmata, nõ desunt qui cõtẽdãt, posse in eodẽ etiã neruo pire sensum seruato motu, ii. s. quibus antiquos refelere læue est: neque solũ læue sed & glorioſum. Videndũ tñ est qua ratione victi ita sentiãt. Consistit (dicũt) omnis facultas in tẽperamento partis & quãq̃ hęc facultas nõ est insita membris sed influens participat tñ illã ratione tẽperamẽti pars quę recipit influxionẽ, & quãq̃ animalis facultas vnica sit, nõ tñ vnico vtitur instrumenti tẽperamẽto sed diuersis ad mouẽdũ & ad sentiẽdũ. vt em̃ lingua gustamus & attingim⁹ & diuerso tẽperamẽto verisimile est in ea hæc agi: vt etiã idẽ ventriculus trahit retinet, cõmutat & expellit, tñ ex diuersis tẽperamẽti qualitatibus hęc ꝓficiscuntur: ita neruus idẽ mouet & sentit tñ diuersis tẽperamẽtis hæc eũ facere est verisimile. Nã ad sensus acrimoniã facit humor, ad motus firmitudinẽ, siccitas, ergo aresceṇte neruo priùs peribit sensus q̃ motus, quia prius peribit humoris mediocritas q̃ siccitatis (hoc em̃ etsi nõ dicatur, intelligi modo debet, cõuenire hęc tẽperamẽta his actionibus, cũ quadã mediocritate. nã cõstat omnẽ immodicã intẽperiẽ deiicere actũ cuiusq; virtutis) igitur (colligũt) potest alterutrũ cõtingere. Aduersum gale. sanè est hoc dogma haud obscurè. nã. 1. de causis symptomatũ, ita scribit. cõtrarium haud quãq̃ inuenias factũ, moueri quidẽ, sine sensu tñ esse nudũ musculũ, Orem miserãdã quãto foret satius, argumentorũ si quę occurrerẽt (occurrũt em̃ nõ rarò, etiã aduersus euidẽtes assertiones) diligẽter solutiones quærere, & inuẽtas docere nostros discipulos, quã statim vt ex nostra ignorãtia hęremus, miseros transferre in falsas sentẽtias? abutimur autoritate, mihi crede, dũ ita facimus. foret multò vtilius, vt discipuli intelligerẽt, quanto minus habẽt isti antigaleni in secessu, q̃ in frõte, vt omnes (quod ego facio) respiscẽtes, irriderent hominũ insolẽtiã. q. dergo respõdẽdũ argumẽto est? q. d aliud, quã sensum fieri melius cũ quodã hũore, & motũ cũ quadã siccitate: tñ sensũ, quia minimæ est actiõis, nõ adeo exactã exigere dispositiõẽ in instrumẽto, aut tẽperiẽ: sed cũ quacumq; fieri posse, quæ nõ sit inæptissima (id intelliges, cõsiderãs, nullũ corporis neruũ carere tactu, etsi illorũ nõnulli sunt satis sicci) tñ motũ, vt pote qui in actiõe magis cõsistit, nisi satis cõmodum nactus sit instrumẽti tẽperamentũ, nõ fieri. his receptis, quæ galenus ipse insinuat, vtcũq; actio animalis ex neruo quopiã tollatur, tolli motũ ante sensum. nã si interceptione facultatis tollitur, prius deest facultas valẽs mouere, q̃ sentire: si intemperie nerui. sit hęc ariditas (nã hæc illorũ argumẽto maxime quadrat) tuncq; intellige, quãq̃ cũ siccitate deterius fiet sensus, nõ tñ prius fieri cesare, q̃ & ad mouendũ ineptus sit neruus. Quare ego nõ dubito, posse, neruo durescente, minui sensum, anteq̃ minuatur motus, neq; solũ hoc, sed minui sensum, cessãte motu. vt si cui homini, qui sit acriori sensu & debiliori motu eo ꝙ sit molliorib⁹ neruis, incipiãt illi durari: interim dum durities nõ est admouẽdũ nimia, decrescet sensus, crescẽte motu. hoc cõtingit pueris omnibus, tendẽtibus ad firmiores ætates. tñ quãq̃ incipere possit minui sensus, ante q̃ mot⁹, nõ potest priùs deficere, quàm ille. quia cum minori instrumenti aptitudine, potest conseruari. his quę dicuntur admodum, prouabiliter, attestatur experimentum quotidianum. cui non possis cõtrariũ obiicere, satis certo scio, quare ego in Galeni sententia maneo.

¶Caput vndecimum. An frigus sit perse causa alicuius actionis.

AQua intemperie minuatur, tollatur, aut vitietur actio quæpiã perse, & àqua ex accidenti, non possis destinguere, nisi prius inueneris, aquibus qualitatibus perse ea agatur, & aquibus non perse. Est verò in hac disputatione controuersia non leuis, de modo quo frigus est in animantibus actionũ causa. Quidã dicũt, frigus nulli facultati subseruire pse: sed omnib⁹ facultatibus esse aduersum: alii contrariũ asserunt. qui priorem tuentur sentẽtiã, vocant testes Galenum & Auãicen, & insuper adduntargumẽta. Galen⁹. 3. de causis sympt. cap. 3. quo verò (inquit) ad paucos respiciat quis scopos, in summis rẽ etotam distinguam. caloris incrementa potentius commutant. interim tamen dum ad tãtum venerint evehementiæ, vt nõdum colliquent: tunc namque primum omnino sunt inutilia. frigus vero nilli functioni est ex vsu. Auicena fen prima primi doct. 6. cap. 3. multis rationibus cõcludit frig⁹ in actionib⁹ virtutum non ingredi essentialiter (vt or illius verbis) id est non perse, sed ex accidenti. sunt auicenę hęc argumenta. frigus omnibus facultatibus est perse aduersum: quandoquidem nullam operationem nõ impedit, cum crescit, ergo nulli est ex vsu perse. quod verò omnes operationes lædat perse, monstrat quãdoquidem (inquit) frigus est stupefactiuum & paralyticum faciens, id est, tollit sensum & motum. de naturalib⁹ vero facultatibus quod hæ quoque impediantur à frigore, cõstat haud dubiè. nam cum facultates illę sint quatuor, ciborum confectio, quę vnius illarum actio est, citra controuersiam fit à calore. aliæ tres aguntur per motum. quare cum motus omnes lædat frigus, læder quoque perse illarum actiones. nulla igitur actio videtur supereſſe, quam iuuet frigus. Nihilomin⁹ Aponensis, qui ante nos medicas controuersias dirimere agtessus est, contrarium censuit: nempe esse actiones aliquot, quæ perse iuuentur à frigore, & perse leduntur à calore. qui primum omnium damnat Auicenã & Galenum. neque enim videtur posse, quantumuis conatur, alioqui conciliator, conciliare verba illa Galeni ca. 3. de causis sumpt. cum aliis eiusdem Galeni locis, quę pro se affert, & aliis Aristotelis. Galenus inquit

(inquit) facultates omnes in temperamento collocat. temperamentum vero est in calido frigido humido & sicco: non ergo solus calor, sed hę omnes qualitates ad animantiũ actiões vim habent. Aristo. secundo de generatiõe animalium capite quarto ita inquit: ortus partium simplicium à frigore aut calore est, conformantur enim & coalescentantur alia à frigido, alia à calido. Addit Aristo. carnis generationem docens, eam ex sanguine quem venæ exudant & frigore consistere. Hęc eadem est doctrina Galeni secundo de temperamentis, vbi inquit, partium quarumdam generationem esse per frigus & eas calore solui: aliarum generationem esse per calorem, & eas solui frigore. sed omnes partes generantur & augentur concoctione, ergo concoctio non solum calore agitur, sed etiam frigore. Addit, appetentiam iuuari perse à frigore: hinc que frigidos ventriculis plus appetere: quare cum appetentia actio quædam animantis sit: non omnes fieri perse à calore. Preterea addit animalia quędam esse natura suà frigidissima, quæ tamen nutriuntur. & reliqua omnia agunt, vt cœtera animantia. quare cum in illis frigoris sit multo plusquam caloris, non videntur actiones illæ perse à calore agi. His omnibus addit, Auicenæ argumentum esse debilissimum: neque enim minus actiones omnes corrumpi à calore immodico quàm à frigore, quare ista ratione non minus calorem esse aduersum facultatibus, quàm frigus. nam si calore moderato opus est ad conseruationem facultatum: opus etiam est frigore moderato. Vnde rursus desumit ansam argumentandi. Si (inquit) ad facultatum conseruationem concurrit frigus perse, concurret quoque perse ad illarum actiones. Hęc sunt illius argumenta. Tamen mihi contraria sententia videtur esse Galeni & Auicenæ & Aristotelis, & insuper verissima. frigus nempe ad actiones omnes viuentium corporum ex accidenti concurrere, non inquàm quod tantum frigus sit, sed quod calorem opporteat esse ita temperatum: quod citra tantum frigus fieri nõ potest. atqui eodem modo concurrit frigus ad animalium generationem, & ad facultatum conseruationem: & ad actiones, ad omnia nempe exacidenti. nam ad hæc omnia necessarium est frigus propter caloris temperationem: ita vt si citra frigus omne posset calor esse, hoc aut illo gradu remissus, nullum frigus esset futurum vtile. Neque verò est quod nos conturbent naturales actiones animalium, quæ frigidissima sunt. neque enim est philosophiæ aduersum, corporis frigidi esse actionem quandam, quæ à calore perse fiat. Nam aqua frigida vno gradu, infussa in aquam tertio gradu frigidam, frangit illius frigus. constat verò, frigidam illam aquam calore id facere: neque enim arbitror frigore frigus corrumpat. Quare minus debuit, illorum animalium exemplo (vt hoc quoque obiter dicamus) vinci fernelius, vt calorẽ quendã cœlestẽ, haud quaquàm similem calori elementorũ, in viuentibus esse contenderet. Verum ille diuinus est totus, non philosophus. Sed reuertor ad institutum Si dictum ab Aristotele est loco citato, quędam coqui à frigore, intelligendum est, id agi à modico calore. quod enim id vellit aristoteles ipse, intelliget quicumque non oscitanter præterierit id caput, aut constiterit in primis verbis. nam in eodem capite paulo infra, ita scripsit, differens de omnium membrorum generatione. Inest hic calor in excremento seminali tantus talemque habens motum, & actionem, quantus modicus sit ad quamuis corporis partem: quantum autem deficiat vel redundet, deterius efficit, aut mancum, id quod gignitur. similiter vt in iis quæ foris elixatione comparantur, ad vescendum aut ad alium vsum. sed in his mediocritatem caloris admotum præparauimus nos: illic, natura gignentis accommodat. in iis autem quæ sponte oriuntur causæ sunt motus temporis & calor., frigus priuatio caloris est. His verbis Aristotelis apertè significatur, actiones omnium membrorum, agi calore, frigus esse ad caloris temperationem & remissionem. non enim aliud significans dixerit Aristoteles, frigus priuatio caloris est: cum constet illud esse qualitatem, & in numero agentium. Dicendum etiam est, frigidam causam non iuuare appetentiam perse, refrigeratione inquàm sola: nam hac ratione cum stupefaciat & tollat sensum, potius extinguet famem: sed corrugatione & adstrictione: qua ratione sentimus acerba omnia famem inferre. Verum rogabis, cum non minus necessarium sit quodam frigus ad actiones, quàm quidam calor, & auctus calor non minus corrumpat actiones quàm auctum frigus, quæ est ratio, quæ monstret, calorem hæc agere perse, & frigus ex accidenti? hæc quæ (quantum intelligo) monstratio est: frigus perse lædit omnes operationes, & calor lædit ex accidènti: ergo calor iuuat illas perse, & frigus ex accidenti. quod verò frigus perse lędat, intelliges considerans, quaprimum in parte quampiam incipit crescere frigus, incipere minui actiones: & crescente frigore, ad portionem, actiones minui, vsque dum integre corrumpuntur: ex calore, non ita: immo verò nulla actio statim ex quocunque caloris decremento minuitur (quamquàm incipiat deteriùs fieri) vsque dum procedente calore in magnum incrementum, corruptione facultatis actio minuitur Ventriculus quantò frigidior fit, tantó minùs commutat cobos sed non perinde quanto calidior. Crura quantò frigidiora fiunt, tantò pigriùs ingediũtur, tamen ventriculus satis magnam sustinet caloris accessionem, & crura quoque, anteq̃ ille minus cõmutet, aut hæc lentiùs ingrediatur. Hęc itaque est ratio explorandi, quæ perse cõcurrunt ad actiones, & quæ ex accidenti. Illa qualitas quæ statim ac incipit excedere mediocritatem, incipit remittere actiones, perse est actionibus aduersa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& ex accidẽti concurret ad actiones, eoque à Galeno dictum est, frigus nulli facultati esse ex vsu, quia nulli subseruit perse. Nam omnes actiones, statim ac incipit frigus crescere supra mediocritatem, incipiunt langueſcere: tam quæ animales sunt, quàm quæ vitales & naturales. Sensus omnes frigore torpent. Motus quoque omnes, siue animales sint, siue naturales, siue vitales, compescuntur frigore. concoctio quoque omnis frigore agitur tardiùs, & imperfectiùs. Quare ad nullam actionem frigus est vtile perse. Sed de hac quæstione hæc sunt satis.

¶ Caput duodecimum. De lethargo & phrenitide. an sint inflamationes.

*

TEmpestiuum iam est vt morborũ quorundam essentias attingat nostra disputatio: primoque lethargi & phrenitidis, quandoquidem hi morbi plures homines tollunt. Refert ergo illorum essentias non ignorari. Lethargus, dicente Galeno decimotertio methodi cap. 20. est passio phrenitidi secundum speciem contraria. locus malè affectus in vtroque morbo est idem, nempe cerebrum. 3. de locis patientibus cap. 5. sed causa est cõtraria, vt habetur locis citatis. &. 2. de causis sympt. ca. primo &. 4. de causis pulsuum ca. 14. &. 1. prorrhetici, comm, 2. & sępe alibi, lethargi nempe pituita, phrenitidis bilis: symptomata etiã contraria sunt (ex eisdem locis) lethargi segnities in motu, torpor insensu, phrẹnitidis mobilitas & delirium. quod motus est vitiatus internorum sensuum. hoc vno cõueniunt, [illegible]troque coniungitur continua febris, 3. de locis patientibus &. 2. de causis symp. capitibus [illegible]tatis. & hoc modo distinguntur ab aliis quibus cum conueniunt in causis & symptomatis: phrenitis mania & lethargus à caro & apoplexia. Ita ergo differunt phrænitis & lethargus. quamquam. 3. epidem. ab hip. omnes delirantes, vtcumque delirent, dicuntur phrẹnitici. & nonumquã a Galeno phrenitici dicuntur, qui ex inflamatione sepți transuersi delirant. Sed hæc species paraphrenitidis est, vt & delirium ex ardore ingenti febris. Dictarum paraphrenitidis specierũ, hæc quę ex febris ardore fit, nõ est cum perpetuo delirio, sed interciso, illa quæ exsepto est, differt à propria phrænitide dyspneæ specie. phrenitici habent magnam & raram respirationem: paraphrenitici nunc hanc, nunc paruam & crebram, nunc inæqualem omni inęqualitate. Talis est in his morbis affecta sedes, & hæc ratio causarum & symptomatum. In distinguenda horum affectuum essentia est dubium, an possint phrẹnitis & lethargus fieri sine inflamatiõe cerebri, ex sola intemperie cum putri succo: atqui si inflamatio sit, an in cerebri medula an in inuolucris. Galenus secundo de causis simpt. ita scripsit. Quipe phrenitis nõ tantũ á calidis ortum habet succis, sed supra id etiam phlegmonem in cerebro & eius inuolucris excitat. Est igitur phrænitis inflamatio. Quod vero & lethargus inflamatio sit, ostẽdo. Decimotertio meth. cap. citato lethargus cõtrarius phrænitidi secundum speciem est. si igitur sunt morbi contrarii secundum speciem, conueniunt genere, sed inflamatio ab intemperie sine tumore differt genere: cum œdemate conuenit genere tumoris prẹter naturam, & specie est illi contraria ratione contrariarum causarum, excitãtium fluxiones: igitur est lethargus tumor prẹter naturam in cerebro, vt & phrenitis. Prẹterea si solum essent fluxiones, ac non potius inflamationes non haberent lethargus & phrenitis adiunctam perpetuam febrem. nam neque grauedo, neque fluxiones aliæ, quibus cerebrum laborat, illam habent. Sed cõtra est quòd Galenus primo prorrhetici com. 1. ad essentiam horum affectuum nõ requirit inflamationes, sed ita dicit: Phrenitis exquisita & nulli alteri morbo permixta est, cum flaua bilis locum in quo resident animæ princeps pars prẹhenderit: lethargus vero cum locum eundem dilluerit humectaueritque pituita. nam quæ partibus in aliis exbile & pituita noxæ, cerebrum ipsum ad consensum trahere possunt, continuę hę non sunt. Ita que Galenus videtur innuere, satis esse ad horum generationem, dillui cerebrum pituita aut bile, sed quo dilluatur, nõ necesse est vt inflametur. Prẹterea, solo loco distĩguit phrenitidẽ à paraphrenitide. quòd scilicet bilis aut in cerebro sit, aut in aliis locis. Cæterum ratione argumentor, posse esse phrenitidem vt in flamatio non sit. Quo sit phrenitis factis est esse perpetuum delirium cum febre perpetua (addimus respirationẽ magnam & raram, quo illam ab inflamatione sepți transuersi separemus) & quo lethargus sit, esse somnũ profundum cũperpetua febre (sunt enim horum morborum hæc signa propria) tamen possũt hęc adesse sine inflamatione. Nam finge imbutum esse cerebrum pituita, atque illam putrescere. quid enim prohibet hęc ita fieri? an non potest putrescere nisi in inflamatione? qua ergo ratione putrescit in vasis, per febrem? potest itaq; putrescere: quod tamen non fiet in tam prẹcipuo membro, quin febris excitetur. ex ea ergo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

putredine phrenitis continget, aut lethargus, atque adeo sine inflamatione. Mihi tam videtur hæc ratio vrgere, vt opiner in morbis his non semper a primo die esse inflamationes, sed sæpe solam humorum redundantiam, putrescentium in cerebro: atque ita: sæpe cohiberi posse phrenitidem, & lethargum, antequàm in tumores euadant auxiliis medicis: cum scilicet incipiunt adhuc. quod tamen nisi fiat. procedente fluxione putauerim excitari inflamationem necessariò. atque his addiderim propter nominum vsurpationem, nunquàm esse, aut dici debere phrenitidẽ firmaram (intellige perinde dictum de lethargo) vsque dum inflamatio est cæterum priùs posse incipere delirium perpetuum & febrem, quæ phrenitidis essentiam finiunt. Quod si quando videatur Galenus hos affectus intemperies cerebri dicere nihil repugnat. etenim cum inflamatione quacumque intemperies cum redundante succo. Potest igitur, qui hanc sententiam semel intellexerit, quam fortia argumenta confirmant, dicere, essentiam phrenitidis non consistere in inflamatione, sed in calida inteperie cerebri. hęc enim semper adest phrenitidi, inflamatio nõ semper, sed cum talis fuerit, qualem firmatam appellauimus. Potest itaque aut inflamatio incipere ante febrem, aut febris ante inflamationem. & ego quidem hoc fieri frequentius arbitror. nam raro admodum incipiet cerebrum inflamari, quin in illo sit ingens calor excitans fluxionem, & tantus calor raro erit sine succo, aut calefacto aut putri, quo affectu consistente in cerebro, membro adeo principe, verisimile est, febrem generari. verum tamen siue id sit frequens, siue infrequens, fieri posse aliquando, satis sit nobis, demonstrasse. Sed licet adhuc cuiuis dicere inflamationem eam, quæ per phrenitidem aut lethargum oritur, fieri in inuolucris, aut in sola substantia cerebri. qua in quęstione dicendum nõ minus est, quid Galenus sentiat. Sunt qui contendant, substantiam cerebri non posse contrahere inflamationem. quod argumentantur ex modo substantiæ quem habet, videtur enim nullis venis aut arteriis esse prædita, est enim membrum quoddã album & ex angue. quare si nullum sanguinem habet, non videtur posse à sanguine inflamari. Inflamatio siquidem fit sanguine influente in venas & arterias: magnas primùm, ab illis in paruas: ab iis rursus in poros & exigua caua. Vbi igitur venę & arteriæ desunt, nulla potest inflamatio fieri. Verum quanquàm hęc ratio probabilia affert, longe mihi videtur aberrare à sententia Galeni: iuxta cuius opinionem putauerim posse cerebrum pati omne genus tumoris pręter naturam dempto scyrrho, membranas vero hunc quoque posse pati. Itaque & œdema potest esse in cerebro & in membranis, atque ita lerhargus. Inflamatio quoque in mẽbranis & in ipso cerebro. Quod apertè declarauit Galenus secundo de causis sympt. dicens, phrenitis phlęgmonem in cerebro & eius inuolucris excitat. quod si non possent & phrenitis & lethargus in vtrâque parte consistere, ineptè Galenus dixisset quarto de causis pulsuum capite decimoquarto lethargũ ex ipso potius cerebro, phrenitim pręcipue ex tenui mẽbrana, & septo transuerso. Sed tam est verũ, Galenum ita sentire, vt quarto depręsagatione expulsibus capite octauo nullum talem affectum pati posse aut cerebrum sine membrana, aut mẽbranam sine cerebro, dicat. Verum siue intemperies sine fluxione, siue etiam fluxio ingruat in alterutrum ipsorum, statim necessarium esse arbitror, cõmunicare passionẽ reliquo. Atque toto illo capite tumores in membranis a tumoribus in medula distinguit, & paulô infrà addit, cerebrum & pulmo fortassis ne admittunt quidem scyrrhum. Qui ergo solum scyrrhum denegat cerebro, haud dubiê reliquos tumores illi concedit. neque quidquàm repugnat, quod ex aduerso adducebatur. Nam quamquam venas magnas & arterias cerebri substantia non habet, est tamen laxa & rara, atque proinde fluxionem facilè potest recipere. Adde, quòd quibus viis nutrimentum recipit, iisdem potest recipere excrementum, quo generetur tumor præter naturam. Sed satis hactenus videmur mentem Galeni aperuisse.

¶ Caput decimum tertium. An necesse sit læsa imaginandi vi alicuius singnlaris sensus instrumentnm pati.

*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

SVnt qui putent, non aliter posse maginandi vim lædi, quàm cum aliquo sensuum externorum communicato malo, quorum sententię videtur fauere Galenus, qui quarto libro de locis patientibus ita scripsit. At similia suffusorum accidentibus affecto cerebro sępe generantur in quibusdam phrenitidis siue differentiis siue speciebus velis dicere: nam simplices quidem sunt illius duæ ex quibus tertia est composita. nam phrenitici quidam, nullatenus in notitia sensuum: circa ea quæ videntur, errantes, non habent secundum naturam in iudiciis mentis. rursus quidam mente falluntur minime, sensibus tamen delire mouentur. Hæc sunt Galeni verba quæ apertè videntur significare, cum quispiam delirat circa res quæ sensu percipiuntur, malũ suffusioni simile: cũ patiatur deest videri sibi videre quæ nõ videt, obuersantibus intra oculum ante humorem crystallinum fumo aut vaporibus, non aliter ac solet accidere suffusionem patientibus, vitio ventriculi. Atque reuera institutum Galeni eo loco est docere suffusionem contingere per consensum oculorum cum capite, & eius passionis exemplum fæcit phrenitidem, per quam leditur imaginandi vis quanquam de morbis oculorum erat ille locus, ergo manifestè docet pati oculos simul cum imaginandi vi. in ea circa rem visu perceptam errat. verum hoc paulò inferiùs in eodem capite scripta verba videtur clarius aduc indicare. Cum enim (inquit) in cerebro quispiam bilios succus abundat, simul cum febre ardenti, simile quiddam patitur iis quæ, assantur ab igne. qua de causa fuliginem quandam oriri contingit, veluti in lucernis ab oleo, quæ fuligo simul per vasa quæ ad oculum tendunt, delapsa, visorum in ipsis causa fit. His Galeni verbis suasi (quantum intelligo) censent cum imaginandi vis errat in aspectabilibus, oculos: cum in sonis, aures: cum in saporibus odoribus vę aut qualitatibus quæ tactu percipiuutur, aliquem aliorum sensuum pati. Verum hæc assertio prorsus est falsa, & ipsi rei euidentiæ aduersa, vsque adeo ferri non possit, vt qui pauca respicientes, illam protulêre, à nobis admoniti non recantent palinodiam. non enim erit tam turpis recantata opinio, quam proteruia. Nam inter dormiendum, quo tempore cernendi vis omnino feriatur, contingunt quamplurimis delira insomnia, obuersantibus per phantasmata rerum aspectabilium imaginibus. vt si fingas, gratia exempli, theophilum medicum nulla phrenitide laborantem, somniasse videre se in angulo domus tybicines, an non errasset maginandi uis? arbitror, nam nullos videbat. tamen nulli vapores venientes in oculos erant in causa illius errоris, habebat em̃ oculos cõclusos, & nihil omnino poterat cernere, neq; intrinsecus neq; extrinsecus. Multos, sane videmus quotidie phrenitide laborãtes, q̃ cõclusis oculis deliré loquũtur de visionibus quæ si errãdi causa semper præstaretur à fulginibus, nullatenus tunc temporis id paterentur. nã qui per suffusionem muscas vident ante oculos obuersantes, conclusis oculis liberantur ab accidente. Sed præter hæc, multos vidimus eorum quos substulit phrenitis, conturbatis iam oculis, cernendique potentia omnino iam orbatis, videre se quamplurima affirmantes, quod nulla ratione posset accidere, nisi vis imaginandi posset per se ipsam errare circa aspectabilia, nullum errandi principium ab oculis accipiens, non enim arbitror vissus in cæco iam homine posit rerum formas interno sensui præsentare. Vides ergo arbitror, posse illam vim per sese errare, etiam si sensus singularis, non trahatur ad consensum. Nam si omnino feriante, aut sublato visu, potest id pati circa colores, poterit profecto visu optimé habente, & humore crystallino a reb⁹ vissui subiectis non affecto, vt pote conclusis oculis: aut eo quidem affecto, sed affectionem non sentiente anima, propter alienationem. Cum enim soleant in mentis auersione graues etiam dolores illam latere: affectionem eam instrumenti quæ sine violentia fit latêre, non est mirum. Quod si intelligas: intelliges statim, eum̃ hominem, cui oculi purissimi etiã sint, & in humore crystallino tales reddantur rerum imagines, quales res ipsę sunt, affectionem tamen non sentiente anima, perinde habere ac si esset eo tempore cæcus. poterit ergo mens ab iis quæ oculum hominis ingrediunt omnino aliena res alias fingere, vt faciunt dormientes, & cęci qui delirant. Potest ergo errare imaginandi vis circa aspectabilia, etiam si proprium cernendi instrumentum non patiatur. Verum roges, quo pacto hoc dicis? an non si quis putat cernere se quæ non cernit, vitium est in cernendi actione? ergo cernendi instrumentum aliquo modo laborat. nam celebratissimum est illud apud Galenum, non posse actionem aliquam vitiari illæso proprio illius instrumento. Recte hæc dicis. Verum illic non est vitiatus intuitus, sed imaginatio vitiata, non enim vitiosè videt, sed imaginatur se videre quę non videt. Nam cum imaginatio sit internus sensus, quique circa res olliorum sensuum, & circa ilorum actiones versatur, potest aliis sensibus circa res suas non peccantibus, ipsa circa illorum actiones, quæ subiectæ illi sunt peccare. Quod si verò dicas in excęcato iam homine pati cernendi vim propria passione, in illo quem in hypothesi ponebam⁹ nihil cernere propter alienationẽ mentis, pati cõsensu quodã per subtractionẽ facultatis. Intellige illas oculorũ læsiones nõ esse causas vitiatæ imaginationis. nõ em̃ quia cæcus est aut qa nõ cernit quæ adsũt, videt tibicines qui nõ adsũt, quare illa lęsio singularis sensus indifferẽs est. nã etsi, ea nõ adesset. imaginãdi vis erraret, quare potest homo aliquis quæ adsunt omnia cernere, ac prętera vitio soli⁹ phãtasiæ aliquid quod non adest putare se cernere. Quid ergo est, quod quarto de locis patientibus Gale. dicit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dixit?certe dixit nonnullas ſuffuſion s oculorum fieri conſenſu oculorum cum cerebro,vt ſolent cũ ventriculo,idq; præſtare ſolere prin piũ errãdi phantaſiæ.quod quidé ego cõcedo.plærique enim cũ iam inſtat phrenitis videntur ſibi vi ere muſcas ac feſtucas,atq; quã multis talia ab oculos obuerſantia,princ pia deliramentorũ ſunt,n n tamẽ negauit Galenus poſſe aliquãdo citra hæc inſtrumẽti ſingularis vitia errorẽ imaginatiõis fier Itaque ſæpe principium delirãdi à vitio inſtrumẽti viſus eſſe, cõcedo:neceſſariũ id eſſe nego.rogabis terum,quid inter ſt inter ſuffuſos à ventriculo & à cerebro? aut cur illi nõ ſunt delirãtes,cũ ſæpe etiã v deãtur ſibi vid e muſcas volitãtes,&alia quędã nõ minus q̃ hi? certe nõ alia de cauſa,q̃ ꝙ in illis quia erebrũ bene alet,ratio corrigit ſenſum,referuntq; non quidẽ ſe videre muſcas,ſed videri ſibi ſe eas dere. itaq; preſentiũt vitium.hi vero putãt ſe re uera videre: atque ita affirmant.nimirum læſa men non pot t ſenſum errantẽ corrigere.Sed de hac quæſtione ſatis eſt hæc dixiſſe.

¶Caput quatuor decimum. De cauſa qua metus & mœſtitia à melancholia fiunt.

DIcente Hippocrate.6.apho.23.metus& męſtitia longo tempore perſeuerantes ſignificant melancholiam.Hæc duo dicũtur eius affectionis,quæ melancholia vocatur,ſigna propria paſ leno.tamen de modo quo ſuccus melancholic⁹ hæc duo facit,nõ adeo cõuenit inter omnes.Galenus libro.3.de locis patientibus cap.8.ita ſcripſit,redens huius rei cauſam.Sane quemadmodum externa tenebræ omnibus fere hominibus pauorem inducunt,niſi audaces admodum vel docti ſint, ſic atræ bilis c lor mentis ſedem tenebræ more obumbrans,timorem eficit.libro ſecundo de cauſis ſympt.cap.vltimo in eandem ſententiam hæc ſcripſit.Cęterum quòd ex atra bile cum principium rationalis animæ occupauit,timor mærorque ac mortis expectatio accidãt,nihil mirum.ſiquidem etiã eorum quæ extra corpus ſunt,nihil videmus,quod nos perinde terreat,ac tenebræ.ergo cum velut tenebræ rationali animæ parti ſunt circumfuſę neceſſe eſt,hominem ſemper timere:vt qui ſemper vna cũ corpore ſuo timoris cauſam circũferat.quod enim nobis extrinſec⁹ fit quo tẽpore altiſsimę tęnebræ circundatũ nobis aërẽ, occupãt,id melãcholicis ab interno,& ipſo corpore contingit.Itaq; genratioẽ metus & meſtitiæ,non tam tribuit Galenus alterantibus qualitatibus,quam calori. Hanc ſententiam irridet Auerroes libro.3.colectaneorum cap.quadrageſimo dicẽs.Et qui dicunt,quòd anima terretur propter humorem melancholicum nigrum,ſicut terretur homo in obſcuro, dicũt verba cantionum. Addit argumenta,quorum hoc eſt firmiſsimum,quodque plęroſque ſolet ab hac opinione deturbare, Color nihil poteſt facere niſi ſentiatur. nam neque eſt efficiens qualitas,neque rẽ quampiam generãs, ſed ſolum poteſt inſtrumentum ſui ſenſus alterare,alterandoque,dolorem aut voluptatem inferre. Ergo nulla ratione poteſt nigrities humoris timorem incutere,aut meſtitiam,niſi ſentiatut.nam præter dicta,neque lumen externum exhilarat(quo exemplo Galenus vtebatur) neque tenebra contriſtat,niſi videatur.cæcus ſanè nõ magis gaudet lumine, quàm tenebris.itaque nigrities humoris melancolici,non facit illa ſymptomata,ſi non ſentitur: quod tamen illi non videtur poſſe contingere. nam aut ſentiretur à viſu, aut ab ipſa mente,quam ἡγεμονικὸν dicimus, perſe. neutrum fert ratio.nam ſi quod interiùs latitat irrigans cerebrum,videretur,non intelligo cur non & ipſum cerebrum & totam capitis ſtructuram a parte interna videremus.ſed non videmus quidquàm eorum, quæ interius ſunt. immo quæcumque videntur ſtant ante humorem cryſtallinum.nam vel in ipſis ſuffuſsis eſt humor, qui videtur,inter tunicam carneam &humorem cryſtallinum.Iam vero aliquid ſentiri ab aliquo ſenſuum internorum,ſine opera ſenſuum externorum minus fert ratio philoſophica. Igitur non fiunt illa ſymptomata(inquit)à calore,ſed ab intemperie cerebri. Adde melancholiam eſſe morbum temperamenti in cerebro(nam ita interpretatur Galenus capite octauo .3.de locis patientibus verba illa Hippocratis.Humor in melancholia vertitur ad animam.ideſt ad temperamentum)ſed omnia ſymptomata naſcuntur à morbo.ergo hæc quoq; ſymptomata ab intetẽperie ꝓcedũt. His argumẽtis victi multi,adhærẽt Auerrois opinioni, dicuntq; intẽperiẽ cerebri mala illa facere, non colorem humoris. Tñ hæc me nũquàm cogent recedere abopinione Galeni: quinpotius apertè mihi videor intelligere, melancholię accidetia non fieri per intemperiẽ,ſed per aliam quampiam humoris qualitatem.Nam aliter fierent ſenes omnes ſine morbo quopiam melancholici.tñ eſt plærũq; ſenex ſanus,quiq; ab illis accidẽtibus eſt liber, cerebro frigidior & ſiccior iuuene melãcholico. Aliqua igitur alia qualitas,quæ in humore eſt illa mala facit, quæ nonalia eſſe poteſt,quàm color.ſed qua ratione color hæc poſsit fa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cere,audi. Non quidem facit per sensum:non enim videtur. Sed dictum à nobis in secũdo libro est (cuius modo oportet meminisse)spiritus animales esse instrumentum proprium, quo anima operatur,eosque egere lumine,quod habent naturale. humoris ergo nigrities obscurat spirituũ splẽdorem, quo facto,mouetur mens deprauatè vitiato sibi proprio instrumento. Ad hanc generationem symptomatum nullo opus est sensu. Hoc vero ita agi, Galenus ipse videtur innuere,si quis paulo attentius legat. non enim inquit, humor suo colore terret, sed,artæ bilis humor mentis sedem tenebris similem reddens,timorem efficit. Auicena etiam hoc, videtur mihi, docere, qui fen prima tertii cap. de melancholia inquit,& melancholiæ quidem causa est in ipso cerebro, aut extra cerebrum. & illa quæ est in ipso cerebro,aut ex malitia complexionis frigidæ & siccæ,sine materia permutante substantiam cerebri & complexionem spiritus luminosi ad tenebras fit, aut cum materia. Vides Auicenam dicere, fieri melancholiam permutato spiritu splendido ad tenebras. Qui tamen obiter damnãdus est, quod dicat fieri melancholiam expura intemperie. Nam melancholia morbus non fit sine melancholia succo, genito aut in ipso cerebro,si est affectus proprius,aut alibi si est per consensum. Iam verò quod vltimò argumentabamur ab opinione auerrois minus valet. nam fit omne symptoma à morbo perse aut per aliud. ita intemperies, facit succum nigrum,nigrities obscurat spiritum obscuratio spiritus,facit metum & mœstitiam. Sed de hac quæstione hæc sunt satis.

¶Caput quindecimum. De caro an fiat cum febre & an lædat respirationem.

Sub videtur caros cũ febre cõsistere sæper,nõ minus quàm lethargus,suasis verbis Aeti & Pauli. Ætius enim secudo sermone secũdi quaternionis cap.5. ita scripsit. Cum frigidi & humidi succi cerebrum occupant,caros apellata græcis affectio succedit,hoc est capitis perculsio cum debili febre. Paulus libro.3 cap.9. ita habet, Cæterum caros ex eadem lethargi materia proueniẽs,ab eo differt, quòd carum præcedit febris & ea quidem vehementior, lethargum verò sequitur. Ex his intelligunt nonnulli, carum semper esse cum febre. Nam si illum febris vehemens præcedit, non videtur esse sine ea. Hippocrates quoque.3.epide.parte.3.febrib⁹ ardẽtibus dicit solitos aduenire sopores in ea tempestate: quam describit. Vbi, animaduertendum est coma, seu soporem, idem esse quod cataphoram, declarante galeno.1.prorrethici:com.1.esseque magnam in somnum delationem in quocunque morbo & vt cumque ea fiat. itaque coma nullum morbũ significat, sed idem symptoma, quod cataphora. tamen in illo Hippocratis loco de caro dicitur, enarrante galeno.4.de locis patentibus cap.2. Tamen quamquàm hæc omnia ita habeant, caros nõ perpetuò adiungitur febri, sed potest sine ea cõtingere. fit enim nonunquàm ex compressione anteriorum ventriculorum cerebri, nonnunquàm ex sola intemperie frigida eorundem ventriculorum: aliquãdo etiam ex vehemetia doloris exoluente animalẽ facultatem (licet causas has legere & multa alia ad distinctionem huius affectus, & aliorum quibus est similis, puta lethargi & apoplexiæ.cap.2.libri 4.de locis patentibus, in quem locum malo lectorẽ remittere, quam omnia, quæ illic distinctè dicuntur, huc transferre) iteque fit caros ex multis occasionibus sine febre. Quod ab Ætio dicitur non ex mente propria sed Posidonii dictum est. Paulus non eò scripsit, quæ adduximus, quòd semper febris antecedat carum, sed quod aliquãdo carus superueniat febrium vigoribus illarumque vehementium. Itaque carus quando est cum febre est illi accidẽs superueniens. lethargus vero nõ ita, quinpotius febris est lethargi accidens. proindeque febrẽ fieri post lethargum dixit quòd lethargus causa febris est, nõ quòd aliquo tempore lethargus sit sine febre. hæc ergo ita habent. Sed est etiam controuersum in hoc morbo, An lædat respirationem. Videtur enim quam plurimis fieri non posse, vt caro corrumpiatur aliquis solua respiratione. Nam si nihil aliud certe est profundus somnus, quem respirationem lœsam facere constat, cum ex lethargo, si profundus admodum fit, stertant ægrotantes. Neque solum hoc sed etiam ex naturali somno multi stertunt. Adde hũc morbum generationem habere appoplexiæ similem, ex obstructione nempe cerebri à crassis humoribus, quo minus videtur probabile respirationem saluam posse manere. Paulus.cap.10. tertii libri, catochon (est vero catochos idem quod catochæ & catalepsis græcis & comprehensio aut congelatio latinis) duplicem esse dicit. primus apud illum (vt videntur accidentia significare) idem est quod caros, in quo (inquit) non videntut respirare. secundum dicit quod apud galenum est catalepsis. Tamen quidquid alii dicant, galenus certe loco citato ex.4.de locis patientibus ita scripsit. Cum autẽ ose quopiam terebra perforato, medius ventriculus fuerit attritus, caros hominem occupat. sed neque conuulsione neque difficili facta spiratione: quarum hæc appoplexię illa morbo commitali propria est: haud secus quàm catalepsi & caro seruata secũdum naturam respiratio. Itaque haud dubiè sententia est Galeni in caro & catalepsi non tolli respirationẽ, neque permutari vehemẽter. Cuius rei causam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sunt obstructiones substantiæ cerebri, quàm caui, neque eius quidem secundum totum cerebrum, sed catalepsis secundum posteriora, ca os secundum anteriora. Adde his, ad nullum motum animalem obeundum, apponere animam tan um conatum, quantum ad respirationem, quia nullo vsque adeo indiget animal. quo fit vt cum per s nnum, reliqui omnes motus cessent, solus hic seruetur, quantum somn s impedit, tantum supplente onatu, vsque dum ingrauescit vsque adeo somnus: vt conatus nō sufficiat. Qua ratione etiam carus c durans, dibilit tione facultatis & intemperie firmata respiratione faciet difficilem, aut etiam t llet. nam & mo tem etiam inducit diu durās, nedum dispneam. Tamen hoc vitium respirationis no est signum, qu od commitetur malum, sed quod superuēit, appoplexiæ verò á principio assidet, ingrau scente mo bo crescit. Itaque hæc est ratio qua neque carus, neque catalepsis coniunctam habent dy næam, t signū inquàm proprium, & quod adsit semper, aut perse. Nam causa alterius morbi cōiu cti, nihil obstat, dyspneæ speciem aliquam cum icaro esse à primo insultu vt cum carus fit in rigor s, aut in igoribus febrium, constat respirationem nō posse esse secundum naturam. nam ratione f or s aut rigoris permutabitur. Tamen hæc non tollunt veritatem Galeneę assertionis: carum, inquam, & catalepsim non esse cum vitio respirationis. Catalepsim dicit Aetius affectionem esse mediam inter phrænitidem & lethargum. Tamen constat hanc aliam esse affectionē ab ea, quā. 4. de causis pulsuū nomine carere dixit Galen⁹: & loco citato superiùs ex .1. prorrhetici tiphomaniam appellat. Dixerit tamen fortasse Ætius hæc ex quadam similitudine. quia cataleptici immobilitate similes sunt dormientibus, oculorum apertione vigilātibus. Sed de his affectionibus hæc s um video esse in controuersia, quæ nos iam explicuimus: reliqua ab aliis, præcipuè ab ipso Galeno petantur.

¶ Caput decimum sextum, an omnis conuulsio fiat ex repletione aut inanitione.

HIppocrates sexta particula apo. 39. ita scripsit Conuulsio ex innanitione aut ex repletione fit. ita & singultus. Galenus in com. hoc quidem confirmat exemplo fidium quæ non aliter quàm humectatæ aut desiccatæ conuelluntur. eandem sentētiam scribit in com. primi apho. sectione. 5. sub eisdem fere verbis, & libro de tremore rigore cap. vltimo &. 2. de causis sympthomatum. cap. 2. Nihilominus, contrariam sententiam inuexit Auicena qui libro. 3. fem. 2. cap. 5. meminit spasmi non proportionati ad materiam, quod perinde est ac si diceret, conuulsionem aliquam esse quę nec ex materię defectu, nec redundantia fiat. Quam sententiam multi medicorum sunt insequuti, ducti his rationibus. Singultus, vt innuit hippo. citato loco est conuulsio, saltem fit eisdem causis quibus conuulsio, sed fit sine inanitione aut repletione, ex sensu enim solo rei acris, vt grani piperis, gratia exempli fit singultus, & quacumque qualitate ori ventriculi molestiam inferēte. Præterea epilepsia est vniuersalis cō uulsio, & fit dicente galeno. 3. de locis patientibus cap. 7. & secundo de causis sympthomatū, cerebro concutiente se ad expellendum humorem illi molestiam inferentem non aliter quám singultus fit cōcutiente se ventriculo ad expellendum quod illum lædit, ergo non fit epilepsia materia distēdente nec materiæ defectu, sed à materia irritante, quod nec repletio est nec innanitio. Tertio, sola neruorum refrigeratione póteſt fieri conuulsio, ita. n. caloris extinctione aut refrigeratione instrumentorū accidit spiritus offendens, qui ex conuulsione fit, dicente Hippo. 4. apho. 68. Spiritus offendens malum conuulsionem enim significat. His itaque rationibus persuasi quam multi contendunt, conuulsionem aliquando sine repletione aut inanitione fieri; & Hippo. sententiam de his conuulsionibus tantummodo quæ per propriam passionem fiunt intelligi: secus esse de his quæ per consensum. id quod animaduertisse videtur Galenus in com. primi aphorismi sectionis. 5. Verum tamen nos non ita sentimus, sed omnem motum qui conuulsio verè sit, repletione aut inanitione fieri: motus verò alia ocasione factos, conuulsionibus posse esse similes, sed conuulsiones nondum esse. Nam dicēte Galeno. c. 1. lib. 2. de causis sympth. inter conuulsionem, palpitationem, tremorem & rigorem singultum & tusim & rictus, sternutamentumque hoc interest, quòd nonnulla illorum à virtute fiunt sola, irritata tamen à causa pręter naturam: huiusmodi sunt sternutamentum tusis & oscitatio: nonnulla partim àcausa præter naturam (naturæ nomen hac in parte de omni facultate quæ animal siue voluntatis nutu, siue citra hunc regit intelligitur) vt torpentiū motus & cæteri quos edunt ii quorum nerui adhuc resoluuntur. sed palpitatio & conuulsio solius morbi opera sunt. quare docente galeno motus qui est à virtute irritata & conante expellere illud aquo grauatur aut pungitur, conuulsio non est, sed cōuulsiuus motus id est conuulsioni similis. quod de singultu dixit Galen. 6. aphorismorum. 39. in com. etiā. 54. aphorismi. 6. part. docet luctuosa suspiria cū ex refrigeratione fiūt esse motū cōuulsioni similē qui tamē cōuulsio nō est. Idē de conuulsione epilepticorū dici potest. Est enim epilepsia cerebri motus similis motui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ventriculi in singultu. Sed obiciet nobis aliquis Galenum, qui vt dictum est. 2. de causis sympto. epilep
c sia, inquit, totius corpors est conuulsio: quo loco non motum similem cõuulsioni, sed conuulsionem
c esse dicit. Ego sane in omni epilesia quantumcumque leui, duo hæc esse dixerim, conuulsionem (quã
quàm hanc non adeo magnam) quæ contractione neruorum cognoscitur, & motum conuulsiuũ, qui
concusio est. Videnter. n. apertè membra eo tempore & contrahi versus radicem, & concuti: illud er
go verisimile est nasci ex humoris aliqua portione, neruorum radicem cõuelente, & veram cõuulsio
nem esse, hoc autem virtute concutiente cerebrum ad expellendũ, quæ concusio motus conuulsiuus
est. Nã etsi celsus lib. 3. cap. vigesimo tertio de comitialibus ita scripsit: modo cum distentiõe membro
rum aut neruorum prolabitur aliquis modo sine illis, tamen intelligendum puto, aliquando eos labi si
ne insigni conuulsione: sed omnino sine conuulsione nũquàm. Verum interim animaduerte, celsum
concusionem nõ appellare conuulsionem. nam concusio semper comitatur comitiales quos dicit ali
quando sine conuulsione cadere. Accidunt ergo duo epilepsiæ horum alterum Galenus explicauit,
c alterum liceat nobis addere præcipuè eiusdem autoris principiis ventibus. Sed sunt inter aduersarios
c ingeniosiores quidam qui ex conuulsionis diffinitione mostrare conantur, concusionẽ in epilepsia ve
ram conuulsionem esse, non motum conuulsiuum. Conuulsio. n. inquit Galenus passio est non volũ
taria, ad similem venientibus neruosis partibus affectiõem, ei quam etiam in motibus factis secũdum
appetitum asumebant. talem dicunt esse eam concusionem. nam qui epilepsia vexantur, mouent qui-
dem neruos, cæterum non liberè. non enim videntur mouere quoniam volũt, sed vellint nollint, qua
re ex diffinitione cõuulsionis videt esse is motus. His ita respõdemus, à ratiõe conuulsionis vero non
modo excludi motus ex voluntate profectos, sed eos etiam qui à potentia fiunt libera natura suà. om
nis enim ea actio natura sua valuntaria est, etiam si modo contingat ex virtutis impedimento sine li-
bertate fieri. Ea igitur concusio, quamquàm non fiat tanta cum libertate, vt in eo semper, ab ipso qui
[illegible]sit impediri, tamen liberæ potentiæ opus est, & virtutis animalis actio. quare conuulsio nõ
est. Intelligũtur. n. in diffinitiõe (si modo ea diffinitio est) nomĩe actionũ quę ex volũtate fiũt, oẽs quę
ex libera potẽtia pficiscuntur. Quòd si quis minus pprièà Gale. hoc esse dictũ cõtendat, iã ad quæstionẽ de
nomine totam controuersiam deuoluet, quare illum minus curamus. sed quòd Galenus. 12. methо. fe-
re in vltimis verbis quatuor causas conuulsionis esse dicit, inanitionem repletionem & humorẽ mor
dentem & frigus, de conuulsione latius dicta, vt inq̃ significat etiam motum conuulsioni similem di-
ctum intelligo. Verum huius quæstionis hunc finem facimus.

¶ Caput decimum septimum. De rigore tremore & palpitatione.

DE genere deprauatorũ motuũ disputauit diffusè admodũ Gale. 2. li. de symptomatum causis: &
illorũ pręcipuis librũ pprium seorsum dedit, de tremore rigore & palpitatiõe. nos vnicũ caput his da
bimus, vt quę illis in locis dicta sunt diffusius, colligam, quę obscurius declarem, & si quid cõtro
uersum est, disputemus. In hoc genere, hęc sunt symp. cõuulsio & paralysis, tremor, palpitatio, horror
rigor, singultus, tusis, ructus sternutamẽtum pandiculatio, & oscitatio. Horũm motuum quidam fiũt
à causa morbi solùm, sine concursu facultatis cuiuspiam: quidam etsi sunt symptomata, à facultate ali-
qua earum quibus corpus gubernatur profficiscũtur. à morbi solùm causa fiunt conuulsio & paralysis
& palpitatio (de conuulsionis causis proprio capite diximus) reliqui omnes motus, quos retulmus, fa-
cultatis alicuius sunt conãtis expellere, quod animanti est noxium, pręter tremorem, qui cum anima-
lis motus sit, non est ad expellendum. Expulsiones non semper fiũt à facultate naturali: sed nonnunq̃
a uitali. Natutalis facultas membrorum compresione partium expellit inutilia: animalis vis voluntа-
rio motu expellit: quam video tribus modis id solere facere, nõnunquàm concusis mẽbris, vt excutiat
noxiũ, quod videmus fieri in epilepsia, ille enim motus natura sua liber est, sed qa ligata est deliberãdi
facultas, nõ videtur secundũ voluntatẽ posse cohiberi. & nos ipsi si quid urẽs aut refrigerãs, aut vtcũ
q; aliter mordens manu cõprehendimus, solemus brachium volẽtes cõcutere, ad expellendũ. vt autẽ
nos cum rem aliquam molestam manu acæpimus, nunc excutimus: nunc laxamus tantum digitos, vt
excidat, quod non tam est expellere, quam permittere vt efluat: ita nostri musculi faciunt nonnunq̃
atque hic est secũdus modus voluntariæ expulsionis. Tertium præter hoc genus expulsionis videmus
in thorace fieri, compresionis scilicet, ad expulsionem fuliginum & calfacti aëris. Nimirũ musculi tho
racis, vt hũc expellant, neque concutiuntur, neque dilatantur, sed comprimũtur. Vitalis facultas vni-
cum habet motum expulsionis maximè proprium, compresionis cordis & arteriarum ad expellẽdas
fulgines, & duos alios imittatur arteriis, vt per iram facit pulsum altum dilatans arterias, quasi insur
gat aduersus causam noxiam, & cum grauantur arteriæ cum robusta facultate pulsum vibratum, excu

tiente

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rię cum robusta facultate pulsum vibratum, excutiente arteria grauantem humorem. tamen calido et iam innato spiritib⁹ inquã & sanguine hos motus immittatur, nunc colligens suas vires in corde, nũc erumpens ad externa membra. quibus motibus manifesti fiunt proprii animi affectus. Ergo dictorũ symptomatum tria, sunt morbi sensus, conuulsio & paralysis & palpitatio. aliorum vnicum est a facultate tentante voluntarios motus, puta tremor: reliqui omnes motus facultatis alicuius sunt ad expellendum. Conuulsionem & paralysim, quidam dicunt esse eiusdem generis, putà obstructiõis. atque inde colligunt, apoplexiam & epilepsiam sola differentia ratione maioris & minoris, quam certũ est speciem non permutare. Id videtur colligi ex Galeno, qui cum in principio secundi de causis symptomatum omnes depravatos motus propositurus esset, paralysim prętermisit, de qua disputauit paulò infrà, conuulsionis & resolutionis simul mentione facta. Quarto de locis patientibus cap. 2. ita scriptum est. in medio quidem amborum, & soporis & apoplexiæ, epilepsia conuulsiones afferens vniuerso corpori, sed, que in paralysim non finitur. horũ trium morborum frigidus & crassus, aut omnino viscidus humor, causa est. verum & in sopore & morbo comitiali ventres magis cerebri corpus minus, in amplexia vero corpus magis affici solet, atque in sopore anterior pars magis, in apoplexia & morbo comitiali vtraque. Ex his verbis colligunt, tres morbos dictos, putà soporem, epilepsiam, & apoplexiam, differre solum intentione. nam differentia earum quas Galenus inter eos statuit, nulla videtur speciem permutare. Siquidem sunt omnes hi morbi obstructiones: causa morbi eadem, puta humor frigidus & crassus, aut omnino viscidus: locus male affectus idẽ, putà cerebrũ. Quodsi hic aliquod est discrimẽ, est (dicũt) inter soporẽ & duo alios morbos. sopor enim est magis in parte anteriori cerebri, epilepsia & apoplexia vrâque. nam & epylepsia obstruit ventriculos magis, apoplexia substantiam etiam cerebri, id (dicunt) morbi intentio facit. quia enim epylepsia minor obstructio est, & ex minori humoris copia pendet, tantũ apprehendit ventriculos, apoplexia ex contrariis causis, etiam substantiam cerebri. His itaque argumentis persuasi nonnulli, nihil putant quod ad essentiam affectionis attinet, inter [illegible] & conuulsionem, & ita neque inter epilepsiam & apoplexiam, interesse. tamen quantum ego intelligo, falluntur hi, neque Galenus tale quidquã significauit. Primò, qua morborum species distinguntur per symptomata propria. ergo morbi quorum symptomata differunt genere, diuersi sunt, quorũ verò symptomata ratione maioris & minoris differũt, morbi quoque perinde different. sed symptoma proprium conuulsionis (perinde sit siue conuulsionẽ & paralysim nominẽ, siue apoplexiam & epilepsiã) differt genere a symptomate resolutionis. nam actio diminuta ab actione ablata differt ratiõe maioris & minoris, tamen depravata non ita, sed genere. est vero symptoma apoplexiæ priuatio, epylepsię depravatio motus. non ergo hæc est ratio maioris & minoris. nam motus epilepticorum non est remissus, quinpotius tam vehementer concutiuntur plerumque, vt a multis etiam hominibus non possint aprehensi contineri. Ostendimus ergò per symptomata, differre hos affectus specie. Sed in ipsa morborum substantia, siquid possumus, oportet vt discrimẽ constituamus. Conuulsio nunc fit repletione nunc ariditate: paralypsis aliquando fit ab humore irrigante, aliquando a frigore solo per intentionem stuporis. Quantum interfit inter paralysim quamcunque & conuulsionem ex siccitate, in affectuum essentia, nulli obscurum. Nam conuulsio est intemperies arida, paralysis est intemperies frigida, aut obstructio neruorum. Neque dubium est, quantum differat inter paralysim quæ est intemperies frigida, & aliam paralysim & omnes species conuulsionis. Tamen interconuulsionem ex repletione & paralysim ex humore, videtur ea solum ratione differre, quod in conuulsione non est ea obstructio quæ omnino impediat motum, vt in paralysi sed quę sufficiat deprauare. tamen alia ratione differt. Cogita primũm, humorem influentem in partem quampiam, posse facere morbum temperamenti aut morbum compositionis, aut ambo, sed magis hunc quam illum, aut illum quam hunc. Humor calfaciens refrigerans humectans aut deficcans partem, morbum facit temperamenti: obstruens verò aut comprimens exasperans, aut leniens, aut tale aliud faciens, morbi compositionis est causa. Cogita deinde, qua ratione fieri possit vt humor incidens in duo neruos, alium contrahat, alium laxet. Dices fortasse laxatur qui obstruitur integrè, quia priuatur omni vi: qui non priuatur omni, non laxatur. Hęc ratio duplici de causa est deficiens: cum quia vbi nõ est priuatio integra vis, modo nihil aliud contingat, nõ fit contractio nerbi, sed diminutio sensus & motus, quod ostendit stupor: tum etiam quia in obstructione non contrahitur neruus a facultate quæ supereſt, sed solum a causa morbi, vt paulo ante diximꝰ. non ergò ista causa fit quod proposui: neque vero ego possum rationẽ aliam propositi problematis excogitare quam modum quo humor neruum afficit. si scilicet caua inter fibres replet facit ampliorẽ neruumꝰ & ita cõtrahit: si vero nõ tam distendit caua quam emollit, ipsas fibras laxat. ergò ex his apertum est, quòd fiat conuulsio, non tam esse opus vt humectẽtur nerui, quam vt distendantur: ad paralysim verò magis esse opus emollitione neruorum. propterea Galenus primo de causis symptomatum capit. 2. loquens de tentione tunicę ragoydes, quam proprie tunicę conuulsionẽ appelles: Patitur autem id tunica vel siccata, inquit, vt corpus simplex, Vel humectata vt instrumentũ. Quibus verbis aperte docet, conuulsionẽ ex repletione, fieri humore generante morbum cõpositionis magis quã tẽperamenti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

menti. Humor verò quæ est paralysis causa, maiorem vt ita dicam humectationem facit partium simpliciũ, quas emollit. Itaque cõuulsio & paralysis differunt & symptomatis & essentiis. Cõstat etiã ex dictis, ipsas conuulsiones interse, eam nẽpe quę fit ab humore, ab ea quę a siccitate, quãquã propter similitudinẽ symptomatis puta cõtractionis, a medicis sub vno nomine dicãtur, differre genere, esseque cõuulsionẽ ex innanitione morbũ in tẽperamento (considero essentiã quę in desiccatione est, omitto cõtractionẽ quæ est symptoma) conuulsionẽ verò ex repletione morbũ in cõpositione. nam huic, quod est in tẽperamẽto læsum non est in essentia, sed accedens: illi, quod est in cõpositione, est accedens, intẽperies est essẽtiæ pars. est nimirũ morbi essentiale illud ex quo fit propriũ symptoma. sed si fingas humorem distendere neruum, minime corrũpentẽ temperiẽ, constat illum contracturũ membrũ nihilominus: sique neruus desiccatus fuerit, subsequuturã cõtractionẽ, etsi desiccationi nihil accederet. Itaque conuulsiones ipsę ita differũt. Conuulsio quoq; ex repletione a paralysi humida specie differt: quare & apoplexia ab epilepsia. Quod si Galenus epilepsiam inter sopẽ & apoplexiã esse dixit, non contulit in eãdẽ speciediuersas intẽtiones, sed in grauitate morborũ, & difficultate respirationis quã faciũt, ea, ita habere dixit. Nimirũ apoplexia tollit ferè respirationẽ: carus non viriat, epilepsia viciat sed non admodũ grauiter. Hęc de conuulsione & paralysi. Palpitatio a flatu crassiori, quærente exitũ fit: quę non tam transfert membrũ, quam in ipso mẽbro facit sequaces partes quibus caua sunt, dilatari & subsidere alternate. Quamquã fit vt aliquãdo tãta flatus copia interiùs sit cohibita, vt facto maiori impetu totum membrũ secum eleuet palpitans particula. sed tunc quoque sunt in palpitatione quædam, quibus ab aliis motib⁹ discrepat. nimirũ a cõuulsione differt, quia est sine cõtractione, a tremore quia per maiora spatia fiunt eleuatio & depresio, atque vt Galen⁹ dicit. 4. ca. libeli de tremore rigore et palpitationis motus certis terminis finiuntur, motus tremoris nõ ita, sed compresio eleuationẽ & eleuatio compresionen excipit infectam. Sed interroges, qua ratione cognoscã, perfectũ fuisse motũ, aut imperfectũ: ex impetu. si scilicet, maiorẽ motũ visa fuerit particula aggredi: quam cõpleuerit, haud dubia erit coniectura, interceptũ esse in media via. His ego addo inditiũ quo ab aliis omnibus separatur palpitatio, puta motum propriũ cutis, prẽter totius mẽbri translationẽ. A pulsu differt palpitatio rhythmo. Tremor voluntarius est motus sine irritatione acausa quapiam morbi, sed facultate præ debilitate mouẽte mẽbra cum tremore. quod inde cognosces, quòd qui repositio corpore inquiete, et laxatis mẽbris, non tremit. Intellige nomine quietis otiũ neruorũ. non enim omnis quies otiũ est: sed multę quietes sunt duplices motus, idest, dupliciũ musculorũ labor. quod Galenus diffusè admodũ docuit in tractatione de motu musculorũ &. 3. ca. de tremore rigo & pal. & cap. 2. libri, 2. de causis symptomatũ, Quare min⁹ mirari debuit Valeriola in suis enarrationi ob⁹ Galenũ dixisse, corpora nostra moueri aliquando nõ mutato loco: idest mouẽdi secũdũ volũtatẽ vim, aliquãdo laborare in retinẽdis corporibus, plus etiã quam in mouẽdis. Tremor itaque a volũtate fit. reliqui omnes deprauati motus, sunt a facultate irritata ad expellẽdũ. Ructus & singultus sunt expulsiones a naturali facultate: tusis sternutamẽtum oscitatio & pandiculatio ab animali: rigor partim a naturali partim a uitali. siquis animalis motus cõiũct⁹ cum rigore est, non est illi in essentia, sed accedens. Eorũ qui a facultate animali sunt, tusis & sternutamentũ fiunt a facultate expellẽte: oscitatio & pandiculatio non tã à facultate expellẽte quã deponẽte onus. nimirũ tusis fit musculis thoracis vehementius cõstrictis aduersum id quod impedit viã spirit⁹, aut in ea irritat. Sternutamẽtũ fit cerebro concutiẽte se ipsum, simul que constringente thoracis musculos. Pandiculatio fit musculis quasi ex deliberatione dilatatis, vt flatus crudus prodeat: oscitatio hoc idem facientibus musculis faciei. Neque est q⁹ perturbere, videns rem quę ex deliberatione & ptudentia videtur profiscisci, in infantibus etiã fieri, & in nobis non cõsiderãtibus. natura nanque vt inquit Hipp. est docta sine doctore. fiunt hęc instinctu quodã: intelligimus tamẽ volũtate fieri, q⁹ si libet cohiberi possunt. Ructus et singultus fiunt naturali vi ventriculi insurgẽte aduersus rem noxiã: quãquã ructus iuuatur motu musculorũ thoracis: non aliter quam stridor vẽtris inferioris, musculis ventris. tamẽ expulsio a vẽtriculo aut intestinis naturalis est. Rigor est passio calidi innati. quod a Galeno dicitur locis citatis, tamẽ apleris q; ignoratur. Putant plerique rigorẽ non alia de causa dictũ esse passionẽ calidi ĩnati, qùam qùod mẽbra externa per illum refrigerentur. Sed hac ratione non differret ab eo affectu quem frigus tantũ appellamus, per quem illud vnũ fit q⁹ mẽbra externa refrigerãtur. tamen hoc maius aliquid significat, quod iam declaro. Calidi innati nomine hoc loco intellige substantiam illam semper mobilem, quam vides immitari omnes motus animi: eam inquam quæ per metum & mestitiam refugit ad interna, per gaudium diffunditur, per iram feruet, & prodit seruato tono, per pudorem partim refugit partim erumpit. hanc substantiam constat esse spiritus & sanguinem, quam stoici his motibus quos experimur persuasi, animæ ipsius substantiam esse dicebant, constare que ex igne & aëre: ex igne vt esset semper mobilis, ex aëre vt a frigore (cẽsebant enim aërem esse frigidum vt in primo libro diximus) cohercerentur ne euanescerent dissipata. Horum opinioni haud dubiè adhæsit Galenus libro de tremore rigore & palpitatione quamquã aliàs vbique de animi substãtia dubitauerit. Nobis certum est substãtiam hanc nõ esse ipsam animam, quipe quã scimus non esse naturę & alibi mostrauim⁹

elemen

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

elementorum: tamen constat hoc innatum calidum proprium esse animi instrumentum. Experimur etiam illud ex imaginatione rei noxiæ, aut contristantis refugere, rursus dictante anima prodire. nam per verecundiam cõscientia turpitudinis: aut aspectus hominis præstãtioris refugit, dictãte verò deinde anima nihil illic esse pertimescendum, redit profusè. rigor eodem modo fit. cum ex mordicatione sentientium partium fit dolor, refugit ad viscera calidum innatum, destituuntur que externa membra a calore. rursum cum interius coherentem calidum suffocari incipit, prodit vehementer, quo prodeunte: membra veluti refectis viribus renouent rursus humorem mordacem, conantia expellere. & rursus dolor facit calidum refugere, atque hæc alternatè fiunt, donec vincente calore incalescunt membra externa, & vincitur intemperies illa frigida & inæqualis, succeditque plerumque febris: aut vincente humore suffocatur calor, peritq; homo. Ergo per rigorem duo hæc cõtingunt, motus facultatis expultricis quæ est in omnibus membris, & motus ille reciprocus calidi innati, gratia cuius dicitur passio calidi innati. His plerumque accedit concussio aliqua voluntuaria musculorum. nam raro tam vehemens est rigor, vt ægrotans, volens non possit concussionem aliquantulum cohibere. Potest nempe demere, quod accedit voluntarium. hoc tamen non est in essentia rigoris, sed accedens. Quod per rigorem ipsum mouetur, omnino mouetur præter voluntatem. Ex dictis non dubium est, quò humor celerius mouebitur, per membra sentientia delatus, eó fore motum concussionis vehementiorem. Constat quoque vehementiam motus, ex duabus causis augeri, ex mobiltate humoris (pendet mobilitas ex tenuitate & calore) & vehementia facultatis expultricis in membris. Nam constat quò virtus est vehementior, eò maiori cum impetu expellere. impetus verò facit celeritatem. Vnde Auicena fen primi quarti (atque cum eo plærique medicorum) colligit, non minimã causarum augentium rigorẽ esse robur facultatis. Itaque fieri potest (dicunt) vt cum æquali humoris copia, & eadem qualitate, & æquali sensus acrimonia, hic rigeat vehementius quã ille, non alia de causa, quàm quòd maiorem habeat facultatem. Quod tamen quibusdam difficile visum est qui contra docent, cæteris paribus vehementia virtutis non augeri rigorem, sed minui. Videtur hæc illorum sententia colligi ex Galeno secundo de causis symptomatum cap. quinto, vbi differens de rigoris intentione, ita scripsit. Differunt verò interse & excrementorum multitudine, & motu, & quòd excrementorum alia magis sint mordentia, alia minus, & quod corpus laborantis vel difficile vel facile affectu, aut debile, vel acuti, hebetis væ sensus, naturà sit. Nam quod acuti sensus est & imbecillum, etiã ex leuissima causa dolet: contrà, qnod firmum, neque facilis sensus est, magnam causam ad talis symptomatis generationem requirit. His verbis apertè videtur Galenus docere robur esse causam cohibentem rigorem. sed etsi Galenus nullus dicat, nõ videtur affectus præter naturã causa solius virtutis, reliquis eodẽmodo habẽtibus augeri posse. Nam virtus pugnat aduersus omnia, quę corpori præter naturam incidunt. Celebratissimum etiam est illud Galeni dictum, vires fortes omnia contemnunt. ergo virtus fortis non adeo irritabitur ab æquali humoris portione, quam imbecilla. His rationibus conantur euertere, quod plęrique medicorũ esserunt. Qui tñ interim nõ videtur mihi posse respõdere, ppositò àcõtraria opinione argumento. Nã conueniat primùm nobis cũ illis, facultates nõ operari proarbitrio, sed pro magnitudine virũ. Ex his euidẽter colligitur, quantũ intelligo, maiores vires cũ irritatione æquali vehemẽtius expellere. iã verò vehemẽtiorẽ expulsionẽ à singlis mẽbris, celeriorẽ delationẽ seq; nõ negabũr. Quod tã tò maior rigor fiat, quantò humor celeriùs decurrit, nihil habet ambiguum. Est igitur proposita assertio vera: rigorem eò maiorẽ fieri, quò rigentis robur maius est, cæteris paribus. Neque verò quidquàm habet absurdum, augeri symptoma quodpiam aucto robore. Nam cum symptoma ex facultatis actione proficiscitur meritò crescit symptoma actione aucta. illud itaque symptoma, quod ex solo morbo fit, facultate nihil præstante (eiusmodi diximus esse paralysim, conuulsionem, & palpitationem) dissonum est rationi, posse crescere ex incremento virtutis. illud verò quod agẽte facultate excitatur, ita augeri, quid non habet consonum? sed pro intelligendis Galeni verbis, & dilluendis aliis argumentis cosidera fieri posse, vt aliquis cũ æquali humoris quãtitate, & eadẽ acrimõia, cũ qua imbecillior homo riget ipse ppter virtutis robur nõ rigeat. quia tã fortis esse potest in omnibus mẽbris expultrix, vt nõ deferat humorẽ per mẽbra sentiẽtia, sed vno impetu expellat, aut vomitu, aut deiectiõe aut vtcũq; aliter. tãforte etiã potest esse calidũ innatũ, vt dolorem illum mordicationis nõ fugiat, quinpotius humorem sudore diggerat, interimque lassitudinem vlcerosam patiatur, pro rigore. vsque adeo virtus fortis omnia contemnit. Tamen quamquã hæc ita habent, si quis semel riget, quo fortioris vis est saltem naturalis eò fortius riget, quia si membra nõ vno impetu expellunt, sed deferunt, quò robustiora sunt, eò celerius deferent. si calidum innatum semel refugit, quò vehementius est, eò vehemontius redit aduersus humorem mordentem. quamquam non statim hinc possum colligere quò robustius est innatum calidum, eò plus rigere. nam quod robustius est, vt vehemẽtius redit aduersus humorẽ mordentem, ita ab æquali causa minus refugit, etiam si aliquantulum cæperit refugere. itaque duplex hic robur expectari potest, calidi innati, & facultatis expultricis, illud non facit ad magnitudinem rigoris sed potius ad paruitatem, hoc verò facit manifestè, quia & ad celeriorem excremẽtorum delationem.

verũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

verum hoc intellige, si semel rigor fit. nam ostensum est, posse illũ causa roboris naturalis omnino nõ fieri. quodsi ii, qui prope mortem sunt, quos verisimile est habere debilitatẽ, solent magnis rigoribus capi, nihil est nostræ sententiæ aduersum. non enim tam moriuntur illi propter facultatis debilitatem quam vi morbi. itaque non habent facultatem debilem in essentia, & insuper apponunt extremos conatus: vt verò a nobis alias etiam dictum est, quod ad actiones attinet cõatus pro robore facultatis est. Neque vero propter hæc possis dicere, robustum non robusto esse deterioris conditionis. nam quod magnitudinis symptomatis habet plus, breuitate compensatur. Dices, quò robur est maius, eò ab æquali causa irritabitur minus. Intellige, plùs aut minùs irritari, non fieri ex robore maiori, aut minori, sed ex acrimonia sensus, maiori aut minori. Quæ Galenus, loco huius allegato, ex. 2. de causis symptamatum dixit, non quidem de causis maioris aut minoris rigoris dictum est, sed de causis, quibus, aut lassitudo vlcerosa, aut pandiculatio, aut horror, aut rigor fit. itaque ex fortitudine, dicit fieri, vt ex humore eodem non fiat rigor, sed alius affectus. quod nos quoque diximus: igitur in hac controuersia hæc dicta sint. De his rigoribus videtur ab antiquioribus Galeno, dubitatum possint ne fieri sine febris superuentu. Hippo. libello primo de morbis, ita scripsit. Mala porro supra mala fieri necesse est, si rigor corripuerit, ardor igneus superuenit. Ex hoc loco colligit Galenus, libello de inæquali intemperie &. 2. de differenti. febri. &. 2. de causis symptomatum, & multis aliis in locis, Hippocratem ignorasse, rigorem fieri aliquando sine febre. fit tamen, vt Galenus dictis in locis docet, rigor sine febre sæpe, fit que ille ex cruditatibus, & ex vitrea pituita, cum mouetur, quo fit, vt sola quiete hic rigor sedetur, & exacerbetur motu. Tamen dicat aliquis aduersus Galenum, Hippocratem non ignorasse rigorem sine febre, quando quidem rigorum non recalescentium meminit. 2. prorrhetici textu. 31. sed recalescẽtes, declarante Galeno in com. 32. eiusdem libri, sunt quibus febris superuenit, quare non recalescẽtes, quibus febris non superuenit sint. Hic possis dicere, eos rigores, qui per debilitatem virtutis non recalescunt, quales per extremos languores incidunt, non ignorasse Hippocratem: tamen ignorasse eos qui [illegible] exremis langòribus, ex crudi succi motu facti, nõ recalescunt. Quid quòd. 1. epidemiõn parte tertia, in historia vxoris epycratis reffert, illam rigore correptam & esse, non incaluisse? quod ex crudis succis dixit Galenus in com. accidisse? Ita refert. sed neque illud vidit Hippocrates, sed audiuit factum, et habuit suspectum. quod sua verba apertè declarant. epicratis vxorem inquit quæ decumbebat apud Archegetem prope partum iam existentem rigor vehemens corripuit, non incaluit, vt ferebant. Ego non dubito, posse morbum aliquem, denuò fieri, nunquàm antea conspectum, vt de morbo galico, qui nostro hoc tempore, primum è tartaro prodiit, plærique medicorum dicũt. Quãquàm repugnent alii quidam, mirè se exercentes, vt morbum hunc ab antiquis conspectum esse ostendant, eique ex consuetis antiquis medicis, nomenclaturam inueniant. Quasi vero aut nulli medicorum ita fieri posse fuerint multo ante suspicãti, aut quidquàm habeat philosophiæ aduersum, morbum nouum generari. Celsus libro primo in ipso prohœmio, nulla causa magis, dicit rationales medicos empiricis præstare, quam quòd nouis morborum generibus possunt etiã opem ferre. ita enim inquit, sæpe etiã noua incidere morborum genera, inquibus nil adhuc vsus ostenderit: hæc Celsus. quod tamen non sit philosophiæ aduersum quiuis intelliget, qui philosophiæ aliquid degustauerit. nã etsi species quæ perfectionem quampiam continent, perpetuæ sint secundum speciem, carentes principio & fine, tamen quæ in sola imperfectione sunt, nihil mirum denuo fieri. vt non est mirum patrari nouum facinus, nũquàm patratum antea, neque monstrum generari, cuius forma prius conspecta non sit: ita neque nouam salutis corruptionem. nimirum hæc fiunt ex erroribus, non ex perfectione. Ergo nouo modo deprauato victu, nouos morbos fieri ratio feri. non enim arbitror, ratio quæpiã coegerit maiores homines prauo vti victu, quo hodierni volentes vtuntur. proinde Galenus suspicatus est, rigorem sine febre non accidisse Hippocratis tempore, quòd homines essent frugaliores. Ego sanè non censeo impossibile, morbum aliquem nouum fieri, tamen rigorẽ sine febre, ex crudo succo afuisse à tempore Hippocratis non suspicor, cum popter loca citata, & historiam vxoris epicratis: tum etiam quia accidebant eo tempore morbi alii, ex similimis causis, aut etiam ex maiori cruditate. Accidebat enim æpiala febris, quæ exuitreo humore fit. finge igitur hominem paratum ad hanc febrem; quales eo tempore fuere quam plurimi) balneum intrasse. non video cur non horruisset, neque cur si se cito collegisset quiescens, non potuisset sine febre manere. Quod tamẽ ab hippocrate libro primo de morbis dictũ est de exquisito rigore & vehemẽti interprætor qualis nunquàm nisi ex humoribus biliosis fit. Et miror sanè Galenum, alioqui antiquorum blandum interprætem, & hippocratis amãtissimũ, hanc interpretationem non inuenisse. Sed pro præsenti capite satis multa diximus.

¶ Caput decimum octauum, De febris essentia.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

QVod quidem homines febricitent,cum secundum vniuersum corpus habent calorem maiorem quàm oportet,communis omnium consensus est.cæterum tria potissimùm indubium vertũtur in inuestiganda febris esentia:primum an in calore solo consistat an cum siccitate coniuncto:deinde an totum corpus necessariò teneat,vel possit solum cor obsidere:atqui an in ipsa cordis substãtia necessariò sit an calor in humoribus spiritibus ve cordis febris dici debeat.Nã in prima cõtrouersia videtur ab vtraq; parte esse Galenus:& Hippocrates videtur sentire prima aphorismorũ.16.febris essentiam in calore cum siccitate consistere, atque in siccitate magis,cùm iniungens febricitantibus cõmodum victum,humidum dicat,calidi nulla facta mentione.atqui Galenus in cõmentario addidit.febri enim quoniam calida& sicca passio est,est enim conuersio caloris natiui in igneum,victum humidum, consulit.& paulò infra obiicens sibi hominem hydropem simul & febre laborantem, in quo tamen ab humidis cauendũ quãmaximè est,& iniungenda sitis,respondit Hippocratẽ illic nõ meminisse febriũ cum alliis affectionibus coniunctarum,sed solam eam indicationem quæ desumitur ab ipsa febre fuisse prosequutum.vnde,cum indicatio quæ morbi est propria,diuersa ab ea que est causę, aut symptomatis,aut affectus alterius,ab ipsa morbi essentia procedat, videtur apertè febrem in siccitate collocare. cæterum contrarium planè docet libro de differentia morborum in simplici intemperie quę vniuersum corpus obsidet febris essentiam collocans.secundo etiam methodi cap.vltimo inquit homines inveniisse nomen febris,quoniam non erat illis semper facile dicere,calor tantus quantus iam valet officere operationibus.Itaque dicit hæc duo idem significare, febris,& calor tantus quantus iam valet officere operationibus.est igitur in ratione febris solus calor:siccitas est essentiam consequẽs, quamquã nequaquam hoc necessario.Namsubiiciatur homo aliquis,laborans solo calore per corpus vniuersum.hũc constat ab omnibus hominibus febricitatem apellari.habebit enim talem pulsum qualis febricitatem solet cõsequi:talem etiam prestabit tactui sensum:& reliqua eodem modo.febricitabit igitur hic citra siccitatem.Verum hoc,vt arbitror,non admittes:sed negabis fieri posse:vt totum corpus calorem preter naturam habeat,quin sit siccum,itaque in hoc agetur tota controuersia.An possit calor preternaturam consistere in corpore nullatenus sicco.Ego sanè vidi sæpe Galenum disputantem de intemperie calida & humida,quę si nequaquam in membro aliquo potest consistere,vana ille loquitur.Sed intellige hominẽ aliquem laborare in toto corpore vel in corde solo,intemperie humida solùm. Si hoc quoque negas,finge vsum fuisse illum multò ante,cibis & potionibus,& reliquis ad victum spectantibus,humidis,in altera oppositione temperatis,atque ita inuenies hũc factum humidiorem quam pro natura, quem,obiectione causæ calfacientis,facito febricitare.constat calorem hunc febris consistere cum humiditate preter naturam:tantum abest vt sit cumsiccitate.Dices fortasse calorem illum desiccaturum hominem.sit vt dicis,sed interim dum humor prẹter naturam corrumpitur,homo febricitabit& erit nullatenus siccus.igitur siccitas non est essentię febris pars.Nam quod tale est,nec momento temporis potest a re separari.Qua ergo ratione dixerit Galenus indicationẽ desumptam a febre suadere exhibitionem humidorum,ac rursus febrẽ quâ febris est exposcere frigida & humida?atque adeo febrem calidam & siccam esse passionem?an quoniã calor præter naturam,quantum in ipso agitur,desiccat perpetuò substantiam atque ea indicatio est ab affectu quæ aut ab essentia affect9 est aut ab aliquo quod eius naturam consequitur?quoniam igitur calor desiccans est,calida & sicca affectio dicitur,& eàdem ratione,quoniam quâ febris est,est calor desiccans, quà febris est exposcit frigida & humida, cũ sola consistit:frigida,quò extinguãt calorem:humida,quò cohibeant disiccationẽ,quæ à causa præter naturam in corpore fit.Igitur quod ad primam attinet controuersiam ita habet. Quod ad secundã attinet.Galenus libro de differentia morborum in toto corpore videtur febrem requirere,dicens:tũc enim facile iam ab omnib9 deprehenditur,quę in toto animalis corpore febris nũcupatur.in principio etiam tractationis de febrium differentia,& libro de inęquali intemperie,docens febris generationẽ, hoc idem videtur accipere:negat enim esse febrem,in quocunque membro calor sit.nisi illinc transmiserit in cor.quoniam scilicet ante quam cor calescit,non potest calor in vniuersum corpus diffundi: statim verò ac caluit,in totum corpus distribuitur.quoniam scilicet cor est totius caloris in nostro corpore fons. tamen cõtra est quod in lipiria vocata febre .2.de differentia febrium & secundo prognostici comet.4.extrema(quo nomine caput manus ac pedes intelliguntur) tam longè abest vt calorem preter naturam habeant,vt etiam perfrigerata sint. & tamen hanc esse febris speciem citatis locis testatur Galenus,& multò etiam clariùs septimo aphorismorũ cõmẽtario quadrãgesimo secũdo, quo loco illam a febre accidẽte seperat.7.etiam methodi.cap.8.ita scripsit post alia:Cognoscẽtes huiusmodi affectum ad portionem esse febrem,quippe quod illa in toto animali vel in corde est,id propositus nũc, affectus est in ventriculo,hęc ille.loquebatur verò de intemperie calida ventriculi.6.epidimion parte prima com.29.inquit,Essentia verò earũ est non secũdũ hippocratem modò atque optimos medicos sed etiam secundum omnium hominum consensum,prẹter naturam calor maximè quidem in totum animal effusus,sin minus,at in plurimis partibus, vel in nobilissimis consistens. Constat igitur ex his verbis luce clariùs iuxta mentem Galeni non esse in essentia febris, vt calor in corpus vniuersum distri

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

distributus sit,sed si sit in corde, hũc statim esse febrem,dum modo habeat perseuerantiam(hac dictione excludo à ratione febris illa caloris incrementa, quæ aut ab exercitatione corporis, aut animi affectibus orta, statim cum ipsis effectibus conquiescunt)quod etiam ipse sensus quotidie docet in plęrisque febribus,quę cum rigore inuadunt.nam per incrementi i arum bonam partem,frigus pedum perseuerat. Igit quantum ego intelligo febris caloris non est, vt otum corpus afficiat necessariò, sed vt ineo membro receptus sit,ex quo nisi quid sit quod impediat uiusmodi est inlipiria febre interna inflamatio trahens more cucurbitulæ vndique, & calidos hum res,& spirituum copiam, & in principio incremẽti febrium cũ rigore inuadentiũ umor inæquali er incipiẽs putrescere) in vniuersum corpus diffundatur. Quo modo dictum intelli ,vbi Galenus xerit,febrem esse totius corporis prę ter naturam calorem,Est verò membrum illud,q od naturà su transfundit in corpus vniuersum quã citissimé,cor,propter calidorum spirituum fluxion m per art ias.est tamẽ febris,non quicumque calor intra cor consistit(si modo febris morb⁹ est)sed c lor tãtũ c i in illius est ppria substãtia. Sũt enim sanitas & morbus eiusdem. vtraque autem harum affectionu est in viuente.nam quod vita caret,vt spiritus &succi,neque sanum est neq; ęgrum)spiritus vita carere onstratũ est in secundo huius operis libro:nam nec operationes habet vitales,quarum perfectione sanitas,& læsione morbus dignoscitur.Igitur febris quæcunque recipitur in substantia cordis,nec aliqua species est,quæ prẹter hanc,in aliqua alia materia recipiatur.Sed qua ratione,si res ita habet vt diximus, verè dictum fuerit à Galeno, primo de febrium differentia celebratissimam illam febrium diuisionem,in ethicam putridam & diariam,latam esse per subiectam materiam?namsi succus nullius febris materia est,sed calorem qui est in cordis substãtia,quiq; verè est febris,facit,& spiritus in se febrem nõ continent,vt pote non ntes, sed faciunt,perinde vt humores, diuisio illa non est per subiecta corpora lata.Nam humor & spi febri subiecta non sunt:sed per causas internas potius,atque,vt exactius loquar, partim per causas internas,partim per materiam.nam spiritus & succus sunt internæ causę febrium quas succedũt: cordis est corpus subiectum ethicę quæ in illa est facta.certé,si res ad exactam ducatur cõsideratio nem,est vt proposuimus,tñ putauerim,Galenũ loco illo febris nomen,omisa tam exacta cõsideratione,de toto eo calore dixisse,qui in ægrotãte sentitur tangẽtis sensui occurrẽs. atqui hũc cõstat per etiã cas febres in ipsa substantia solidorũ recipi,atq; ppterea salsuginosũ q d&aridũ sensui repsentare,in putrida verò in succis,& ppterea modũ quẽdã ipsius humoris tactu sentiri.nã sentitur huimid⁹ quiddã,& suaui⁹ tactui,in rẽdũdantia sanguinis:acrius quiddã & mordacius in bile,& veluti per cribrũ prodiens calor,in pituita,quoniam scilicet hic succus nunquàm tam ęqualiter recipit calorem. Ex quibus signis (quæ ipsa cum multis aliis similibus referuntur à Galeno nuper citato loco,&primo ad glauconem,& 2.de crisibus,&.6.de morbis popularibus parte prima textu.29.ab hippocrate, & Galeno in commẽtario)constat,in illa diuisione,calorem occurrentem tactui, in quacumque recipiatur materia,febrẽ esse dictum:etiam si consideratione deducta ad exactius, febris sit calor, vel in sola substantia cordis factus, vel qui fit,qui quantum in ipso agitur,subiectum corpus desiccat, quãquàm nõ perpetuo cum siccitate est.sed de febris essentia hęc sint satis.

¶Caput decimum nonum. De modo quo humores & spiritus fiunt febrium causæ.

HVmores & spiritus,cum secundum naturam habent,multitudine & qualitate, & facultati corporis proportione respondent,nulla ratione sunt inutiles, atque ita neque febrium causę fieri possunt:sed cum febrium causæ fiũt, quia cor calfaciunt,aut vniuersum corpus,tales fiunt.calfecere verò non possunt,nisi ipsi fiant calidiores,possunt fieri calidiores aut simplicem alterationem perpesi, aut secundum totam substantiam alterati.est alterationis secũdum totam substantiam duplex modus vstio,& putrefactio.Igitur necesse est,humores & spiritus, cum febrium causę fiunt, incalescere multum,aut putrescere,aut vri. Cùm verò humores quatuor sint,solus sanguis,concedentibus id medicis omnibus citra controuersiam,potest incalescere alteratione simplici vsque ad febris generationem:id que habet,cùm copia redundat.nam alii,sitantum incalescant,anticipant vstionẽ aut putredinẽ.cuius rei causam,quidã naturæ curam circa conseruationem sanguinis esse putant.Ego verò censeo, sanguinem omninm humorum esse naturali calore calidissimum, proindeque ab externo tardius putrescere.Nam cõmune est hoc nõ succis solum sed omnibus rebus,vt quò perse fuerint calore secũdũ naturã fortiori,eò à calore prænaturã tardi⁹ corrũpantur.exẽplo sunt generosa vina. Reliquos omnes à sanguine nõ aliter ac putres excitare posse febres, videtur Galenus docere millies, & alii medici ita intelligũt:& per putredinẽ posse omnes,febriũ fieri causas.nõnulli sanguinẽ excipiũt:atq; suam sentẽtiã tribuunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tribuunt, Galeno autori. Spiritus nonnulli sola inflamatione dicunt fieri morborum causas, alii etiam addunt putredinem. has vt controuersias deciderimus nihil erit in proposita disputatione difficile. sed hęc indigent diligenti discussione. Iam quod primo propositum est, tam omnium cōsensu comprobatum, vt in hunc vsque diem à nullo in controuersiam vocatum sit, nempe alios humores à sanguine nō nisi putrescentes posse fieri febrium causas, veriti censeo esse aduersum. bilis enim syncera procul dubio potest generare tertianam exquisitam, vsta, extra putredinem. Nam cùm hi sint duo motus, aut duo corruptionum modi, à calore externo, tamen quædam ad hanc, quædam ad illam corruptionem sunt paratiora. Nempe ex 3. de temp. & primo de medic. simp. facultate, quæ calidissima sunt naturà, adiuncta potissimum siccitate, & partium tenuitate, sunt ad vstionem paratissima: quæ vero humore abundant, aut non sunt multo calore, hæc putrescunt citius. Igitur constat bilem esse natura sua paratam vri. at vero cōstat, facturā febrē si semel fuerit vsta, etiā si citra putredinem, id fuerit perpessa (hæc autem de flāuā bile dicta intelligas. nam atra, quamquàm vri potest, non putrefacta, vt per ferinā vocatam atram bilem contingit, tamen vt hæc eadem affectio monstrat, nō facit vstione febrem, quia cum terrea alioqui sit, citò euadit per vstionē, frigida, & terræ omnino similis) tali febre aperte febricitabat iuuenis ille quem. 10. meth. depingit. Ga. vigesimum quintum ætatis suæ annum natum, calidū & siccum temperamento, musculosum vt canem, longo itinere defatigatū, cogitabūdum aliqui, cura ac solicito merore confectum, qui in tertianam febrem inciderat, in quo primum ęgrotante propter calorem ac ariditatē, aussum inquit se esse, mirificam diatriton contemnere. de quo ita inquit. Quippe, ęgeriem quidem ante descripsimus, exemplo omnibus est, qui propter siccitatem, á principio cibo indigēt, etiam si febritare iam incipiant. nam cum accenditur in his febris, propter mordentem acrimoniam, excalfacti attenuitati que ex sole & inedia & laboribus succi, maximum eius remedium est humidum nutrimentum. sicut ediuerso vbi ob copiam, vel obstructionem, vel phlegmonem, vel, vt scirrham, humoris alicuius putredinem, febris est orta, maximo malo est cibus. hæc ille. Ex quibus constat, febrem illam ortam fuisse ex calfacto attenuatoque succo, atque omnino citra putredinem, alioqui maximo malo foret cibus. In his qui talibus febribus laborāt, accedit maxima coniectura, ad intelligendum, eos sine putredine febricitare, ex bile, & aliis exeuntibus, accidunt enim crebro his vomitus tenues, fluidi, minimè fœtentes. tamen vt millies dicit Galenus, fœtor est proprium putredinis indicium. Sed quid quod Galenus omnem ab humore febrem, dempto sinocho sine putredine putridam appellat? quod non videtur aliud significare, quàm ex putredine ortam? Præterea non semel aut bis, sed centies dicit, tertianam nasci ex putri bile, atque illam posse esse, aut exquisitam, aut minus. Animaduertendum, quanquàm habeat vt diximus, tamen rarò synceram redundare bilem vt sine puteedine febrem faciat. proinde omnes febres ex humorum putredine, aut vstione, sub putridarum nomine Galenus præteriit, & quoniam quæ putrescunt, & quæ vruntur: quodammodo in symptomatis patiuntur similes affectiones. ab, noua est isthęc phrasis. immo verò ab ipso Galeno attentè notata. Nam secundo de simplicium med. facul. cap. 14. differens de vrentibus inquit: & vocantur putrefacientia, non quidem propria vtentes nominis appellatione: nam quę sunt putrefacientia humectanria cum calfactione sunt, tamen eadem modo vocamus propter symptomatis similitudinem. Eodemmodo loquendi vsus est in febrium ab humore reddenda causa. quoniam nihil referebat, hæc tam exactè distinguere, nam neque ad artem excolendam, neque ad curationem, noua febrium differentia erat opus, sed ad hæc omnia, melius febris ex bile vsta, sub putridarum genere comprehendebatur. putridæ verò à Galeno, & ab aliis omnibus autoribus, ab hecticis & ephemeris separātur quasi solum illę quæ sunt à succis, possint fieri cū putredine. quo factū est, vt opinentur, multi spiritus non posse putrescere. Nam aliter, dicunt, foret ephemerarum non simplex genus, sed duplex, aliis ex spiritibus inflamatis, aliis ex putridis, ortum habentibus. atqui quòd putrescere non possint spiritus illorum naturam in causa esse dicunt, quoniam, scilicet, sunt tenuissimi partibus, & ignei natura. Cæterum hi leui de causa mihi videntur negare, quod firmissimis rationibus confirmari potest. Nam ab Aristotele dictum est. 4. metheorωn cap. 1. omnia quæ non interimuntur vi per putredinem venire ad interitum: atque in eodem capite paulò infra, omnia inquit, possunt putrere pręter ignem. spiritus non arbitror dices ignē, Sed dices fortasse esse naturæ igneæ, atq; propterea illud sibi inesse quod igni. sed animū aduerte iis quę subdit, terrā aquā aērē posse putrere, quoniā substrata sunt vt materia igni. igit in iis quę ex illis generant, & substrata sunt igni potest putredo fieri. Adde spiritū ex inspirato aēre fieri, libellis de vtilitate respirationis, & de vsu pulsus: atq; esse aēre etiā cresiorē, vt mōstrat Ga. libello quod sanguis in arteriis secūdū naturā cōtineat, quia ex aēre generat per cōcoctionē, igitur cùm putrē aērē sæpius inspiremus, non mirum si spiritus incordis cauernulis cum putribus humoribus volutati putrescāt. quod intelligētes nōnulli dupliçē dicūt esse modū putredinis, aliū quo humor ipse prius rei extrahitur ab externo calore & fluidus fit: hoc dicūt posse putrere solùm humorem: alium, quo calor propius extinguit à calore alieno, & hūc dicūt posse accipere etiam spiritus. Nobis procedens hic idem sermo dabit occasionem declarandi naturam putredinis, quam Aristoteles prædicto in loco tradidit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

didit disertè. Diuisionem qua hi vtuntur non intelligo. nam in rebus quæ putrescunt, idem externus calor extinguit naturalem, & extrahit partes humidas, facitque vt minus ànaturali rei calore contineantur. Vt humor extractus fluidus fiat, non est in putredinis essentia. Valeat ergo hęc diuisio. illud vnum constanter affirmo, posse spiritus putrescere, atque febrem diariam facere, vel putrescentes vel sine putredine: sed quoniam spiritus qui putrescunt aut citò effluunt, aut putredinem in humores transfundunt, aut emendantur facilè, fit vt diuersę putridę, intra diarum diariarum terminum concludantur, & vt curationem maiorem aliis non exigant, nisi in aliud genus permutentur. proinde que medicorum nihil intererat plures diariarum species facere ex alterationibus causæ, sunt enim omnes hæ febrium differentiæ, vt à principio statim libri quarti dixim⁹us, non ex rerum natura profectæ, sed medicis vsibus accommodatæ. has igitur melius fuit diarias dicere, & putridas omnes à succis esse. De quarum numero secundū species ex materia desumptas, certant omnes medici. Quandoquidem Galenus secundo de crisibus capite duodecimo triplex tantum esse dicit simplicium genus: aut enim biliosas esse, aut pituitosas, aut melancholicas: atque hanc quaslibet, aut intermittentes, aut continuas: sanguineas enim esse quodammodo biliosas. Qua in re illum mordet Auicena, quòd febrem aliquam ex putrescente sanguine fieri posse negauerit, instatque argumentis. Eorum, qui post hos autores commentaria scripsere, quidam Galenum reuera negasse hanc speciem febris, dicunt, atque adeo Auicenam assecutum fuisse Galeni mentem, sed stetisse à contraria opinione, atque deinceps controuersiam agitant: alii huic, alii illi fauentes: Alii eandē fuisse Gal. & Auicenæ mentē putant, sed Auicenam aut Galeni uerba minus assecutum, aut amore proteruę contentionis, finxisse nihilhostem quem feriret: quodque triplex tantum febrium genus esse, Gale. dixerit, cum febrem ex putri sanguine non negauerit, dicunt plerique factum, quoniam sanguineam ad biliosam reduci insinuauerit, [illegible] Nam quæ ex sanguine fit, quodammodo biliosa est. Alii propterea censent dictum, quòd sanguinea necessariò composita sit ex sanginea & biliosa. sed cum quæstionem hanc nullus non disputauerit, nullus mihi videtur rem ex ratione feciſse palam. Nam Auicenæ assecłę videntur rem ipsam inuestigasse, sed nondum inuenisse. Qui se sub galenistarum nomine, sidiis placet, hodie reuiuiscitant tantò sunt elegantiores, vt in singulis controuersiis more gramaticorum articulis aut dictiunculis cō tendant, vel more iuris peritorum ex scripto argumententur. Galenus secundo de differentia febriū capite duodecimo quæstionem hanc disputat, neque breuiter neque obscurè. quare non erit difficile, dante deo, autoris mentem ex illius sermonibus eruere, si priùs quod in reliquis fecimus ipsam per se rem, philosophica ratione deduxerimus. Primò illud negari nulla ratione potest, sanguinem posse putrescere. est enim, vt paulò ante dictum est, communis rerum omnium interitus, putredo, omnium inquamquę ex elementis mixta sunt. monstrant id bubones, ac reliquæ inflamationes: in quibus sanguis nisi anticipet digestionem putrescit omnino, atque ita generantur ex inflamationibus carbunculi, & alii similes tumores: aut in pus vertitur quod putredinis non adeo pernitiosæ est species, vt procedente sermone monstrabimus. illud quoque arbitror satis constat: si sanguis qui sinochum sine putredine facit putrescere incæperit, nulla alia in corpore facta mutatione, febrem proinde non cessaturā: ridiculū enim si quis dicat, cesasse febrē citra corporis attēperationē, aut humoris eucationē hac vna de causa, ꝙ putrescere sanguis cœperit. Igit' si sanguis potest febrē facere sola multitudine, qđ excomini medicorum consensu accæpimus, constat posse putrescentē sanguinē febrē generare. Quid igitur est, quod in re ipsa posit in dubium verti, vt disputatio non sit de nomine? nunquid re vera habet sanguis ingenerando febrem aliquid proprium quod aliorum humorum habeat nullus? habet, dices, febrem generare sola copia, vel alteratione simplici, sine vstione aut putredine. at hoc dictum iam antea est. sed nunquid ingenerando febrem cum putrescit, habet aliquid proprium? habet, dicunt, vt cum necessariò portio illius tenuis & pinguis, per putredinem in bilem mutetur, & crassa in melancholiam, perpetuo ex putrescente sanguine composita febris fiat, non simplex. sit ita, sed nunquid aliud habet sanguis proprium? non explicant. sed nos iam explicamus hinc sumpto initio. Longe aliud est, rem aliquam putrescere, aut putrem esse. nam quod per putredinem corruptum est, putre est, quod ad corruptionem hoc modo disponitur, dicitur putrescens. putredo & vstio, & similes motus, sunt alterationes secundum totam substantiam, non enim quod ita afficitur, incalescit, aut refrigeratur, aut tale aliquid patitur solum, quod secundum qualitates est alterari, sed tota substātia permouetur. nam in vtrisque & in iis scilicet quæ vruntur, & iis quæ putrescunt, extinguitur calor natiuus ab externo, in illis, consumptis humidis partibus: in his extractis. sed quod putrescit, antequàm tota substantia iam permoueatur, qualitatibus ad putredinem concipiendam disponitur prauè, vt calfactum aut humectatum, terminus huius dispositionis est cum iam incipiunt humidæ partes substantiæ à siccis separari, propter debilitatem caloris natiui, ab externo factam. Vtraque communi appellatione dicuntur putrescere, & quæ ad concipiendā putredinē prauè disponunt, & quæ iā permouentur tota substantia. ita enim vina solemus dicere incipere putrescere, quoniam incalescunt & apparent facta debiliora, etiam si nondum sint insignite accida, quæ tamen deinde si in locum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alium transportantur, motu et ventilatione, & mutatione vasis & soli, manent incorrupta quod nõ fieret, si secundũ substãtiã forẽt prãutata. nã tales mutatiões quæ secũdũ substãtiã sunt, vt vstio putredo aut cõcoctio vbi semel sunt factæ, infectę, esse nõ possunt. non enim, vt quod calfactũ est, potest refrigerari, ita quod coctum reddi crudum, aut quod putre emẽdari. si enim vina, quæ apertè accida fuerant facta emendata sunt nonnũquam, id vt Galenus docet. 2. aph. com. 17. resectione partium quæ putruerũt fit, non alteratione contraria. hæc omnia sanguini possunt accidere, vt putrescat, scilicet, dum prauè disponitur calfactus aut humidior redditus, vel vt putrescat alteratus tota substantiã. Sed nunquid et ex bile naturali cum putrescit, generatur alius bilis præter naturã species, quę diuersa quidem est ratione à priori, tamen in ratione bilis flauæ conuenit: ita sanguis putrescens in alterius speciei sanguinem transit, qui sanguis præter naturam sit? an in alterius generis humorem degenerat, vt vinum in acetum? ego quidem puto in genus diuersum degenerare, neque posse sanguinem putrescere non per mutata sanguinis natura. Nam Galenus. 2. de elemẽtis & libello de atra bile & de natura humana, & vbi vbi de humorũ specib⁹ differit, sanguinẽ præter naturã fieri duplici tãtũ ratione dicit aut alteratiõe simplici aut permistione alterius humoris: itaque fieri posse deficiẽtẽ à naturali, factũ aut calidiorẽ aut frigidiorem aut humidiorem aut sicciorem, vel pituitosiorem (vt ita dicam) vel biliosiorem. tamen reliquos succos dicit fieri præter naturam his duobus modis, & præterea putredine, qui modus nõ est in sanguine, quippe qui cum putruit alterius generis humor statim est, aut bilis flaua aut melancholia, aut pus. Inuenimus igitur iam aliud, quo sanguis differt ab aliis succis: vnde manifestum fit, sanguinem prima alteratione tantum posse putrescere, vt sanguis adhuc sit, dum disponitur scilicet prauis qualitatibus ad concipiendam putredinem, vt dum incalescit, quod si quis exactè loquatur, nondum est propriè putrescere. quod tota substantia iam permouetur, species præter naturam est bilis, aut melancholiæ, aut est pus. non igitur fieri potest febris à sanguine putrescente propriè. nam quod ita putrescit, tota substãtia iam permouetur, quare alterius generis humor iam est. cum igitur hæc ita se habeant, q[illegible]ne putandum est, Galenum dixisse, triplex esse tantum putridarum febrium genus, quàm quòd sanguinis pars, quæ febrem facit, nondum putret, quę iam putret, sanguis non est, sed bilis? quòd verò hæc sit Galeni mèns intelliges, eo quod febrem hanc ex sanguine à biliosa non alia ratione dicit differre loco predicto, quàm sola lenitate aut mititia. quoniam, scilicet, bilis quæ ex putredine sanguinis generatur, mitior est bile putri ex alia bile genita, quanto sanguis naturalis naturali bile mitior est, vt dictũ à Galeno est libello de atrabile & à nobis iuxta illius mẽtem in primo huius operis libro, atram bilem ex bilis flauę vstione molestiorem multò esse eà, quę exsiccato sanguine consistit. nam omnia insecũtur quodammodo naturam eorum ex quibus sunt genita. itaque febris putrida ex sanguine biliosa est, mitior tamen eà, quæ est exquisita. quod sumus paulo post aduersum Valeriolam rursum monstraturi. non eo inficias febrem hanc compositam esse, non tamen ex duabus putridis, sed ex febre quæ fit à sanguine non putri, sed qui prauè disponitur, & ex altera à biliosо humore, quæ febris minus solet exacerbari q[illegible] biliosæ aliæ, quia bilis ipsa, dicta ratione, est mitior, & contingit sanguinis esse tantò plus quàm bilis, vt incrementa quę per tertios dies contingunt, sensum latentia prætereãtur. sed cur sanguini non sint tot modi conuersionis ad dispositionem prẽter naturam quot aliis humoribus? sua natura facit, quę cum respectu aliorum humorum in mediocritate constituta sit, non potest esse multiplex, vt quę consistũt in extremis. Est enim sanguis. 2. de facultatibus naturalibus succus moderato calore genitus, reliqui ab immoderato. moderatum in rebus omnibus est vnum, immoderata plura. atqui succus, qui putredine progignitur, non fit à moderato calore, quare sanguis non est. quam rationem simul cum assertione scripsit Gal. secundo de crisibus cap. secundo. quid enim aliud continent hæc verba? liquet tamẽ, quòd cum hic putrescere cæperit, non ampliusbonus remanet sed, iam ad amaræbilis naturam transit atque in hoc illud seruatur, triplex esse genus vniuersum simplitium febrium. quæ enim ex sanguine putri fit iam quodammodo biliosa est: siquidem in naturalibus sermõibus rectè ostẽsum est, quòd sanguis ex moderato calore generatur, flaua autem bilis ex maiori, atra vero ex sufficienter immodico. hæc Gal. quibus appertè innuit, quia sanguinis natura in succorum mediocritate est, non posse non permutare naturam per putredinem. Sed horum exacta notitia ex iis quæ de sanguinis natura in primo huius operis libro scripsimus pendet. Modo de proposita quæstione satis diximus.

¶Caput. 20. De modo quo febres inuadunt humana corpora.

INuadunt febres humana corpora, vel sana adhuc, vel conflictata aliis morbis, vt febris febri superuenit. atque febris quæ superuenit, aut delet priorem, aut cum ipsa vnâ manet, idque aut copulatis duabus, aut pluribus fit, vt contingit hominem adhuc bene valentem, diaria febre aut putrida

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

corripi, & febres aliorum generum solent sępe in febres hecticas terminari, atque is qui febre laborabat hactenus diaria aut putrida, iam nõ ea solum sed hectica etiã generi, & tertiana febris solet simul cũ quotidiana cõmorari, quod in hęmitrito perpetuò fit. Ecce igitur vt hęc omnia cõtingant in febriũ inuasionibus, tamen in modo quo febriũ quædam species nosinundunt, controuersias medicis mouẽt, quas propositum est modò dirimere. Negant enim plærique, posse febrem hecticam à principio hominem inuadere, nulla alia prægressa, idque hac ratione. Dictum est libello de inęquali intẽperie cap. 5. re que ipsa constat, etiam dicẽte nullo, quæ tenuia sunt facilius alterari q̃ quæ crassa, quęq; natura tenuia & calida faciliùs concipere calorem cõtrariis, atque ad cõfirmandam hanc rem additum est exemplum appositissimũ. maximè quidem promptus ad alterandũ spiritus est, vtpote tenuissimis constãs partibus, atque id nõ aliorsum dicit Galen⁹. q̃ vt monstret, cum inflamatur membrum aliquod, necessariò spiritum inflamari ante succos & solidam substantiam. igitur, dicunt, hæc ipsa ratio monstrat, nõ posse membra solida accipere factum calorem, quin spiritus illum multò ante accæperint, aut humores. quare colligunt, febrem hecticã necessario alias febres subsequi. quod q; Galenus primo de differẽtia febrium cap. 8. & 3. de præsagatione ex pulsibus cap. 3. hecticas febres à principio inuadere dixerit, ita interprætantur: à principio idest primis statim diebus vt tertio aut quarto, conantur eruere hunc sensum ex ipso Galeno qui. 10. meth. cap. 5. ita scripsit. Quippe vel in febres ardẽtes ex ea incidũt, à quibus nisi prius mors occupet in hecticas recidũt, atq; statim ab iis in marasmũ, vel ꝓtinus ab initio ipsa hectica febris simul incidit præteriens ardẽtẽ. maximè tñ, vt dictũ sepę, siccos calidosq; affectus statim à principio hectica corripit. sicuti mulieri accidit quæ autũno ex tristia & vigiliis febricitare cæpit, perseuerauit autẽ ad plurimũ hyemis, hanc quarto die vt scis vidimus, depræhẽdim⁹ q; statim hecticã esse febrem, cum alia earũ quæ ex humoribus excitãtur cõiunctã. Hæc Galenus. ex quo loco conãtur colligere. verba illa, statim à principio, idem significare quod in primis diebus. nam mulierem illã proinde statim à principio correptã hectica febre, quoniã quarto die illã hectica laborare depræhẽdit. qui tñ decipiuntur multis modis. nam primò tenẽtur concedere, aut suam rationẽ esse inefficacẽ, aut necessario putridã febrem fieri post aliquã diariã, atque adeo, hũc perpetuò ordinẽ seruari, vt diaria ante putrida & putrida ante hecticã fiat. quãtò enim spiritus sunt humoribus tenuiores, tantò humores mẽbris. At qui Galenus, libro de inæquali intemperie loco ex aduersa parte adducto, spiritus cum humoribus cõfert, atqui eos dicit ꝓmptius inflamari. Tñ neq; ipsi neq; alius quisquã aliquando negauit, fieri posse febrem putridam à principio, idest à primo momento ęgrotationis. ipsa igitur ratio qua vtũtur se ipsam reuincit. Prętera quod ex Gale. interprætantur ipsa autoris verba non permittunt. nam si incipere à principio, est incipere primis dieb⁹, qua ratione dictum verè sit à Galeno loco citato ex primo de diff. feb. & 3. de pręs. ex puls. febres hecticas nunq̃ fieri à principio, nisi cum fiunt ex causis procatarcticis? nã in primis diebus, idest tertio aut quarto, facile est febrem hecticam ex ardente fieri sine causa procatarctica. quod enim diaria febris potest facere, aut vna aliqua causarum procatarcticarum, non est quòd ab vrente febre non possit fieri multò promptiùs. igitur si à principio nũquàm fieri possunt, nisi ex causa protarctica, illud à principio, principiũ totius ægrotationis significat, nõ primos dies. Nam quod ex Gale. adducebatur, declarat nihil. Vnde enim colligis, quoniam ille quarto die vidit febricitare mulierem febre hectica, illam non febricitasse tali febre à principio? maximé cum de re longe diuersa differat illic, atq; in de dif. feb. illic enim de permutatione ardẽtium in hecticas, hic de modo quo inuadũt singulæ ex professo disputat. valeat itaque hęc interprætatio atque nos veriorem Gale. sensum enarremus. Febris nõ ideo diaria dicitur, aut putrida, quòd in spiritu aut humore magnus calor sit, sed ꝙ quãtuscũq; is est, esse habet factũ, idest, secundũ habitũ. interest verò tã multũ, calorẽ esse magnũ aut esse factũ, vt fere semper sit, is qui fit eo qui est factus intensior multò. ꝙ calor intensus sit ex proprio ipsius qualitatis incremento nascitur, sed ꝙ sit in habitu, ipsius substantiæ in qua recipitur facit dispositio. Tenuitas igitur spiritus, qua humorib⁹ præstat & mẽbris, illud vnũ facit, vt spiritus incalescãt citiùs, & intentius, nõ tñ vt citius calorẽ in habitu cõcipiant. facilè ergo est intelligere, colorẽ, etiam si tres sustãtias simul affecerit, tñ citiùs cõtraxisse factũ esse in mẽbris, propter maiorẽ dispositionem quã in ipsis reperit. Quòd si rationẽ nõ assequeris, euidẽti experimẽto te deducã. finge hominẽ hectica febre laborare. vides huic adesse secundũ totũ corpus remissum calorẽ. prouoceturve hemẽter ad irã, increuit huic homini calor manifestè, qui tñ feruor non toto ęgrotationis tempore perdurat, sed intra terminũ diariarũ febriũ ad priorẽ gradũ rursus calor redit, quia superuenit febri hecticæ manifestè diaria. igitur inflamati sunt spiritus, vnde cõstat ipsos inflamatos antea nõ esse, sed quod cordis calor nõ fæcerat, irã fecisse modò, erat ergo prius q̃ irasceretur calor factus in solidis membris, nõ tñ in spiritibus, aut si fortasse grad⁹ aliquis caloris pręter naturã erat in spiritibus hectica febre laborantis, is non erat tãtus, vt posset calori facto incorde, nouum gradũ caloris fientis addere, quod ad febris diarię naturã erat necessariũ. igitur fieri potest vt febris hectica inuadat hominẽ nulla diaria pręgressa, calore in mẽbris facto, & nullo facto in spiritib⁹, aut nõ tãto, vt possit cordis substãtiã reçalfacere. secũdo li. de crisi. cap. vltimo ita scriptũ est à Ga. De hecticis autẽ nõ est pręsentis tẽporis sermo, nulla enim earũ in primis diebus sed in pro-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

progreſu temporis talis efficietur. Quæ verba apperte videntur confirmare ſententiã quã refutamus. tamen hæc ita interpretor, febres hecticas nũquam fieri à principio, niſi cum ex cauſis procatarcticis fiunt. hæ ipſæ rationes euidenter mõſtrant, poſſe febrem hecticã cõſiſtere cũ diaria, neq; acceſsione hecticæ febris diariam, ſi quæ præerat, ſtatim extingui: quod nonnulli negãt, & omnes incontrouerſiã vocant. in febri hecticæ acceſu cauſę procatarcticæ poteſt diaria ſuperuenire, quod paulò ante exẽplo mõſtrabamus, eadẽ ratione & diaria cũ antecędit, potuit cũ ſuperueniẽte hectica cõſiſtere. quę enim obſecro cauſa eſt cõuincens, cũ diari febris in hecticã tranſit, diariã repẽte extingui, manẽte ea ſolum quæ ſuperuenit? quod (dicunt) ſpiritus cũ inflamati ita ſunt humores, aut multò etiã magis cũ mẽbra, tenuãtur vſq; adeo, diſsipãtur que, vt non amplius poſsint cordis ſubſtãtiam calfacere. vocãt teſtẽ ſuæ ſententię Gale. qui primo de diffe. feb. ca. 7. febrẽ ephemerã ceſſare ſtatim ac putuda eſt, his verbis dixit: calfacta, enim plurimũ in ephemeris febribus exacerbemẽta & principium putredinis inde accipientia alterũ genus ſuccendunt febrium poſt priorẽ ſedatã. Cęterum vt ratio ipſa perſe primũ perpendatur, ea nihil mõſtrat. quandoquidẽ aſſumit ſpiritus per attenuationẽ minus calfacere. Cum tamẽ quæ inflamãtur, quò tenuãtur magis, eò fiãt acriora, & magis penetrẽt, pinde q; penitius vrant. Adde, oportere hac ipſa ratione, neq; febrẽ diariam poſſe hecticę ſuperuenire: itaq; neque hac neq; illa ratione, poſſe hoc duplex febriũ genus copulari, quod tamen monſtratum experimẽto eſt. Intelligendum igitur ex Galeno puto, genus quodcunque febriũ, poſſe perſe prima aggreſsione inuadere, & cũ quocunq; alio copulari. nam aliter quâ ratione putas, ſuperuẽiẽte febre putrida ceſſare diariã, teneris dicere, & ſuperueniẽte hectica ceſſare putridã, cuius contrariũ à Ga. paulo antè audiuiſti, cũ de muliere illa diſſereret, dicente: hanc quarto die vidimus, deprehẽdimus q; ſtatim hecticã eſſe febẽ, cũ alia earũ quæ ex humoribus excitantur coniunctam. Quod ex Galeno afferebatur ita interpretor, alteram ſpeciem febris ſuccendit priore deſinente: intra terminum diariarum, quod nihil aliud eſt dictu, quam perſeuerare ſecũdam finita priori. Atqui de hac quæſtione hæc ſunt ſatis.

¶ Caput. 21. An febris peſtilens ſit in genere putridarum.

PEſtilens febris, vt docet Gal. 1. de differentia febr. ex aëre putri qui inſpiratur fit. hęc, vt nõnulli barbarorum cenſent, poteſt eſſe non tãtum febris putrida, ſed etiam generis diariarum, quandoquidẽ dicunt, ſi inſpiratur aër putris, ſpiritum ante humorem infectũ iri (huic opinioni videbimur fortaſſe nos quoq; adſtricti, q paulò ſuperiꝰ, fieri poſſe febres ſpiritibꝰ putreſcẽtibꝰ, cẽſuimꝰ) alii illorũ opinãtoẽs peſtilẽtes, eſſe putridas quãdoq dẽ à Gal. ibro primo de diffe. feb. ita eſt ſcriptũ ἐπεὶ δὲ τῶν λοιμώδων ἐμνημόνευσα πυρετῶν ὑπὸ σηπεδόνος ἁπάντων γινομένων. 1. poſtq̃ autẽ mentionẽ fęcimus febriũ peſtilẽtiũ, quæ omnes ex putredine fiũt. cæterũ nõ dubiũ eſt ambas has opiniones aberrare & ab opiniõe Ga. & ab eo quod res habet. Nã Gale. 3. de præſagatione ex pulſibus cap. 3. longo ſermone docet multas peſtilẽtiũ febriũ eſſe hecticas, ſtatim à principio. diaria verò non poſsit eſſe peſtilẽs. nã vt accæpimꝰ à Gal. in principio primi de morbis popularibus, ratio morbi peſtilẽtis nõ eſt alia (neq; eñ peſtilẽs, eſt ſpecies quędã morbi) q̃ p pernitioſus ſit & multos eorũ quos affligit, tollat. tñ ſi putredo aëris q inſpiratꝰ in ſolis ſpiritibus cõcepta ſit, alteri ſubſtãtiæ nõ cõmunicata, neq; pnitioſa ſit febris, neq; multos tolet, ſed 24. horis ſalubriter terminabiꝰ. Itaq; veriſsima ſentẽtia eſt, febres peſtilẽtes poſſe eſſe tãtũ hecticas aut putridas. Sed rogas, ſi hecticæ etiã eſſe poſſunt, nõ tñ putridę, quorſum dictũ eſt à Gale. omnes peſtilẽtes ex putredine fiũt? reſpõdent quidã qui huius ſententię ſunt, omnes fieri ex putredine aëris, quam q̃ quæ hęcticæ ſint nõ ex re aliqua interiꝰ putreſcẽte, ſed corde calorẽ habẽte factũ. tñ hoc reſpõſum, quã q̃ alicui poſsit arridere prima frõte, nõ eſt ex autoris mẽte. Nã illic Galenus volebat diſputare, an vera eſſet ſentẽtia athenei, dicẽtis febres omnes fieri ex putredine, capit q; hoc principiũ: ſed quãdo de peſtilentibus dicere cępimus, quę omnes ex putredine fiũt, conſentaneũ eſt, ad ſequẽtia hic quidẽ diſputare de antiquo dogmate, omnẽ febrẽ ex humorũ putredine dicente oriri, fieri fere eñ ita docet tota ab atheneo ſchola. Ergo eodẽ modo intelligendũ eſt Galenũ dicere febres omnes ex putredine fieri, quoꝺ athenęꝰ dicebat illas ex putredine fieri, aliter loqueretur παρέργως. tñ atheneus de cauſa interna loquebatur, ergo haud obſurè ſignificat Galenus, omnes peſtilentes febres pendere ab interna putredine. ſed qua ratione id verũ ſit, iam dico. vt per febres peſtilentes & vocatas humorales, putreſcũt ſucci, ita per hęcticas peſtilẽtes putreſcit ipſa ſubſtantia cordis, vel ſaltem ſucci illi, qui proprium eius alimẽtum ſunt, qui more roris per illud ſunt ſparſi. Nam vt per alias hecticas hi conſumuntur, ita per has corrumpuntur putredine mala. Nam aliter, qua ratione intelligis diferre hecticã peſtilentẽ ab aliis hecticis? nũ qa hęc ab aëre putri fit? at aër putris eſt cauſa externa: hęc nõ mutat ſpeciẽ morbi. Si in ipſa affectione aut iis quę interius in ipſo corpore contingunt diſcrimen non eſt, externa cauſa neque facier

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

morbũ pestilentẽ,neq; periculosũ esse. si igitur opportet pestilentẽ hecticã ab aliis hecticis differre,necesse est cordis substãtiam passionẽ aliã à calfactione facta subire(quãdoquidẽ alię etiã hecticæ fiũt cor de habẽte calorẽ factũ)quæ nõ videtur alia esse q̃ putredo. Adde symptomata quę febrẽ hãc sequũtur apperte prodere,rẽ ita habere vt dixim⁹.Nã docẽte Gale. cap.nu⁹er citato ex.3.de præsagatiõe expulsi bus adsunt necessariò huic febri fętor anhelitu⁹,&calor in thorce &calor erysipelatis in partibus oris. sed fætor est symptoma ꝓprium putredinis,ergo nõ est per hãc febrẽ solũ calor factus in substãtia cor dis,sed putredo aliqua.hãc nõ necesse est esse in humorib⁹ aut spiritibus.nã Gal.loco dicto docet,pestilentẽ febrẽ fieri à principio hecticã,cũ humores in eo sunt inapti ad patiendũ ꝓpter frigus, & ideo ab aëre putri manẽt inalterati, cordis verò substãtia paratior est,& ab illo patitur.patitur ergo substantia cordis,aut internus ille cordis humor,qui à quatuor succis est diuersus,putredinẽ.Itaq; cõstat vt Gale. verè dixerit omnes febres pestilẽtes fieri à putredine etiã si hecticæ sint. Verũ dices,non ergo omnis febris quæ fit à putredine,est putrida.Inualuit vsus vt quæ pẽdẽt ex humorũ putredine solũ, putridę appellẽtur,quæ verò aut ab spirituũ putredine, aut interni humoris membrorum,non ita,sed illę diarię hę hecticæ.nihil moror. intellige rem vt habet,et si lubet voca blidiri.

¶Caput.22.De synocho & de ardente febre.

TEbriũ continuarũ &quę ad infebricitationẽ(vt ita dixerim) nõ perueniũt, quædã ne remissiones habẽt,sed aut àprincipio ad finẽ vno ꝓpetuo incremẽto vires assumũt,aut ab ipso statim principio quã minimo tẽpore totã nactæ magnitudinẽ vnica remissione cõquiescunt, aut eundẽ calo-ris modũ toto morbi tẽpore retinent:quædã intẽsiones habẽt alternatè ac remissiões,aut singulis die bus,aut tertio quoq;,quarto væ die.fiũt uerò febres hac aut illa figura ꝓpter genus causæ à qua pẽdẽt. nimirũ quæ cõtinẽtes sunt,quarũ est triplex illud gen⁹,increscẽtiũ decrescẽtiũ & ęqualiũ,à sãguine fiũt aut putrescẽte aut feruente ac supra naturalem mensurã aucto vt.17.huius libri cap.dictũ est . quæ etsi cõtinuæ sint ꝓ vices incremẽta habẽt,ab eisdẽ prorsum humoribus fiũt,à quib⁹ intermittẽtes,quę eisdẽ diebus repetũt quibus illæ ingrauescũt:quę singulis diebus,à pituita,quæ quartis à melãcholia,quę tertiis diebus,à flaua bile.de qua febre agitabũtur modo cõtrouersiæ duę: prima,an hæc sit nomine causi perpetuò intelligẽda,an aliquid aliud causus sit,q̃ tertiana continua:secũda,an hac sit mitior, an acerbior,febris sanguinis putrescẽtis. Videas Auicenã,nec nõ reliquos omnes autores arabes,caput proprium causo dare,diuersum à capite tertianæ cõtinuæ,quã q̃ illũ inter biliosas febres collocãt(eũ in q̃q est exquisitus,aliũ em̃ ex salsa pituita esse cõcedũt) itaq; dicũt tertianã febrẽ esse nunq̃ intermittẽtẽ sed remitentẽ ingraescentẽq; alternis diebus,causum exquisitũ esse biliosam febrẽ, ardentem, & quæ neq; accretiones habeat neq; remissiones sed grauiter affligat perpetuo. tñ apud Gal.neq; in opere quod ex ꝓfesso febriũ differẽtiis destinatũ est,neq; in opere de crisibus quod ad febres attinẽtia multa cõtinet neq; alicubi alibi,talẽ febris differẽtiã inuenias. nãq; inter putridas nulla est febris,quę repetitionib⁹ aut accretionibus careat,pręter febrẽ sanguinis. ꝓinde alii febrẽ tertianã cõtinuã dicũt esse causum, iuxta
c Ga.doctrinã.qui.2.de crisibus ca.6.ita inquit. nã quę ex sola flaua bile febris accẽditᵗ sine aliquo viscec ris malo,si quidẽ manẽte adhuc intra vasa bile accẽditur,causus exquisitus est. 4 etiã de ratione victus in morbis accutis Hip.meminit duplicis causi,quorũ alterũ cõmentatur Ga.esse exquisitũ & ex bile,alterum nothum ex salsa pituita Aliis videtur sub causi nomine etiam febris ex sangine contineri. nam illud genus febrium videtur dictum à Galeno ardentissimum:& prima part. aphorismo. com. 23. in ardẽtissimis febrib⁹ nullũ(inquit)maius inuenisse se remediũ q̃ sanginẽ mittere vsq; ad animi deliquiũ: cũ tñ eo gñe euacuationis in synochis ex sanguine videatᵗ vtẽdũ esse maximè.in eodẽ etiã cap. secundi de crisibus,quod paulo ante citauimus ,inquit eas febres esse in gñe deurentiũ.Ego quidẽ nomẽ causi nõ putauerim simplex esse, sed de multis variisq;specib⁹ dici idq; nõ pari ratione de omnib⁹,sed secundũ analogiã, vt Ga.docet diffusse com.13.4.de ratiõe victus in acutis:significareq;nõ tã morbi speciẽ q̃ grauitatẽ.nimirũ febris quã vrens calor,sitis ingens,ariditas & nigrities linguæ commitantᵗ causus est: quã nõ hæc omnia,sed horũ plurima,causus etiã dicitur per analogiã:est tñ exquisit⁹ causus cui adsunt oĩa.quẽ ex bile esse rectè cõictat Ga. fuerit tñ etiã alię febres causi,vt quę ex pituita salsa est,aut quę est synochus.has em̃ febres quanq̃ nõ omnia accidẽtia,plæraq; cõmittantur.Sed roges,cur ergo duplicis causi meminit Ga.in dictis cõmentariis,ac nõ potius triplicis: biliosi .s. sanguinei,& salsi?an quoniam sanguinea febris quodãmodo biliosa est,vt paulo ante cõfirmauimus?ex dictis haud dubiũ est , acutiorem & acerbiorẽ esse febrem continuam & biliosam synocho cum putredine.nam febrem ex bile intra vasa putrescente dixt Gal.causum esse exquisitum,febrem ex putrescente sanguine in gñe esse den

reni-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rentium haud dubiè significans, eſſe febrem vrentem, ſed non exquiſitam. Quanq̃ video Franciſcum Valeriolã in cõfirmanda contraria aſſertione longiſsimã enarrationẽ ſcripſiſſe, dicentẽ ex opinione Galeni febrem ex ſanguine acerebriorem eſſe tertiana continua, & acutiorem, atque hac in parte ſcriptores Arabes à Græcis diſsidere. Ego vero putauerim ipſum Valeriolam diſsidere ab vtriſque: illos enim ideo in eadem ſententia conuenire: nimirum febrem ex ſanguine mitiorem eſſe, & magis ſolubrem, quod ille etiam negat. ſed certum eſt illum, iisdem prorſum argumentis, quæ ille ſibi obiicit reuincire, ne amplius hac in parte cum componendis Arabibus cum Græcis laboret. Gale. ſecudo libro de crisibus capite ſexto ita ſcripſit. cum vero neque declinatio aliqua que ſentiri poſsit fiat, ſemper vero à primo principio ad criſim ſimili perſeueret, generis quidem eſt & hęc febrium deurentium, ab iiſdem vero acutie differt. hęc ipſa verba vſurpat Paulus libro ſecundo capite decimo ſeptimo, quibus verbis aperte ſignificatur, ſynochum eſſe in genere deurentium, ſed illis minus acutum. immo vero (reſpondet Valeriola) hæc ipſa verba docent ſynochum eſſe acutiorem ardente febre. nam cum aliquid dicitur ab alio requapiam differre, ratio differẽdi dicit eſſe in ea re quę cũ alia confertur non in ea cum qua collatio fit. Ego quidem velem Valeriolam cum hæc dixit produxiſſe præceptum aliquod gramaticum, quo confirmaret. ego enim ſi dixero, differt Valeriola doctrina à Galeno, nunquàm me putabo dixiſſe Valeriolam eſſe Galeno doctiorem, neque qui audiet, tale quidquàm intelliget, ſed (niſi illi communis & conſtans alioqui de utroque opinio amphybologicam aſſertionem diſtinctam fæcerit) reſpondebit, quid ita? cui ego dixerim, aut quia Valeriola doctior eſt Galeno, aut quia Galenus doctior eſt Valeriola. itaque eſt illa Galeni aſſertio amphybologica, ex qua proinde neutrum poſsis colligere, ſed requirendus ſenſus verborum eſt ex aliis eiuſdem autoris locis. nunquàm enim mihi credo tam breui hæc præteriiſſet Galen⁹ aut reliquiſſet ſub dubio, niſi alibi explicuiſſet ſatis. quamquàm neque in illo ipſo capite, mihi videtur obſcurè dixiſſe ſynochum eſſe febrem minus acutam biliosa, niſi hæc duo aut tria verbula ab aliis omnibus præſcindas, nihil cõſiderans antecedentia. dixerat (quod paulo ante retuli) biliosam eſſe exquiſitum cauſum, mox ſubdit, ſanguinea eſt in genere vrentium. ſi ſanguinea hæc eſſet acutior ac magis periculoſa ardente diceretur profectò non generis deurentium, ſed cauſus exquiſitior. Verum explicat nobis locum hunc euidentiſsimè alius ex ſecundo de differ. febrium capite nono, quo ita eſt ſcriptum. conſentaneum ergo eſt, ſanguinem ipſum nonnunquàm in iis quæ inflamationem patiuntur particulis, ſubire putredinem, & ex ipſo ſimpliciores quidem quam ex aliis humoribus febres fieri, ſimilitudinem autem paroxiſmorum tertiani circuitus maximè accipere. dicis, Galenus illic non differit de febribus quæ fiunt ex ſanguine putreſcente in venis, ſed in particula inflamata, à qua mitiores febres excitant mitiorib⁹ vaporib⁹ eũtib⁹ in cor. primò intellige Galenum ſtatim tranſtuliſſe ſermonem ad febres omnes ex putredine, vbi vbi putredo ſit, addidit enim paucis interpoſitis. Et ſanè febres ſecundum ſpecies ſuccorum, in quos ſanguis mutatur cõſiſtunt, ſola malignitate aut contrario differentes. ſiquidem quæ ſanguinis commutationem conſequuntur ſimpliciores ſunt, & in aliis, & in lenitate caloris. ſed etſi Gale. non diceret, an non eadem ratio eſt, ſiue putredo in parte inflamata, ſiue in venis fiat? Si vapores mitiores in cor tendunt ex putri ſanguine, quàm ex putri bile, putris ſanguis benignior ſuccus eſt putri bile. nam vapor refert naturam ſucci ex quo eleuatur, eamque quam habet, cum vapor eleuatur, non quam habuit prius. itaque non eleuabitur vapor mitior quod ſanguis mitior eſſet ante quàm putreret, ſed quod mitior eſt etiã modò cum putret. certe dictum eſt à Galeno non ſemel ſed milies humorem ex alio factum eò mitiorem eſſe, quò is ex quo eſt factus natura eſt mitior, & eò deteriorem quò ex deteriore. non alia ratione probat (vt nos in primo huius operis libro diximus) atram bilem vſtione flauæ deteriorem eſſe ea quæ ex naturali melãcholia fit. ſunt verba Galeni hęc quæ in capite vigeſimo primo illius libri retuli & modo diſtinctioris doctrinę gratia repetã. Atque adeo exitalis generatio eius eſſe videtur, vt quæ atro humore ſuperaſſato (liceat ita interprætari) contingat, multo verò hac profectò magis exitialem cenſendum eſt, eam bilem atram, quæ à flaua bile ſuperaſſata gignitur. quato nimirum humor humore efficatior eſt, flaua inquàm bilis, eà quæ eſt velut ſedimentum ſanguinis. Vides Galenum cenſere, vt propoſuimus, genita ſequi naturam eorum ex quibus generantur, & ex mitioribus mitiora, ex malignioribus maligniora fieri. quamquàm tu contra cenſes, quò benignior eſt humor, eò maius malum eſſe, ipſum eſſe putrem. profecto iſta ratione nũquàm ſedimẽtũ ſubrrubrũ ſignificaret ſecuritatẽ cum morbi longitudine quod dictum eſt ab Hippocra. ſecundo prognoſ. Gale. in comm. inquit, id genus ſedimenti ſignificare longitudinem, quia crudum ſanguinem ſignificat, ſecuritatem quia mitiſsimũ humorem. tu vero contra colligeres, quia mitiſsimum humorem ſignificat factum eſſe cauſam morbi, maius & citius periculum ſignificare. nam quod dicis per eam febrem putrere omnes humores, quo te putas rationem dilluiſſe, reuera non eſt ad rem. nam Hippocrates non dixit, ſi ſolus ſanguis ſimplex que redundat, morbus eſt longus et ſecurus, ſed ſedimentum ſubrubrũ ſecuritatem ſignificat, conſtat vero ſubrubrum ſedimentum apparere per has febres plęrumq;. quare quidquid cõtingat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

circa humores,fatendum tibi est,hanc febrem esse securam & longiusculam,aut hippocratem malè cẽ fuisse.quamquàm quod dicis de putredine omnium humorum in hac febre nollem te ita intelligere, vtneges putredine illa sanguinẽ prẹcipue corripi.qđ sicõcedis cõce les arbitror hoc quoq; aliisomnib⁹ febribus quę continuę sunt cõtingere,vt.s.putredo in humore ꝓprio prẹcipuè consistat,in aliis omni bus etiam aliquatenus.non enim consentaneum est,posse humor m aliquem intra venas cũ anis.om nibus permistum tanta corripi putredine,quin lios aliquatenus contagio afficiat.itaque hoc contin- git in omnibus,tamen periculum & acuties con sequũtur prẹcipu affectum.tibi sane Fanciſce Vale- riola quẽ perspicaci esse ingenio ex tuis scriptis in elligo, hæc sun satis.quæ verò ad te reuinciẽdũ suffi ciunt argumenta,non arbitror alius quisquã disso et. quare sati iam puto me monstrasse febrem cõ tinentem tertiana continua mitiorem esse.

¶Caput.23.De febribus accidentibus.

ANtiquiores medici,vt Galenus refert,7.apho.com.42.febres eas quæ perse sunt,febres simpliciter appellabant,& febres morbos,eas verò quæ ex aliqua inflamatione pendent,cuiusmodi sunt pleuriticorũ & phreniticorum,febres accidentia vocabant.non quod tales febres reuera morb. non sint(oẽsem febres sunt affectiones prẹter naturã lædẽtes opationes perse,& ad sensum)sed quod alios morbos consequantur, vt accidentia morbum, dictum enim ab ipso Galeno est libro de differentia n fieri sæpe,vt morbus morbum consequatur,& morbus vnus ad alium rationem accidentis habeat. Cẹterum videtur in definienda febre accidenti,oriri ex Galeni verbis non parua controuersia.nam in huc allegato com. ex.7.aphoris.ita scripsit, in quibus sine partis inflamatione putrescentes in venis humores febrem accendunt,in illis solis dicebant hominem à febre vexari, & ipsum à febre teneri. tamen paulò infra in exemplis earum febrium, quæ febres morbi sunt, lipyriam nominauit quam tamen.4.apho.48.ex inflamatione in parte corporis profundiori ortum habere dixit. Hæc igitur sunt quæ minus videntur consentientia. quæ tamen nonnulli ita interprætantur, Galenum vbi febrem lipyriam ex inflamatione interna ortum habere dixit, loquutum esse ex propria sententia,vbi illam dixit esse febrem morbum retulisse sententiã antiquorum. Quod sane antiquorum sententiam refferat,ipse verborum contextus declarat, cẹterum interrogandum hos est, quorum ex antiquioribus sententiam interprætetur:nunquid Asclepiadis aut Erasistrati aut alicuius aliorum quos solet parui pendere,an hyppo.aquo nunquã vi detur ausus latum vnguen recedere?nunquid non hippocratis? refert igitur antiquiorum sententiam,quam probat tamen.igitur nihil interest ex se loquatur, aut ex aliorum mente:si modo comprobat sermonem. dicunt hoc vno differre, inter modum quo hippo. loquebatur,& quo vsus est Gale. quòd hippocrates & antiquiores omnes febrem quam cunque, cui cum frigore extremorum addesset interius vstio, febrem lipyriam appellabant, Galenus vero non quamcunque talem,sed eam solummodo,quę propter internam inflamationem hoc habet. sed non video quid refferat controuersiam hanc de nomine inter hippcra.& Galenum constituere, Galeno prẹcipuè nullibi id dicente,maximè cum ne si id intelligas, ab antiquioribus dictum esse,possis ipsos à contradictione vindicare, si indistincte (vt illo capite habetur)febrem lipyriam,dicant esse febrem morbum,tamen omnes febres consistentes cum partis alicuius inflamatione, esse febres accidentes. dicerent enim ipsi ista ratione, posse lipyriam febrem esse sine inflamatione interna,etsi magna ex parte(etiam iuxta illorum interpretationem) cum illa consisteret.indigent,igitur hẹc loca altiori interprætatione,quam iam proferre aggredior, ex ipsis autoris verbis & rerum de quibus disputamus naturis eductam. Animaduertendum primum est,non omnem febrem consistentem cum inflamatione esse febrem accidẽs,sed eam tantummodo quæ ex inflamatione est. Nam finge hominem aliquem laborare tertiana,aut quartana, atque huic dum febre laborat ex alia occasione subortam inflamationem esse.an dices illum febre accidente laborare ? non arbitror.nam febris illa non pendet ex inflamatione, etiam si casu quodam factum est, vt cum inflamatione consistat. finge iterum cœpisse aliquem ex pleuritide febricitare, tamen huic tam morbosum in corpore affuisse apparatum, vt in venis pituita aut bilis cæperit putrescere, quarum putredine febris iam foueatur. constat febrem illam non amplius esse accidens,sed ex febre accidente factam esse febrem morbum.nam etiãsi huic homini inflamatio resoluat,nõ soluetur febris vsq; dũ putris materia vacuetur. nõ igitur illa erat febrispẽ dẽs ex inflamatione,quãdoquidẽ resoluta inflamatiõe pseuerat.mõstratũ ergo est nõ omnẽ febrẽ quę est cum inflamatione,esse accidens:sed illam tantummodo quæ ex inflamatione pendet, & cum inflamatione tollitur:quam constat rursus,non posse habere calorem factum in humoribus aut membris.

nam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nam quæ hunc habent, necessariò indigent curatione propria præter inflamationis sublationem. frigitur ut dictum a Gal. est. 1. de febri. diff. nunquam potest homo laborare febre, quin calor sit factus in spiritibus, humoribus, aut mẽbris, atqui omnes febres necesse est aut diarias, aut putridas, aut hecticas esse, constat, febres omnes quæ sunt accidentia, esse in genere febrium diariarum: siquidem neque putridæ sunt, neque hecticæ. quamquam video Auicennam effugisse hanc difficultatem dicentẽ, diuisionem illam in hecticas diarias & putridas tantúmmodo esse earum febrium, quæ febres morbi sunt. quasi velit reliquas nullius esse generis. Cæterum non video cur bubo & inflamatio externa, cum succendit febrem, caloris facti in spiritibus causa sit, non tamen ea quæ est interna, cum & potentior & vicinior causa sit. neque præterea putauerim fieri posse, vt calor cordis in totum corpus distribuatur nulla trium substantiarum calfacta vehementer, maximam enim vim in deducẽdo calorem in corpus vniuersum habet spirituum per arterias ductus. videmur igitur iam monstrasse, febres quę verè accidentia sunt, in genere diariarum esse. nam quanquam febris etiam diaria habeat perse propriam permansionem tamen præ breuitate tam cito tollitur sublata inflamatione, vt quod ad medici sensum attinet, simul cum inflamatione tollatur. quod si Gal. febres has quæ internas inflamationes consecuntur acutas vocat, propter acutiem morborum quos consequũtur, intelligendum est, ipsas esse acutas, nõ propter propriam. quandoquidem vt commendans archigenem. 1. de diebus decretoriis dixit, diaria febris non est acuta. Videtur etiam repugnare quod secundo de crisi. cap. 13. dixit, ex inflamationibus internis non posse nasci febres diarias. sed animaduertendum est, Galenum in tractatione decrisibus de morborum constitutionibus differere, Iuxta quod institutum negauit, ex inflamationibus internis oriri posse febres diarias. 1. diariarum habentes constitutionem. quod perinde est ac si dicamus, febres illas esse natura diarias, sed non esse diarias constitutione. eodem modo intelligendum est. 12. cap. eiusdem secundi de crisibus febrem ex inflamata particula vnam earum esse quæ ex putredine fiunt, cõstitutione scilicet, non naturà. constitutionem verò facit talẽ esse ipsa inflamatio ea autẽ febris nõ habet [illegible] stitutionem, quoniam censetur esse accidens. his igitur ita monstratis, redeundum ad illud est quod in principio capitis de lipyria proposuimus: atqui dicendum lipyriam febrem esse necessariò cum inflamatione interna, sed habere eam quæ exactè lipyria est, multam atque adeò prauam humorum putredinem cum inflamatione coniunctam, proinde que non esse febrem accidens. nõ enim est ex sola inflamatione: sed fouetur humorum putredine. Quare non amplius est intelectu difficile febrem lipyriam esse cum interna inflamatione, & esse nihilominus febrem morbum. sed est aliud in quo opus est vt autorem a contradictione vindicemus. nam cum dixisset lipyriam esse necessariò cum inflamatione, tamen septimo aphorismorũ ita dixit. In quibus sine partis inflamatione putrescẽtes in venis humores, febres accendunt. & statim in exemplis nominauit epialõ, lipyriam eleœdem & typhodem. Dixit ergo aperte lipyriam esse sine partis inflamatione. quod ego ita interpretor, quosdam morborũ esse qui necessariò consistunt cum inflàmatione cæterum non necessariò cum inflamatione huius aut illius membri, huiusmodi esse lipyriam, quosdam vero necessariò esse cum quorundam membrorum inflãmationibus, vt pleuritidem cum inflamatione pleuræ, phrenitidem cum inflamatione cerebri aut mẽbranarum. has igitur febres, quæ quorundam membrorum inflamationem consequuntur, cum partis inflamatione esse dicit, tamen lipyriam, quoniam nullius partis inflamationem necessariò consequitur, sine partis inflamatione esse dicit. hoc itaque est quod in hac quæstione censeo esse probabile.

¶Caput vigesimum quartum. De febre epiala & inæquali intemperie.

INtemperies potest esse inæqualis, vel secundum partes subiecti corporis, vel varietate commutationum, vel vtroque modo. Nam inæqualiter temperatus est, qui inæqualiter calet preter naturam, ita scilicet vt altera parte plus, altera parte minus: vt qui ex igne calet: non enim possunt omnes illius partes æqualiter ab igne affici, cum perpetuum in omnibus affectionibus sit, vicina plus affici remotis tenuia citiùs crassis, melius dispositа plùs citius que deterius dispositis. inæqualiter etiam afficitur qui aliis partibus incalescit aliis frigescit. quod in lipyria fit. afficitur vtroq; modo inæqualiter corpꝰ, quod & secundum partes inæqualiter afficitur, & totis, eisdem q; partibus, simul incalescit & refrigeratur, quod in epiala febre sentitur. atque hanc intemperiem inæqualem, quæ non consideratur secundum partes diuersas, potes inæqualem appellare inæqualitate ipsius intemperiei. quo modo multi interpretantur fientes febres esse inæquales, quia calor ipse in singulis partibus inæqualis est, agente calore præter naturam in naturalem: contra æquales esse hęcticas febres, non secundum subiectum corpus, sed quia ipse calor in se ipso totus exæquatus est, quia est factus præter naturam. Cęterum neutrum horũ potest transigi citra cõtrouersiã. nam quamquã a Gal. videatur dictum libello de inæquali intemperie

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& secundo de feb. differ. &. 3. de simplic medic. facul. corpus idem incalescere simul & refrigerari non esse præter rationem, tamen si quis exactè perpendat inueniet esse philosophiæ principiis aduersum, & præter hominum captum, corpus aliquod simul contrarias qualitates comparare. cui argumento nonnulli neotericorum (in quibus leonhartus fuchsius est) ita respondent, comparari frigus & calorẽ simul eâdem in parte, cæterum non secundum gradus excedentes ambo: sed gradib⁹ mediocri[illegible] excedentibus facillimum esse contrarias qualitates in eodem corpore copulari. qui tamen quod in argumento est difficile non effugiunt. nam non tamen est impossibile, qualitates contrarias simul esse, quá simul generari. quod tamen leonhartus, vt sua argumenta declarant, non est assecutus. nam quemadmodum in primo libro diximus, sunt qui opinentur qualitates contrarias esse simul in eâdem substantia, atque hanc sententiam diximus esse valde probabilem, & ex qua theoremata medica optimé deducuntur: si illud vnum addas, compleri simul ex alterutra aut ambabus qualitatibus summum gradum. quanquam opinati etiam sunt alii (etsi minus probabiliter) infra summam latitudinem (ita vocant gradus omnes, quos potest qualitas cõparare) posse simul esse qualitates cõtrarias, ita vt si summa latitudo octo graduum est, nihil repugnet tres esse caloris & totidem frigoris, vt ex vtrisque fiat sex, & de summa latitudine desint duo. tamen simul qualitates has contrarias induci nullus huc vsque est opinatus. siquidem est philosophiæ principium, nihil posse moueri motibus contrariis: quod vel ipsi sensui per se est notum: cum contrarius motus obsistat motui contrario. quo fiet vt si impetus defferentes ad contraria æquales fuerint, mobile quiescat in medio, sin inæquales, vehementior rapiat debiliorẽ. non igitur potest simul eadem pars incalescere & refrigerari. Quod intelligentes alii in eam sententiam quã loco citato ex primo libro tetigimus ducti sunt: produci scilicet à calore & à frigore species vsque ad ipsum tangendi facultatis instrumentum, fieriq; simul sensum vtriusq;, etiam si verus calor cum vero frigore non recipiatur. quemadmodum videmus & nigritiem & candorem ambarum qualitatum species in humorẽ crystallinum simul admissis, nullo cadore aut nigredine in oculo genitis. Qui sanè in cæteris probabiliter procederent, nisi falsum illud assumerẽt, quodque a nobis in. 2 lib. cap. 22. conuictum est, fieri scilicet tactionem per species, id quod vel experimento ipso falsum esse deprehendimus. possemus enim si id verum esset, sentire calorem manibus quin incalescerem⁹, quemadmodum intuemur candorem attentè, nullo in oculis colore permutato. cæterum quoniam principium hoc, ex quo solutionis huius deducitur improbabilitas, loco prædicto monstratum est, melius fuerit lectorem illõ remittere, quam quæ semel sunt satis explicita, huc transferre. nobis ergo petendũ modo est, quidquid calorẽ sentit incalescere, & quid quid sentit frigus refrigerari. quare si eadẽ particula calorẽ sentiret & frigus, moueretur motibus cõtrariis. ergo negamus eãdem omnino particulam calorem sentire & frigus. sed quoniam in febre epiala secũdum tam paruas particulas incalescit & refrigeratur corpus, nulla quæ sentiri possit pars est, quæ non secundum se totam videatur incalescere & refrigerari. nam cũ quæcumq; particula earum quæ incalescunt, & earum quæ refrigerãtur, præ paruitate nõ sentiatur, sensus non potest eas quæ calfiunt, a iis quæ refrigerãtur distinguere: atque propterea totũ iudicat refrigerari & totum incalescere. Quod tam disserte dixit ipse Gale. lib. de inequali intem. cap. 11. vt mirer quę causa hos viros in hanc ignorantiã adegerit. ita enim scripsit. In febribus verò epialis, tum ab internis tum exiguis portionib⁹ (ita enim verto καὶ κατὰ μικρὸν) eo que vniuersum corp⁹ ambo sentire videtur. cũ enim δι' ἐλαχίστων idest per minima aspersum per corp⁹ tũ calidũ sit tùm frigidũ nullã quę sentiri possit particulam possis accipere in qua alterũ nõ sit. Ecce generatio febris epialæ. de æqualitate hecticarũ instat dicẽdi oportunitas, Quidã dicũt, quorũ ego sententiã probo, hecticũ caloré maiori æquabilitate esse in subiecto corpore, quã eũ qui adhuc fit. Alii verò hoc fieri non posse cẽsent, quia cõflat febre hectica laborantes nõ esse secundũ partes æquè calidos. sunt enim illis necessariò partes aliæ aliis calidiores: non minus quã laborantibus febre putrida, vel etiã ipsis benè valẽtibus. nam & his ipsis est cor calidius hepate & heparcute. quin potius si uelis totũ corpus æqualiter afficere, prius hominẽ interfeceris, quã cutẽ ad cordis caloré traxeris. qua ergo ratione potest esse hecticus calor æqualis? aut quã inæqualitatẽ insignẽ habet febris putrida, qua hectica careat? certe dicunt nullã aliam, quam eam, quę in toto corpore est, & in singulis partib⁹, caloris secũdũ naturã cũ febrili. Nã plęriq; barbarorũ imaginãtur in febricitãte esse duplicẽ caloré, aliũ naturalẽ aliũ pręter naturã. disputant que deinde: nũ sint qualitates cõtrariæ. plęrisq; illorũ cõcedẽtib⁹, quia, dicunt: ea quorũ operatiões cõtrariæ sunt, sunt cõtraria: sed calor naturalis ad cõcoctionẽ deducit, calor pręter naturã putrefacit: igitur duo hi calores sũt qualitates cõtrariæ. argumẽtãtur etiã ex diffinitione. sunt sub eodẽ genere insunt eidem subiecto vicissim, & mutuò se expellunt. Nam putredo fit calore præter naturã expellente caloré naturalẽ, & loco illius succedẽte. quibus ita cõstitutis, dicunt, in febribus quæ fiunt, esse mutuã actionẽ caloris naturalis & alteri⁹ qui est pręter naturã, & hãc dicũt inęqualitatẽ similẽ illi, quã alii dicebãt in epialia fieri calore & frigore inductis simul. cęterũ hi quãtũ ego ĩtelligo de calore pessime philosophãtur. nã nõ possũt duę qualitates eiusdẽ speciei esse in eadẽ substãtia quin vnicã cõflent. iam verò calor calori non potest nó esse similis specie. Nam calor est species infima. & qui probabiliter locuntur inter philosophos, omnes qualitates eiusdem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eiuſdem appellationis ultimæ, dicunt eſſe eiuſdem ſpeciei infimæ, vt omnes calores, omnia frigora & ſimiles alias. Igitur res aliqua poteſt calere ſecundum naturam aut præter naturam: cæterũ duobus caloribus calere non poteſt. ſed ſiquid partim ſecundum naturam partim præter naturam calet, idem calor eſt partim ſecundum naturam partim præter naturam. Nam hoc ipſum eſſe ſecundum naturã aut præter naturam, eſt ratio accidens calori, nõ quidem permutans illius ſpeciem, ſed modum. Calor ſcilicet cum intra mediocritatem eſt, eſt naturalis, & adcoctionem deducit, hic idem cum intenſione fit ſupra mediocritatem naturę, eſt & præter naturam, & hac ratione putrefacit. at hoc ipſum eſſe ſupra mediocritatem, poteſt magis & minus fieri. itaque calor vt plus mediocritate excedit, ita eſt magis prę ter naturam, & minùs ſecundum naturam. hoc docet Gal. primo prog. cap. vltimo his verbis: ſi igitur, natiuus calor propria excedit temperie, vt in corpore inanimi putreſcit ſanguis. ſiverò vim ſeruet quãdam permiſta quædam commutatio illius ex cauſa per naturam & preter naturam perficitur. Quibus verbis conſtat calorem præter naturam ita diffiniri. eſt calor propria excedens moderatione. itaque in re calore præter naturam affecta, idem calor præternaturam, eſt illi ſuus & naturalis. qui cum fit, & eſt indiſpoſitione, eſt facile ſeparabilis. quia vt diximus paulò ante, diſputantes de morborum differentiis, temperies ingenita rei, nondum eſt euerſa, euertitur interim paulatim. non quòd calor vnus cũ alio atque adeo diuerſo pugnet, ſed quòd ſubſtantia paulatim diſpõitur, ad retinendum calorem. qua igitur ratione calor fiens appellatus qui per diarias & putridas febres fit, inæqualior eſt hectico? certè nulla alia ſupereſt, quãquia inæqualiter afficit partes corporis. nam etſi calor hecticus non ſit re vera ſecundum omnes partes totius corporis æqualis, vt argumentum á contraria opinione probat, tamẽ habet æqualitatem illam, quam calor habebat per ſalutem. Diffunditur ſilicet inæquabiliter, tamen ſecũdum proportionem quam membra retinent in bene ualentibus. cæterum in laborante febre putrida, permutatur illa proportio. non enim pro vt natura eſt calidius membrum aliquod, aut membri particula, ita modo habet plus caloris, & prout frigidius ita minus: ſed prout maiorem putreſcentis humoris copiam imbibit: vel pro vt deterior in ipſo manẽtis humoris putredo fit, vel prout vicinior eſt membro in quo morbi eſt radix. in hecticaverò quia calor ex nulla iam tali cauſa pendet, ſed factus eſt, & in naturam corporis abiit, ipſius naturæ ſeruat proportionem, & eſt ſine dolore. vſque adeo vt poſsit, cuilibet, dicere hecticam conſumatam non eſſe morbum,, quoniam facta eſt, corpori ſecundũ naturam. ſed de æqualitate febrium & inequalitate hęc ſufficiant.

¶Caput vigeſſimum quintum. De cauſis reditus febrium per circuitus.

DE cauſis reditus febrium per circuitus, diſputant omnes, qui de febribus hactenus ſcripſere. in qua quæſtione nihil habemus noui, quodq; ab aliis multò ante non ſit ſcriptum. abſtinuiſſemusq; proinde libenter à controuerſia. ſed ne quid quã deſit huic operi, quod poſsint ſtudiòſi requirere, referemus aliorum ſententias, & interim fortaſſe addemus nonnihil lucis. Argumentati ſunt medici omnes de claſſe barbarorum, ſui Auicennæ ſententiam inſecuti, cauſam tam ordinati redditus qua in febribus inuenitur, in ſingulorum humorum proprietate conſiſtere (illa dicuntur proprietate fieri, quæcunque rei ipſius naturà citra manifeſtam aliquam cauſam fiunt) nam dicunt aut reditus ille tam ordinatus, quantitati, aut qualitati alicui ipſius humoris, tribuendus eſt, aut præter hæc, occultæ proprietati. ſed quod quantitate fieret, aut manifeſta quapiam qualitate, nõ poſſet eſſe perpetuum. neque enim perpetuó pituita eſt hac quantitate, & illa bilis, ſed per uiciſsitudines. hæc etiam ex leui quocunque errore interturbarentur. igitur ipſe ordo qui perpetuus eſt, pituitæ ſingulis diebus, bili flauę tertio quoque die, atræ quarto, apperte ſignificat naturà ipſa aut occulta proprietate, quę eſſentiæ in eſt ipſius humoris fieri. Nam qui contrarium opinantur ita cenſent: fieri quantitate ipſius humoris, & qualitate quæ faciunt vt citius aut tardius membra in quibus humores congeruntur immittant ad mẽbra recipientia. quod vt euadat clarius, notandum, febres nonnunquam fieri, in membro aliquo inſigni cauſa intemperiei congeſto humore, illincque ex certis periodis effuſo per corpus vniuerſum, vt febres pituitoſæ ſolent in uentriculo habere ſedem aut radicem, biloſæ in hepate, melancholicæ in liene, primo de ratione curandi ad glauc. cap. 5. nonunquam verò fiunt nullo membro præcipuo inſigniter læſo ſed totis venis intemperatis colligentibusque multam excrementorum copiam, in quibus motus fit, humoribus ab ipſis venis emiſsis delatiſque per partes ſentientes. hanc motionem ex hoc aut illo interuallo, qui proprietatem negant, dicunt fieri quantitate & qualitate humoris. pituita ſcilicet quoniam reliquos humores copia ſuperat multũ, ex breuiſsimis interuallis mouetur: melancholia quoniã quantitate minima eſt, & tardiſsima ad motum, lõgiſsimis: bilis quia quantitate tenet medium, & multo plùs ſuperatur à pituita quantitate, quam tenuitate & mobilitate illam ſuperat, mediocri interuallo mouetur. atqui cum hęc ſit ratio, inuentum experimento eſſe dicunt, pituitæ quantitatẽ, quę ſufficit admo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad motum vno die congeri, bilis duobus, & melancholiæ tribus: quãquam contingant ex certis interuallis ordinati reditus. cęterum requirendum ab his est (hęc enim mihi videtur pro barbarorum sentẽtia firmissima ratio) nunquid fieri potest vt duo hommines laborent tertiana simul, atque alteri sit accessio duplo lõgior & interim dum durat acerbior? non arbitror negabunt. igitur illorum alter duplo plus colligit bilis duobus diebus quam alter. ergo si vtuntur simili victu, atque illum non permutant, tantum bilis colligit alter vno die quantum alter toto biduo. si igitur hic tertio die accensionẽ habet, quia satis multa quantitas congesta est, cur non alter secundo die habuit? his rationibus inducti ad effugiẽdum hęc incommoda vt in plerisque aliis, ad occultam proprietatem cõfugiunt. tamen vt a principio huius operis diximus deuitanda in omnibus nobis est quoad fieri poterit hæc fuga. nam causam proprietati tribuere perinde est, atque ignorantiam confiteri. proinde Galeno cõtraria sententia magis placet, quæ causam huius reditus ex quantitate & qualitate humoris deducit: quam. 2. de diff. feb. cap. vltimo multis exemplis nititur suadere. fiunt inquit menstruæ purgationes ordinatim mulieribꝰ singulis mensibus. tamen id non accidit eorum quæ vacuantur proprietate, ea enim nonũquam sunt sanguinea nonnũquam biliosa, nonuuquam saniosa, sed tunc temporis effunduntur, cũ corpus incipit multitudine grauari. neque solum hoc sed & aluũ expurgare multi homines solent ordinatim, singulis diebus semel aut bis, statis horis. quod non arbitror dices esse ex fecum proprietate, sed ex onere quod horis illis incipiunt expellentia membra grauius sentire. Quod tanto tempore tantum cõgeratur quãtum iam valeat grauare, ex proportione facultatis membrorum ad ipsa excrementa fit, vt quęcunque alia physica actio ex proportione agentis ad id quod accipit. quod verò hoc tempus in hoc humore congerendo, illud in illo, insummitur, obseruatum est experimento. neque verò est quod illi adeo demirentur ordinis constantiam & perpetuitatem, cum leui quocunque errore etiam duodecim horis, & nonũquam pluribus interturbetur: quod, si in humoribus talis esset proprietas, fieri non posset. Nã quod ægrotans plus consueto alimenti summat aut minus, quantitati humoris qui congeritur potest quicquam addi, aut detrahi, proprietati non potest. sed prandio vnico immoderatiori, fit quoti die, vt egrotans multis horis anticipet accessionem. ergo quantitas & qualitàs facit motum ex his aut illis interuallis, non proprietas. Adde necesse esse, vt numerus circuituũ febrium numero humorũ respon deret, si proprietate contingerent: sed non respodent. sunt enim tres tantum humores qui per circuitus moueantur: circuitus autem multò plures. non enim tantum quotidianus & tertianus & quartanus, sed & quintanus & septimanus & nonanus, vt ab hipp. dictum est. 1. epid. par. 3. tex. 2. & .7. &. 9. quanquam hoc etiam est in contentione apud medicos, quandoquidem videntur à Galeno negari hi circuitus in cõmentatione loci predicti: quo loco negat se aliquam talem febrem vidisse distinctẽ, & videtur rationes dioclis aduersus hippocratẽ cõmendare. tamen reuera Galenus sub dubio rem reliquit, & libello de typis talium circuituum mentionem fecit. quãquã video in eo loco Galenũ non loqui de illis ex propria sententia, sed differere de typis aut formis (nihil enim interest) recepta de hac re aliorũ opinione, quia ad eam tractationem admitti poterãt aliorum placita, doctrina nihil læsa. sed Auicena. fen. 1. 4. trac. 2. c. 71. proprio experimento confirmat, tales circuitus solere esse febribus. cuius sententiæ ego hac in parte essentior firmiter. quippequi multo ante quàm medicinæ studere cæpi, febrem octomanam in quodam sene, quæ multis annis durauit, sum conspicatus, præterquam quòd est hæc sententia Hippo. qui nihil scripto mandauit temere. itaque febrium circuitus non respondent humorum numero: sed fieri potest, vt humor aliquis propter multitudinem aut paucitatẽ aberret à propria periodo. Nam Auicena causam quintanæ & septimanæ febris eãdem esse dicit cum causa quartanæ: cæterum propter humoris paucitatem fieri vt febris quinto & septimo die repetat. igitur periodꝰ febrium etiam dicente Auicena ex quantitate & qualitate humoris fit. neque solum hoc humori melancholico accidere loco citato dicit, sed bili & pituitæ contingere posse, vt propter paucitatem materiæ vltra consuetos terminos protrahãtur, quod non minus censeo esse verum. cæterum hoc non tollit quod de quotidianis tertianis & quartanis consensu omnium autorum docetur: fieri silicet quotidianam ex pituita, tertianam ex bile & quartanam ex melancholia. non enim vt ex melancholia cum quantitas tanta colligitur, fit quartana, cum minor quintana, ita ex pituita cum quantitas consueta minor colligitur, fit pro quotidiana tertiana, & ex bile, pro tertiana quartana, saltem perseueranter, & cũ ordine. duo hi humores variata quãtitate aut qualitate, possunt efficere febres intra vnum diem anticipantes aut cunctantes, tñ diem suę periodi satis multo ad constitutionem morbi tempore, non possunt ordinatim transgredi. melancholia verò potest per longissima interualla recurrere. causa est, quòd hic humor cum sit terreus, omnium difficillime discutitur: & præterea, quòd neque putredine, neque vstione potest in aliud humoris genus permutari, vt alii. pituita enim putredine potest in flauæ bilis speciem aliquam migrare, flaua bilis in atram, atrâ verò nũquã extra suum genus agitur, sed deterioris qualitatis, atra tamen bilis fit. itaque cum tam parua copia pituitę congeritur in patiente mẽbro, vt non valeat singulis diebus, aut bilis, vt non valeat tertio quoque die irritare, humor discutitur, aut totus vacuat per iudiciũ, ita vt nulla febris repetat, aut calore mẽbrorum in aliam speciẽ humoris mutatur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tatur(minor enim copia ab igneo calore plus alteratur quam magna)itaque aut fit morbi permutatio aut febris quæ erratica vocatur. melancholiæ verò non accidunt hęc,quia neque tam apta est ad discussionem,neque ad euacuationes iudiciales,neque ad permutationem in aliud genus. proindeque po- [illegible]ius periodi longioris,quam consueuit febrem facere perseuerāter,ac satis multo tēpore quintanas efficere septimanas aut nonanas.sed videndum est(hoc enim diluet firmissimam illam rationē à contraria sententia)nunquid vt potest febris vltra consuetum terminum propter humoris paucitatem [illegible]i,ita propter redundantiam potest antevertere? minime. non enim solum euacuatur humor cum quantitate iam grauat,sed cum qualitate mordet. mordacitatem verò comparat humor per moram in membro aliquo,in quo sine facili ventilatione detinetur congestus. quanquam igitur tam mùltus humor collectus iam sit,quantus iam potest grauare,nisi ex tanta mora tam mordax reditus sit vt vehementer iam instimulet,non mouebitur immissus ad membra sententia. quod si instes dicens humores non omnes contrahere qualitatem illam mordacem ęquali tempore,sed prout natura sunt acriores aut mitiores, posueris [illegible]ue illum hominem qui vno die tantum bilis colligebat, quantū alter duobus,iam non modo tam multum,sed duplò plus, quodque in dimidio tempore ęqualem cōtrahat acrimoniā colligere. respōdeo,eum qui duplū bilis colligit duplo deterioris,tam intemperatum iam esse totis venis tam que cacochymum,vt necessario habeat febrem bilioſam & continuam. his itaque semel intellectis citra occultam proprietatem potest probalis redi ratio omniū eorum, quæ ab autoribus sunt scripta,& experimento inuenta. quare accedentes in proposita cōtrouersia Galeno, ab istorum proprietate recedimus.

¶ Caput vigessimum sextum. De obstructione & putredine.

GAlenus vndecimo methodi cap. 4. differens de causa putredinis qua febris fit,longo sermone nititur monstrare,illam esse prohibitam ventilationem,& eius causam obstructionem ,& colligit:, Itaque siquid in eo putredinem manifeste contracturum est, dictos perspiratus impeditos esse, oportet,eandem hanc sententiam vsurpat,primo de diff.feb.c.3. significat igitur Galenus febres putridas nunquam citrà obstructionem generari, vique confirmat exemplo aliarum rerum. omnes enim tunc temporis videntur putrescere cum prohibita illis ventilatio est. Cæterū non potest hoc transigi citra controuersiam: quandoquidem etsi multis exemplis appertum sit,obstructionē esse promptissimam causam putredinis, & facilem ventilationem omnium maximè a putredine liberare: tamen videntur alii modi esse putredinis generandæ. nam cōtactu rei putridæ potest res aliqua putrescere etiā si obstructa non sit. præterea ex ea multitudine quę ad vires dicitur, nascuntur facilimè febres putridæ, vt docet Gale. cap.3. primi de diff. febrium. non quidem gratia obstructionis(nam vt talis multitudo fiat,non opus est obstructionem addesse,sed maiorem esse humorum copiam quam pro magnitudine virtutis)sed quia humores non bene continentur,neque conficiūtur cum ea,àqua conficiūtur vis inualida existat. præterea si homo spiret facillime corpus que habeat minime excrementosum, tamen medicamentum aliquod ingeserit,eorum quæ putrefaciētia dicuntur, atque illud quidem hauserit,malignum natura sua,qualia sunt venena calida,sed in parua quantitate,quo multitudine non obstruat,cōtrahet (arbitror) prauā in humoribus putredinem,atque id sine obstructione. finge præterea hominem rarissimi habitus,neque redundantem excrementis,& optimo vtentem victu,prętерquam quòd multo tempore non mutato solo aërem spiret putrem,constat futurum, vt hic homo putredinem contrahat pestilentem, quem tamen finxi habentem facillimam ventilationem: quòd verò illius hominis humores putrescent(hoc enim fortasse negabis)ita mostro. ventilatio nō alia ratione pręderuat á putredine,quam quòd conseruat naturalem calorem ventilatione,facit que quò minus ab extraneo corrumpatur. sed occursus aëris putridi quantumuis sit facilima ventilatio & maxima,non potest calorem conseruare naturalem,quin potius ipsemet occursans aër naturalem calorem corrumpit: igitur nō dubium quin illius hominis humores sint putredinem contracturi: nam putris aër est [illegible]dus & humidus,calor verò non conseruatur quocunque aëre sed modice frigido, quemadmodum libello de vsu respirationis Galeno monstratum est exemplo hominis qui multo tempore in [illegible]ere balnei detinetur,quem constat solo aëris calore suffocari. atque hoc etiam aliarū rerum exemplo confirmari potest,nō em̄ solū vina & res aliæ cōsimiles putrescūt,cū nō perflāt sed & cū perflātur ab [illegible]ustro: quoniā ventus hic calidus & humidus natura est. non igitur res præseruatur à putredine copioso perflatu tātum,sed copioso & commodi aëris. quo fit vt defficienti aëris cōmoda qualitate, etiam cum copiosa ventilatione possit res putrescere. dices fortasse res non putrescere solúm prohibita vētilatione, neq; id dictum esse a Galeno,sed prohibita commoda ventilatione atque nomine cōmodæ ventilationis, intelligi nō tantum quātitate sed aëris qualitate cōmodam, eumque qui rarissimis poris siue meatib⁹ cùm

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cùm sit & ab obstructionibus liber, in aëre tamẽ balnei detentus, aut aërem pestilentem spirans, priuari non quidem respiratione, sed commoda respiratione. visus es respondere prouabiliter, atque, quantum ego intelligo, res ita habet. Tamen Galenus dictis in locis disputat de respiratione libera. & nomine liberæ respirationis constat nihil aliud intelligi, quàm facilem, quę fit, cum per patulas vias, sine que obstructas, aëri est liber ingressus. quod constat minime referri ad qualitatẽ: nam si cui in animũ subit dicere, cùm spiratur aër calidus & putr[illegible] non ingredi tam facile penitissimas partes, quippequi non tam auidé trahatur ab inflãmato corde: cõsideret æstuãtem ventriculũ in deffectu frigid[illegible]quæ & dulcis calidá & salsam putrẽ ve solere haurire multo auidius, quam cùm mediocritatẽ naturę habet solet haurire aquam frigidam. Vnde palã fit æstuans cor auidius tracturũ aërem impurum, quàm cùm habet secundũ naturã mediocriter frigidum. Tamen cùm corpus totum & cor secundũ naturã habẽt, fit perspiratus naturalis, cum quo cõferri debet, qui copiosus est aut a mediocri deficiens. Neque verò possis respondere, eum qui inspirat aërem putrem, sed libere, non inficit? quia aër non cõsistit interius sed præterfluit. quæ verò mouentur minus inficiunt res quas contingunt. nã quãq; huic responsióni videtur ipse Arist. 4. met. cap. 1. ansam præstitisse: tamen ille non negat rem motã ab aëre affici posse, aut aërem motum posse rem quietam inficere, sed res motas minus affici quietis. Addevt sanguis interius putrescat, nõ opus esse vt aër illum putrefaciat: satis enim est, si non cõseruet, cum sint interius excrementa necessariò à quibus corrũpatur. ergo sine obstructione potest multis aliis modis fieri putredo. Præterea, etsi res vtantur perpetuò perspiratu libero, & aëris qualitate cõmoda: sunt nihilomin⁹ interituræ quia habẽt interitus interna principia, sed omnia quæ naturaliter intereũt putrescunt, cùm sit putredo quarto Meteorωn. cap. 1. cõmunis rerum omniũ interitus. Igitur etsi res aliqua perpetuò conseruaretur libera ab obstructionibus & in aëre mediocriter frigido: tamen putresceret tandem, calore naturali ab internis principiis vsque adeo debilitato, vt ab hoc ipso ambiente, à quo res quæ mediocri calore sunt, conseruarentur, ipsa trahatur ad putredinem. Videtur ergo adhuc Galeni assertio falsa. Quem vt tueantur nonnulli, dicunt, necesse esse vt, cùm res aliqua putrescit obstructio sit, aut in re ipsa quæ putrescit, aut in vase, quo cõtinetur: atque hanc esse Galeni sententiã: Itaque fieri posse, homo corripiatur putrida febre, quin laboret obstructione aliqua toto corpore: pati tamen tunc temporis humorẽ in seipso obstructionẽ. Placuit nobis aliquãdo hæc solutio. tamen non amplius placet: monstratũ enim iam est rem quãcunque ex causis internis seipsam deducere ad eum statũ, quo externis omnibus ita habẽtibus, vt requirũtur ad conseruationẽ tẽperati (hanc enim puto esse mediocritatis regulã medicis) putrescet, actione scilicet illius aëris qui temperatũ conseruaret. quare iamtam imbecillum calorẽ nulla poterit vẽtilatio conseruare. Præterea nescio vnde intelligat quisquã, humorẽ putrescentẽ habere suis poris obstructionẽ, cùm multos humores putrescentes videre liceat rariores & fluxiores integris. Alii aliter dicunt posse rẽ putrescere, cum libero perspiratu: tamen non tanto quanto res indiget, itaq; perspiratũ illũ esse rei putrescẽti impeditũ, etsi rebus aliis liber foret. Sed hi multo minus intelligunt argumẽta. nam cùm quis, qualis in superioribus descriptus est, incipit febricitare, ex longa mora in aëre putrescẽte, non patitur putredinẽ quia paruũ habet perspiratum (finge enim habere maximũ, & considera, vt argumentũ confirmabat, illum quoque putredinẽ contracturũ) sed quia prauum. nam aliquãtus perspirat⁹ boni aëris, potuisset opitulari ne corriperetur peste: finge tantũ habuisse parui aëris, & videbis aperte non desiderari copiam, sed qualitatẽ. Qui itaque hoc modo de perflatu, aut obstructione loquuntur, nihil dicunt: maxime cùm Galeni verba illum vnum cõtineant respectum, qui ad mediocrẽ perspiratũ est non ad rem putrescentẽ. His tandem omnibus perpensis, vera sententia aperiẽda est. prohibitus perspiratus res omnes trahit ad putredinẽ: tamen non omnia exprohibito perspiratu putrescũt: sed sunt alię causæ putrefactionis. vinum sane putrescit detentũ in loco nõ perflabili: tamẽ si in vinũ, quod ventilatione mediocri fruatur, emortuum canẽ fętentẽ iniicias, putrescet nulla ventillatione priuatũ: nimirũ vt ventilatio calorẽ cõseruat, ita obstructio putrefacit. Sed plures modi sunt conseruandi calorẽ, quam perspiratus, nam medicamentum mediocriter calidũ, aut tegumentũ impositũ ventri concoctionẽ iuuat. igitur & putrefaciendi erunt alii modi à prohibito perspiratu. Sed Galenus lociscitatis & q̃ multis aliis, quibus de eadẽ re differit, iuxta institutũ de putredine hum[illegible]ũ in humano corpore disputat, neque verò de quacunque, sed ea tantũ, quæ sine externa causa fit. nam externas, vt perse conspicuas, curabat minus. Itaque fieri non potest vt sine externa causa humores putresc[illegible]nt: quin prohibitus perspiratus in toto corpore aut in parte sit. sunt in causa facultates quibus gubernatur corpus, & viæ quas natura illi gubernãdo præparauit, quę cùm bene habent cõseruando animal in sanitate sufficiunt, libello de causis morborũ & primo De tuenda valetudine. tamẽ ex manifesta causa cuiusmodi sunt aër putris, & putrefacientia medicamenta, etiam si uiæ sint amplissimę, possunt contagio humores affici. Afficiuntur multo minus (fateor) hoc contagio qui sine excrementis sunt, & sine obstructionibus, & tardius afficiuntur, & restituuntur faciliús sanitati, afficiuntur tamen. Quod luce clarius dixit Galen⁹ (vt intelligas hanc esse illius sentẽtiã) primo de diff. feb. cap. quarto his verbis. Et ponatur in prioribus quidem in multis corporis partibus obstructio foraminum

&

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& vocata plethora & vita otiosa in multis comessationibus & ebrietatibus ac rei venereæ vsu immodico, atque his quæ necessario omnia quæ diximus consequuntur cruditatibus : reliquis vero totis corporibus puris, excrementis omnino carentibus, adsint præter hęc bona, libera inspiratio omnib⁹ meatibus obstructionibus atque adstrictionibus carentibus: exercitia autem moderata victus temperatus. ac de inceps his positis cogita, quomodo vtraque corpora affici sit consentaneum ab eo quem inspirant aëre pestilenti: annon verisimile est, illa quidem statim à prima inspiratione principium putredinis summere, ac plurimum in malo procedere ? quæcunque autem munda sunt, ac excrementis carentia, nonnulla quidem nihil, nonnulla verò minimum mali subire, vt facilem ad naturalem statum habeat regressum. Hec Galenus, quibus innuit sine obstructionibus infici posse hominẽ sed min⁹ infici quam qui obstructiones patiuntur. Intelliges etiam hanc esse sententiam Galeni eò quòd libello de causis morborum, causas caloris esse dixit quinque, motum putredinem viciniam calidorum constrictionem & alimentum adcalfaciendum accomodatum, tamen si omnis putredo ex obstructione fieret, stultè meminisset seorsum obstructionis & seorsum putredinis, sed quatuor iam tantum causæ forent. procedente etiam sermone cap. 8. inquit: Putrescunt autem nonnullaá medicamentis quę vim habent putrefaciendi, aut ab iis quæ in ipsis animalibus oriuntur excrementis. nonnulla verò ob id ꝙ minime perflãtur. vides vt non omnia ob id quod minime per flantur. lib. de inæquali intemp. cap. 7. Neque enim ea solum quæ inculcata sunt, & perspiratu prohibita putrescunt verum ea celerrime maxime que, putrescunt autem & alia multa, quæ ad putredinem sunt idonea. itaque interprætamur humores sine externa causa nunquã putrescere quin sit in corpore affecto ventilatio difficilis, atque huic interprætationi occasionem præbet Galeni ipsius doctrina, qui primo de tuenda valetudine & libello de optima nostri corporis constitutione inquit, densiora corpora à causis internis pati prompte, rariora verò facilius à causis externis. igitur cum putredo ab internis est, afficit patientes obstructiones, ita cum ab externis causis etiam eos qui obstructione nulla sunt. At dices ista ratione qui raris poris sunt, non solum affici possent ab aëre putri sed facili⁹ etiam afficerentur, quam qui non essent obstructi. nego, nam quanquam putrem aërem facilius imbibant, tamen constrictione potentius expurgantur. cæterum non vt prohibitus perspiratus necessarius est ad putredinem, cum abest causa manifesta, ita obstructio. nã vt diximus sine prohibita vẽtilatione posse fieri putredinẽ, ita modo dicimus, sine obstructione posse fieri prohibitam ventilationẽ. nam quę non libere fit, est prohibita ventilatio. potest verò non liberè perspirari nostrũ corpus non eò tantũ quod obstructę sint viæ, sed etiã quod grauata sit facultas, aut etiã quod arterię per quas corp⁹ vẽtilat, sint ineptę ad dilatãdũ, & durę. in multitudine ergo ad vires putredo fit, nonnũquã certe sine obstructione, at non sine prohibita ventilatione. quare malè plærique putant, perinde esse quærere, an sine prohibita vẽtilatione fieri possit putredo, atque, an sine obstructione. putant scilicet, ventilationem non posse sine obstructione esse prohibitã: sed vt mõstraui, fallũtur. potest enim ventilatio esse prohibita sine obstructione, & putredo fieri sine prohibita ventilatione. quanquã hoc sine manifesta aut procatarctica causa non possit contingere. Sed quãdo diffinitũ est ex sentẽtia Gal. non omnes febres putridas ex prohibito perspiratu generari, neque omnes perspiratus prohibitos ex obstructione : quorsum Gal. in curadi methodo quasi per necessarias causas resoluit febrẽ putridam in putredinẽ, & putredinẽ in impeditã vẽtilationẽ, hãc in obstrictionẽ: obstructionem in multitudinem crassitudinem & lentorem humorum? non certe (quantum ego intelligo) quód Galen⁹ putauerit non posse fieri putredinem sine prohibita ventilatione (nam hoc illum scisse alia loca testãtur) sed quia quod ad curationem attinet, perinde censendum est ac si fieri nõ posset. nam cum laborat homo febre putrida, studendum est semper aperire, etiam si ventilatio maior sit quàm in homine temperato. nam quo maior ea est, eo plus confert, & nunquam obest magnitudine. sed hæc quęstio & quintus liber hunc habebit finem. de aliis affectionibus, quæ præter naturam reuera sunt tamen quia nondum laborantium vires deiiciunt vehementer, neutræ vocantur, dicemus in sexto libro.

CON

Controuersiarum medicarum & philosophicarum.

CONTROVERSIARVM MEDICARVM ET PHILOSOPHICARVM LIBER SEXTVS.

*

TAN MVLTAS VNT QVAE GALENVS AB OPTIMO MEDICO ET VERO HIPPOcratis imitatore requirit, vt quantumuis spretis diuitiis (quas spernunt per pauci) atque contempta inani gloria (quam tamen video hodie cõtemnere nullum) soli studio veritatis vacemus, desperandum videatur posse nos aliquando tales euadere. exigit enim cosmographiam & astronomiam, vt doceant ex locis & temporibus indicationes ad omnia medica opera valde necessarias. exigit philosophiæ illius, quam naturalem dicunt, peritiam. hæc enim docet corporis naturam & morborũ differẽtias, & generationem. exigit præterea anathomes scientiam, vt pote solam loca malè affecta valentem indicare. exigit etiam alteram philosophiam quam ethicam vocant, hæc enim animi perturbationes sedat, quas scimus corrumpendæ valetudinis solere esse causas infestissimas. neque hęc solũ sed & rhetoricam exigit, quæ mestos ægrotantes solari, timentes animare, iratos placare, furentes coercere possit: sapientiam insuper exigit & bonos mores. his accedit, quod nostra hac ętate desideratur maximè, linguarum notitia. non enim habemus materna lingua scripta insignium medicorum monumenta, sed græcé pleraque arabice alia, latine etiam nonnulla. hispane adhuc nulla. accedit his omnibus simplicium medicamentorum cognitio, hæc enim materiam artifici suggerit ad operãdum. & præterea his omnibus præscisis, reliqua medicina est perse longissima & dificillima. sed mirum est quo pacto hęc omnia hodie medici præstent. cosmographiam & astronomiam derident, vt ad medicinã nihil vtiles, non aliorsum, quam vt hac ratione propriæ ignorantię pudorem effugiant. philosophiam naturalem ignorant, non minus quam astronomiam. sed quoniam intelligunt, non posse derideri vt illam, iactant suam philosophiam gloriossissimè, fidentes ruditati eorum quib⁹ cum versantur, & intelligentes, tanti quemque fieri, quanti fieri vult. Anathomem & herbarum notitiam iniqua partitione à medicina separant, illam solis chyrurgis, hanc solis sepiastariis dicentes esse necessariam: linguarum peritiam simulant, verborũ quæ didicere memoriter, aut ex latino aut ex græco autore rapida prolatione. pro rhetorica rependunt mordacitatem impudentem magis quam elegantem. iam verò ethicã philosophiam, si non præceptis, saltem operibus retinent, vt si quo pacto componendus est animus sermone non dixerint, saltem morum exemplo commostrent. dispeream si quisquam est qui audito medici nomine inuidentissimi & gloriabundi hominis nomen non iuret se audire, vsque adeo nõnullorum culpa ad omnes medicos in omnium opinione trasiata est: vt probum quemque virum & peritum medicum, videam expetere, aut vnumquẽq; ex se ipso iudicari, aut sese ex medicorum numero deleri. præcor illis, qui hanc infamiam in artem transfundunt, bonam mentem, & probos mores, vt depositio odio & sublata inuidia, & contempta innani gloria, mittant aliis maledicere, & veritati soli auidé incumbãt vt nihil dissimulant quod sciant, ita nihil simulantes neque vituperantes quod ignorent. Non dubium est artes omnes, vt Cicero etiam dixit, habere quodam cõmune vinculum, & quasi cognatione quadam interse contineri· quare dicendum non est artem quampiam ad aliam aliquam omnino esse inutilem: tamen neque negandum quasdam quibusdam sub seruire insigniter præcæteris. nam vt omnibus cognatis (ne discedamus ab exemplo Ciceronis) idem cognationis vinculũ nõ est sed quibusdam arctius, aliis minus arctum: ita neque omnib⁹ artibus cum aliis quibusuis par sotietas, sed hæ huic, illi aliæ hærent magis. describit Galenus medicum optimum, virum bonum, & qui omnium artium absoluerit ἐγκυκλοπαιδεῖαν. talem etiam fingit Cicero suũ oratorem. sunt verò hęc proposita exempla ad immitandum. consequi enim non speres, arbitror, quæ neque in oratoria arte consecutus est demosthenes, neque in medica hippocrates. sed cum ostenderimus ad medicinam non omnes alias artes æqualiter desiderari, tantum ex vna quaque desumi debere censeo, quantum videbitur esse necessarium, reliquum non despici: quin potius, qui in illis artibus sint peritiores ingenuè commendari, & ad medicinam etiam probari magis. geometria & astronomia vtiles sunt ad quam multa, tamen summam illarum artium peritiam & exercitationem non cẽseo esse vsque adeo necessariam, sed quatenus ea, quæ in eis artibus sunt facilia non ignorentur. cætera nõ damno. arythmetica quoque est aliquando vtilis. vtitur enim sæpe medicus proportionibus, quod ipsa dicendorum occasio declarabit. sermone latino non possis carere sine magna turpitudine, græco, non sine turpitudine solum, sed neque sine magno artis dispendio. nam huius sermonis ignorantiam videas peperisse omnia barbarorum sophismata. in logica & philosophia quam naturalem dicimus, vellem medicum multum profecisse

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cisse, aut si cui id non contigit solis artis operibus contentum esse, à docendo abstinere. prodet enim dante deo nostrum hoc opus in quam graues errores multi eorum qui medicinam profitentur, ex harum artium simulata peritia, quæ aperta ignorantia est, multo deteriores delapsi sint. Iam verò anatomen oculis conspicari, simplicium medicaminum nomina & notas tenere, & in illarum cognitione exercitij digna Apolinea arte diligentia est. sunt vero non in postremis vtiles altera philosophia (hãc dicunt ethicam) & rethorica, ad sedandas animi perturbationes, quas constat humores & spiritus conturbare, corpus alterare, & vires deiicere. sunt siquidem hæ perturbationes morborum animi per se symptomata, & hæc ipsa symptomata suos morbos augent. anima & corpus suos morbos in se mutuo, facilimè transfundunt. itaque sunt hac ratione dictæ artes vtilissimæ, sed quoniam non omnibus his addiscendis sufficimus, & pleraque ignoramus, exoptandum est, quoad fieri potest vt hæc ipsa aliter præstem⁹. præstat sanè in multis non sine magna laude quod in philosophis sua philosophia, in illis morum probitas, quod cum philosophia rethorica in oratoribus, in illis cum probitate coniuncta naturalis prudentia, qua medico nihil est magis expetendum. Videntur etiam quæ dicta sunt, non omnia ad omnes medicinæ partes pari necessitate desiderari, sed ad alias alia: philosophia naturalis & logica ad ea quæ quinque superiores libri continuerunt, prudentia magis ad curandi methodos, quas continebunt tres alii, qui hunc consequentur, & ad salubria præcepta, quæ habebit hic sextus liber. cuius artis primum præceptum esse arbitror, vt qui corporis salubritate frui volet, animum primum componat, deinde corpus animamque, vt plato consulit, moueat simul. quod præceptum, vt aliis omnibus non est parum vtile, ita iis qui studio literarum incumbunt, & perfectis religionis Christianæ cultoribus, qui profundis contemplationibus sæpe tota mente detinentur, est scitu valde necessarium. hi enim nulla alia ratione in perpetuas & graues incidunt ęgritudines, quàm quod aut studiis aut contemplationibus inambulationes cursus luctam, si ita res exigat, aut denique alium corporeæ exercitationis modum non interponunt. verum nos non suscæpimus tractandorum præcepta, sed dirimendas controuersias: quas iam agredimur, atque omnium primo dicemus quantum possit hæc ars tuendæ valetudinis humanis corporibus præstare.

¶Caput primum. An per tuendæ valetudinis artem possit mors deuitari in æternum.

VIderi possit alicui artem tuendę valetudinis non modo salubritatem corporis & vitæ longitudinem præstare posse, sed & æternitatem quoque, si quis illa omnino vteretur sine errore. nam Galens libello de marasmo capite secundo scribens sententiam cuiusdam ægiptii philosophi, qui asserebat, homines bonæ temperiei semper perire ex ignorantia faciendorum, inquit. Neque igitur hoc admirandum quantum ad rationem attinet, nam hoc dictum, quidquid genitum est omnino corrumpetur, neque ἐπιστημονικὸν (quasi nos scientificam diceremus) neque necessariam habet consequentiam, sed vsque ad verisimilitudinem progredientem, velut in opere de demonstratione demonstratum est. & paucis interpositis. Sola igitur (inquit) experientia senectus necessaria est, & secundum naturam, quemadmodum etiam mors. Itaque dicente Galeno nulla est euidens ratio demonstrans mortem euenturam: Sed experimentum. Adde, monstratum á nobis esse de sententia Galeni in primo huius operis libro, temperamenta innata posse commutari, & posse hominem, qui à prima generatione factus sit humidus temperamento, longo victu & cœli mutatione & similibus causis siccum euadere, & contrà siccum humidum. quod si verè dictum est, videtur euidens posse mortẽ in æternũ deuitari, nam si qua ratione mors fieret necessario & secundũ naturã maxime desiccatione membrorum solidorum, sed disiccatio potest deuitari: ergo & mors naturalis. quod verò possit ita fieri, patet, nam si quæ sicca sunt membra possunt transferri ad humidius temperamentũ, multò faciliùs possint in humore conseruari, victu prohibente siccitatem. multo enim facilius est, corpus à disiccatione præseruari, quam cum desiccatum iam est rursus humectari. Contrà est quòd Aristoteles contendit, omne quod habet interitum aliquando interiturum necessariò, & omnia habentia ortum habere interitum. his addit, nullam potentiam finitam posse in infinito tempore operari, quare cum omnis humana vis sit potentia finita, peribit aliquando. his addit Auicena fen prima primi capite de temperamentis, externa, & materiam, & dissolutionem materiæ. In hac controuersia illud satis constat, homines non posse mortem effugere. nam quod perpetuo fit, & stato quodam tempore, ordinatim, per certas quasdam ætatum mutationes, secundum naturam, fit & necessariò. sed hęc mors quam dicimus tam aduenit ex naturæ lege, non ex errato, vt dubitatum de ea à medicis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sit, an fiat omnino citra morbum aliquem, asserentibus aliis cũ quibus Plato est, qui in timeo mortẽ hãc cum voluptate fieri dicit(aliis negantibus,fieri posse, vt ante integram extinctionem, ex debilitate caloris naturalis non incipiat fieri putredo quandoquidem putredo est communis omnium rerum interitus de sententia Aristotelis quarto methorũn. In qua quęstione videntur satis probabiliter coeictare morbum aliquem necessario extinctionem integram antecessurum, tamen eum fier[illegible] magnitudinis nunquàm monstrabunt. sed quicquid de hac controuersia sit, illud satis constat, mortem necessariò aduenire hominibus, quare constat si huius assertionis vt Galenus dixit nullam habemus rationem euidentẽ,sed per experimẽtũ notitiã, id ex nostri intellectus defectu e[illegible]co tingentia.nã quod perpetuo fit,& ex naturæ lege,necessario fit. eius quod necessario fit necessaria est causa,&perpetua.quare hæc assertio pręter experimẽtũ rationẽ habet,quã modo rimabimur. si tñ nõ inuenerimus, nostræ ruditati imputandũ est non rei naturę. Auicena conatur reddere huius assertionis causam, idque facit his uerbis. præterea sciendum est, quod caliditas post tempus consistendi
c minui incipit ,propterea quod aẽr circundans materiam eius, quę est humiditas, exiccat, calor quo-
c que innatus, qui est intus, ad hoc adiuuat, & labor proueniens ex motionibus corporeis, & anima-
c libus quæ necessariæ sunt in vita, & defectus naturę ad resistendum illi toti semper, omnes enim vir-
c tutes corporeę sunt finitę, hoc autem iam ratiocinatum est in scientia naturali, eius ergo operatio nõ
c semper existit in materiis. amplius si hæc virtus infinita foret & semper in corpore permutationem
c faceret, eius quod dissoluitur ęqualiter & vno modo, dissolutio tñ vno modo nõ esset, immo semper
c quotidie augeretur, & corpus dissolutionem tolerare non posset, & dissolutio humiditatem finiret
c quanto magis duę res se iuuent ad minorationem faciendum & retrocedendum. & postquàm sic est
c oportet necessario vt materia destruatur, & calor extinguatur, & pręcipue cum ad eius extinctionem
c adiuuet pręter nuturæ defectum alia causa. & illud est humor extraneus, qui accidit assidue propte
c rea quod cibus priuatur digestione & adiuuat ad extinguendum ipsum duobus modis, vno suffocan-
c do & tegendo, alio qualitati obuiando, hic enim humor est phlegmaticus frigidus. & hæc est mors
naturalis. ¶ Auicena obscurà hac dictione omnes causas mihi videtur collegisse, quas philosophi omnes & medici possint excogitare. fortasse quia nullam sensit esse monstrationem, collegit multitudinem. nam ea quę ex ambiente accidunt, & ex victu, & vt semel dicam, ex rebus omnibus non naturalibus, videntur posse deuitari, & nulla necessitate contingere. res enim non naturales non magis sunt corrumpentes quam conseruantes: sed modò conseruant, modo corrumpunt, pro ratione occasionis. potest enim (nam non videtur hoc cum re aliqua necessaria pugnare) constitui victus conseruans, & possunt ex hypothesi pręscindi omnes fortuitę occasiones illius permutandi. quod de excrementis dicit quę congeruntur necessario, non magis videtur demonstrare, quam alia. nam noxa exrecremẽtis, non permutat necessario quidquam innati temperamenti, sed dispositiones quasdam inducit, & facile reparabiles iacturas. possit itaq; lęsio ab excremẽto mutuis vicissitudinib⁹, modo, fieri modò tolli, quare neque ipsa futurum interitũ euidenter indicat. Iam verò quod de nostro calore & consumptione humidi Auicena affert, id habet Galenus loco citato ex libro de marcore magis suspectum. Censuit Auicena (quod & Hippocratem puto sensisse, & Aristotelem, & Platonem, & alios omnes pręter vnum Galenum) calorem nostrum consumentem humorem proprium, principium esse efficiens naturalis interitus animantis: non aliter quam quicunque ignis propriam materiem depopulatur, atque ita seipsum conficit. quam mortis causam Gale. cum dixisset capite tertio dicti libelli hæc addidit. hic sermo apud omnes ferme tecentiores tum medicos tum philosophos in prætio habetur, quãquã verus non sit me sane iudice vt qui ignis flamam animalis calori cõparet, & neque hoc
c intelligat quod flamis quidem generatio ex materiæ corruptione est, vnde accenduntur. animalia ve-
c ro non sic à suo opifice naturalem calorem accæperunt sed veluti ab ipso augenda ac gubernanda, ne
c que est tempus aliquod in quo non per totam eam extentus sit innatus nobis calor, facultates habens
c non solum eas quibus format, sed multas alias. nam & alimentum trahit ad sese & materiam dispen
c sat & apponit & affigit, & assimilat, & in summa omnia contraria flamis efficit circa materiam sibi
c ipsi natura alligatam. ecce Galeni verba, quibus video contineri hoc argumentum: calor naturalis est
c principium conseruans & augens sibi subiectum corpus, ergo non est vt ignis principium corruptio
nis. hoc argumento victus Galenus sententiã hanc Hippocratis: Calor nos occidit, qui corpora pro
auxit, partim [illegible]ituperat, negans Hippocratis esse, partim explicat, dicens, calorem non esse causam corrumpentẽ nos perse, sed ex accidenti quodammodo esse. Calorem nostrum non omnino esse simi lem igni, est [illegible]erissimum. quandoquidem est noster calor instrumentum proprium facultatum naturalium, ignis vero nullas tales habet facultates. tamen calorem ipsum naturalem qui nos generat, nutrit, & auget, ex accidenti fieri interitus naturalis causam, nihil est intellectu difficile. nam necesse est consummi perpetuò substantię nostrę humidum. id contingere actione nostri naturalis caloris absumentis & soluentis in vapores propriam materiam, dicunt fere omnes, vtentes exemplo ignis. hoc tamen Galenus meritò censet esse omninò falsum. non enim calor noster posset esse conseruans & au

gens

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gens proprium corpus, simulque corrumpens & absumens. sunt enim hæc sibi valde pugnantia, & calori naturali, qui omnia contraria facit igni. nam si dicas: calor noster cum habet alimenta quę conficiat, auget nostram substantiam, cum verò ea desunt, conuertitur in materiam propriam (nam ita audio plęrosque dicere) omnino loqueris improbabilia. quia naturalis viuentium calor non vrit, ne quidem immit, sed deducit ad coctionem, & auget, quare si ex inedia, ratione alia quapiam igneus non fit, nõ consumet membra, sed cum consumit mutatus est iam ad igneam naturã, vt cum fit febris. idque quod illi, calori nostro imputant, caloris febrilis proprium est. desiccare scilicet sibi subiectum corpus. naturalis enim non desiccat. hęc est Galeni ratio, quę mihi videtur continere hoc verisimum: calorem naturalem nisi in non naturalem migret, non consumere subiectum corpus. quare si quis rigidè intelligat, falsa est apperte ea sententia. Calor nos occidit qui corpora produxit. falsa etiam est hac in parte communis physicorum & medicorum opinio, calorem naturalem esse principium corruptionis viuenti corpori. tamen ex accidenti quodammodo est causa mortis naturalis in calore naturali. non quòd hic corpus absumat, sed quod substantiam restituat semper minus humidam loco dissolutæ, atque ita illud vnum mihi videtur dicto in loco Galenus minus bene collegisse, calor naturalis non est corrumpens sibi subiectum corpus, ergo mortis naturalis nulla est ratio euidens, præter solum experimentum. est enim etsi naturalis calor non consumat ratio monstrans futurum interitum. nam quanquãm calor naturalis non consumat, consumitur perpetuo nostra substantia à calore præter naturam, qui sępe fit ex cibo aut potu, aut medicamento, aut exercitatione, & ex rebus omnibus quæ perpetuò nos alterant, si ergò perpetuò quod reparatur pro deperdita substantia est minus, aut deterius, necesse sit tandem mori animal, aut defectu materiæ, aut intemperie, minus non necessariò reparatur semper (augentur enim corpora nonnunquàm quod fieri non possit, nisi dilatata priori, & accedente nouæ materiæ maiori copia) sed minus humida substãtia perpetuò fit in membris solidis, saltem commodo & vtili humore (si enim inutilis accedat & mortibum faciens vt per leucophlegmatiam, hæc ipsa ducit ad interitum) nam nostra corpora ab ipso principio generationis facta sunt copiosissimo calore & humido abundantia. ab eo tempore membra suis facultatibus naturalibus & suo vitali calore pugnant in alimenta, vt ipsa commutent ad similitudinẽ sui, immittentia in illa hunc substantiæ modum, & hunc humoris natiui & caloris naturalis gradum. nullius alimenti humor potest esse tam accommodatus animantis membris quàm suus ipsorum. & in ipsa actione necessario aliquid ipsa membra à cibis patiuntur (monstratum hoc est in primo huius operis libro cap. 5.) seruaturq; hoc perpetuũ vsq; dũ sensim desiccata tandẽ ad interitũ mẽbra rellabũtur. hinc fit vt cum in alimentis consuetis possint esse alia magis, alia minus familiaria nostræ naturæ, & proinde à quibusdã plº à quibusdã minº nostra mẽbra patiãtur. & pręterea quidã victº (quod ad alias res non naturales attinet) magis quidam minus consumat, vt possit senectus retardari per meliorem victus institutionem, tamen vt non possit in æternum deuitari, aut qui semel consenuerit repuerascere. ita que potest calor noster reparare plus de perdito: quod facit toto tempore incrementi: tamẽ humore naturali humidius non potest, quin potius necessario nostra corpora desiccantur perpetuó, vsque dum per extremã siccitatem morimur. qua ergo ratione (quod, argumentum paulo ante propositum, requirebat) possunt temperamenta innata commutari? nam (vt alia omittam) quomodo corpus siccum natura sua, potest humidius fieri, si semper desiccatur? Animaduertendum nullum temperamentum posse durare tota vita exactè tale. nam neque calidum, neque frigidum, neque humidum, neque siccum, neque duo horum simul habens, corpus, potest esse tota vitæ periodo: sed ætatum mutationes accipit. in pueritia nempe est calidum & humidum, in adolescentia mediocre, in iuuentute calidum & siccum, deinde siccum & frigidum. tamen seruatur tota vitæ periodo temperamentum idem in quadam proportione earum conuersionum, quæ per ætates fiunt, gratia exempli, factum est à principio corpus quoddam calidum. temperatum est hoc quodammodo in adolescentia, tamen non adeo atque quod à principio factum est temperatum. est & in senectute frigidum sed non vt quod frigidum etiam est naturã: in infantia & iuuentute est calidum, & calidius etiã quàm reliqua quæ talia naturã sua non sunt. cum igitur temperamenta conseruent in hac proportione, qui in conuersionibus ætatum corruperit proportionem, mutauerit temperamentum. finge igitur duo pueros, alium natura humidum, alium natura siccum, constat ambo hos futuros in iuuentute sicciores quàm modo: atque adeo puerum humidum futurum in iuuentute siccioren membris quam alter est modo in pueritia. tamen non vsque adeo quàm puer ille siccus, erit in iuuentute, si obseruata proportione deccurrit per ætates, sed si aliter deccurrit, gratia victus, qui humidior sit, fieri possit, vt puer siccus in iuuentute, non sit siccior altero, & si sit siccior quàm modo. atque ita dicemus ambo factos eiusdem temperamenti humidi scilicet, quanquàm semper sunt exiccati. ex dictis satis patet quantum possit prestare hominibus ratio tuendæ valetudinis. Quæ retardare potest mortem, tamen in perpetuum deuitare minime potest. sed quando demonstratum est, Homines necessario mori, tamen posse vitam produci. Cum seruato temperamento, si illud à principio

cipio bonum est, tum etiam commutato cum meliori, si illud non est tale: videbitur alicui fortasse omnes homines æqualem vitam agere posse per artem tuendæ valetudinis (quòd tñ est satis aduersum experimẽto) nam oẽs aut tẽperati sunt optimè & ita maximè lõgeui, aut tẽperati possunt fieri, & ita viuẽt non minùs prioribus. tamen qui ea quæ de proportione ætatum & commutatione temperamentorum diximus, intellexit, intelliget, necessariò ex reducendis intẽperatis diuersas ætatum periodos prouenire. nam qui conseruantur toto tempore decurrunt per ætates æquabiliter, qui reducuntur, multiformiter, vsque dum sunt integre reducti, cætera transigunt, vt alii benè & obseruata proporti- hæc dissimilitudo ætatum non potest non esse diuersa ex diuersis temperamentis. eoque neque numerus annorum potest non esse diuersus. sed quid possit præstare conseruatio diximus. de modo quo fit, iam dicamus.

¶Caput secundum. An conseruentur corpora vsu similium rerum qualitate & gradu.

CCorpora quę temperata sunt, temperato victu, dum sanitate fruuntur, vti debere, atque ita similibus specie & gradu debere conseruari medici omnes vno ore concedunt. sed de conseruatione intemperatorum corporum, tantum abest vt vnica omnium sententia sit, vt sint potiùs quot capita tot sententiæ. Galenus libello de inæquali intemperie ita inquit. Itaque sanitatis tutela per simi
clia perficitur. libello artis medicinalis. c. 86, eandem tententiam scripsit dicens conseruationem per si
clmilia fieri reductionem per contraria. 8. meth. cap. 9. eodem modo scripsit & 5. 8. 6. de tuenda valetudine & innumeris aliis in lociis. 3. metho. sicciora siccioribus & humidiora humidioribus indigent auxiliis. neque vero hoc solum apud Galenum videtur inueniri, sed ea similia quibus corpus lapsum conseruatur æqualia illi debere esse ingradu, ita vt tã longe absint à mediocritate quàm longe abest ipsum corpus nam libello artis medicinalis capite. huc allegato ita scripsit. Quod igitur temperie
cdiffert, partium autem quæ instrumenta sunt moderatione non differt, duplicem habet salubrium
ccausarum formã, alteram quidem earum quę ipsius conseruant temperiem, alteram verò earum quæ
cad optimam transferunt. quæ quidem ipsius temperiem conseruant, tantum à causis temperatissimę
cnaturæ different quantum & totius corporis temperies ab illa differt. sed tamen quod Galenus his locis docet rationi videtur aduersum. nam qua ratione si homo bilioſus est, & multo vtatur melle & exercitatione nõ mediocri & multum vigilet (hæc em̃ omnia oportet ponere, quo similib⁹ vtatur, cui victus sex rebus non naturalibus constet) talis conseruabitur qualis à principio fuit? conspiciuntur enim quotidie bilioſi homines quacunque harum causa in febres labi, & pituitoſi si frigidis vtuntur, frigidis quoque laborant morbis. non ergo similibus conseruãtur qui intemperati sunt, sed læduntur. cum enim homines (ex Hippo. parte secunda aphoris. trigesimo quarto & ex Gale. in comm) facilime incidant in morbos similes suæ temperiei vt calidus in calidos, frigidus in frigidos, si similibus vterentur, facilè adducerentur ad similes morbos. Nam dicente eodem Galeno. libro de optima corporis, cõstitutione, calidi facilius patiũtur à calidis, & frigidi à frigidis, quare calidi facili⁹ patiũtur à calidis quám à frigidis: sed à quibus facilius patiuntur, facilius læduntur, ergo facilius læduntur similibus quàm contrariis. contrariis enim qui intemperati sunt melius habent Galeno tertio aphorismo.
ccomm. 3. vbi ita scripsit: Et vt simpliciter dixerim, cõtrarię quidem ad contrarias bene, similes autem
cad similes male. pręterquàm si ętas temperata & victui & regioni & tempori temperato conferatur.
choc enim modo solum similes a similibus bene afficiuntur. Sunt igitur hæc Galeni loca, quantum prima facie licet iudicare, sibi ipsis valde contraria, & ratio quæ ab experimento desumitur plurimum dissi- re videtur ab his, qui similibus volunt intemperata conseruari. Quibus adducti nonnulli barbarorum ita excogitauerunt, conseruari corpora intemperata contrariis reuera: Cæterum illa contraria, ratione quadam esse similia. dicunt enim similia quædam esse formaliter talia (ita loquntur) & hæc quidem esse appellatione similia, vt calidum calido, frigidum frigido, humidum humido simile est: quædam vero etiamsi appellatione contraria sint corpori, tamen virtualiter esse similia quia assumpta interiùs illud non alterant à propria temperie. vt si quis intelligat dari calido homini frigidum alimentum, sed tam modice frigidum, vt illius calorem non frangat, contrarium erit illud formaliter & denominatione, cæterum simile virtualiter & potentia. hęc cum ita distingant, admittunt, conseruari corpora intemperata similibus virtualiter & formaliter contrariis, atque ita respon

corpora intemperata similibus virtualiter & formaliter contrariis, atque ita respondent iis argumentis quæ obiiciebantur, quibus omnibus de similibus specie rebus differebatur, cęterum hi præterquàm quod falsò dicunt, aliqua contraria esse quæ sua contraria aliquantisper non remittunt, cum remissum semper remittat intẽsum mutua actione, perperã & inique volũt Galenum cogere, vt calida frigida, & frigida calida apellet. nam si nihil aliud dixissent, præterquàm similia similibus conseruari fortasse non essent excludendi isti enarratores, sed cum non hoc solum, sed calidiora calidioris frigidiora frigidioris indigere victus ratione dicat, qua ratiõe nõ sunt illi irridendi, qui ita interpretantur? sed sit ita dicantur calidiora virtute. qua ratione verum sit tantum à causis optimè temperatę naturę distare, quãtũ & ipsa corporis tẽperies? nã versus idẽ genus oportet vt inclinatio sit, & corporis & victus: sed causæ optimè temperatæ naturæ sunt formaliter tẽperatæ. ergo tantum oportet causas intẽperatas versus calidum formaliter inclinare. sed iam hos missos faciamus, qui barbarè interpręntantur. alii aliter respondent. dicunt nonnulli, lapsus vehementes, vt cum aliquis ad calidum vehemẽter est lapsus, aut ad frigidum, contrariis conseruari, aut saltem si non contrariis, similibus remissioribus gradu vt si tertio gradu calidi sint, victu moderato, aut calido primo gradu: sed lapsus nõ vehemẽtes cõseruari similibus forma & gradu. hãc sentẽtiã videtnr Galenus innuere, qui libello artis medicinalis ante ea verba quę paulo ante retulimus, ita dixit. Atqui si quod ab optima cõstitutiõe defecerit corpus, nõ autem quam multum, & quæ ipsius sanitatẽ causæ conseruant, ad proportionẽ mutabuntur, Itaque illud videtur sentire tantum de his quæ vehementer lapsa sunt corpora. Cæterum neque horũ sententiam ego probo. quoniam in omnibus locis quæ in principio huius capitis retulimus, vniersè Galenus protulisse videtur illud: similia similibus conseruãtur, & cõseruatio similibus perficitur. Præterea, neque ita respondent argumentis. nam paulò infra dictum est in eodem cap. corpora intemperata aut reduci posse aut cõseruari, & hæc cũ cõseruãtur similib⁹ ęqualib⁹ cõseruari. corpora igitur quę indigent reductione, hæc eadem conseruant similibus gradu & forma. sed quæ tam lapsa sunt, vt reductione indigeant, non possunt non melius habere cõtrariis, & vsu similum periclitari. ergo illud quod de maiori aut minori lapsu dicebatur, speciem conseruationis non permutat. Est & alius modus interprætationis. Dicunt nonnulli conseruationem temperamentorum, quæ in lapsu qualitatum quæ vulgo dicuntur passiuę consistunt, humidi, scilicet, aut sicci, similibus conseruari, lapsus vero qualitatum efficientium contrariis. Hoc videtur docere Galenus. 6. cap. 3. detuenda valetudine propè principium ita dicens: fiunt autem & qualitate conuenientiæ si seruare temperamenta velis humidis naturis humectantibus cibis quadrantibus, siccis vero siccantibus: sin autem commutare, contrariis. in ea autem quę est in calido frigidoue ad intemperiem, conuersione, contrariorum exhibitio congruit. efficacissimæ enim sunt hę, & vt quispiam dixerit potentiores, iis quæ in siccitate & humore sunt, intemperiebus. facilè ergo similibus nutrimentis in morbidam intemperiem veniunt. ecce igitur vt apposita ratione Galenus videatur horum sententiam confirmare. sed neque hi videntur satis idoneè ad argumenta respondere: cum Galenus tertio aphorismorum non tantum calida calidis, & frigida frigidis, sed & siccca siccis, & humida humidis, deterius habere dicat. quare omnium videtur esse vnica ratio. Verum neque illud quod docent verum est. nam oporteret senes calidis & siccis alimentis vti, frigori vt pote efficaci qualitati dato contrario, siccitati contraria ratione dato simili. sed res non ita habet. Nam Galenus in eodem sexto detuenda valetudine, calidis & humidis præcipit senes cibari, quominus videtur neque efficientibus neque patiẽtibus similia dari oportere, sed perpetuò, interim dum sanitate fruitur animal contraria. ita. n docet Galenus. 8. meth. cap. 9. dicens: Ergo similibus indigent tum in aliis de quibus mox dicetur, tum vero in vlceribus omnibus (monstratum enim id sæpe iam in superibus est) cõtrariis verò in eo victu qui per sanitatem adhibetur, veluti in opere de sanitate tuẽda docuimus. quando igitur tam dubia hæc quęstio est, & ab aliorum omnium interprætationib⁹ recessimus, alia nobis commodior, si fieri potest, interprætatio quærenda est. nos hęc omnia ita interpretamur. Conseruationem siue efficatiũ siue inefficatium qualitatũ, siue eę intensæ siue remissę sint, fieri similibus specie & gradu: cęterum rarò licere conseruatione vti, immo verò in intemperatis naturis nunquàm, nisi cum per negocia illis non vacat studere sanitati, aut interim dum morbo tenentur, quod si tamen quis aliter vellit hominem intemperatum conseruare, si intemperies sit in ineq[ualibus] cibus qualitatibus multo minùs nocebit, si in efficacibus multo plùs. quòd verò ita sentiat Galenus, intelliges ex iis, quæ mox subdit, dicens: nam sicca corpora etsi aliquantum desicces minus nocebis. non igitur eodem autore & interpręte, præcipitur sicca & humida conseruari dum vacat reducere, sed docetur minus, si quis similia det, lędi hos, quàm calidos & frigidos. quare pro argumentis, ego concesserim, hominem intemperatum quantumcunque calidus sit aut frigidus, similibus conseruari, dum conseruatur: cęterum per sanitatem contraria debere ad hiberi, vt Galenus dicebat, nam præter artem est, & proinde inutile, & noxium intemperatum hominem conseruare, cum licet reducere. nam veluti eum qui ægrotat, curari expedit & qui perfecta sanitate fruitur conseruari: ita eum qui insaluber est & intemperatus, reduci, nisi id impendiant aut negotia, aut morbi. sed dicet aliquis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qua ratione qui intemperatus est, & negotiis implicitus debet conseruari? an homo biliosus iter agẽs, aut alioqui magna cum solicitudine negotia tractãs ciuilia, debet interim calido et sicco vti alimẽto? non sane. sed hactenus verum est in negotiis tractandis similibus vtendum esse, si similia multò tempore ante negotia consueta sint. nam per id tempus, etiam si alioqui similia essent nociua, no licet recedere à consuetudine. hanc esse sententiam Galeni aperte intelliges ex his quæ quinto de tuẽda valetudine scripsit dicens. Ergo nec assuetudines ipsæ tametsi prauæ sint displicentibus adhuc sibi moribus mutande sunt, quin neque per summam sanitatem semper tentãdum sed tunc cum is cui in mutandæ sunt, à ciuilibus negotiis maximè vacat. paulo superius in eodem. 5. de san. tuen. nam si in negotiis sint similibus vtèris potissimum cũ ita fuerint corpora assueta. Quare qui negotiis est implicitus talibus vtidebat, qualibus assueuerat, quæ si similia erant, non sunt eo tempore permutanda, sed conseruandum corpus est illis, aliòqui similibus gradu & forma. hęc de assuetudinibus. tamẽ quatenus sit seruanda consuetudo, dicemus latissime in octauo huius operis libro. Sed quæret aliquis, qua ratione in morbis debet temperamentum conseruari? nunquid si homo calidus & siccus incidit in febrem ardẽtem, vtendum est calidis? minimè: sed tanto minus frigidis, quantò ipse naturà est calidior. atq; ita vnica medicamentorum mensura fit curatio & conseruatio. si scilicet tantum euarient medicamenta à tẽperamento proprio hominis laborantis, quantum ipse morbus facit illum ad contrarium inclinare. vt si gratia exempli, homo calidus primo gradu, duos comparauerit gradus caloris prẽter naturam, ita vt tertio gradu iam calidus sit, frigidis primo gradu vti debet. nam frigidũ vno gradu duobus distat à calido in primo, & totidem distat calidum in tertio versus alterum genus. atque ita vnica hac mensura fit curatio contrariis, & conseruatio similibus, vtraque gradu paribus. sed hæc dante deo, cum loquemur de curandi ratione magis explicabimns. illud oportet modò dicere: qua ratione galenus in libello artis medicinalis dixerit, lapsus non vehementes similibus debere conseruari, si & vehementes etiam eodem modo conseruari debent? non sanè, quòd aliter hi atque illi conseruentur sed quòd, quò vehemẽtior est lapsus, eo rariùs licet ipsum conseruare. si tamen semel conseruandus est, similibus conseruari debet. propterea infantibus humidum distinatum est à natura alimentum, quoniam expedit id temperamentum, quod ab ętate habent conseruari: senibus tamen cõtraria dantur per sanitatẽ, quoniã melius est in vltima ætate, quæ adeo morbi proxima est, præcautione vti, quam lapsum fouere. Hæc de modo conseruationis intemperatorum dixisse est satis. De modo conseruationis temperatorum si nonnihil addiderimus, oportune iam longum hoc caput concludemus. hominem temperatum inę tate temperata qualem esse adolescentium in primo huius operis libro capite octauo docuimus, nulli est dubium simili victu, & omnino temperato conseruari debere, cæterum cum hic est in intẽperatis ætatibus, qua ratione? non enim amplius æqualis est temperamento, sed in infantia calidus & humidus, in iuuentute calidus & siccus, frigidus & siccus in senectute. Si eorum quæ diximus non fumus obliti, facile est, ex dictis methodum conseruandi temperamentum æquale per omnes ætates elicere, hanc scilicet. Cum duo hic occurrant consideranda, temperamentum innatum illi corpori, & aduentitium ex ætate. Alterum quod à primo ortu est, quoniam est optimum, semper conseruationem exposcit, alterum quod ab ętatæ: non semper sed cum ipsum oportet tale perdurare. Infantile temperamentum cõseruari cõuenit, dicta nuper ratione, tale enim est accommodatissimum ad mutationem, & corporis incrementum, adolescentie etiam temperamentum quoniam ratione etiam ætatis optimũ est, seruari debet. Iuuenile & senile debet corrigi, vt lapsum & inutile. igitur infantes vti debent humido alimento, & quo infans innata temperie humidior est, eò interim dum bene valet, minus humidò, quoniam tunc quod ex ætate est debet conseruari humido: quod ex proprio temperamento reduci, quod fit, non dato alimento sicco, sed de tracto de gradu humidi: quantum ipse est natura lapsus. Quò infans est siccior propria temperie, eò humidiori seruatur victu, dum valet, quo hac ratione & temperamentum ętatis cõseruetur & natiuum reducatur: temperatus temperate humidis: quoniam vtriusque temperamenti eget conseruatione. In adolescentia temperatus omnino similibus, frigidus calidis, non adeo quam in senectute, & calidioribus quàm in iuuentute. quia hic vnum est quod reduci, & alterum quod conseruari, in illis ętatibus vtrumque reduci debet. In ætate iuuenili temperatus vtatur frigidis & humidis, sed remissioribus quàm biliosus, & intensioribus quàm pituitosus quia ille alterum habet mediocre, ambo immoderata hi, atque ita in senectute. Hęc est cõseruandi tẽperamenti innati cum commutationibus ętatum methodus: si vtrunque conseruadũ est, & exposcunt similia, vires illorum intendere: si contraria, de pręcipuo tantum detrahere, quãtum alterum superat. Eodem modo faciendum est, si vtrunque reducendum est, quæ eadem aut contraria poscunt. vbi alterum conseruari, alterum reduci debet, alteri contraria dare expedit alteri similia. quæ si eadem esse cõtigerit, vt humida infantis biliosi ætati similia sunt & contraria temperamento, vires oportet intendere: si non eadem fuerint sed contraria, de indicatione maiori minorem detrahendo, medium victum oportet instituere. Tale cum nihil doceant, qui ante nos medicas quæstiones scripserunt neque quidquam eorum quæ ad tuendam valetudinem sunt vtilia: tamen de conseruatione non cert

san

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sant multa blaterare,& longissimas quæstiones nihil frugis continentes scribere.& quod magis dolendum est, si quis distinctius aliquid & enucleatius ex antiquis autoribus suo labore eruit, quod artem possit vlterius promouere,inuidia studiosiorum animos auertit, suasu quorundam qui suę opinioni timentes, si alius in docendo inueniatur ingeniosior, illorũ profectui insidiantur, & alieno malo suam tyranidem tueri non desistunt.sed qui sapit sibi caueat, neque curet alienam insolentiam. mea nihil refert. mihi studeo, mihi hanc quęstionem: vt alias etiam ante hanc scripsi: quas aliis etiã spero profuturas, si forte de manibus exciderint, nam nondum certum est illas typo dare.

¶Caput tertium. An defectus prioris concoctionis sequenti possit emendari.

*

SVperuacaneum hic fuerit cõcoctionum species,& numerum,& ordinem referre. hęc enim ex primo & secundo harum controuersiarum libris petenda sunt,iisque petitis differẽdum modo, num si quid minus bene in ventriculo coctum deferatur in hepar, possit eatenus concoctione hac secunda emendãri, vt nihilo deterius sanguinis generatio procedat, quã si in ventriculi actione nullum vitiũ præcesisset. Gal.lib.4.de tuenda valetudine.c.vltimo nititur demonstrare quæ in ventre malè sunt cõfecta, non posse ea concoctione quæ peragitur inuenis, rectè coqui, vt neque quæ secunda sunt cõfecta malè, posse in tertia quæ agitur, in carne et membris perfecte coqui. quod confirmat hoc argumẽto. vt habet ea præparatio quæ extra agitur, elixatio scilicet, aut assatio ad concoctionem ventriculi, ita hæc ad concoctionem hepatis: sed experimur ventriculum non rectè posse commutare eaquæ cruda ingeruntur, aut minus elixa, assa vequàm oportet: igitur neque hepar possit benè cõficere, quæ minus bene præparata sunt in ventriculo. Hæc multis docet Gal. prædicto loco. cæterum non potest sine controuersia præteriri, sunt enim multa argumenta quibus videtur contrarium concludi. primo Gal, docet. 6. de placitis, licet ventriculus cibos conterere non valeat, modo succos aliquos assummamus, vt in multis nationib⁹ lac solet, viuere nos posse: sed si sanguinis generatio tollatur, vitam quoq; tolli necessariò. Ex quo loco patet actionẽ ventriculi nõ esse omnino necessariam propter concoctionem, nulla enim tali concoctione præcedente fieri potest sanguinis munus, sed tum tantummodo esse necessariam adeliquãdum cùm alimenta assummuntur solidiora. vnde argumentum hoc accipi potest. si tota prima concoctio potest secunda supleri, multò magis poterit, cum est debilis à secunda emẽdari, fieri præterea potest vt sit homo tanto fortior facultate hepatis, quato facultate ventriculi impotentior, quo casu constat tantum posse perfectionis addi alimento in secunda cõcoctione quantum deficiat in prima. respondent plerique (nam ipsa solutio dabit occasionem, vltrà argumentandi) quantumuis robusta sit hepatis facultas, non tamen posse minus benè commutatum in ventriculo alimentum, rectè elaborare, quia non est bene præparatum. præparationem in eo quod accipit, etiã efficacissimę facultates requirunt. nullus enim ventriculus quantumuis calidus & fortis, aut crudas omnio carnes: aut incoctum panem benè commutabit, multo minus ligna, lapides aut similia. quoniam scilicet hæc non sunt idonea ad patiendum à ventriculo. sed est quod vltrà argumentemur. ¶Alimentum non propterea melius cõficitur, quòd melius sit, aut tenuius, faciliusque coctu, sed quod proportione respondet virtuti commutantis. nam nonnulli ex carne bubula meliorem generãt chylum quàm exmelle. quibus scilicet tenuia alimenta corrumpuntur, crassiora sunt ad concoctionem magis accommodata. Ergo eodem modo in hepate potest contingere, vt scilicet ille, qui præ calore ex bene confecto chylo, biliosum sanguinem generat, ex chylo semicocto, vt ex alimento coctu difficiliori, atque magis resistente, non eatenus procedat, sed sanguinem generet mediocrem. quo casu fiet, vt non tantum emẽdetur deffectus prioris concoctionis, sed vt etiam perfectior proueniat secunda ex imperfecta prima, quàm ex perfecta. Videtur respondendum, si modo priori solutioni insistẽdum est, aliud esse alimentum proportione respondens aut non respondens, aliud pręparatum aut non præparatum. vt ventriculo frigido proportione respondens alimentum est mel, non respondens bubula aut suila. ventriculo tẽperato respõdens alimentũ est caro aretina, non respõdens mel & bubula: ventriculo calido bubula frigido mel. sed carnes crudę, incocta massa omnib⁹ vẽtriculis male pręparatę sunt, vt panis, pbè coctus & fermẽtat⁹, carnes probè elixæ, assę vę, omnib⁹ sunt benè præparata alimenta, quãq; & in ipsis præparationibus, aliæ aliis sunt conuenientiores, non omnibus naturis eædem, vt in humidiorem ventriculum, melius est assa ingeri, insicciorem elixa. sed ex dictis facile est intellectu, quantum interfit dicere alimentum idoneum (quod proportione respondens appellamus) aut alimentum prę-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

paratum. itaque dicendum est, maius robur in membro commutante, aut maiorem calorem, posse commutare crassius alimentum melius tenuiori: non tamen præparatione carens melius præparato: præparationem enim omnia æqualiter requirere, in alimentis, tenuitatem nõ omnia, sed quæ debiliora sunt, aut frigidiora. videntur hęc probabiliter dici, sed siquis attentius ea quę in operibus contingũt consideret intelliget, dictum esse hoc vltimum minus verè. nam si in ventriculo aliquo alimẽtum minus benè coquitur, aut minus bene illũ implet, faciatque, propter defectũ crassitiei, potest illud quod de crassitie deest imperfecta præparatione supleri ita, vt, quod minus idoneum illi ventriculo erat, defficiente præparatione idoneum fiat. multos profectò vidimus tam robusto ventriculo & tanto calore, vt illis arietinæ carnes præ tenuitate non essent satis, qui vtentes eis non satis alsis, melius habebant. mille talia occurunt quotidie exempla. igitur potest imperfecta pręparatio efficere alimẽtum idoneum. Cumque dicente eodem Gale. eandem habeat rationem hepar ad ventriculum quam ventriculus ad externam pręparationem, fiethoc idem in hepate, frueturque nonnunquam infecto chlyo melius quàm integré confecto. quare ego nolo (quod plerique faciunt) in hac controuersia proteruè defendere, non posse priorem concoctionem à sequenti emendari, sed rem ita distiguo. Inconcoctione secunda duplex noxa potest accidere, altera vt non fiat bonum alimentum, quod in ea generatur, altera vt colligatur plus excrementi, quam solet. in priori concoctione possunt accidere tres noxę vt concoctio fuerit ablata, diminuta, aut deprauata. priori concoctione ablata, necessario sequens habet ambas noxas, vt& deterius alimentum fiat & plus colligatur excrementi. nullum enim hepar potest ex cibo nullatenus inchylum mutato bonum sanguinem efficere aut parum excremento plenum, vt neque aliquis vẽtriculis ex omnino crudis carnib⁹ bonum chylum. nam membra omnia quo suum munus rectè peragant, præparatione aliqua indigent. Quod enim à Gale. dictũ est. 6. de placitis illud vnum est, posse nos etiam ventriculo nõ cõmutãte, si succis vtimur: viuere tñ non rectè viuere, & bono frui sanguine. Si concoctio præcesit diminuta, sequens necessario habet vnam noxam, vt colligat, scilicet plus excrementi, quòd in priori concoctione min⁹ secretum est: tamẽ quod ad qualitatem alimenti, quod generatur, attinet, potest deffectus prioris omnino emẽdari. Si prior concoctio deprauata sit, secunda potest nonnihil emendari, sed necessario patitur vtramque noxam, fit scilicet deterius alimentum, & excrementi plus, quam si prior concoctio alimenta non corrupisset. sed quoniam rem totam diximus distinctè: hæc sufficiant.

¶Caput quartum. De ordine assumendi alimenta.

IN proposita quæstione, prima illa occurit controuersia, à medicis satis disputata, debeant ne crassa alimenta ingeri ante tenuia an contrà. in qua sunt duæ contrariæ sententiæ. Dicunt quidam crassa oportere præire, his rationibus persuasi. si quid tenue primo loco assumeretur, ingestis deinde crassioribus, accideret vt cum cibus primo loco assumptus, antequàm reliqua essent concocta, ad exitum properaret, illa secum traheret, ac faceret descendere inconfecta. Adde, quod primo loco ingeritur, in ima ventriculi parte collocari, quod secundo in ipso ore, aut prope os hærere. sed ventriculi pars profunda est carnosior ac perinde calidior, sublimis verò est neruosior frigidiorque. igitur conueniens est calidiori parti crassius alimentum, tenuius minus calidæ, quò quanto pars profunda supremam superat calore, tantò alimentum primo loco ingestum facilitate ad concoctionẽ à secundo supereetur, atque ita eodem tempore concoctio totius chyli compleatur trudanturque inintestina simul omnia. nã aliter tenuiora in calidiori parte sita multo citius cõcoquerent q̃ crassiora in parte frigidiori, cumque cocta forent, aut retenta illic & plus satis alterata corrumperentur, aut laxato vẽtriculo quò descẽderent reliquorum concoctionem in media actione interpellarent, cogerentque nihilominus descendere. nam ventriculus non quidem hanc partem ciborum expellit modo, retentis aliis deinde aliam: cum dicat Gal. 3. de facul. ñal. c. 4. tunc ventriculus apperit inferius os cum cibos ad perfectionem concoxit. itaque retinet omnia vsque dum omnia concocta sunt, vbi semel incipit expellere, omnia expellit. Hæc sunt firmissima sentẽtiæ huius argumẽta. quidã addũt insulsa, alia qđ. s. vt recte structa edificia subter in ima sede habent crassissimã materiã de super extenuissima habẽtia cõstructionẽ, & ita in orbis cõpositione, elementũ, quò est crassius, eò est humilius, ita in uẽtriculo sub tenuiorib⁹ alimentis crassiora esse oportet. Ceterũ hæc omitto vt redicula. Alii cõtrariã opinionẽ tuẽt, oportere quò tenuius est alimentũ, eò citius ingeri, quo vt citius coquit, ita citius descendat, reliquorumque descensui sternat viam: hoc enim esse vtilissimum. nam si contrarium fieret tenue quod vltimo loco assumeretur, vbi semel esset perfecte concoctum, intercluſa via descẽsus a crassiori, per nimiã moram corrumperetur, corruptumque reliquum corrumperet, & totam vitiaret concoctionẽ. Ani-

ma-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

maduertendum in hac controuerſia eſt, alimenta aliqua facilis eſſe deſcenſus perſe, & quoniam medicamenti aliquam habent qualitatem, qua lubricas vias reddunt, vel pungendo irritant ad expulſionẽ: nonnulla per accidens, quia ſunt facilioris concoctionis ſunt etiam deſcenſus facilioris. vtraque horũ, ſi ingerenda ſunt, ante craſſa & tarde deſcendentia ingeri debere hipp. docet. 3. de ratione victus accutorum vigeſimo ſecundo exemplo mulſę & ptiſanę ita dicens: mulſa tamen poſt ptiſanę ſorbitionẽ epota valde replens, inflans, & hypocondriorũ viſceribus inutilis. Galenus in cõm. ſemper enim oportet prius ingerere quæ & facilius corrumpuntur, & quæ ſubducuntur magis, ſecundo loco contra ptiſana autem quam mulſa defficilior eſt corruptu & deſcẽdit tardius. ſi ergo mulſa primo ſumpta fuerit, ex ea quædam ad ptiſanę deiectionem fit prouocatio. verum ſi ptiſana primum ſumpta fuerit, ſubduci mulſa prohibetur. vides itaque vt Galenus ſententiam hanc vltimam tueatur & confirmet prædictis argumentis. eandem ſententiam ſcripſit ſecundo de alimentorum facultate cap. 11. ita dicẽs inter multa alia quibus hanc ſententiam confirmat: ſatius enim fuerit ſcire ex cibis qui parantur ad deiectionem, poſteriores quidem ſumendos, eos qui tarde permeant, omnium autem primos, qui celeriter quidem peruadunt, corrũpuntur tamen ſi in ventre morentur diutius. cuius ſententię fuerit Auicena vix poſsis intelligere, quandoquidem ſen ſecunda primi doctrina. 2. cap. 7. ita ſcripſit: nutriẽtia præterea ordinẽ in ſui receptione habent in quo ſanitatis cõſeruator ſolicitus eſſe debet. ne illud quod ſubtile eſt, & cito diggeritur, poſt forte nutriens quod ſit eo durius, in cibo ſumat, quia prius diggeritur quam ipſum, & ſuper illud natabit, non habens viam qua penetret, putrefiet ergo, & corrumpetur & corrumpet illud quod ei admiſcetur. cum hæc dixiſſet, quibus Galeni ſententiam videbatur confirmare, addit: iſte etiam non primo commedere debet cibum labilem, ita vt poſt ipſum cibum fortem & durum in cibo ſumat, quoniam cum ipſo labetur cum ad in teſtina penetrabit, eo non tam integrè diggeſto, quantum debebat. fortaſſe Auicena vtriuſque ordinis incommoda recitauit, quò nos doceret vtrunque exceſſum quoad fieri poſſet eſſe deuitãdum, cauendumque, ne aut valde tenuia primũ, & valde craſſa deinde, aut contra, ſed valde diuerſa, aſſũmerentur, ſed vt omnia aut ſimilia eſſent, aut ſaltem non valde differentia. fortaſſe nomine labilium alimentorum, ea intellexit, quæ medicamentum habent qualitatem, non quæ tenuia ſunt tantum. ſed ſentiat ille vt volet. illud certum eſt hippocrate & Galenum cenſuiſſe, ſi diuerſa alimenta aſſumẽda ſunt (hoc enim neque Galenus neque quiſquam alius probat) primo loco aſſumenda eſſe, quæ facilioris ſunt deſcenſus, ſiue id habeant ex medicamentoſa qualitaté ſiue ex ſubſtantiæ modo. nam ingeſtione craſſorum ante tenuia, eſt apertum incommodum. nam quãquam ventriculi inferior pars calidior ſit ſuperiori, rarò autem, aut fortaſſe nunquam, vt alimentum craſsius ſit tenuiori, iuxta proportionem, quà ventriculi pars parte calidior eſt. neque tam erunt locis diſtincta, quam quã iſto ordine aſſumantur, vt hęc pars in hoc loco, illa in illo ſita ſit, vt reliqua ſuccedant, vt in argumento dicebatur. quocunque verò immutato promptum eſt periculum corruptionis. ex contrario ordine omnino nullum poteſt fieri incommodum, vel ſaltem haud quaquam quod non facile emendetur. nam ſi craſsius alimentum in frigidiori parte eſt, fiet paulò longior concoctio ſed non corrupta, ſi tenuia coquntur prius, licebit illis prius deſcendere, reliquis manentibus in ventriculo, cum propè pylorũ ipſa ſint. nam quod a Galeno in opere de facultatibus naturalibus dictum eſt, tunc tantummodo debet intelligi, cum ventriculus aut vnico alimento, aut pluribus, ſed perquam ſimilibus plenus eſt, neque a diſsimilibus alimenti partibus diſsimiliter irritatur. inſtituto enim illius operis hoc vnum ſufficit, commutare ventriculum alimenta, atque deinde hæc eadem, vbi plenè concocta fuerint, expellere. quare manifeſtum eſt, poſſe quod coctum eſt labi reliquo manente in ipſo ventriculo. neque ſi quando propter vehementem irritationem, a qualitate quapiam medicametoſa factam, contingeret deſcenſu tenuiorũ craſsiora quoque ad inteſtina deiici importunè, tam graue aliquod malum fieret, quam ſi propter cõtrarium ordinẽ ingeſtionis tenuiora fuiſſent in ventriculo corrupta. nam cum mõſtratũ a Galeno ſit vt multis aliis in locis ita. 4. de vſu partium, inteſtina eſſe inſtrumenta non deiectionis ſolum, ſed & concoctionis, vt non aliter quam ventriculus, chylum poſsint elaborare, fiet vt id quod ſemicoctũ importune deſcendit, in ipſis inteſtinis concoctionis recipiat complemẽtum, aut vt anticipet deiectionem citra maiorem noxam. igitur nõ dubium quin, rectè omnib⁹ vtrinque penſitatis, cõmodius ſit tenuia ingeri: ante craſſa, & cum vtrũq; noceat, minus emendari poſſe noxas ex contrariò ordine, quam ex eo quem modo præcipimus.

¶Caput quintum. De cibo et potu,

QVoniam, vt in deciſione prȩoxim controuerſiæ monſtratum eſt, in aſſumptione alimentorum tenuia debẽt præmitti, ſunt qui argumẽtentur, potum etiam debere ante cibum ire. ſunt enim quæ potantur ſolidis eſcis tenuiora. nam ſi nihil aliud interſit, quam quòd potui ſit aut eſſui aptum quod ingeritur, eſt illud coctum facilius & eoque ab hipp. dictum eſt in aphoriſmo facilius eſt imple ti potu quam cibis. Poſsis his addere, cum corpus reſoluitur alimenti deffectu, prius diſsipari ſubſtantiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tiam humidam, deinde siccam: reparari verò siccam esu, humidam potu: itaque prius potandum esse, quoniam prius fit potus indigentia. nam his de causis esum & potum fieri dixit Galenus libello de inæquali intemperie, ita scribens: Ex esuriendo verò acquirendo, defficiente hic humida, illic sicca substantia. quibus verbis manifestè innuit fieri sitim defectu substantiæ humidæ, & famem defectu siccæ. cõstat tamen, potu extingui sitim, cibis famem. Adde rursus, potum necessarium esse ad concoctionem cibi, eò ꝙ concoctio quæ peragitur in ventriculo, dicente Arist. 4. metheorõn capite. 3. est elixationi similis, ideoque in humore debet fieri. vt igitur in olam prius infunditur humor, deinde carnes ita in ventriculum debere ingeri est consentaneum. Sunt alii qui omninò diuersam ab hac habentes sententiam, tam multo aliter faciendum sentiant, vt toto cibo ingesto semel potare præcipiant. dicentes cũ Galeno. 4. de vsu partium capite. 5. & hippocrate libello de alimento, potum esse alimenti vehiculum. cum igitur vsus potionis sit cibi distributio, commodius dicunt esse post cibum potare, quo assumpti cibi potu discendant ad fundũ ventriculi, factaque illic concoctione diducantur per Agustiores vias, quam vt potus assumptus ante cibum, illum faciat in vẽtriculi ore fluitare, aut descendens importunè in intestina alimentum deducat incoctum, faciatque intempestiuam deiectionem. vocant testem Galenum qui. 7. methodi: cap. 6. ita scripsit. sed enim & quod illi faciunt nihil mali sit, si qui conualescentium victu vtũntur etiam faciant, & statim à cena non bibant, videlicet ante quam cibus fuerit concoctus, siquidem innatant cibi bibentibus, vt eos ventriculi corpus interposito humore non cõtingat, verum si sitibũdi fuerint, arcere eos omnino. graue est simul & inutile. sed dandum modicum, quod & tristitiam soletur & sitim leuet, postea verò quam nutrinentum concoxerint abunde bibere. quippe celerimè, si ita faciant, distributio fit. Hęc Galenus. quibus verbis non tantum videtur prohibere potũ ante cibum, sed præcipere a potu abstinere vsque ad tempus distributionis, quo peracta iam prima cõcoctio est. Potest etiam his addi ratio hęc: Illud videtur secundum artem debere anteire, cuius secundum naturam habentibus prius contingit necessitas. sed homines bene valentes prius solent esurire quam sitire, ergo cõmedendum primò est, bibendum deinde. sunt alii, qui non ita censent, sed, vt aplę risque fit, alternatim cõmedendo ac bibendo, ita potum cum escis permiscere. atque possunt hi aut a cibo aut potu exordiri, & cibo aut potu finire refectionem. Est horum opinio, non aliter melius effici omnia que à potu expectamus, quam eo, paruis portionibus cum cibis permixto: esse siquidem potũ propter duo necessarium, propter elixationem scilicet cibi, & distrubutionem, hæcque duo hac vnica forma rectè peragi: quandoquidem neque potus impellet cibum intempestiuè, neque cibus potui innatabit. Vides quo modo constituta sit controuersia & quę sint probabiles rationes aquacunque sententia, cum sint multæ atque admodum diuersæ. quæ omnes quãtum iudicio assequor indistinctè admodum propositam quæstionem dirimunt. nam siue cõmedendum prius esse siue potandum omnibus dixeris, siue semel alterutrum esse faciendum, siue partitè, falso pronuntiabis: si verò quibusdam sic aliis aliter faciendũ dixeris, distinxerisq; hos ab illis, ita tandem rem ipsam attigeris. idquod ego in presentia faciam, hinc sumpto exordio. toto hoc processu inuenimus, siquis rectè consideret, sex refectionis modos. nam aut totus cibus potusque ingeri debet, tuncque duo fiunt modi, aut præcedente potu cibum, aut cibo potum: aut paruis portionibus alternè permiscẽtur, fiuntque ita quatuor modi, incipiente refectione a cibo, eodemque finita, aut finita potu, vel incipiente à potu & potu finita, aut finita cibo quæ incęperat a potu. præter hos sex refectionis modos quibus est cõmedendum & bibendum, ęst quidem alter modus, quo edendum qúidem est tantum, abstinendumque omnino à potu vsque dum peracta ingesti cibi cõcoctio sit. solius potus non oportet meminisse. quoniam solus potus non est refectio, cuius hic modos septem esse ostendimus. modũ refectionis hunc aut illum a duabus precipue rebꝰ oportet indicari, à natura vẽtriculi, & cibi. estq; in alterutro horũ humor aut siccitas quod indicet, atq; perinde indicabũt siue natiua in vẽtriculo sint siue aduẽtitia, siue ex mòrbo. cõsiderãdũ enim est sit ne modò vẽtriculus humidꝰ an siccus an mediocris: cibꝰ quoq; nõ aliter indicet siue ex sua natura humidꝰ sit siue ex præparatione, vt quę, cũ alioqui sicca essent, in humorẽ aliquẽ infussa, potui idonea fiunt, quę cõtingit potestate sicca esse. tamẽ curãdũ hic magis est de humore, qui est actu. nũ quid cibꝰ humidus sit àn siccus an mediocris. Constat verô ex tribus his qualitatibꝰ cibi cum tribus vẽtriculi, nouem coniugationes fieri, vt sunt in hac tabella.

cibus humidus	in	ventriculum humidum
cibus humidus	in	ventriculum mediocrem
cibus humidus	in	ventriculum siccum
cibus temperatus	in	ventriculum humidum
cibus temperatus	in	ventriculum mediocrem
cibus temperatus	in	ventriculum siccum
cibus ficus	in	ventriculum humidum
cibus siccus	in	ventriculum temperatũ
cibus ficus	in	ventriculum siccum

in fi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In singulis coniugationibus sunt multi gradus. quam nominibus excesuum potest subesse plus aut minus,& hoc aut alterutro,aut ambobus. nihil enim prohibet plus humoris esse in cibo humido & ventriculo mediocri,quam in cibo humido & vētriculo humido.si scilicet excesus cibi illic, maior sit quibus aliis.quare non solum oportet te considerare,an siccus cibus in humidum ventrem in geratur,sed quanto excessu vtrunque fiat.nam & in duabus coniugationibus, in quibus opposita sunt contraria contrariis,vt humidus in sicum,aut siccus in humidum,possunt esse excesus contrarii pares quibus pares sunt,eodem modo faciendum est,ac si ventriculus esset mediocris &cibus mediocris:quas tres coniugationes oportet tanquam vnicam regulam esse,vt pote consistentes in mediocritate:deinde reliquas ab his,consideratis excesibus,extimare.quæ regula non tantum in instituēdo sanis victum,sed & ægrotantib⁹ erit necessaria,cum monitum paulo ante sit, nihil interesse siue ex natura,siue ex morbo,sit humor ventriculi.Imprimis illud monuérim,habendam esse hac in re maximam consuetudinis rationem,seruādamque perpetuo eam esse,si sit vtilis, si inutilis,paulatim permutandam, transferendumque hominem esse,citra repentè factam mutationem,ad id quod exigit natura.tamen nihil indicante consuetudine,de qua scriptum à nobis alibi diffuse satis est,in tribus illis coniugationibus moderatis,censeo reficiendum esse hominē alternatim cibo & potu,quo illis ita permixtis,elixatio fiat melius,ac distributio,& neutrum alteri innatet, incipiendam veró refectionem a cibo (ita enim fert natura,vt fames sitim anteuertat in moderatis naturis, cuius causa pendet ex iis quę de causis sitis naturalis & præter naturam superiori libro scripsimus,capite septimo) finiendam vero potione,quò nulla cibi pars in ore ventriculi hęreat.atqui hæc potio, qua refectio cōcluditur copiosior esse debet,si homini,aut ex structura oris ventriculi,aut alia quapiam causa,tarde cibus descendit.quā quam melius est(si fieri potest) vt hic deffectus inambulatione supleatur, & reliqua quæ diximus pro quantitate potus considerentur.Reliquarum coniugationum tres sunt in excessu humoris, prima & secunda & quarta:tres in excessu siccitatis, sexta & octaua & nona,cum ergo ex vnico aut duobus excessus fiet maximus humoris comedendum censeo,& abstinendum a potu,vsque dum peracta sit vētriculi concoctio:cum excessus humoris est sed non adeo magnus,comedendum copiose prius, deinde bibendum semel,nisi hic quoque melius videatur,paruulam portionem cibi,qua concludatur refectio reseruare.Cum excessus in siccitate est immodicus,incipiendum a potu est,& deinde cibo alternatim potuque ingesto,rursus refectionem potu cōcludendum (nam toto potu prius,deinde toto cibo,vtendum nulli censeo.est quæ iam ex sex illis modis refectionis hic inutilis) si vero excessus in siccitate mediocris est,satis fuerit refectionem potu concludere, etiam si incipiatur à cibo, modo largiusculo potu vtatur.hæc itaque est forma vtendi cibo & potu,quam ipsa ratio videtur inuenisse. Quod a Galeno dictum est septimo methodi,fortasse non prohibet inter cenandum potare,sed a cena, vsq; ad completam concoctionem.quòd si totum potum interdicit,tunc temporis intelligendum est,illū denegare, cum egrotans vtitur potui idoneis cibis aut nimis humidis.nam aliter non intelligo,quaratione non sit inutile,in refectione extenuati hominis(de hac enim in illo loco disputat) cenan totam omnino sine potu transigere:aut qua ratiōne non fiet cōcoctio praua, similis coctura carnium,quæ deffectu interflui humoris,testæ ipsi adhęrescunt,& vruntur.pro reliquis argumentis satis est,in ventriculo & cibo temperatis a cibo incipere,& potione finire,etsi alternatim fiant.quare hæc controuersia satis perspicuam est consecunta decisionem.

¶Caput sextum.De aqua an sit cibus,an tantum potus.

DE aquæ potentia & an ex ea bibita aliquod alimentum accedat corpori, videtur esse non leuis cōtrouersia:quandoquidem hippocrates.3.de ratione victus in morbis acutis 19. inquit: sed mulsa quā aqua multò potentior est,sola epota.Galenus in com.indicare(inquit) videtur hac voce,potētior,aquam quoque aliquam nutriendi vim habere: Arist.1.sect.poblematum.13.cur(inquit) mutationema quarum grauem,aēris vero non grauem esse affirment? an quòd aqua corpori bus alimentum est,aēr autem nullum exhibet alimentum?Galenus cap.24.de pulsibus ad tyrones.aqua omnium quæ offeruntur minimum alimentum præbet.Est igitur de sententia horum aqua tenuissimi,sed tamē alicuius alimēti.sed cōtra est communis omnium medicorum opinio,atque adeo veram.Gal.4.de vsu particularum cap.5.de aqua ita scripsit. Et enim in hac ad huc vena multo humore tenui & aqueo plenus est sanguis.vocat autem ipsum ὄχημα τροφῆς hoc est vehiculum nutrimēti,simul cum appellatione vsum quoque eius ostendens.neque enim ex ventriculo in venas commode transsumi poterat chymus,iam ex cibis factus,neque facile transire uenas,quę sunt in hepate & multę & angustę, nisi tenuis quidam & aqueus humor fuisset ei admistus vt vehiculum. in hunc itaque vsum subseruit animalib⁹ aqua.siquidē ex ea nutriri nulla particula potest.3.etiam de ratione uictus acutorū com.17.Galenus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lenus inquit, at quę nullo modo nutriunt sicuti aqua, neq; virtutem imbecillitare, neq; roborare verè posis dicere. monstratum etiam à nobis est in primo harum controuersiarum libro capi. 2. hoc significasse galenum. 4. part. aph. 13. cũdixit. Aqua vero neq; epota, neque extrinsecus occurrens, apta est solidas animalis partes humectare. Aristo. lib. de sensu & iis quę sentiuntur, monstrat aduersus pythagoreos, aquam non nutrire, quia neque simplex aliquod elemẽtum potest corpus mixtum nutrire. Sed præter hæc omnia, & modus ipse substantiæ, qui in aqua conspicitur, id indicat. Est enim tota seri similis fluxa nullius particeps pinguitudinis, quæ affigi posit, & affixa nutrire. neque quisquam aduersum monstret, si quis nobis obiiciat iuxta galeni sententiam, aërem & halitus odoros nutrire, quæ tamen tenuioris sunt substantiæ, quã aqua. Nam ex illis nullum firmum membrum nutritur, sed spiritus animalis generatur, qui parum abest ab ipso aëre, & si quid aliud in humano corpore est aëreum, & ab ipso aëre quã minimum differens. Aqua autem crassior est, quã vt spiritus per se augeat, & fluxior, quã vt membra nutriat. quare proculdubio fert vera sententia, aquam nullum præstare alimentũ. Pro Hippocrite respondemus, illum insinuasse, aquam esse potentię alicuius, non quòd nutriat: sed quòd tardius exoluantur homines vtententes sola aqua, quã hac etiam priuati, quia aqua humectans ventriculi os, prohibet resolutionem. Galenus ad tyrones non dixit, minimum alimentum præbet, sed minimã permutationẽ. Nã in nostro codice basilieæ est. βραχυτάτην τροφήν in aliis forte τροφήν. Aristot. in problematis, loquebat de aquis medicatis, quales sunt aqua mellis, fœniculi, & anisi. Nam ipse addit aquarum esse multas species, simplicis vero aquę vnica est species, quare de illis loquebatur, quę ratione permistionis possunt nutrire. Sed de re facillima hæc satis, superq; sunt.

¶ Caput septimum. De cœna & prandio.

VEtus controuersia est, nondũ satis perspicuè decisa, an expediat plus cibi in prãdio assumere quã in cœna, quod in vulgari praxi iam est, an contra in cœna plus, argumentantib⁹ medicis vtinq; ex magis copiosa cœna fieri dicunt fluxiones, & morbos capitis, si qui sunt, augeri, neque minus hypochondria intumescere. si quidem somnus, qui cœnam sequi solet, vt motus prandium, caput replet, & gratia adiunctæ quietis facit retentionem excrementorum, & minus fœlicem alimẽtorum distributionem. Quare si multum cibi in cœna assumptum esset, confectę concoctioni non succederet distributio, cum plerunque plus temporis duret somnus, quã insumitur in prima concoctione ventriculi. aquo non deductis cibis in hepar & venas, vt oportet, necesse est etiam secundam & tertiã concoctiones deterius agi. Contra est, quòd vt motus distributionem iuuat plusquàm somn⁹, ita somnus iuuat concoctionem plusquàm motus, & vt motus nimius concoctionem prohibet, anticipans distributionem, ita somnus quiete distributionem impedit: Sed in assũmenda maiori ciborum copia, maximè spectandum est, vt coqui possint, eo igitur tempore conueniens est assumi plus, quo ex consuetudine & natura somnus succedit, quã quo motus. neq; verò post prandium solus motus est, qui iuuat distributionem plus & minus concoctionem (posset enim homo etiam interdiu quiescere) sed ipsa vigilia calorem & spiritus ad externa vocat. neque si quis interdiu dormiat (est enim etiam hoc quam multis in consuetudine) tantùm confert concoctioni diurnus somnus, quem calor ipse aëris ambientis, & solis splendor, contrario motu agentes spiritus & humores, grauem faciũt, quã nocturnus, quẽ temporis oportunitas, tenebra, & communis quies iuuant. Hæc videntur docere hip. & Gal. ille primo de rat. vict. acut. 25. dicens, mane potiõe vtendum vesperi ad cibos confugere: hic. 7. Meth. cap. 6. vbi docens extenuatis esse cœnandum lautius, quàm prandẽdum, communem videtur protulisse sententiam, his verbis, studendum enim semper obseruare, quod in superioribus suasimus, cum vesperi censuimus valentius alimentum tribuendum, nõ modica commoda percepturis, qui ita cibabuntur. atqui addit has rationes quæ, quamuis loco illo refectioni extenuatorum accommodantur, tamẽ cõmunes omnibus sunt, qui iuxta communem hominum consuetudinem victitant. tantum enim inquit esse debere primum cibum, quantus integrè coctus esse posit, antequã secundus assumatur. Ergo tanto maiorem esse oportet vespertinum cibum meridiano, quantò oportunius ad concoctionem tempus illum excitat, & quanto plus temporis est à cœna ad prandium, quã à prandio ad cœnam. Constat has rationes non esse proprias ægrotantium, sed communes illis cum benè valentibus. quare aperte redarguuntur, qui in hac controuersia censent, ægrotantibus esse cœnandum plus, & benè valentib⁹ prãdendum. Dicunt enim ægrotantes non tã esse reficiendos, quã cõseruandos, idq; debilitatos mediocriter, esseq; illis facultatem debilem, proinde consulendum maxime esse concoctioni, dandũque illis crassiorem cibum ante somnum, quã ante motum, tamẽ sanos homines roborari debere, & quia firma facultate sunt, licere illis etiam non expectato somni tempore, crassius assumere, plusquàm, cum plus resoluuntur, interdiu scilicet, quã cum coquerent plus, sed resoluerentur minus. Verum sententiam hanc ipsa galeni verba redarguunt, qui nuper citato loco post verba quę adduximus, addidit cõ-

firmationem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

firmationem nouam exemplo athletarum, dicens, itaque & athletæ omnes sic faciunt, ea re non ratione tantum inuenta, sed etiam multi temporis experimento attestante. Hæc Galenus. itaque non ęgro, tantibus solùm censet expedire, plus cibi assumere in cœna quàm in prandio, sed & athletis, quos hip. dixerat in aphorismo summum bonitatis attigisse. Sed neque illorum ratio, quam quā hęc aduersus illos non inuenirentur, quidquam suadet. Nam esui commodius tempus est, cum resolutio præcesserit, quàm cum fit, nisi interim dum fit in præceps periculum hominem deducat. Nam dissolutio quæ fit, impediret crudorum distributionem, prohibetque concoctionem duobus modis, primo euocando calorem ad externa à visceribus, secundo illa ipsà, quam diximus, crudorum distributione. Igit cōmodius est resolutionis ipsius finem expectare, reuocationemque caloris ad viscera, & tunc tandē nutrire. Nihilominus si resolutio vehemens fit, & non dat tam conspicua inditia expectādi, rapitur instituentis victum mens ab eo quod magis vrget, cibatque & præproperè & multum. tamen quando mediocris resolutio fit meliùs est interim dum motus, aut altera causa resolutionis præterit, tantum dare quod sufficiat, nimiam resolutionem cohibere, integram verò refectionem in tempus quietis reseruare. Ergo oportunius datur bene valentibus & tractantibus negocia ciuilia, exercentibusque vehementiores motus, cibus multus & crassus in cœna, quam antecesit multa resolutio, quā in prandio, quod succedit nocturnę refectioni. Alii sunt qui controuersiam hanc dirimunt per eorum, qui ciban tur temperamēta, dicentes, pituitosos indigere ampliori prandio, ne multitudine cœnæ & pituitæ suffocetur calor per somnum, bilioſos contra. tamen hi falluntur. Nam in instituenda ratione victus cō siderari debet facultas, & si quis est affectus in corpore siue naturalis siue præter naturā, qui exposcat, aut prohibeat perse, aut saltem, si non perse, perpetuò. prętęr hęc non oportet quicquam considerari. tamen temperamenta neque per se neque perpetuò possunt indicare hac in parte nō enim si frigidus & humidus natura homo est, proinde pituita redundet mòdo. Alij confugiunt ad consuetudinem dicentes, faciendum cuique esse, prout consueuit. qui omnium minimè falluntur. Nam quemadmodū Galenus inquit, quinto de tuenda valetudine, magna ex parte homines assuescunt iis, quæ sibi conueniunt ex natura, recedunt enim à contrariis frequenter lęsi. falluntur tamen nihilominus & hi. Nam quanquam consuetudo, ne noxia quidem, permutanda repente non sit, quod diffusius quam per sua consuetudine docet hip. 2. de rat. vict. acut. tamen permutanda sensim est, si alioqui nō est expediens. Alii dicunt cœnandum esse plus, quam prandendum omnibus, demptis iis qui ægritudinibus quibusdam affecti sunt, vt qui catarrho grauidine aut distilatione laborant. tamen ne hi quidem verè respondent. non enim omnibus benè valentibus ita cœnādum est, sed sunt quibus propter naturalia vitia cōtrarium expedit. Quid itaque iam tandem respondendum sit, audi. Inter cœnam & prandiū sola diei hora interest, quòd scilicet prandium propè meridiem, cœna circa vltimam diei horam sit. ex qua differentia, cum hominum consuetudine, quam oportunitas ipsa temporis effecit, natum est, vt melius coquantur quæ in cœna assumuntur, quā quæ in prandio, quoniam scilicet illam excipit somnus, hoc tutus. cum igitur in assumenda maiori aut minori ciborū copia, illud in primis spectandum sit, vt nō plus assumatur quam coqui possit, cōstat indicatione ab hora cœnę & prādii, pręcisis reliquis omnibus, plus assumi debere perpetuò in cœna. Sunt tamē aliæ indicationes aut ex morbis, aut ex iis quę cōsiderantur circa peculiares naturas, quæ contrarium fieri suadent. vt in morbis omnibus nuper dictis abstinendum à copiosa cœna est, atque, vt semel dicam, in omnibus morbis capitis, quoniam somnus caput replet, potissimum si magna copia crudi succi in ventriculo est. hac ratione de refectione epileptici ita scripsit Auicena, Et ille cuius consuetudo non tolerat, vt semel reficiatur, diuidat cibum suū, qui est minor refectione sua in tres partes, & summat duas tertias in prandio & tertiam in cœna, post exercitium subtile. Hæc Auice. intelligendum tamen est, illud præceptum sumpta indicatione à consuetudine, & morbo, de quo disputabat. Nam ex indicatione cœnæ & prandii contrarium fieret. considerari etiam debet circa naturas eorum quibus victus instituitur, qui sint ad cōcoctionem meliùs cōparati, quā ad distributionem, & qui contra. fit verò vt aliquis facile multumque commutet, propter naturalis caloris vehementiam cum bono temperamento, vt difficilè aut parùm, propter contrarium. distributio facilis fit propter amplitudinem viarum, difficilis propter angustiam. Ergo perpendēdum est quanta sit amplitudo viarum cum quanta commutandi facultatis fortitudine: quibusque fortior erit concoctio, quā distributio facilis, plus prandendum est, quam cœnandum. hi enim magis debent studere distributioni, quippequa indigent magis, quā cōcoctioni. quibus vero facilior est distributio quam concoctio facilis, cœnandum plus est, quia debent studere magis cōcoctioni. quibus ambo sunt æqualiter facilia, cœnandum etiam lautiùs est, quia cum reliqua sint æqualia, sola relinquitur horæ indicario. quod vt appertius fiat, considera ex virtute commutante & viarum amplitudine nouem tantum fieri posse coniugationes, eo ordine, quo in hac tabella continentur.

facultas	vasa.
fortis	ampla
fortis	mediocria
fortis	

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fortis	angusta
mediocris	ampla
mediocris	mediocria.
mediocris	angusta.
debilis	ampla.
debilis	mediocria.
debilis	angusta.

¶ Tres horum debent plus prandere, quam cœnare, quibus scilicet sunt cum facultate forti vasa mediocria, aut angusta: aut cum facultate mediocri vasa angusta. reliqui omnes debent cœnare plus quã prandere: tres, quia propter æqualitatem insequuntur indicationem horæ, quibus scilicet est facultas fortis & vasa ampla, aut illa debilis & hæc stricta, aut hæc mediocria illa mediocris. reliqui tres nõ propter hoc solum, sed etiam quia debent studere concoctioni plus quã distributioni, causa suæ peculiaris naturæ. Sed de hac quæstione satis diximus.

¶ Caput octauum. De cruditatum speciebus & causis.

QVod in ciborum vsu maximè expeti debet est concoctio perfecta, quam, vt aliam quamcumq; actionem (dictum hoc est in quarto libro diffusè) cõtingit tripliciter vitiari, vel imminutam, vel sublatam, vel in malam quampiam qualitatem conuerso cibo. vocantur communi quodam nomine hęc vitia cruditates: nomine peculiari duo illa priora cruditates, tertium corruptela. Fiũt hęc cum in officina concoctionis morbus est aliquis aut temperaměti aut compositionis: vel cũ citra morbum partis alimentum ipsum non est commodum: potest esse incommodum quantitate, aut qualitate, aut ordine assumptionis. nomine qualitatis intellige quod qualitate aliqua malum est, aut inconsuetum, alioqui non malum (dicemus paulo infra in hoc ipso libro causam qua quod inconsuetũ est, non recipitur amice, etiam si malum non sit) adde ordini assumptionis modum etiam, si scilicet semel aut bis: aut pluries assumitur. Est enim peccatum in modo assumptionis, si quis quod oportuit semel ingeri, in plures refectiones partitus est, aut contra, quod debuit diuidi, semel ingessit. potest etiam, ad hæc, fieri, vt in alimenti quantitate aut qualitate, aut ordine, aut modo assumptionis nihil peccatũ sit, & interim nullus in corpore subsit morbus, tamen vt non rectè coquatur cibus, culpa aliarum rerũ non naturalium. nimirum res non naturales, quibus victus constat (has in sex capita digessit Galenus in arte medicinali, in ambiens, motum & quietem, somnum & vigiliam, quæ retinentur aut excernũtur, quæ ingeruntur, & in animi motus seu perturbationes) quandam proportionem necesse est, vt inuicem retineant. scilicet somnus debet esse longior, aut breuior, pro quantitate & qualitate cibi, & cibi quantitas pro modo exercitationis, quę antecesit, & exercitationis modus prout maiores aut minores euacuationes antea sunt factæ. quodcunque illorum ab hac proportione deficit, non modo lædit per se, sed etiam aliorum vsum in deterius permutat. vt si quis cõmodè cœnauerat & ex occasione fortuita, postea minus dormit, non tantum non quiescit vis animalis, quantum expedit (qui vsus somni est per se) sed & alimento accident cruditates aut corruptiones. de quarum speciebus & causis agitanda modo controuersia est. Duplicem nanque esse corruptelæ quæ cibis accidit speciem, aliam quæ in accidam vertit, aliam quæ in nidori similem qualitatem. celebratissimum est apud Galenum. neq; minus celebratum est acidam illorum qualitatem ex frigore fieri, aliam ex calore. docemur hæc à galeno. 3. de causis simpt. ex professo præter multa alia loca. contrarium tamen censet tralianus libro. 7. cap. 14. vbi de ructu accido hæc scripsit. Nouimus autem plerosque medicos putare omnem acorem à solo frigore prouenire, qua de causa semper his calefacientia adhibent. Video rursus multos etiam à refrigerantibus cibis adiutos esse, qui antea à calefacientibus plurimum offendebantur. Hæc tralian⁹. cui sententiæ fortasse videbitur alicui fauere Anicœna qui fen. 13. libri. 3. tract. 1. cap. 17. ita inquit, acetosus sapor significat frigiditatem stomachi, sed minus frigore cũ quo non digeritur cibus omnino, quandoquidem significat calorem debilem cum humiditate faciente ebulire. Arripies etiam ansam argumentandi ex hoc traliani opinione ex hipp. 6. part. aph. 1. vbi ita scripsit. ructus accidus, qui non antea apparebat in longis lęuitatibus intestinorum bonum. quia scilicet, interprete Galeno, significat calorem iam aggredi concoctionem. igitur actione caloris videtur hic acor consistere. Addit tralianus argumẽtum à minuantibus & nocentibus. nam cum dixerat multi à calefacientibus lædebantur & á refrigerantibus iuuabantur: nam vinum magis ipsis acescebat, quam calidiores potiones factitiæ, quæ expipere, aut anisso, aut alio quopiam huiusmodi parantur medicamento. Vt hęc controuersiola decidatur, animaduertendum est, acidam cruditatem frigidæ causæ esse semper, non tamen frigidum ventriculum semper indicare, sed non tam calidum, quam pro commutatione alimenti esset opus. itaque est

est id frigidus, quod indicat cruditas acida, ad aliquid. quare potest esse acoris causa in intemperie vẽtriculi, aut in resistentia alimenti, nam alimenta quæ coctu difficilia sunt, & corruptu facilia, nisi ventriculus valde calidus sit, etiam si non sit frigidus acescunt. Constat tamen, vt tunc quoque acoris causa non sit calor, sed caloris deffectus. eodem modo si ciborum corruptio à prauis humoribus in vẽtriculo fit. à calidis quidem nidori similis, à frigidis fit acida qualitas. Ex his causis fit acor, qui tamen ab extremo frigore nũquam fit. Nam hoc integram apepliam facit. ex dictis non dubium est, quamquã acida cruditas semper fiat, quia calor naturalis ventriculi minor est, quã pro alimento perfectè cõmu- aut quia succi frigidi redundant in ventriculo, tamen fieri posse vt res valde calida in ventriculo non frigido acescat, si scilicet eadem vt est valde calida, ita sit coctu difficilis quem acorem constat vsu similium rerum, aut etiam calidiorum, modo sint etiam coctu difficiliores, auctum iri, tamen vsu frigidiorum, & perinde faciliorum curatum iri. exemplo est vinum, quod in non satis calidis ventriculis, non coquitur, sed acescit. Quem acorẽ si quis velit curare generoso alio vino, augebit, si vero vinum cum decocto cinamomi commutet, sanabit. hoc Tralianum decepit, coęgitque à Galeno recedere. Constat non minus ex dictis fieri posse vt in ventriculo aliquo dum habet vehemens frigus, cibus non acescat, sed procedente tempore aucto non nihil calore, acescat, si scilicet, cum frigidior erat ventriculus, omnino cibum non alterabat. Hoc enim est maximum frigus, cum calor, non tantum non commutat, sed neq; commutationẽ aggreditur, vt docet Gal. nuper citato loco ex. 3. de causis sympt. nihilominus tunc quoque cum propter calefactionem ventriculi incipiunt cibi acescere, fit ex frigore acor. non enim fit, quia est tantus calor vt ad acorem conuertat, sed quia non est tantus vt possit cõmutare perfectè. Hæc dixit optimè Auicena, appositissimo vsus exemplo, loco quem paulo ante diximus. Et aliquãdo quidem (inquit) significat calorem debilem cum humiditate, facientem ebulire humiditatem parum, qui postea separatur ab ea deficiens in digerendo, quare accidit acetositas, sicut fit in musto. Acescit enim quando infrigidatur, & acescit quando feruet à caliditate debili. Sed de leui hac controuersia hæc sufficiunt.

¶ Caput nonum. De hora veneri idonea.

INter antiquos controuersia agitata est, de venereorum vsu epicureis negantibus eum vsum conferre aliquando posse ad valetudinem, & hippocrate asserente. Tamen cõuenerunt iam medici omnes in eam sententiam quæ venerem causam salubrem esse affirmat, cum oportune occurrit corporib⁹. Sed quæ hora sit illi oportuna, non adeo est communis consensus. Galenus siquidem lib. 2. de tuenda valetudine enarrans sententiam hippocratis, referensque ex illo hæc verba. Labor cibus somnus ven⁹ omnia mediocria. ipsorum verborum ordine, ordinem rerum dicit contineri. Itaque somnum à cibo, & venerem à somno, et ante laborem agi debere. Nimirum eo tempore est corpus maximè in omniũ rerum mediocritate constitutum, non enim eo tempore à cibis grauatur, quia hos confecit iam somnus, neque corpus quidquam est exolutum, nondum enim post refectionem laborauit. eo tempore minimè incurret corpus eas noxas, quæ venus solet parere. Sunt hæ quas Ætius vno capite tertii libri collegit, virium exolutio, cruditates, sensuum hebetudo, obliuio, tremor, articulorum dolor, renum & vesicæ morbi, oris graueolentia, dentium dolor, gurgulionis inflamatio, sanguinis sputum. Prẽter hæc solent in pudendis fieri exulcerationes. quanquam neque hæc solum sed febres etiã, &, vt semel dicam, omne mali genus, ad quod, alioqui paratus homo est, potest ex coitu incipere. nimirum ex virium exolutione aut ex eneruatione, aut ex labore aut desiccatione aut fluxione, aut partis cuiuspiam ruptione, aut refrigeratione. ad hæc omnia videtur dicto in tempore corpus minimè paratum quoniam eo tempore virtutes omnes tã naturales quam vitales et animales ex cibo & somno refectę sũt, naturalis alimento, animalis somno, vitalis vtriusque, & reuocatione caloris ad interna, quæ per somnum fit. nerui recens refecti minimè laxant, quæ recens humecta sunt membra minime rumpuntur, quæ nondum laborauere minime fluxiones patiuntur, peractis concoctionibus minus periculi est à cruditatibus. Igitur hora concubitus haud dubiè est quam hippocr. & Gal. diffiniuere à somno ante laborem. quamquã aliter videntur sentire multi probati autores. Paulus lib. 1. cap. 35. ita scripsit veneris itaque oportunior occasio à cibo (ceu mox mihi dictum est) & ante somnum. Ætius lib. 3. tetr. 3. cap. 8. ita inquit: commodissimum coeundi tempus est à cibo non nimium ingesto. Videtur itaque vt hi autores videantur commendare coitum ab assumpto cibo. Neque vero horum opinio videtur rationibus destituta. Nam id tempus videtur commodissimũ ad veneré, quod statim consequuturus somnus est, incommodissimum, quod labor. nam cum venus omnis aliquatenus exoluat vires, etiam quę est moderatissima, constat, qua ratione per famẽ à labore abstinemus, eàdem aut proximis maiori post venerem esse abstinendum, indulgendum vero somno, qui veneri omnia facit aduersa: humectat nẽpe & reficit. Igitur aut ante somnum vtendum venere est, aut abstinẽdum omnino ab exercitatione, quo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quo tamen nihil est valetudini aduersum magis. Addunt cibum ante venerem præseruare à noxis. Nã minime refrigerabitur tunc temporis corpus. cum enim cibus omnis, vt cibus est, sit calidus, docente Gal. 3. de temperamentis, videtur tunc esse corpus calidissimum cum mediocri cibo est refectum (copiosissimus enim etiam refrigerat) & tunc refrigeratum iri minime, cum est calidissimũ. Addunt etiã bonum aliud prolis (quod etiam medicos considerare, par est, cum is sit naturæ finis) quòd (scilicet) tempus ad liberos procreandum, est accõmodatissimum, cum aliis nominibus, tum etiam, quod mulier somnum capiens, semen genitiuum melius continet: contra si statim à concubitu mulier vigilat & laborat, excidet semen. huic secundæ opinioni videtur etiam adhæsisse celsus qui libr. [illegible] concubitus interdiu peior est, noctu tutior, ita tamen si neque illum cibus neque hunc cum vigilia labor sequitur. vides vt celsus à concubitu interdicat cibum & motum, quare somnum videtur cõcedere: vt sequatur cibum & antecedat somnum. Franciscus Valeriola in quadam enarratiõe ita statuit, de re agi debere, vt prima fert opinio, tamen autores ita componit. Hippocratem & Galenum rectũ cõcumbendi ordinem tradidisse, alios autores, contulisse inuicem errores, quasi dicerẽt haud quaquam optimum esse concumbere pleno ventre sed minus malũ, quam vacuo. Ego quidem hac in parte quãquam quod ad rem attinet verè & doctè eum statuere arbitror, & acutè autorum sententias interpretari, tamen frustra illum in hac conciliatione laborasse, quandoquidem ipsa autorũ verba videnť hãc interpretationem redarguere. Nam cum Ætius dicat, commodissimum coeundi tempus est, nullum putat esse commodius. paulus quoque, nulla errorum in tempore facta mẽtione ita scripsit: καιρὸς δὲ ἐπιτήδειος μίξεως μετὰ τροφὴν, ὡς ἐφὴν πρὸ τῶν ὑστερῶν id est, expediens aut vtilis aut conueniens (hęc enim significat dictio ἐπίτηδειος) occasio coitus est vt dixi post cibum & ante somnum. Quare alius fortasse aliter dixerit, coitu posse homines vti aut ad tuendam valetudinem, aut ad liberos procreandos (duo enim hæc præstare potest) atque ita posse dici commodissimam coitus horam, in qua ille maxime conferat valetudini, aut in qua liberi maxime procreẽtur. Galenus loco dicto seruandæ valetudinis præcepta docebat, Aetius & Paulus necnon celsus ambo videntur respexisse, eòque iniunxisse post concubitum somnum haud quãquã motum. Cæterum horum oportet vt rationem perpendamus. Ad tuendam valetudinem non dubium est commodius esse primùm toto somno vti, deinde venere, quã aut statim à cibo vti venere, dein somno, aut somnum interrumpere interiecta venere. Nam ea quæ ex aduersa assertione adducebamus, forent quidem formidãda post coitum nimium, sed post moderatum non sunt. Nam finiẽte celso, moderatus concubitus est quem neque langor corporis neque dolor sequitur. hic corpus excitat. igitur si talis est, nihil habet formidinis, statim à moderato cõcubitu moderatè etiam exerceri. Si quidem immoderatiùs esset indulgendum veneri, aut post venerẽ ad immoderatos motus cogeremur, satius esset, somni bonã partem ad reficiendas vires in coitu collapsas reseruare, modo verò artem optimam tuendę valetudinis requirimus, per quam omnia agunt moderatiùs. multo minus habet probabilitatis, quod de prẹcauenda refrigeratione dicebatur. Nã magis copiosum calorem contraxêre membra post somnum, quam statim ab assumpto cibo. Sunt enim eo tẽpore melius refecta, cibi vero nõ aliter calidi sunt, quam reficiẽdo, primo enim occursu potius refrigerant. quare, quantum ego intelligo, cibus non ingestus ad satietatem multòminus impedit futuram venerem quàm satietas, tamen tam vtilis non est quam completa cibi cõcoctione, saltẽ secunda, nullo denuo sumpto cibo. Quare quod ad hanc partem attinet (ad tuendam dico valetudinem) decepti procul dubio sunt illi autores. At fortasse conceptui rectè prospexerunt. Sed neque hoc mihi videntur exactè feciſſe. Nã peractis illis concoctionibus non dubium quin plus concoctiusque semen sit efluxurum, quod verò de quiete ad retinendum dicunt, nihil moror. id enim mulierem solum expedit facere. nisi mauis virum in lecto continere, vt concipiat mulier. iam vero mulierem ipsam vt cõcipiat, & coctum beneque elaboratum semen præstet, melius est quiescendi ad conceptionem tẽpus tempori exercitationis detrahere, quam concoctionis. Iube igitur, si omnia melius agi vis, & circa parentum valetudinem, & liberorum procreationem, dormire ambo parentes ab assumpto cibo quantum satis est, indulgere deinde veneri moderatè, post modumque virum ad consuetos labores remitte, fœminam in lecto aliquanto plus iacere fac. Nulla itaq; ratione mihi videntur illi autores posse ab errore vindicari. Nisi forte dicas, illos non consuluisse, quę optima esse præsensissent, sed quę hominũ intemperantiam ferre posse non desperabant. cum enim à cibo & potu recens ingestis adeo homines indulgentur ad venerem, ad quam sua sponte sunt procliues, fortasse non sperabant fore, vt aut completum somnum spectarent, aut saltem completæ concoctionis tempus, eoque consuluere, quod minus erat factu graue, à prandio deambulare, & à cena Tantilum dormire. Sed quidquid illi dixerint, si quis sibi bene vult, interdiu abstineat. Facit enim venus eo tempore lassitudines, noctu tantum somni spectet quantum ad ciborum confectionem sentiat suffeciſſe, post modũ vero si tantillũ somni veluti auctarium, recreandarum virium gratia, velit addere, id etiam probo, modo prolixus hic somnus non sit, neque commodæ exercitationis obliuionem faciat.

¶ Caput decimum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Caput decimum. De loco generationis excrementorum.

NEcesse est ex quacunque concoctione prouenire excrementum aliquod, vt Galenus docet libro primo operis de tuenda valetudine. nimirum calor coquens separat id quod est ineptum ad cõcoctionem, à parte vtili. hac ratione tot sunt excrementorum, quot concoctionum differentię. Est scilicet excrementum ventriculi, quod egeritur per intestina, excremẽtum hepatis, aliud biliosum, quod trahit' auesica fœllis, & egeritur ad intestina, aliud crassum, quod trahitur àliene, & regeritur in ventriculum, aliud sero simile, quod trahitur à renibus, & reiicitur in vesicam. In venis & singulis mẽbris [illegible] sua excrementa, tenuiora alia, quæ vacuantur per sudorem, aut expirationem occultam, alia crassiora, quæ sunt cutis sordes. Hac ipsa ratione videtur fieri, vt excrementa in eisdem omnino locis generentur, in quibus alimenta, & vt eâdem actione caloris generentur alimenta, & secernantur ab eis recrementa. Nam cum alimenta fiant (voco hac in parte alimentum, in vnaquaque concoctione partem vtilem, quæ concoctione separatur ab excremento) natura appetente illorum generationem per se, & propter bonum, ad nutritionem scilicet, excrementa vero non ita (neque enim natura appetit excrementorum generationem) sed propter ineptitudinem materiæ, quę nõ est apta coqui, in talem formam recidant. Constat non posse habere excrementa loca diuersa generationis, à locis, in quibus alimenta fiunt, sed in eisdem prorsus locis, interim dum hæc generantur per se à facultate, illa fieri ex accidenti vitio materię. Hinc colligunt plerique feces eas, quæ per aluum emittuntur, in ventriculo generari, quandoquidem concoctionis quæ agitur in ventriculo excrementa sunt. Hanc sententiam videtur sequutus Auicena fen. 16. lib. 3. tracta. 1. capi. 1. vbi inquit, eorum quæ sunt in ventriculo fieri facilem descensum in intestinum primum ab ipsis fecibus idque his verbis. Penetrans autem in intestino primo patitur à duabus virtutibus, quarum vna est expulsiua, quæ est in stomacho, & altera attractiua, quæ est intestino, & adiuuat eam fex quæ prouenit propter summam cibi, & fit facilis propter illud expulsio eius per viam temperatæ amplitudinis. hæc sunt auicenæ verba quibus aperte videtur innuere dictam sententiam de fecum generatione. Nisi forte nomine fecis intelligit illic Auicena crassam cibi partem in ventriculo separatam, ex qua sunt in tenui intestino feces generandæ. Sed contra dictam sententiam videtur esse, quòd feces in ventriculo nunquam continentur, & quoties vomitu reiiciuntur (id vero fit, per eam intestinorũ affectionem, quam voluulum appellant) fieri illis ascendentibus per magnam vim ex intestinis coniectat Galenus. 3. de causis symptomatum, &. 3. epid. parte. 2. com. 6. atque cum illo medici omnes nemine adhuc dempto, quanquam qui primam sententiam sequuntur, vt his respondeant, ita statuunt. Feces induere formam & naturam in vẽtriculo, hãcque habere per generationem: in intestinis vero formam quæ est in accidentibus comparare, eamque per secretionem à chylo, eòque in intestinis esse fęces, quæ tales conspiciantur, quia à chylo sunt excretæ, in ventriculo tamen nullas esse (& si re vera sint) quæ sub chyli forma non delitescant. Hæc assertio plerisque arridet, & mihi non videtur adeo improbabilis, vt possit argumentis conuinci. Tamen satis certo scio, Galenum non ita opinari, sed fęces induere formam & naturam in intestinis gracilibus, nõ accidentium modo nam. 3. libro de fac. nunt. cap. 7. Disputans de concoctionum ordine, & quo pacto priores alterationes ad sequẽtes sint necessarię, inquit: iam quomodo statim intenuibus intestinis confertim creabitur stercus? quid enim in his efficatius est ad alterationem, iis quæ sunt circa ventrẽ? vides vt in hoc argumento Galenus assumat stercus fieri intenuibus intestinis. Tuam interpretationẽ (fieri inquam quod ad accidentia attinet per separationem) non ferunt sequentia verba: inquit enim: quid enim in his efficacius ad alterationem dicas? ergo generantur per alterationẽ, alioqui assumet Galenus falsa in argumento. Iam vero satis constat nomen alterationis non accipi apud Galenũ, vt apud Aristotelem pro commutatione qualitatis, sed etiam pro commutatione formæ per concoctionem, id constat, præter multa alia loca, ex toto illo cap. appellat enim concoctiones omnes alterationũ species. Neque enim illic solum, sed toto illo opere & in tractatione de causis symptomatum, & vbi vbi obiter naturaliũ facultatum meminit, facultatem commutantem appellat ἀλλοιωτικὴν & ipsam commutationẽ τὴν ἀλλοίωσιν. 3. de causis sympt. ita scripsit. ἡ μὲν γὰρ πέψις τε καὶ θρέψις ἀλλοίωσίς ἐστιν. idest concoctio em & nutritio alterationes sunt. Iã vero præter hæc, institutũ Galeni loco illo satis declarat, cẽsere illũ feces generari in intestinis per cõmutationẽ, non per solam separationẽ. Nititur em monstrare alterationes extremas per medias alias fieri, atq; inquit, quomodo statim e pane fiat sanguis? quomodo ex beta aut faba, aut re alia quapiã, nisi aliã mutationẽ prius sint adeptæ & quo pacto, statim ac repente fiat stercus in intestinis tenuibus? igit' apertũ est galeni verba significare, generationẽ fœcũ quæ agitur in intestinis, nõ esse solam separationẽ, sed alterationem aliquã, succedentẽ illi alterationi, quæ in vẽtriculo agitur. itaq; non est mihi dubiũ, galenũ sentire, generationẽ stercoris non esse in vẽtriculo, sed in intestinis, vtrũ sit verius non tam constanter affirmo. Ab hac opinione secunda, quã Galeni esse dixi, respondedũ est, generari in ventriculo ex in vtili parte excremẽtũ, interim dũ ex vtili fit chylus, atq; id esse primæ cõcoctionis recremẽtũ (hoc em nõ potest negari) tm stercus nõ dũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

esse vsq; dū descēdēs ad tenuia intestina patit alterationē aliā, p quā nō accidēs modò, sed naturā etiā & formā recipit. Alteratio illa est quędā cōcoctio imperfecta, cui permixtū est aliq d putredinis, qualem superiori libro esse ostendimus suppurationē, & generationē eius, quod continetur in vrinis. Nā feces, quantumuis fiant in intestinis optimè sani hominis, sunt non nihil fetentes. Fiunt tamen pro ratione alterantis facultatis, quæ in homine est, modò putidiores, modò minus putidæ. sed semiputidæ etiam in homine optimè sano fiunt in tenuibus intestinis, quandoquidem illa neque tantum habent innati calidi, quantum ventriculus, neque tam sunt illius expertia, quam crassa intestina. Itaq; h[a]b[e]t calorem (vt ita dixerim) qui semicoquat ac semiputrefaciat. ad perfectam concoctio[nem] non deducunt nisi forte exiguum aliquid aptissimæ materiæ (monstratum enim est antea generari etiam in intestinis chylum, sed non quantum in ventriculo, vt & sanguinem generari inuenis, sed non quantum in hepate) constat verò ex dictis alibi concoctionem imperfectam, partim esse concoctionem partim putredinem, & proinde modò hoc, modò illud appellari. Huius sententiæ fuit proculdubio Aristot. qui. 4. metheo. capi. 3. ita scripsit concoctio in ventriculo nauatur, in aluo putrescit quod excernitur. Itaque concoctio nauatur in ventriculo, & concoctionis illius excrementa per putredinem in aluo fiunt feces. Sed rogabis sint ne feces excrementa ventriculi, an alterius concoctionis. Nam si sunt illi⁹, in eodem loco oportet ipsas generari, in quo agitur concoctio: sin alterius, habebunt intestina ꝓpriā aliquam concoctionem, diuersam à concoctione ventriculi, eamque vt instrumentum commune (ridiculum enim si dicas feces esse excrementa nutritionis intestinorum) quod contra Galeni sententiā est, qui intestina instrumenta delationis excrementorum appellat, concoctionis vero communia solum ventriculum & hepar, ac singula membra sibi solis. Sed neque hoc euertit sententiam Galeni & Aristotelis. Possis enim dicere feces ipsas quodammodo esse excrementa concoctionis ventriculi, quodammodo nullius concoctionis esse excrementa. Nam si exactè loquaris, excrementa primæ concoctionis sunt quædam quæ in ventriculo generantur, quæ interim dum in ventriculo sunt, nō sunt feces, sed delapsa postea ad intestina gracilia feces fiūt, illic quidē nō vt excremēta cōcoctionis alicui⁹ (neq; em̄ oportet) sed cōparantia cōcoctionē quandā imperfectā, vt pus, quod neq; ipsum (quāquam est substātia quædā semiputris) alicuius concoctionis est excremētū. Sed de hac quæstiōe hęc sint satis.

¶Caput vndecimum. De lassitudinibus.

MOdo de quibusdam affectionibus neutris (has enim ad partem salubrem referri antea monuimus) differentes, sextum hunc librum concludemus, diximus paulo ante de cruditatibus, nunc de lassitudinibus dicemus, & iis cacochymiis, quæ cū sanitate nōdum integrè corrupta possunt cōsistere. Igitur primo controuersiam circa lassitudinum species declarabimus, deinde reliqua prosequemur. lassitudinum, quædam manifesta causa fiunt, quas. 3. de tuēda valetudine curat Galenus: quędam spontè fiunt quas curat quarto. De his vltimis dictum est ab Hippocrate. 2. Aph. 5. lassitudines spontè factæ morbos prænuntiant. Vtrarunque est triplex species: vlcerosa, in qua fit per totū corpus sensus mordacitatis, similis ei, qui in vlceribus: lassitudo cum tentione, in qua tentionis quidam sensus fit, quasi intētę sint fibræ: phlegmonodes, in qua perinde habet totum corpus, ac si inflamati essent omnes musculi. Cum ex manifesta causa fiunt, vlcerosa fit calfacto sanguine bilioso q; reddito: lassitudo cum tentione fit, neruis retinentibus eam tensionem, quam per violentam motionem patiebant: cum sponte fiunt. vlcerosa fit ex crudis aut biliosis excrementis. secunda ex multitudine ad vasa. Phlegmonodem Galen. in com. citati aphorismi ex duabus prioribus dicit esse mistam. 4. etiam de tuenda valetudine propè principium in eādem sententiam, cum dixisset tentionis sensum fieri ex plethora, vlceris ex cacochymia, de phlegemonode ita inquit: tertium lassitudinis genus, quod est phlegmonodes ex plethora simul & dicta cacochymia fit. Tamen tertio de tuenda valetudine cap. 6. monstrat differre hanc tertiam ab ambabus aliis, & esse simplicem, quoniam proprium ei quiddam adest, quod nulli aliarum, puta tumor musculorum. Hęc phlegmonodes ex exercitatione fit, non aliter quam cum spō te, exudantibus excrementis à venis ad musculos. Quare quę sponte fit significat duplicem affectionem, plenitudinem in vasis, & recrementa in sanguine. Quò fit vt cacochymiæ quædam species (has declarabimus statim) significetur lassitudine vlcerosa, lassitudine cū tētione, multitudo ad vasa: phlegmonode, plethora cōiuncta cum corruptela. Sed qua ratione Galen⁹ dixerit, modò esse tres simplices lassitudines, modò tertiam nihil aliud esse, quam priores duas coeuntes? In decisione huius cōtrouersiæ considera nomina lassitudinum dici posse, de ipsis corporis affectionibus, quæ sunt neutrę, aut de doloribus, qui has cōsequuntur. Si lassitudines, sensus ipsos tristes appellas, vides phlegmonis sensum compositum esse ex sensu tensionis & morsus. Nam ipse tumor perse nullum ab his diuersum sensum facit. Conuenit igitur hac in re lassitudo phlegmonodes cum reliquis duabus, sola cōpositione diuersa. Sed neque in solis doloribus, sed & in causa ac materia ex qua lassitudines spontè fiunt, ita se habēt. Nimirū cū tētione fit ex multo succo, vlcerosa ex prauo, phlegmonodes ex multo et prauo. Vnde fit vt gal. docet. 4. de tuēda valetudine & lib. de sang. miss. cap. 6. vt multo mai⁹ periculū sit, in hac sanguinem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

guinẽ nõ mittere, quã in aliarũ aliqua. In causis itaq; & doloribꝰ sola cõpositiõe differt phlegmonodes à duabꝰ priorib⁹. Sed si affectꝰ ipsos cõsideres, qbꝰ defessũ corpꝰ afficit, diuersus ab illis, ac tertiꝰ affectꝰ est. Est em̃ in illiꝰ essẽtia tumor musculorũ. Vt ergo phlegmõe à multitudine sãguinea differt, & phlegmõe erisipelatodes à multitudĩe, & à cacochymia, ita phlegmonodes lassitudo, si affectũ ipsũ ita appellas, differt ab aliis lassitudinibꝰ specie, estq; lassitudinis simplicis species. id qđ inter cœtera facit manifestũ in primis, triũ lassitudinũ simpliciũ cõpositio. Fiũt em̃ ex tribꝰ simplicibꝰ, q̃tuor cõpositę, q̃ oẽs faciũt propriis notis distingũtur. Fiũtq; ita septẽ lassitudinũ species, tres simplices, quatuor cõpositæ, vt cõtinet subiecta figurate.

- Lassitudo est aut
  - Simplex hæc aut
    - Vlcerosa
    - Cum tentione
    - Phlegmonodes
  - Cõpositahęc aut
    - Vlcerosa cum tentione
    - Vlcerosa phlegmonodes
    - Phlegmonodes cum tentione
    - Vlcerosa & phlegmonodes cum tentione

Sed oritur hic denuò alia controuersia de hoc lassitudinum numero. Non enim videntur posse tot affectus signis distingui, quot diuidendo diximus. Nam etsi trium simplicium sint proprię notę dictę, & compositorum affectuum signa soleat esse facile colligere ex simplicibus: tamen in his non est adeo facile, causa compositionis illius, quam phlegmonodem diximus habere. Quare phlegmonodem opus est, vt prius cognoscamus exactè, ne reliquas ignoremus. illius signa sunt sensus tensionis & vlceris, & tumor musculorũ. Aliud quoddam symptoma tribuitur huic lassitudini secundo de cau. symp. cap. 5. quod dicit, ὀστεοκόπος, idest ossium dolor, aut lassitudo. Est hoc symptomata quod appellat Auicena fractionem. Nos ab ipsis laborantibus solemus audire, sentire se perinde ac si doleãt ossa vniuersa. cæterum, hoc symptoma quanquam coniungatur magna ex parte cum dicto affectu, non tamen necessario & perpetuò. Nam neque perpetuò lassitudo talis sensus causa sit. Galen. 3. de tuenda valetudine cap. 4. inquit. Tertia verò lassitudinis differentia, qua nimirum ceu contusas, aut phlegmone affectas partes sentimus, tunc maxime solet incidere, cum musculi nimium calefacti attraxerunt aliquid excrementorum, quibus sunt circũfusi. Si autem & in tendonibus & neruis eandem affectionem fieri contingit. ὀστεοκόπον appellant hanc passionem, ex profundo sensu in partibus in alto loco sitis appellationem ferentes. His Galeni verbis haud obscurè significatur ostocopũ tunc accidere phlegmonodi lassitudini, cum humor occupat & tendones & neruos, nõ etiam cum tantum tenet partes carnosas musculorum, sensus tamen tensionis, & caloris mordentis inseparabilia sunt ab hoc affectu. quę ambo cõstat inueniri etiam simul, quando lassitudo cum tentione & vlcerosa coeunt, sed differunt à phlegmonode, quod illa nullum habent musculorum tumorem, hęc habet. hæc ita distinguntur: tamen phlegmonodẽ solam, ab eàdem cum aliarum aliqua cõiuncta distinguere videtur difficile. nam nullum symptoma videtur posse accedere phlegmonodi, ex coniugio alicuius aliarũ. Sed & hoc potest distingui, si attentiùs contemplere, quanquã hæc compositarum signa, non est galenus prosequutus. Animaduerte phlegmonodem habere vtrunque sensum, tentionis inquam & vlceris, sed ambo cum quadam mediocritate, & quadam proportione. itaque accessu alicuius aliarum non fieri nouum symptoma, sed augeri illud, quod proprium accedentis est. vt si fit vlcerosa cum phlegmonode sensus vlceris eminet sensui tensionis, si altera, sensus tentionis. Verũ dices in triplici lassitudine, cum scilicet duæ alię cõiunguntur cũ phlegmonode qua ratione dignoscetur ille affectus? crescent enim tunc temporis ambo symptomata ad portionẽ? Crescẽt tũc quidẽ ambo dolores, & ambo multò plus, quã pro mole musculorũ, itaq; quãdo ambo sensus tẽsionis dico & vlceris, maiores sunt, quã solẽt per lassitudinẽ phlegmonodẽ solã, cõsiderãdũ est, num tumor quoq; musculorũ maior sit quã solet, aut alia duo maiora sint, tumor vero nõ maior. Nã tria symptomata vehementer aucta, ac iuxta ꝓportionẽ, significant phlegmonodem lassitudinem vehementer esse auctam, sed duo alia symptomata maiora cũ tumore nõ maiori, significant phlegmonodem cũ aliis duabus lassitudinibꝰ coniunctam. sed de lassitudinibus hęc.

¶ Caput duodecimum. De cacochymiæ speciebus & causis.

SEd quando de iis dispositionibus, quas in hominibus, qui cum bene valentibus versantur, si ipsi non valeant, solemus inuenire, dicere cœpimus: age, de causis, quibus sanguis impurus toto corpore redundat, disputemus. Est hic affectus cacochymia, qui cum morbum aliquem pauum facit, accipit illiꝰ appellationẽ, dicitq; febris, aut elephas, aut leucophlegmatia, aut vitiligo, aut morbꝰ regius, aut galicꝰ: vbi verò nullũ talẽ fecit, cacochymia dicit, estq; dispositio neutra, & morbosa apparatꝰ, magis quã morbus. De cuiꝰ causis instituit à nobis modo sermo. Erit disputatio admodũ coniuncta cũ tractatione de humoribꝰ, pinde q volet, hæc cũ primo libro cõiungat. Nobis certũ est singula suis locis: & nulla bis dicere. Causas redũdãtiæ impuri sanguinis docuit gal. 3. de causis sympto. cap. 11. dicens, sanguinẽ ĩpurũ in totũ corpꝰ distribui, vel qa multũ illiꝰ excremẽti, quo inquat, gignit, vel qa minimũ euacuat. Euacuat minimũ vitio mẽbri, qđ illiꝰ expurgatiõi est à natura destinatũ, vt gr̃a exẽpli melácholi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cus manebit sanguis vitio lienis, biliosus vitio vesicę fellis, sero plenus vitio renũ: aut hęc ipsa fiẽt vitio viarum quæ ad hæc membra sunt. Gignitur multum ex praua qualitate alimentorum, vel intemperie iecoris aut venarum. Quæ intemperies bilem flauam, & quę pituitam & serum faciat citra controuersiam scitur: calida nempe facit multam bilem, frigida pituitam & serum. Tamen ex qua intẽperie melancholia supra mediocritatem proueniat. est in controuersia. Nam Galenus loco citato ex. 3. de causis sympto. inquit, melancholiæ redundantiam ex calore esse, idque dicit his verbis. & sane alterantis facultatis intemperies, ad calidius quidem versa, aliquando biliosum, est cum & melancholicum excrementum. Auicena tamẽ videtur esse huic assertioni valde aduersus, sen prima p[illegible] de qualitate generationis humorum ita dicens, Melancholiæ quidem hypostasiæ causa efficiens est calor tẽperatus. Itaque Auicena docet melancholiam naturalem non aliter ac sanguinem à calore moderato generari. Quod rursus videtur contrarium alteri loco ex secundo de faculratibus naturalibus, vbi Gale. nullum humorem præter sanguinem, generationem habere ex calore moderato, docet his verbis. monstratum enim est, humorum omnium solum sanguinem, generationem habere ex calore moderato, reliquos ab immoderato. Videtur tamen ratio his omnibus aduersa, debereque fieri melãcholiam ex frigore potiùs, cum frigidus succus natura sua sit, quã ex calore excedẽte, aut moderato. In huius controuersiæ decisione animaduertendum est, quãquam dictum est in primo huius operis libro, omnes humores simul, in eodem loco, & ab eodem calore generari: tamen quosdam illorum dici caloris sobolem, quosdam frigoris, biliosi scilicet caloris, pituitosi frigoris, quia quando hi humores incipiunt redundare non tam propter dispositionem materiæ, quam propter agentis vim, hi fiunt à frigore, illi à calore. Itaque sunt pituitosi & sero similis soboles frigoris, quia fiunt à calore minori moderato (nullam enim concoctionem agi à frigore perse monstratum est libro quinto) biliosi caloris, quia calore crescente augetur bilis. Ita melancholiam oportet ei causæ tribui, à qua corpus melancholicum fit, etiam sine vsu ciborum melancholicorum. Quidam conciliator dictus, qui ante nos controuersias medicas scripsit, ita inquit, melancholiam fieri, à calore aliquanto maiori eo, aquo sanguis fit, tamen quia non est tam intensus, quam calor bilis, neque tam remissus, quam calor pituitæ, dici moderatum, esseque duos hos calores, eum nempe a quo sanguis, & eum aquo melancholia fit, moderatos, quia sunt inter extremè immoderatos. Sed hæc controuersiæ decisio minus mihi arridet, cum quia vsurpat appellationem moderati caloris impropriè: tum etiam, quia nõ reddit rationem, qua humor melancholicus à calore fiat, cum sit frigidus. Quare fortasse videbitur alicui dicendum, melancholiã à calore non fieri, sed atram bilem. Verum Galenus succum melancholicum à calore fieri dixit, & hoc nomine ille distinguere solet naturalem melancholiam ab atra bile. Ergo nos aliter statuimus, reuocãtes in memoriam (dictum hoc est in primo libro capi. 21.) quandam esse melancholiam omnino naturalem, eamque esse sanguinis fecem, & acoris minimum habere: aliam esse prẽter naturam, atram bilẽ appellatam, acidissimam prorsus, & abigentem muscas, & fermentantem terram, hancque fieri exustione melancholię naturalis, aut flauę bilis: esse insuper aliam, quę mediam naturam tenet, neque tam mitem quam naturalem melancholiam, neque tam acrem, quam atram bilem, hancque proinde neq; atram bilem propriè à Galeno dici, sed in confinio positam atrę bilis. Hanc diximus vstione sanguinis generari. his ex illo loco petitis, dicendum censeo, melencholiam omnino naturalem neque fieri frigore neque calore excedẽte, sed eodem prorsus calore quo fit sanguis, fieri tamen ex dispositione materię: itaque non tam generari propter intemperiem hepatis & venarum, quam congenerari cum ipso sanguine, propter dispositionem partium, ex quibus fit. Quare hoc verè dixit Auicena citra impropriam nominis vsurpationem. Atram bilem constat fieri calore, atque hoc citra controuersiam. Melãcholia etiam illa quę est posita in confinio atræ bilis, fit calore, sed non tam immoderato, quam atra bilis. Atque cum hanc Galenus modò atram bilem, modò melancholiam nominet, dixit loco citato ex opere de causis symptomatum, calorem excedentem, melancholicum excrementum generare. Ex dictis fit manifestum redundantiam melancholiæ naturalis nunquam fieri intemperie quapiam, sed aut ex prauo victu, aut vitio lienis, aut obstructione viarum atque etiam si quis ab ortu melancholicus est, aut processu temporis citra prauum victum aut obstructionem talis est factus, constat, et melancholiam non esse exactè naturalem, & eum esse temperamento calidum. Nam frigida intemperies facit sero pleni sanguinis aut pituitosi redundantiam: quæ calida est vrit sanguinem, atque ita facit melancholiam, non exquisitam, sed eam, quæ est in cõfinio atrę bilis. Sed de hac controuersia satis diximus.

Et de sexto hoc libro, qui omnium minime habet difficiles controuersias.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CONTROVERSIARVM MEDICARVM ET PHILOSOPHICARVM LIBER SEPTIMVS.

EORVM QVI AVT PVBLICE PROFITENTVR, AVT SCRIBVNT, AVT vtcunque aliter docent, omnes ferè ſtudent ſuæ gloriæ, perpauci admodum veritati. Tamen eorum nonnulli minus vituperandi ſunt, qui quanquam gloriam aucupantur (quod doctos viros ſatis dedecet) tamen illam ex multarum rerum notitia ex antiquorum lectione, & eruendis de monumentis autorũ præceptis, & in vnaquaque diſputatione ſententia quam veriſsima procurãt, atque ita cum faciant, repoſcunt gloriam pro præmio, vili illo quidem, cum ipſa perſe veritas multo prẽſtantius præmium ſit. cæterum illi ferendi nõ ſunt qui ad inueſtigandam gloriam omnino recedunt a tramite veritatis, huic nouitatem in vnaquaque re vltrò præferentes. Nam hi, quo nouitate dogmatis ſtultorum animos in admirationem rapiant, malunt perſe inſingulis placitis nugari, quam cum antiquis vera dicere. quos tamen inuentores in nulla re videas, ſed aſſertores, eorum, quorũ cũ omnes hucusque præuiderint, ipſi ſoli abſurditatem non conſequunt. Tam longè mea abeſt, ab horum opinione, vt nihil habeam potius, quam veram ſententiam in ſingulis diſputationibus confirmando, ab antiquorum inuentis non recedere, obſeruando etiam (ſi id quoque veritas fert) communes opiniones. Quod in ſuperioribus libris non ſatis ſcio, an fuerim aſſequutus, ſaltem curaui quam maximè. Nam ſi quid dixi quod in ſcholis non ſoleat circunferri, id quo ad mea fieri potuit ex galeni primùm, deinde & aliorũ, autorũ quicunq; in prætio habentur verbis deduxi, neque permutans, neque contorquens, ſed illud palam conatus facere, eſſe illa omnia ab antiquis dicta priùs, ſed interpretum incuria concidiſſe. Tam longe abeſt, vt autor videri vellim multorum, quorum fortaſſe ſum, contra ac alii qui, quorum apertè non ſunt, impudenter quotidie ſe iactant autores. Sed quod eſt ridiculum, ſunt qui malint noua dicere, quam vera. Pereat tamen horum procax ſtudium, nulli vtile, rudioribus qui ſtultis opinionibus irretiuntur pernitioſum. Nam horum gloria cum loquacitate caſura eſt. Nos quoniam phyſiologicam & ſalubrem, & pathologicam partem abſoluimus, age curatiuam aggrediamur. Sed quia, quemadmodum ſignorum duo ſunt præſtantiſsima pulſus & vrina, ita auxiliorum duo efficaciſsima, ac maxima, quæque magnis morbis vel ſola ſolent mederi, ſanguinis miſsio & expurgatio, vt illis ſolis librum dedimus totius operis tertium, ita his demus hunc ſeptimum. in quibus cum controuerſias deciderimus, haud magno cum labore, reliqua, partis quæ curationem continet, membra proſequamur. ſi quidem ſunt hæc verè maxima. quæ quàm ſint mortalibus neceſſaria vel hinc cognoſces, quòd neque beſtias illis carere natura tulerit. Hypopotamus certè, vt Plinius refert, à fluminibus quotannis, primo verè emergens, venam ſibi in crure acutarum arundinum ictu ſecat, atque cum ſatis ſanguis effluxit, vlcus obturat luto. iam verò expurgationem mille modis ſibi moliuntur beſtiæ. cornix roſtro ſibi infundit clyſterem ex aqua marina. Canes etiam parant ſibi vomitum. Cum enim morborum plerique ex ſucci aut multi aut praui redundantia fiant, meritò iis quæ euacuant auxiliis tribuendæ ſunt primæ. At vero ad ea quæ euacuant, redundantiæ notia, videtur eſſe neceſſaria cui proinde primum huius libri caput certum eſt dare.

¶ Caput primum. De multitudine.

*

QVod multis aute ſeculis Galenus dixit, hoc idem licet nobis dicere de multitudine, nempe eius nomine nihil eſſe medicis tam vſitatum, neque tam ignotum. Nam duplicem eſſe ple-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nitudinem, alteram ad facultatem, alteram ad vaſa, omnes dicunt, horum quoque ſymptomata eſſe laſsitudines. Nam cum triplex laſsitudo ſit, vt mox explicuimus, alia vlceroſa alia phlegmonodes, alia cum tentione. vlceroſa nullius plenitudinis, ut multitudinis (nihil enim intereſt) eſt ſympto ma. ſed corruptelæ, ea vero quæ eſt cum tentione eſt ſignum proprium multitudinis ad va[illegible] ſi addas modo nõ fiat tenſio ex exercitatione. Multitudo ad vires ſignificatur ſenſu incũbentis oneris. hęc itaque omes dicunt, ſed neque hæc ipſa explicant, ac multò minùs multitudinem ad vires. Nos igi[illegible] quandoquidem in ſuperiori libro laſsitudinum ſpecies & cauſas diffusè diximus, age[illegible] dinem ad vires dicamus, interpretemur. Nam aut tantam molem ſubeſſe dicimus, vt eam non poſsit facultas retinere, aut vt non poſsit illa frui, apponendo & cõmutando. Rurſum illud continere, quod dicimus, aut eſt facultatis retinentis naturalis, aut alterius continentis, ſiue cõtẽtriticis (ita vocãt) qualem ſtoici inducebant. Sed hanc ſtoicorum vim Gale. multis argumentis conuicit libello de multitudine, & a nobis ipſis multò ante monſtratum eſt, corpus humanum triplici facultate gubernari, animali vitali & naturali, tamen contentrix illa nulla horum foret. Si ad retinentem aut aliquam aliam facultatum naturalium referri multitudinem dicis. Vide ad hanc multitudinem non eſſe opus ſenſu grauitatis, nam ſenſus ille deprauata actio eſt facultatis animalis. Quod ſi verò ad facultatem animalem dixeris multitudinem, quippe cui multi ſucci oneri ſunt, videtur fieri non poſſe, vt inæqualitate pulſus multitudo hæc cognoſceretur, eſt enim pulſus actio vitalis, haud quaquam animalis. Præterea videtur ad ſingulas facultates poſſe eſſe propriam multitudinem. Nam cum poſsit facultas animalis cõſtare naturali facta debiliori, videtur poſſe eſſe tanta humoris copia, vt naturalis vis ea non fruatur, quin vis animalis patiatur ſenſum grauitatis, atque facultatem animalem grauari ſuccorum, naturalibus potentiis moderatiſsima, copia. Tot igitur ſunt in hac contemplatione ſcrupuli quorũ diſſolutio pendet ex ea doctrina, quam Galenus docuit, vt multis aliis In locis, ita vel appertiſsimè. 16. lib. de vſu partium capit. 12. committi ſcilicet arterias venis & venas arteriis, & vtriſque neruos. Itaque in venam inſeruntur fibræ quædam arteriarum & neruorum. Vſus huius alligature eſt illa conſpiratio omnium vſque adeo ab hippocrate & Galeno celebrata, de qua nos diffusè ſatis diximus in quarto huius operis libro capit. vltimo, huic membrorum alligature nouam etiam rationem addentes ex animæ ſubſtantia. Oportuit vt illic etiam diximus, omnes facultates ſibi conſentire & in communẽ paſſionem trahi, ne noſtrum vnuſquiſque duo aut plura animalia foret, vt dicitur. 2. de cauſis pulſuum capit. 12. Ergo cum hæc ita ſe habeant, & ſingulis noſtri corporis membris facultates naturales quatuor inſitæ ſint, fit vt quemadmodum ventriculus ſatietatem ſæpe habet, ex ciborum redundantia, cũ ſcilicet, non indiget tantis, ita membrorum nutritionis vnumquodq;, cum plura habet, quam poteſt conficere, ſatietatem patitur. Conſtat verò fieri hanc ex redundantia humorum ad facultates naturales. Nam ita ſignificatum eſt à Galeno vt multis aliis in locis, ita primo de differen. feb. capit. 3. his verbis, quemadmodum ergo per alteram multitudinem, quæ eſt ad facultatem citò ad corruptionem ve[illegible] niunt ſucci, quia neque vincuntur neque coquũtur benè, vt potè facultate quæ ipſos elaborat deb[illegible] ri. Hæc Galeni verba haud obſcurè ſignificant multitudinẽ illam dici ad vim quæ cõmutat. Sed quod [illegible] plus eſt quam pro potentia nutriendi, ſtatim fit alienum pondus. trahunturque aliæ duæ potentiæ ad conſenſum. animalis ſentit pondus cum triſtitia, quod in ventriculo aperte ſentimus, cum paulo plus eſt ingeſtum, & inuenis perinde fieri intelligimus. facultas etiam vitalis, quæ eſt in arteriis, veluti conſpirans cum naturali, motus quoſdam edit vehementiores, alios debiliores, veluti põdus quoddam alienum contendens excutere. Hinc fit, vt quanquam incipere poſsit ea multitudo, quæ ad vires refertur citra corruptelam aliquam, tamen vt non poſsit ſine ea perſeuerare, quod dicit Galenus. 2. aph. 17. quoniam ſcilicet, cum iam partes ſentientes incipiunt grauari, naturalis ipſa facultas, non poteſt tantã humorum copiam incorruptè diſpenſare. diximus itaq; ad quã facultatem dicatur multitudo. modo de materia ex qua multitudo fit, oportet diſputemus. multitudo grauans facultatem non ſolum ex humoribus fit, ſed eſt etiam quædam multitudo carnis & pinguedinis proportione illi reſpondens. multi enim tam ſunt obeſi, vt partibus ſentientibus partes carneæ & pingues oneri ſint. Verum modo de humorum multitudine diſputamus. Leonhartus Fuchſius vir in Galeno multum verſatus cenſet nullam plenitudinem, quæ proprie plenitudo vocanda ſit, fieri, niſi ex omnibus humoribus æquè redundantibus, aut iuxta proportionem: quotieſcunque autem vnus redundet cacochymiam eſſe in corpore. Verumtamen decæptus eſt apertè, ſiue vellis, Galeni verba perpendere, ſiue ratione agere. Nam. 2. de compoſitione pharmacorum ſecundum locos capit. tertio. ita ſcripſit, diſſerens de plenitudine. γίνεται δὲ αὕτη τῶν τεττάρων χυμῶν ἀναλόγων αὐξηθέντων, ἢ τοῦ αἵματος μόνου, ὥσ ὅταν γέ τις τῶν ἄλλων αὐξηθῇ χυμῶν, οἵπερ εἰσὶ φλέγμα, καὶ ξανθὴ χολὴ, καὶ μέλαινα, τὴν τοιαύτην αὔξησιν, οὔτε πλῆθος, οὔτε πλη θώραν, οὔτε ἁπλῶς πλῆθος, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσι πλῆθος φλέγματος, ἢ χολῆς ξανθῆς ἢ μελαί νης ὑπάρχειν τῷ σώματι φάσκοντες. Id eſt, fit autem plethora, quatuor humoribus iuxta proportionem

tionem

tionem redundantibus, vel solo sanguine, vt quando aliquis aliorum humorum (sunt vero ij, pituita, flaua bilis, aut atra) redundat. Hanc redundantiam, neque multitudinem, neque plethoram simpliciter nominant, sed cum addito multitudinem pituitæ aut bilis flauæ, aut atræ, in corpore esse dicentes. Præterea .13. Metho. capite quarto Ita inuenies scriptum. Deinde considerandum, num corpus totum aut sanguine, aut humoribus omnibus æqualiter abundet πληθώραν vocant. Secundum hunc locum adduxi, ne quemquam deciperet eorum, qui Græcum codicem non consulunt. Est enim non ex Galeno, sed ex nimia Linacri diligencia, qui sentit, vt nos, & suam sententiam inseruit versio enim scriptum Græcè pro tota illa dictione συμπάντα σῶμα πληθωρικῶς διακεῖται. Cæterum prior locus continet Galeni mentem apertissimè. rediculum enim quod Leonhartus respondet, dictũ esse illic vel solius sanguinis, nomine sanguinis pro omnibus humoribus vsurpato. Monuit enim (inquit) nos Galenus huius acceptionis, libello de multitudine capite 14. his verbis. his præfinitis poterit tandem tumor venarum signum esse sanguineæ multitudinis nunc appellatę, propter eminentiam non enim potest tam exquisitus aliquando sanguis, inuenis contineri vt nihil in eo neque bilis neque pituitæ, neque sero similis feratur ichoris. Proinde ego supra, siue humores dixissem, siue sanguinem redundare, censebam perinde audiendum. Ex hoc loco dicit Leonhartus suam sententiam, & responsum subtile. Addit insuper alium locum ex. 13. Methodi capite sexto. Vbi ita scriptum est. vbi enim æquabiliter interse succi sunt aucti, id & πλῆθος et πληθώραν vocant, vbi vero vel flaua bili, vel nigra, vel pituita vel serosis humoribus refectum corpus iam fuerit, eam affectionem cacochymiam non plethoram nominant. Hæc Galeni verba apprehendens, ita redundantiam humorum distribuit. Aut redundant (inquit) humores omnes simul, aut illorum aliquis, si primum multitudo est, atque hæc aut ad vires aut ad vasa, si secundum, est cacochymia, non multitudo. Primò audiat ex nobis quam inepte Galeni verba fuerit interpretatus deinde nos iis quæ ille obiicit respõdebimus. Si in illo loco secundi de compositio. pharm. Secundum loca, sanguis de omnibus humoribus diceretur, an non in nugatione deprehenderetur Galenus? esset sane perinde ac si diceret. Fit plethora in redundãtia quatuor humorum, aut in redundantia quatuor humorum. quod si ex vbertate orationis vsus fuisset repetitione, quorsum addidisset, solius? nam illa dictio, vel sanguinis solius, aperte indicat dici sanguinem non de omnibus, sed de vnico humore. Præterea ex verbis quæ prioribus his verbis ex aduerso respondent, citra dubium colligitur, sanguinis solius redundantiam in multitudine contineri. inqt, enim Gale. vt quando aliquis aliorum humorum redundat, sunt autem ij pituita, flaua bilis, aut atra, non redundantiam simpliciter, sed cum addito nominant. Igitur redundantiam sanguinis solius sub nomine multitudinis intelligit. Quare & tua diuidẽdi ratio est imperfecta ac manca. rogo enim quãdo humorum proportio variatur redundante solo sanguine, quis hic sit affectus: Nam teneris dicere esse cacochymiam, aut nequaquam fieri posse, vt solus sanguis redundet. Dicis hoc secũdum, sed nullam rationem profers. tenebaris dicere, cur solus sanguis non possit redundare, cum possit pituita sola & bilis flaua, & atra. Nam ego tam longe abesse hoc à Galeni mente video, vt dicat ille. 17. cap. libr. de plenitudine, solum sanguinem recipere posse maximam eminentiam in plethoricis affectionibus, nullum aliorum humorum posse. At inquis, prius dixerat ipsemet Gal. nullum inuenis sanguinem posse esse solum, & impermixtum. concedo, ita dixerat. Sed vt hęc minus te conturbent, cõsidera, quantum intersit, sanguinem esse solum inuenis, aut sanguinem redundare solum. Quod si non intelligis, finge esse in vase quopiam, si lubet libram aquæ, atque huic libram aliam vini immixtã. Non potest fieri, quantum intelligo, vt in dicto vase vinum sit solum, erit enim, quatumuis addas supra priorem mensuram, plus minusve, dilutum. Tamen fieri potest vt solum redundet, si vini mẽsuræ addas multo plus, & aquæ nihil. Igitur neque in venis opus est solum esse sanguinem, vt solus redundet, nam neque aliorum humorum quisquam solus esse potest, inuenis, quos tamen solos redundare tu ipse concedis, vocasque redundantiam, cacochymiam. quomodo ergo Gale. 13. Metho. (nondum enim satis respondimus) finiens plethoram & cacochymiam, dixit, redundantiam æqualem omnium humorum, redundantiæ solius sanguinis non facta mentione? an quoniam hanc plethoram esse, et si non diceretur, ex additis intelligebatur manifestè? addit enim vbi vero vel pituita, vel bili flaua, vel atra, vel serosis humoribus refertum corpus iam fuerit, cacochymiam eum habitum non plethoram vocant. cum enim plethora trium humorum redundantia constaret, quarti redundantiam apertum erat plenitudine contineri. Sed quid ego tam multa refero, cum Galenus se libello de plenitudine ruborem, non plenitudinis simpliciter signum esse dicat, sed sanguineę plenitudinis? quę quæso est hæc sanguinea plenitudo, à plenitudine simpliciter diuersa? nisi ex redundantia sanguinis solius. Sed videt difficile, quòd Galenus illo in loco non solum sanguineę multitudinis meminit, sed & pituitosæ & bilioſæ & Melancholicæ. quare neque redundantia solius pituitæ aut bilis flauæ aut melancholiæ cacochymia videtur esse, sed multitudo nedum sanguinis. Sed hæc ipsa argumentatio à nobis integram harum affectionum interpretationem requirit ex Galeni sententia Leon-

harto iam tandem iusso facessere, quoniam in ea diuisione, qua dispos ones plethoricas aggressus est distinguere, omisit, plura quam dixit. Aut enim inquit redundant omnes humores iuxta proportionem, qui affectus plethora est, aut illorum aliquis, qui affectus est cacochymia. Quasi verò non sint multę plethoræ in quibus periit hæc humorum ęquabilitas. Quotiescunque est sensus grauitatis aut tensionis est multitudo, nã hæc signa diximus esse propria. Potest verò fieri hic sensus auctis omnibus humoribus simul, atque hæc est plethora absolute ac citra additum: aut redundante solo sanguine, quæ & ipsa syncera plethora est, & dicitur plethora sanguinea, tamen est syncera quia nihil habet vitii, sed sanguinis solam multitudinem. Nullus aliorum humorum redundare potest in nis solus vsque ad sensum grauitatis aut distentionis. Affectus enim in quibus soli re cochymiæ sunt, vt morbus regius, leucophlegmathia & similes in quibus nullus grauitatis sensus est, neque tentionis. Tamen potest redundare quicunque illorum plus aliis supra proportionem vsque ad grauitatem, aut tentionem. atque ita fiunt multitudines, quæ non sunt exquisitæ, sed dicuntur cũ addito, plethora pituitosa, bilios a aut melancholica, suntque affectus compositi, quia habent permistum non nihil cacochymiæ. Vt si quis intelligat redundare omnes humores in venis vsque ad grauitatem aut tentionem, tamen pituitam plus cœteris, ita vt ipsa sola corrumpat proportionem. plenitudo est hæc, adsunt enim grauitas & tensio, sed pituitosa quia pituitosus redundat sanguis. Sed quoniam multitudinis species nunquam erunt conspicuæ, nisi species cacochymię intelligantur, rursus hinc exordiamur diuisionem. Sanguini, vt nomen hoc de humoribus dicitur, potest accidere multitudo, aut vitium, quod alii dicunt, potest redundare quantitate aut qualitate. multitudinem hic dicimus, nõ quantulumcunq; incrementum, sed quod grauitatem facit, aut tensionem, ad quos vsque terminos potest sanguis crescere, aut omnibus humoribus crescentibus aut vno. atq; rursus omnibus crescentibus, aut iusta porportionem, aut aliquo illorum plus reliquis crescente, ac supra proportionem. prima est plethora, secunda est plethora sanguinea aut pituitosa aut bilios a aut melãcholica, pro vt hic aut ille humor superat proportionem. Intellige (neque enim hoc quidquam impedit fieri) si duo humores proportione excesserint, ab ambobus recipere appellationem, vt si dicas plethoram bilios am & pituitos am. Solus, nullus humor potest redundare vsque ad grauitatem, præter sanguinem, qui cum redundat, est multitudo sanguinea. Vnde iam collegimus, sanguineæ multitudinis duo modos, cum solus sanguis redundat, vel solus superat proportionem. His igitur modis accidit humoribus multitudo. Vitiari etiam potest multis modis sanguis, aut comparata aliqua mala qualitate, aut intemperatus aut putris. atqui intemperie affici potest tot modis quot intemperierum sunt species. fieri enim potest calidior, frigidior, humidior aut siccior, vel horum duo simul accipiens. permistionum etiam tot erunt modi, quot humores quorum permistione vitiari potest. potest enim fieri pituitosus, bilios us, melancholicus aut sero plenus. Hæ sunt species cacochymiæ quæ tunc temporis exquisitæ sunt, cum aliquis vitios orum humorum redundat solus, quo tempore nullus grauitatis aut tentionis est sensus vt in ictero, elephante leucoplegmatia. Nihil tamen prohibet cacochymias cum plethoricis dispositionibus copulari. vt si quis ictero laboret simulque per corpus vniuersum sensum patiatur grauitatis. singuli etiam horum affectuũ siue multitudines sunt siue vitia. quod perinde est ac si dicas, siue multitudines sunt siue cacochymię, possunt esse aut in toto aut in parte. Plenitudinum ac cacochymiarum totius corporis exempla iam diximus, sed earum quæ in parte sunt exempla, sunt tumores præter naturam, & intemperies particulares, quibus fieri solet vt in vno aliquo membro multũ alicuius excrementi colligatur. tot sunt redundantiæ species, quas vt facilius intelligãtur & retineantur memoria, hoc schema continebit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

- redundantia.
  - multitudo.
    - sine additō
      - ad vires.
      - ad vasa.
    - cū additō.
      - sanguinea.
      - biliosa.
      - pituitosa.
      - melācholica.
      - ferosa.
      - harum quælibet
        - ad vires.
        - ad vasa.
  - cacochim.
    - alteratio
      - calfactio.
      - refrigeratio.
      - humectatio.
      - desiccatio.
      - harum quæ vis.
        - simplex.
        - duplex.
    - permixtio.
      - pituitæ.
      - bilis.
      - melanch.
      - seri.
      - harum quæ vis.
        - simplex.
        - duplex.
    - putredo-
      - hæc omnia.
        - in toto.
          - sola.
          - hæc rursus omnia.
            - copulata.
        - in parte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quibus diffinitis non fuerit inutile, antequàm hoc caput concludamus illud etiam diffinire, ſint ne hę redundantiæ ſpecies morbi, an affectiones ſecundum naturam. nam morbos eſſe, videtur Galenus ſignificare haud obſcurè. 4. de tuenda valetudine, ita ſcribens in ipſo libri principio. quæ igitur ex immodica exercitatione, laſsitudo fit, ſalubre eſt ſymptoma, quæ vero ſine hac morboſum. Igitur ſi laſsitudines. non ſponte factæ ſymptomata ſunt morboſa, ſunt verò ſymptomata multitudinum, multitudines ipſæ procul dubio morbi ſint. nō enim aliud eo loco ſignificat ſalubre ſymptoma quàm quod cum ſanitate conſiſtit, & morboſum, quod eſt ex morbo. Adde curari ab eodem Galeno vt paulo ante tetigimus, laſsitudinem phlegmonodem maioribus auxiliis, ſanguinis, inquàm, miſsione vſque ad animi, & pluries repetita: nec ſolum hanc, ſed omnes etiam laſsitudinum ſpecies ſanguinis miſsione curari, dempta vlceroſa: quod tamen fieret, ſi poſſent per ſanitatem conſiſtere. Sed contrà eſt, quòd ſi ita eſſet, nequaquàm Hippocrates in Aphoriſmis dixiſſet. laſsitudines ſponte factæ morbos prænũtiant, ſed morborum ſymptomata ſunt. neque Galenus earum curationem in libris de tuenda valetudine ſcripſiſſet, ſpectaret enim profecto ad curandi methodum. tamen res quantum ex autore licet colligere, & euidentia ipſa declarat habet in hunc modum. redundantiæ perſe diſpoſitiones neutræ ſunt, neque enim omnino ſunt diſpoſitiones ſecundum naturam, neque morbi, lædunt enim operationes aliquatenus, aut pungentes aut grauantes aut tendentes, tamen non vſque adeo vt auocent à rebus agendis & conſueta impediant munia. ſunt verò cauſæ promptiſsime morbum generantes, niſi præſcindantur, manentque cum ipſo morbo, atque ita patiuntur laſsitudines ægrotantes multi, tamen laſsitudines perſe, ſyptomata ſunt diſpoſitionum neutrarum, quæ nonnunquàm morbi fiunt id quod intelliges ex Gale. qui capite quarto de ſanguinis miſsione de vtraque plenitudine, ea, inquàm, quæ eſt ad vires & ea quę ad vaſa diſserens inquit, ſiue in ægro tante homine ſiue in bene valente ſit nam vt (inquit) qui onus geſtat graue, non ſtatim concidit vt grauatur & defatigatur, ita qui multitudine laborat, hac ratione ſolam grauitatem aut tenſionem patitur, deinde durans multitudo maioris mali fit cauſa. iam verò vlceroſam laſsitudinem, quarto de tuenda valetudine monſtratur poſſe accidere homini vel optime ſano ex leui errore, antequàm omnino cõſueta munia impediãtur. Quòd ſi à Gale. morboſa ſymptomata, dictæ ſunt laſsitudines, proinde puto dictum, quòd ſint morborum nuntiæ, non quod ipſæ ex morbo fiant, ac nõ potius ex neutris diſpoſitionibus. Explicui quãtum potui exactè, quæ de multitudine ac laſsitudinibus, à medicis, non ſatis explicita circumferũtur. Quare de his hactenus.

¶ Caput ſecundum. De ſcopis mittendi ſanguinem.

MIſsis his quę de ſanguinis miſsionis, auxilii, eorum quibus medici vtuntur, verè, maximi, ſpecie quęrenda forent, illud vnum in hac quæſtione proponendum duxi, quando mittendus ſit ſanguis & quando ſecus, hęc enim fuerit vtiliſsima quæſtio. quoniam auxiliorum vis vtendi occaſionem præcipue ineſt. Plæriſque videtur reſponſum facile. quãdo adeſt aut aderit magn⁹ morbus, ætas florens & conſtans virtus, vtendum eſt ſanguinis miſsione. nam Hippocrates. 4. de ratione victus in morbis acutis. 19. in acutis paſsionibus, inquit, ſanguinem mittes, ſi vehemens videatur morbus, floruerit quę ęgrotantibus ætas, & illis adfuerit robur. quæ ſententia vt habet Gale. in commentario verè digna eſt Hippocrate autore, quippe quę omnes mittendi ſanguinis ſcopos breuiſsima dictione cõpræhendat. alii reſpondent cum Gale. libello de ſanginis miſsione: mittendum eſſe ſanguinem cum virum adeſt robur & morbus magnus præter pueritiam. quoniam pueri ex ſeſe habent vnde euacuentur, & eorum ſubſtãtia, quippe quæ humida eſt & calida, citiſsimè exoluitur. Itaque hac dictione duo tantum iam ſuperſunt ſcopi mittendi ſanguinem, Robur virtutis & magnus morbus. Hactenus reſpõdent omnes. Meminiſse hoc in loco oportet eorum, quę primo huius operis libro monſtrata ſunt de ætatibus, eas ſcilicet non debere à medicis annorum numero diffiniri, ſed temperamentis & naturis. vnde fit conſpicuum non illum arcendum eſſe ab hoc auxilio, qui quatuordecimum annum nõdum attigit, ſed eum qui ex ſeſe tantam habet expirationem, vt miſsione ſanguinis non indigeat: neque illum qui ſexageſimo anno iam ſit, ſed eum qui tanta iam ſit imbecillitate vt ſanguinis miſsionem, citra periculum non ſubſtineat, quocunque ætatis anno alterutrum fiat. nam quemadmodum moſtrauimus, non poſſunt ætates certis annorum numeris finiri. ſed etſi perpetuò continerentur eiſdem annis ætates (quod tamen periodorum varietas non fert) erraret tamen, qui aut quatuordecimum annũ perpetuò expectaret aut ad quadrageſimũ quintũ qnquageſimũ ve ſemper deſiſteret amittẽdo ſanguinẽ. nã qui id docet, pueritia, quę quatuordecimo anno finitur, prohibet mitti ſanguinẽ, haudquaq̃ perpetuum & inviolabile effert præceptum, ſed vnicam indicationẽ declarat, non leuẽ illam quidem, ſed tamen cui poſsis contrarias obiicere potentiores. dicimus enim non minus, expectandum eſſe medio

crem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

crem aëris temperiem, tamen nõ proinde in ęſtate perpetuò abſtinemus. eſt ſane maximum illud præceptum in curandi ratione, cum contrarię concurrunt indicationes, operari pro ratione potentioris, impotẽtiori etiã aliquid tribuẽdo. Intereſt inter virtutis robur, & magnitudinẽ morbi, & etatẽ floreẽtẽ, quod virtutis robur & morbꝰ, ſunt ſcopi neceſſarii (nam niſi ſit morbꝰ qui expoſcat, ſtultũ fuerit mittere ſanguinem, niſi ſit virtus, quę ferat, fuerit pernitioſum & ſtultum) tamen ætas florens eſt indicatio omnium earum, quæ perpetuę non ſunt, (ita appello eas quibus poſsis obiicere contrarias) potentiſsimum tamen perpetua ac neceſſaria. Quod ad ętatem pertinet ita habet. Robur virtutis, in tribus facultatibus quibus corpus gubernatur, animali ſcilicet, vitali, ac naturali conſiſtit. harum conſtãtiam ex firmitudine ſuarum actionum cognoſcimus. merito tamen robur vitalis, quod pulſus indicat, maioris facimus. Cæterum animaduertendum eſt non poſſe ad miſsionem ſanguinis, certum quodam robur præfiniri. ſed experimento & prudentia debere medicum illud cognoſcere. experimento, dum tyrones ſuorum præceptorum praxim obſeruant, multorum arterias attrectando. & euacuationum quantitatem in memoria reponendo. nam proprium experimentum expectare citra præceptores non vacat periculo, maximè niſi medicus valde prudens naturà ſit, ac doctus: prudentia, conferendo euacuationem cum virtute, ac pręterea pręuidendo quæ ab euacuatione contingent ægrotanti. oportet enim adeſſe robur, non quod euacuationem hanc ſolum quam paramus modo poſsit ſuſtinere, ſed quòd, quæ poſtea probabile eſt ęgrotanti ſuperuentura. nã fieri poteſt vt adſint duo ęgrotantes, cum virtutis ęquali robore, & ambo, morbis, miſsionem ſanguinis ex poſcentibꝰ, affecti: tamẽ vt alteri meritò mittatur & alterius robur non ſuſtineat, æquale tamẽ, ſi, ſcilicet ſperas, illum ſtatim ac miſſus ſanguis fuerit, refficiendum, hũc verò longo deinde laboraturum morbo, aut vigilia etiam aut dolore: aut fore vt non poſsit expurgationem deuitare, cui tamen ſuſtinendę ſi miſſus modo ſanguis ſit, non ſufficiet, hęc niſi medicus acutè pręuiderit & diligenter conſiderauerit, non mirum ſi ęgrotantium propoſitorũ in hypotheſi, alterum ſciſione venę ſanet, alterum in mortem præcipitem det. Igitur adeſſe oportet robur, quod ferat, non ſanguinis miſsionem modò, ſed quę poſtea vidẽtur conſequutura. nam ſi in inſtitutione victus hęc conſiderantur omnia, cur negligantur in vſu auxiliorum? morbum magnum non oportet adeſſe, ſed & qui timetur, poteſt permouere medicum ad mittendũ ſanguinem, quandoquidem eſt auxilium, non curationis tantũ, ſed & pręcautionis. magnus verò morbus eſt, aut qui propria eſſentia eſt magnus, aut cacoethia. ſiue malignitate, aut partis principatu. nõ enim curo quorumdam de nominibus perpetuò contendentium ineptas argutias, qui malè Galenum dixiſſe aſſerunt, triplici ratione morbum fieri magnum, nam neque morem neque partis principatũ rationes eſſe magnitudinis, cum mos à magnitudine differat, & poſsit princeps pars laborare morbo aut magno aut paruo. Sed hi garriunt minus intelligentes autoris mentem, qui morbum eſſe magnũ dicit, primo modo in eſſentia propria, quaſi alii duo modi non ſint magnitudinis in eſſentia, ſed ex loco & more, quę tamen proinde magnitudinis ſpecies dicuntur, quod Par morbus & in pręſtantiore parte, aut deterioris moris maiorem exigit medentis curam, quod in præſenti diſputatione fit luce clarius. nam conſtat duci medicum ſępe ad mittendum ſanguinem aut expurgandum prauo morbi more, quod, ſi bonũ morẽ conſpiceret ne cogitaret quidẽ. Conſiſtente inflamatione in principe parte ſanguinem ſtatim mittimus. tamen in aliarũ partiũ inflamationibus, niſi perſe ſint magnę, aut totũ corpus ſit plenũ ſine miſsione ſanguinis tranſigimus. Pręcipit Hippocrates vlcerato capite expurgare ſtatim, ſed tamen non id ſtatim aliis partibus vlceratis. Merito ergo tres hos modos magnitudinis Galenus dicit. ſi magnus morbus mittendi ſanguinis ſcopus eſt, alioqui non ignarus magnitudinem & morem differre. qui. 3. de criſibus. c. 4. dixerat eſſe hæc quatuor inuicem diſtincta, magnitudinem morem & motum & ſpeciem. Eſt ſcilicet ea magnitudo quam. 3. de criſibus ſeparat a more quam. 3. methodi dicit in propria ſubſtantia. ſed nihil mirum ſi quæ non intelligunt damnent, atque hæc ipſa alios putantes ignorare, ſuas ſententias veluti noua dogmata celebrent, ſed quoniam monſtratũ eſt duos eſſe neceſſarios ſcopos, morbi magnitudinem & robur virtutis, lubet mihi in præſentia interrogare, nunquid eodem modo ſint ſcopi magnus morbus & robur virtutis? nam ſcopus quantum intelligo illud eſt, à quo ſumitur curationis indicatio. indicatio vero. 2. 1. meth. c. 7. eſt ipſa ſequentis ſeu eorum quæ agenda ſunt inſinuatio. At illud quod eſt ſecundum naturam, cuiuſmodi maximè eſt robur virtutis, ſeruari poſtulat, ergo robur virtutis non expoſcit ſanguinis miſsionem, quæ ſi quod aliud auxilium virtutem ſubuertit. dices robur virtutis non expoſcere ſed permittere. ergo magnitudo morbi eſt expoſcens ſcopus, & hac ratione differunt duo hi, quòd robur tamtum permittit, magnitudo morbi, non hoc ſolum, ſed expoſcit etiam. ſed contra eſt quod dicente Gale. 9. meth. cap. 14. &. 5. omnis indicatio curationis ſumitur, aut à morbo aut à virtute aut à rebus non naturalibus. hæ tres indicationes. primum ad duas tantum reddiguntur, morbi ſcilicet & virtutis. quia res non naturules nunc ſe habent ex parte morbi, nunc ex parte virtutis: hæ duæ rurſus ad vnicam: nempe contrarii rationem, quoniam curatio, perficitur ex morbo qui eſt ad ſanitatem quę fuit. medicus enim curat ægrotantem de morbo præſenti ad ſanitatem priſtinam tranſferre: id quod per contraria morbo fit. omnes itaque indicationes

nes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nes vnò capite colligunt contrarii,& robur tantum præfinit,contrarii quod adhibetur magnitudinẽ. ſumma itaque in curatione indicatio eſt cõtrarii.& ſcopo expoſcenti cum auxilio quod expetitur,debet eſſe ratio contrarii. ſed magno morbo non eſt contraria ſanguinis miſsio,magis quàm expurgatio,nam ſanguinis miſsio eſt auxilii ſpecies, magnitudo morbi eſt quantitas, aut intenſio.quantitati aut intẽſioni,quãtitas opponitur aut remiſsio,nõ ſpecies.ergo magn⁹ morbus perſe nõ expoſcit ſanguinis miſsionem,ſed tantum magnum auxilium ,nõ hoc aut illud.dices fortaſſe.ſanguinis miſsio magnũ auxilium.fateor, ſed & expurgatio eſt magnum auxilium. ergo hac ratione r[illegible] purgatio indicetur ab affectu aut affectibus corporis(id quod inter omnes medicos cõuenit, & docet Gale.ad id parato libello,cui titulus eſt quos & quando & quibus medicamentis purgare oportet,affectus diſtinguens non contentus magnitudine) & ſanguinis miſsio à magnitudine. ex magnitudine enim ſola illa capitur indicatio,quã Hipocrates iis verbis docuit,extremis morbis extrema remedia.ita magnis magna,ergo ſanguinis miſsio perſe indicatur à qualitate aut ab ſpecie affect⁹ ex accidenti àmagnitudine,quia magnum auxilium eſt.hoc etiam licet colligere ex Gal.libello de ſang. miſſ c.6.vbi ita habet. de ſecanda vena conſilium inito,prę oculis habens primos hoſce ſcopos, nempe plenitudinis tum quantitatem,tum qualitatem,& viriũ robur.itaque ſcopus perſe,& qui per ſe indicat affect⁹ eſt, nempe plenitudo aut plenitudinis qualitas,non magnitudo.rurſus.9.l.meth.c.5.ita inquit,hi quidem ſunt ſcopi prohibentes ſanguinis miſsionem expoſcentes ſimul cum affectu, qui ea primum indiget , habitus durus & denſus . ex his verbis facile intelligat quiuis, ſi affectus gratia , primum ſanguinis miſsio requirebatur , affectum eſſe ſcopum , non magnitudinem . igitur eſt noſtra ſententia, nõ proinde ſanguinis miſsionem neceſſariam eſſe, quod magnitudo morbi cum virtutis robore iuncta ſit,ſed quod corpus laborat aliquo eorum affectuum,qui per ſe indicant ſanguinis miſsionẽ quales autem affectus hi ſint,procedens ſermo declarabit.ſed roget interim nos aliquis,quid ergo? nũ quid damnandus eſt Gale.qui citatis locis magnitudinem morbi & robur virtutis ſcopos eſſe dicit.minime,quin potius ex eodem autore eſt interpretandum, non indicari ſanguinis miſsionem à magnitudine morbi perſe, ſed ex accidenti,quia nunqnam cum robore virtutis magnitudo morbi coniungitur,quin adſit affectus aliquis perſe expoſcens ſanguinis miſsionem. nam idem Gale.libello de ſanguinis miſsione.c.8.neque enim,inquit,vbi multitudo ſuccorum crudorum congeſta eſt tanta vt mitti ſanginem,iuberet,ratio redarguitur. nam iſtis virium robur non adeſt. His verbis conſtat hoc argumentum contineri(Reſpondit enim tacitæ obiectioni) vbi adeſt magnus morbus cum multa ſuc
c corum crudorum copia, non eſt ſanguis mittendus, etiam ſi multitudo ſatis magna ſit ad euacuatio-
c nem,& robur virtutis adſit & ætas florens, ergo non ſunt hi ſcopi. Reſpondet,ratio non redarguitur
c quia non poteſt cum crudi ſucci copia adeſſe robur virium. Tunc ergo producens ego vlterius argumentum, ex impoſsibili Hypotheſi argumentor. num ſi adeſſet morbus magnus ex cruditatibus cũ virtutis robore ſangis mitteret?conſtat quòd nequaquam. ergo ex accidenti fit, vt cum magnitudine morbi & robore virium ſemper mittatur, nam id quod eſt perſe non perit, propter rei alterius ce[illegible] ſortionem. igitur ex verbis ipſius Gale.magnitudo ex accidenti indicat miſsionem ſanguinis. quæres quid ergo eſt á quo perſe indicatur:affectus is cui miſsio ſanginis contraria eſt?vt cum propter plenitudinem mittitur,ipſa plenitudo dices, cur ergo miſsis indicationibus perſe, Hippocrates & Gale.ad indicationes ex accidenti confugerunt? quia quanqàm magnitudo morbi cum robore virtutis,ex accidenti indicat, tamen indicat perpetuò. nunquàm enim mittimus ſanguinem,quin hæc adſint,nec alii quando adſunt quin debeat mitti. & quod ad artem medicam attinet,quod perpetuò indicat, perinde eſt ac ſi perſe indicaret. Quid enim aliud exoptet medicus,quàm ſcire breuicula methodo, quando mittendus ſit ſanguis &quando ſecus?hos quidem propriùs dixeris ſcopos,quàm indicationes.eſt enim ſcopus,quò debent oculi intendi,ne quid peccetur, qui tamen poteſt ex accidenti indicare. ipſos verò affectus, qui per ſe hoc auxilium expoſcunt, non erat tam facile compræhendere, quia ſimplex affectus non eſt,ſed à multis ſpecie diuerſis expetitur ſanguinis miſsio, nam & qui pleni ſunt euacuãtur hoc auxilio, & qui icti,& qui vulnerati, & qui inflamatione laborant, aut fluxione alia,& vt multi probati medici opinantur,à quorum opinione ego non recedo,qui ardentiſsimis febribus,etiã biliosi ſunt affecti. Sed argumentetur aliquis contra nos. tu differis de indicationibus per ſe,indicat [illegible]e quod eſt contrarium,ſanguinis miſsio vnicum eſt & ſipmlex auxilium & ſpecie vnũ,& vni vnũ eſt contrarium non plura, ergo non poteſt ſanguinis miſsio à multis ſpecie diuerſis affectibus indicari. Reſpondeo ſanguinis miſsionem,non expeti vt vnum auxilium,ſed vt plura, nunc enim expetitur vt euacuans, & tunc ſemper ea vtimur propter plenitudinem, quæ aut adeſt aut timetur:nunc expetitur vt quo[illegible] reuellat vt in ictibus, vulneribus, & inflamationibus, quæ ſunt citra omnem corporis plenitudinem. neque ſolum in his, ſed in illis quibus multus ſanguis de naribus fluit,ſanguis mittiture brachio,quod auxilium conſtat non expeti,vt euacuans alioqui malè euacuationem euacuatione curarentur, contraque ac Hipp. qui ſic ſcriptum reliquit. morbos omnes qui ex repletione fiunt curat euacuatio,& euacuatione repletio. Gale.9.meth.c.11.ita habet, fit autem ſanguis naturæ inuti-

lis,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lis, bifariam, vel cum propriam qualitatem ad vnguem non seruat, neque amplius nutrire, ceu prius cum vtilis esset, potest, vel ita multitudine creuit, vt aut vires præmat, aut tum venas tum arterias, vel distendat vel findat vel obstruat, in his quidem missio sanguinis vtilis est, ceu euacuantium auxiliorum vnum, in aliis, ceu quod humorum vehementiorem impetum ad contrariam partem retranat, vel ad letera deriuet. Hoc ergo in loco Gale. in omni redundantia, quæ est in quãtitate, ad vasa vel ad vires, vacuans auxilium esse dixit, in reliquis affectibus reuellens. qnid de biliosa [illegible] re & ardentissima? si in illa mittendus est sanguis, à quo affectu indicatur sanguinis missio? certe à [illegible] prodest non vt vacuans neque vt reuellens, sed vt refrigerans auxilium, non enim aliud maius commodum ex ea euacuatione expectatur, quàm quód refrigeratur habitus corporis. ita enim inquit Gale. in commentario 23. apho. 1. sect nam in ardẽtissimis febribus, si vsque ad animi deliquium sanguis mittatur statim totus habitus refrigeratur, & febris extinguitur. in eandem sententiã libello de sanguinis miss. ca. 11. sic itaque affectos ægrotos expedit vsque ad animi deliquium agere, noui enim quosdam ipsorum, ex animi deliquio necessario perfrigeratos. monstraui igitur sanguinis missionem, vt & species alias auxiliorum, ab affectus qui in corpore est specie indicari perse, ex accidenti tamen à magnitudine, fieri que citra sanguinis redundãtiam, ob alios affectus, quos omnes antiqui, vt breuiter artis traderent præcepta, nomine magni morbi præsentis & futuri comprehenderunt. hæc docet Gal. li. de sanguinis missione ex professo, aliis in locis nõ tam attentè, sed veluti qui aliud ageret. quod proinde libuit monere, quòd Gale. 13 meth. cap. 20 differens de missione sanguinis in lethargo ita scripsit: itaque incidenda in talibus affectibus vena est statim ab initio, si modo tam valẽs virtus sit, vt sine noxa missionem sanguinis tolleret, ac nihil prohibeat eorum quæ in opere de secanda vena retulimus, sicuti vel crudi humoris copia, vel puerilis ætas. hæc Gale. quem constat inutiliter adiecisse sicuti vel crudi humoris copia. quandoquidem lib. de sang. miss. scripserat. vbi tanta crudorum succorũ copia colligitur, vt mitti sanguinem iuberet, virium robur non adest. sed sæpe monuimus autoris cuiusque mentem accipi debere ex eo loco, quo de proposita re agit ex instituto. nam in aliis nihil mirum si quædam addantur minus attentè. proinde nos ex lib. de sang. miss. accæpimus quæ modo diximus. quę omnia videtur habere sanguinis missio communia cum expurgatione. nam vt illà citra plenitudinem vtimur, ita hac citra cacohymiá, vt illà propter ictum, lapsum aut inflamationem, ita hac ꝓpter vlcus magnum aut in præstanti parte acceptũ. docet hæc Gal. 4 meth. ca. 6. his verbis, missio vero sanguinis ne ab ipsis quidẽ empiricis, his qui ita se habẽt necessario adhibet. ad eundẽ modũ neq; ex purgatio. in sola multitudine prauorum succorum conuenienter suscipitur, sed sicut missio sanguinis & ꝓpter multitudinẽ, sanguinis & ꝓpter morbũ vehementẽ ita purgatio & ꝓpter multitudinẽ, alteri⁹ cuiuspiã succi & ꝓpter vim morbi (paucis interpositis) indigent. n. ægroti hac nõ modò vt quod molestiã infert excrementũ expurget, sed etiã vt in diuersum trahat, & euacuet. atq; ob eam rem Hippocra. tum in reliquis omnibus operibus tum in eo quod est de vlceribus, & morbi vehementiam ad purgationis indicationem considerat. His verbis satis patet, vt cum sanguinis missione expurgationem conferat, quod tam ad illam, quam ad hanc, expectetur morbi magnitudo. Robur virtutis nemo neget ad expurgationem etiam esse necessarium: quippe quod omnium auxiliorum magnitudinem [illegible] finir. videretur ergo esse iidem omnino scopi expurgationis & mittendi sanginis, si non affectus, qui hanc aut illam exposcunt, expectarentur, sed sola magnitudo. neque tamen etiam si perpetuò indicare scopos hos diximus, quoties mittendus sanguis est, est expnrgandum. nam ad expurgationem ostendemus paulo infra non opus esse tanta vi, quanta ad mittendum sanguinem. & est etiam, cum alia ratione, possit expurgationis occurrere necessitas, vt sanginem mittere non liceat. vt si fingas, esse homini magnum morbum, & robur, quod modo sanginis missionem ferre posset, cęterum non quod postea possit ad sequentes alias euacuationes quas pręuidet medicus, superesse. oportet enim robur hoc ita metiri, quod in præsens & in posterum possit esse satis. nam non alia causa in vtero gerentibus, cessat missio sanguinis, quanquàm ad præsentia robur eis sit, quàm quòd timemus ne supersit minus, quàm pro sustinenda matre cum fætu.

¶Caput tertium. De modo quo fluit sangis in venæ scis[illegible]one.

QVod ex illato venæ vlcere tã multa sanguinis copia fluat, aut tractio, aut expulsio, [illegible]ut successioe. quod vacuatur facit. sunt quam multi qui tractione fieri his argumentis cõtendun[illegible]. nisi (dicunt) sanguis traheretur versus scisuræ locum, nihil interesset hãc aut illam nenã secare, in hoc aut illo affectu, neque quidquam pręter propinquitatem respicendum. si enim successione eius quod vacuatur exiret, cum ex propinquis vasis propinqua succedãt cititius, propinquitas sola considerauda foret, quare cum vena interna cubiti, sinistri lateris & dextri, in communem truncum termi[illegible]entur, antequàm ex caua vena ramuli mittantur, alii ad dextras alii ad sinistras costas deportantes alimentũ. quid interesset in pleuritide, quodcumque latus vexaret, secare hanc aut illam nisi aliquas habe[illegible]ent communi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fibras, dextra cum dixetris & siniſtra cum siniſtris. hę vero fibræ non aliter possunt prodesse, quàm trahendo, nam ad hoc villi oblõgi à natura comparati sunt. igitur aut nihil interest secundum rectitudinem vacuare, aut sanguinis missio tractione fit. Adde nisi aliqua tractio esset in parte secta non posse ex tam longinquis partibus sanguinis ¦ motum exacitari. nam si venæ forent ferreæ aut lapideę vt concidere non possent earum tunicæ, proculdubio si tantilum sanguinis effunderetur necesse esset reliquum succedere, ad seruandum continuitatem, aut deuitandum vacuum. ita enim fistulis æneis quotidie solemus perpetuos fontes immitari. sed cũ molles sint venæ, promptius illis est effuso sang[illegible] rqui prope vlcusculum erat, subsidere. hoc visus est docere celsus, qui. 2. l. ca. 10. ita s[illegible] locum primò exhaurit, ex vlterioribus autem eatenus sanguis sequitur quatenus emittitur, vbi is suppressus est, quia non trahitur ne venit quidem: itaque videtur celsus tractioni dare missionem sanguinis, cum dicat, quia non trahitur ne venit quidem. præterea neque ad mittendum sanguinem vteremur frictione particulæ neque ligaminibus fortioribus, neque aqua calida, nisi his tractionem moliremur. igitur vel ipsa mittendi sanguinis forma, qua vtimur, tractione sanguinem fundi declarat. His argumentis multi persuasi, ita censent. Cęterum vt quod res habet, nos possimus monstrare, occasio ipsa poscit vt de modis quibus succos, aut excrementum aut res alia quęuis, potest in partem aliquã succedere differamus. id quod vt veniamus ad rẽ, perstingemus breuib⁹. Potest succus aliquis incũbere in partem quampiam, aut ab aliis in eam compulsus aut ab ea tractus. porrò vt aliæ particulæ expellant, facit aut succi redundantia, aut malitia, aut dolor partis ad quam transmissio fit, excitans aliarum vim expelliendi. vt hæc recipiat, facit propria illius imbecilitas. tractio fit calore, aut ꝓprietate, aut substantia aut substantiæ similitudine, vel successione eius quod euacuatur. docet hæc Gale. cum demonstrationibus in opere de facultatibus naturalibus, secundo etiam de differen. feb. capite vltimo & aliis innumeris in locis repertum est, fortiora membra, immittere ad debiliora, debiliora vero cogi admittere excrementa aliorum. ita fiunt febrium accessiones, ita fiunt fluxiones, ita omne genus eorum qui decubitus & qui abscessus à medicis appellantur. dolor quoque quamquàm trahere à Gale. sæpe dicitur, vt libello de sanguinis missione. c. 7. vbi ita dicit, quippe cum dolor sanguinem ad se trahat, tamen quemadmodum ipsemet declarat decimotertio meth. ca. 3. vbi rem attigit exactius, instigat mẽbra quæ circumiacent ad immittendum, ipse nequaquàm trahens. non enim arbitror, in dolore, qui, vt supra à nobis quoque dictum est, nihil est præter quendam sensum, tristem scilicet, proprietatem aliquam aut similitudinem constitues. sed cum membrorum omnium vis suapte natura ad expellendũ id quod ea irritat, insurgat, fit vt particulę ꝓximæ versus dolentẽ sese cõprimant, succumque in illã ita emittant. Notanda hic est illorum ruditas, qui cum prædictum Gale. locum legerint malè intelligentes, ita scribunt. non trahere dolorem ad partem dolentẽ, sed animalem facultatem cõmouere, quæ suis instrumentis vsa, ea ad dolentem partem, vt ei auxilietur mittit. nam ad mittendum non irritatur facultas animalis, sed naturalis. nam vt illius est sentire & mouere, ita huius trahere & expellere, illa igitur facultas irritabitur ad expellendum, quæ est expulsura. nam ridiculum fuerit irritare ioanem quo moueatur petrus. addunt enim facultatem animalem vsam suis instrumentis, mittere ad dolentem partem. Instrumenta expulsionis, facultatis naturalis sunt, non animalis. nam non arbitror dices ex punctione digiti fieri inflamationẽ in axillis, actione musculorum, liberè atque ex arbitrio ipsius ægrotantis. Fortasse dices dolore non posse irritari facultatem naturalem, cum ipse dolor sensus sit, & actio deprauata facultatis animalis. An ignoras posse facultatem vnam per alteram irritari? disce igitur, tantam esse trium facultatum corpus nostrum gubernantium conspirationem, vt illata animali facultati molestia, irritetur naturalis ad expellendum. nam aliter non possent mordentia & pungentia irritare vim expltricem excrementorum. nam illa animali tantum vi sunt molesta. Sed quamq̃ sensus tristis qui per famen fit, animalis est potentiæ symptoma, tractio vero ad quam vẽ triculus eo sensu irritabatur, naturalis vis est actio. Nimirum idem mẽbrum, vt ventriculus, intestina & brachiũ, animali facultate sentit irritationem, & naturali expellit. vtitur vero instrumentis expulsionis facultas naturalis, non animalis. quamq̃ hæc illi subseruit ad sentiendum noxia. Ita partes quæ circa dolentem sunt, ceco impetu aduersus dolorem insurgunt, comprimunturque versus illũ, & cõpressione spiritus & sanguinem mittunt, ad expellendum dolorem, non ad ferendum suppetias. Quamq̃ videri hoc fortasse alicui possit durius. videntur enim hac ratione illæ solummodo partes immissuræ ad dolentem, quas dolor tangit. nulla siquidem naturalis vis expellit non irritata. At vero dòlor, pũcto acu digito, non videtur posse ipsum digitum excedere, nedum manum, aut brachium totum. tamen fluxio fit puncto digito, vel à thoracis partibus, cũ in axilis glandularum tumores fiant, humoribus qui mittebantur velut media via interceptis. Oportet eum qui hęc sit assequuturus perlegere prius ea, quæ de facultatibus secundo huius operis libro scripsimus: atque tunc tandem considerare fieri posse, vt in membro aliquo expultrix vis torpeat per se, tamen à tractione quę aliunde fit excitetur, & vt per mota alicunde, vt cũque id fiat, praua succi portione, reliqui succi vel à longinquissimus partibus moueantur, successione eius quod euacuatur, vt si quis inteliigat in venis esse copiam, maiorẽ sanguinis q̃

pro virtute,tamen venas illum ion posse expellere,neque adeo sese comprimere,non mirum si incę-
pta alicũde euacuatione aut data via exitus, reliqua simul peragat expultrix facultas. Illud quoque
multò est curandum minus, si compræsis proximis dolori partibus & inanitis, reliqua vacuentur
successione,atq; ita vel à longinquissimis partibus versus dolentẽ cõcitet sanguinis impetus vt in hor
tis per multos aquæductus humore distributo, ab extremo quodam riuullo, cui constipato luto
fuerat meatus intercluſus, aquam fundentes, fluxum à totis riuis permouemus. hæc igitur ita con
ingũt.sed illud quoque oportet iam hinc meminisse: facultatem siue per se,sola operatur,siue conspi-
ra[illegible]ribus, siue iuuat successionem, eius quod euacuatur, semper contendere quoad
potest noxium expellere. itaque immissio hoc modo fit, tractionis modus prior,siue fiat à calo-
re, siue à proprietate siue similitudine modo nihil curo, vt pote quod ad modo dicenda con-
fert nihil. illud vnum certum est, errare toto cœlo eos qui tractionem à calido ad eam quæ à vacuo
fit reddigunt.nam Gale.5.de simpli.med.facultate cap.16.inquit, quædam calore trahere, vt stercora
putrida,& alia quæcumque polent calore vehementi,quædam similitudine substantiæ, huiusmodi es
se expurgantia medicamenta, & nonnulla alexiteriorum.atque addit, calida autem esse oportet talia,
omnia.nam interea quę substantiis similia sunt,quod calidius est,id potenti⁹ est ad trahendum, vt po,
te quod similitudini auxiliarium accæperit calorem. Itaque docet Gale.proinde medicamento humo,
rem trahi non tamen ab humore medicamentum,quod medicamentum calidius sit,& tractio à calo-
re iuuet eam, quæ à substantiæ similitudine fit. quod contra omnino contingeret, si calor traheret
ratione vacui,fieret enim,vt arbitror,resoluto à calore vicino succo, atque in illius locum succeden-
te reliquo,sed ea lex est successionis loco eius quod euacuatur,vt propinquius succedat lõginquo pri
us,& fluxum prius solido & tenue crasso.speciei aut formæ nullum est discrimen. tamen in tractione
à similitudine illud quod simile est solum trahitur itaque cum tam sit agaricus pituitæ similis quàm illi
hæc,& caloris actio acutior sit,tractio à vacuo anteuerteret tractionem à similitudine,atque ita neces
se esset,euacuari prius magis propinqua & fluxiora & tenuiora deinde proprium humorem: aut gra-
tia exempli dato pharmaco extractorio pituitæ,serum prius,bilem deinde,tertio pituitam. quod con
tra fit omnino,prius enim extrahitur proprius humor. deinde si superpurgatio vocata fit,reliqua suc-
cedũt dicto ordine.quoniam scilicet calor & similitudo cõspirant in vnicam tractionẽ. Præterea, qua
ratiõe calor in phlegmone,traheret vers⁹ ĩflamatã pticulã ratione vacui cũ quę inflamata est,necessario
patiat multitudinẽ ad vasorũ capacitatẽ? & vsq; dũ phlegmone incipit resolui,nihil remittat tẽsionis,
etiã si aliunde nihil fluat? quin pot⁹ calor attenuãs cõclusum humorẽ, distẽdat ampliùs? tñ tũc tẽporis
solet maximè trahere,quo nihil resoluitur, in principio scilicet,cum iam pars vacuatur à calore per re
solutionem, tunc temporis solet fluxio cessare. Igitur caloris est proprium trahere per se,non ex acci-
denti, aut vacui ratione. tamen Gale.3.de facultatibus naturalibus duarum tantum tractionum memi
nit,nulla caloris mentione facta,quia ad trahendum solet cum substantia conspirare atque ad ea quæ
eo loci dicebantur nihil intererat,illa distinguere. Argumento etiam est frigus,quod repercussum fa-
cit materiæ,non quod impleat locum,ex quo repellitur materia illa,sed quòd natura sua frigori hoc in
sit.quare eius contrario,calori contraria vis inerit trahendi,atqui hæc per se,non vacui ratione. Adde
medicamentum calidum impositum cuti non esse quod ratione euacuationis trahat. nam vt dissipat
tenuem substantiam ita succos dissoluit in halitus,quare vicinas venas potius distendet, præ plenitu-
dine,quàm euacuet.quòd si quid euacuaret, cum id sensum fugiat,non affatim & repente,potius cõci
derent venę quàm successione replerentur.sed iumus de his dicturi procedẽte sermone,vbi de expur
gantium medicamentorum facultate dicemus.de causa qua non solum succi sed & omnia natura con
stantia prosequuntur proximæ rei euacuationem, cæpimus dicere primo huius operis libro quæstione
2.indignabundi præ cuiusdam nostri arrogantia,qui philosophos omnes medicosque simul damnat,
quòd ad deuitandum vacuum moueri hæc dicunt, seque omnibus dicit sapientiorem, qui inuenerit,
nõ succedere aquã,gratia exempli,cum sursum suctu trahitur,ne vacuũ detur,neq; enim(inquit)id cu
rat aqua,neq; id intelligit,sed qui fugit facultatẽ quãdã immittit aut impulsionẽ, deniq; horũ modorũ
aliquo illi violentiam infert. Sed intelligat hic,quod prædicto loco monuimus, facultates omnes quã
tumuis naturales, ac sine sensu sint, operari propter finem, atque has ipsas multo minus à suo fine ab
errare q̃ intelligentes.præterea ea quę omnib⁹ rebus prosunt,singulas procurare,qui etiam natura cõ-
munis per omnia dispersa est.ita non est præter rationem, aquam ascendere, ne ab aliarum rerum cõ
mertio diuellatur.quod siue dicatur ita,consequitur ne amittat rerum continuitatem, siue ne detur
vacuum, siue ad replendum vacuum perinde sit. nam si de his rursus instituueretur quæstio de nomi-
mine esset. illud tamen tentandum est monstrare,illum qui euacuat nullam vim inferre succedenti-
bus corporibus,atque ita neque violentum esse hunc motum,etiam si aqua vt erat in exemplo ascen-
dat.Considerandum est id quod Gale.obseruauit ac docuit.3.de facultatibus naturalibus cap.vltimo,
successione ad vacuũ etiã longinqua trahi posse,sed similitudine non nisi propinqua magnes enim si
longè à ferro situs sit,illud non trahet,sed per oblongam fistulam aëre aut aqua plenam, p[illegible]iorem sub-
stantiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

stantiam hauriens, vel longinquissimam possis, permouere. Quod euidentissimo argumento est, eũ qui euacuat non operari quidquã, in id quod succedit, cum instat periculum vacui, sed ex acciedenti hęc sucedere, quoniam proximus locus euacuabatur. Nam si operaretur, facultate aliqua operaretur facultatẽ vero, vt dicitur libello de multitudine, oporte esse δραστικὴν vel ποιητικὴν videst, efficacẽ, aut effectricẽ. atqui si vis aliqua esset effectrix, neq; ex quacũq; distãtia, neq; ex admodũ magna posset operari, sed ex certa quadã, eaq; mediocri vt aliæ facultates. sed si intelligas fistulã aliquã ęneã, à pueri li bucca pduci vel vsq; ad cęlũ ipsũ, puerũq; inspirãdo haurire, necesse sit aut aërẽ rarescere, aut fistulã e[illegible] frangi, aut materiam vel ab ipso cœlo permoueri. hæc verò facultate aliqua pueri effic[illegible]it probabile, neq; omnino fieri, nisi per accidens succederent. quanquàm est ab opinione contraria hoc argumentum non contemnendum. Experimento conspicimus, quo substantia ea quæ in locum qui vacuatur successura est, est densior, eo suctum debere fieri à maiori vi. nã si in aëre vellis folles aliquos dilatare id facilime efficies. Cæterum si in densiorem aliquam materiam facias foramen follium impingere, non amplius possis ipsos dilatare. etiam si apponas cõnatus extremos. Igitur resistit res, quæ ratione vacui trahitur, tractioni, quod si fit, constat esse violentum motum, nam qui naturalis est, sine interna resistensia fit, reipsa quę patitur conferente vim. pro huius argumentis dilutione, recipiendũ primò est, id quod negabit nullus. cùm locus aliquis distenditur ad replendum vacuum, citius succedere propinqua quàm distantia, rara quàm densa, mollia quàm dura. Præterea enim aduertendũ est, res eãdem natura quiescere ne vacuum fiat, qua mouentur ad replendum. nam si ex motione instat periculum vacui, eodem appetitu nitentur quiescere, quo contendunt moueri ad replendum vacuũ. cum igitur aliquis nititur tendere thoracẽ, si nulla substãtia adest quæ possit succedere, difficilis dilatatio fit, nõ resistẽte re quã conamur trahere, sed vase ipso, quod dilatamus, conãte quiescere, ne detur vacuũ quod pinde obsistit facultati dilatanti. Vides igitur qua ratione fieri possit, vt res duriores difficilius trahãtur, q̃ molliores, ipsis tñ nequaq̃ resistentibus. sed cũ quod debet succedere mollius est, succidit facile, cũ vero durius ineptiusq; ad motum, ipsę partes vasis quæ sunt sequaces subueniũt vacuo, quiescendo renitẽdoq; dilatationi. Nã eodẽ impetu, quo si semel forẽt dilatatę subsiderẽt, ne fieret vacuũ, eodẽ, inquã, resistũt ne dilatentur. Igitur quę mouẽtur succesione eius quod euacuatur, succedũt ne vacuũ fiat. vis effectrix huius motus (diximus enim hactenus finẽ) propria cuiusq; rei est forma. verũ de tractionibus satis multa diximus. perpendendũ modò est, qua ratione scisione venæ sanguis effundatur. Tractionẽ aliquã esse à parte vulnerata cõstat quando quidẽ frictio, ligamẽ, aut calida, quib⁹ vtimur, necessariò tractionẽ faciunt. sed constat hanc inefficacẽ esse, ad tantũ sanguinẽ extrahendum, quantus vna venæ scisione mitti solet. Videtur itaq; effundi (atq; hęc nostra sentẽtia est) à propinquis partibus extractus, à longinquis succedẽs, loco eius quod euacuatur, atq; cũ venæ adeo plenæ sunt, vt corpus aut pars aliqua grauetur, expultrice vi, quę est in ipsis vasis, fluxui sanguinis adminiculãte. quod impetus qui magnus solet esse, influẽte sanguine diuq; durãs declarat. nõ enim loco eius quod euacuatur, in vasis potentibus cõcidere, cũ tanto impetu flueret. neq; verò propterea quòd possint venæ cõcidere, tollitur omnino succesio, pro eo quod euacuatur. succedunt enim succi, vt dixi, & ad deuitandum vacuũ, & ad seruandã continuitatẽ propriam, vt aqua in plano ab vna parte effusa, vbi nullũ vacui periculum est, fluit tamen gratia seruandę suę continuitatis. casus tunicarum tollit periculum vacui, sed non discontinuationis. si etiã venę grauante plenitudine laborantes sint, non dubium quin fusionem iuuent. vt natura expurgationi, quæ à pharmoco fit, cũ fit oportune, adminiculatur. vt igitur ex purgatio illa fit, hinc trahente pharmaco, illinc expellentibus vasis, ita illa missio sanguinis fit, hinc trahentibus frictione, ligamine & calida: illinc cõcitato motu succesionis, illumq; iuuante facuultate expultrice. sed vt cũ ante concoctionẽ citra magnã indigentiam expurgatio fit, trahente fit Phrmaco, & nequaq̃ adminiculante natura, ita cum sanguis mittitur citra redundantiam, aut acrem sanguinis qualitatẽ (nam hęc quoq; potest instigare ex pultricẽ, quod in fluxib⁹ spõtaneis, qualis esse solet fluxus sanguinis de naribus, sępe fit) nulla expulsione fit sanguinis missio, sed succesione eius quod euacuatur & tractione, quã arte facim⁹. atq; tales sunt missiones, sanguinis quę sua sponte sępe cohibent. in quib⁹ sanguis non venit ex admodum longinquis partibus. in missionib⁹ sanguinis quæ citra multitudinẽ fiunt aliquam, tamen sunt nonnunquàm necessariæ, accubatio ægrotantis decliuis, versus ipsam scisurã procurari debet [illegible]t grauitas quoque sanguinis fluxum iuuet. Ex eo verò quòd diximus, tractionem ar[illegible] fieri, natur[illegible] nullam, constat rectitudinem fibrarum, quam nonnulli vane induxere, nihil confer[illegible]e. nam hę sunt facultatis trahentis instrumenta, quæ nunquàm trahit, nisi cum sentitur inanitio. interim verò dum missio sanguinis fit, nihil minus potest scisa pars sentire quàm exinanitionẽ, quia cum versus illam humores confluant, aliæ inaniuntur, ipsa sola distenditur repletione. Quoniam verò dictum est facul[illegible]tẽ expultricem simul operari, constat, interesse multum: eam rectitudinem in vacuando seruare, q[illegible]am seruat natura cum sua sponte vacuat, quoniam ei quæ in rectũ fit euacuationi facili⁹ natura adm[illegible]iculatur, vt per scisuram in recto factam deponit noxia, quibus lędit[illegible]ur, sed de his sumus iterum dict[illegible]ri statim, modo consequentia sermonis diximus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Caput quartum. De rectitudine quam seruari oportet in venæ sciſsione.

*

VANDOQVIDEM VNO HOC CAPITE RECTITVdinis multæ controuersiæ centinentur, & multæ opiniones, neceſſe eſt imprimis dicere ea, quæ dogmatis omnibus communia ſunt, quo deinde quæ ſunt conſtituta in contrauerſia diſtinguantur. Quæ ad venarum anatomem ſpectant, non debent argumentis diſputari, ſed aut oculis cõſpici, aut ſi cui hoc non contigit, interim ex probatiſsimis autoribus, iiſque qui diſſectorũ diligẽtiſsimi fuerint, recipere, & quæ inter oẽs maximè conueniunt ea probare. Interim ego modò tibi, quominus labores, quę ad ea quæ dicenda ſunt neceſſaria videbuntur de venarum diſſectione, aperte ac fideliter enarrabo. Monſtratum eſt in primo huius operis libro, venas ex hepate oriri, à quo proinde ſermo exordiendus eſt. Ab hepate naſcuntur duæ venæ. prima eſt à parte caua, hæc dicitur portæ, quia per ipſam ſubiit in hepar alimentum: atque eadem ratione eæ quæ à portis proficiſcuntur venæ, radicibus conferuntur, reliquæ ramis. quanquam nonnullæ partes (quæ ſcilicet neque admodum tenuis, neque admodum confecti ſanguinis habent opus, per venas, quæ ex portis oriuntur, nutrimentum accipiant. hæ ſunt ventriculi fundum, et lien, à quo rurſus vena reddit in ventriculi magnam partem & omentum, peritoneum, & pancreum. reliquæ venæ quæ hinc prodeunt, aliæ meſenterium recti inteſtini generant, vſque ad podicem productũ, aliæ meſenterium coli, alię hæc ambo colligant, aliæ inſeruntur in pilorum, aliæ in dodecadactilum ſiue ecphyſim, per quas vt radices, humorem trahit hepar ex vẽtriculo & inteſtinis, quę illi idem præſtant, quod terra plantis. Altera vena quæ ex giba deducitur, caua appellatur, quæ in ipſo exortu diſſecatur in duas, quarum altera aſcendit ad nutriendum ſuperiora, altera ad inferiora repit per ſpinam. Quæ ſuperiora nutrit, aſcendit per ſeptum tranſuerſum, inſeriturque in cordis dexterum ſinum. Antequam hæc penetret cor fiunt ex ea venæ prætenues, quæ nutriũt ſeptum tranſuerſum & pericardion, & cum iam cor tranſcendit, altera vena ex ea fit quæ dicitur & eſt ſine coniuge (quanquam hanc quoque citra cor produci putauit Galen.) abitque vſque ad quartam thoracis vertebram, quàm vbi attigit detorquetur deorſum, inclinans ad partem dextram (nam illic gula incipit inclinare ad ſiniſtram) & ad ſingulas octo coſtarum inferiorum binas remittit venas, vtrinque vnam, ad nutritionem. Sed ex corde exit ad pulmonem vena, quæ arterialis dicitur, quia duplici tunica eſt conſtans, vt arteriæ. Et caua cor iam prætergreſſa tendit recta verſus iugulum, remittens in quatuor coſtas ſuperiores venas quibus eæ nutriunt. deinde ab illa prodeunt primum duæ magnæ venæ, ab vtroque latere vna, quæ per axillas in brachium tendunt, ſunt hæ internæ dictæ, tñ quæ rectà aſcendit, non inſumitur in has, ſed procedit tantillum, diſſecaturque deinde in vocatas iugulares, quæ per iugulum, a quo nomen illis tributum eſt, in caput aſcendunt, diuiſſæque multifariam in totum illud diſperguntur. Poſtquam iugulares ſeparatæ ſunt, ab illarum quaque vna altera prodit, quę tendit in brachium, eſt hæc dicta humeraria, quia antequam brachium ſubit, mittit nutrimentum colli partibus internis, clauiculis, dorſo. ab interna & hac quam dicimus appellari humerariam, quamque alii externam appellant, iuxta cubitum proficiſcuntur ramuli, qui coeuntes paulo poſt, venam conſtituunt, quæ communis dicitur. Hincque tres inſignis magnitudinis ad manum tendunt, vbi mille modis coeunt, & diſtribuuntur. Ita ſe habent venæ ſuperiores. A ramo cauę qui deorſum repit, prodeũt primo duę venę emulgentes vocatę in duo renes, à ſiniſtra illarum tendit alia in ſiniſtrum teſtem, cui altera reſpondet tendens in dextrum, non quidem ab emulgente ipſa ſed infra illam ex caua orta. deinde mittuntur etiã ex magno illo ramo venæ ad lumbos & ad vterum, aliæ ad fundum, aliæ prope illius os, quæ etiam ad fundum vſque pertingunt, productis quibuſdam ramulis. Ex lumborum vterique venis, quædam aſcendunt rurſus per rectos ventris muſculos, & coeunt cũ aliis quæ ex mammis deſcendunt. Tandem illa, quę in hæc omnia diſtribuenda deſcendebat, in duas tendentes inguina diſtribuitur, quæ deſcendentes illhinc per femora, prope genu in ramos tres diuidũtur. abit alter per internã partem ad poplitem, alter per externam tibię ad pedem,

Vena porta

Caua.

Vena arteriã.

Vene iugulares

humerariæ

Coũs

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alter per medium ad malleolum. hæ tres venę diſpẽſantur in pedes vt tres alias in manus diximus. Eſt quòd omnes medicorum ſectæ recipiant rudem hanc anatomem. Illud quoque cum omnibus conuenit nobis, euacuationis eſſe tres modos, reuulſionem, euocationem & deriuationem: reuulſionem fieri ex contraria, euacuationem ex laborante particula: deriuationem neque ex cõtraria neque ex eâdem parte, ſed veluti à lateribus Hippo. libello de humoribus diſſeruit de reuulſione & deriuatione, ita ſcribens: medella euocatio deriuatio in caput, in latera quà maximè repit, aut reuulſio in ſupernis deorſum, & infernis ſurſum. Sexto etiam epidemion parte ſecunda contextu vigeſimo octauo, reuellere, inquit, ſi quò non oportet repit, ſin autem quo oportet, his apperire vt repunt vnaquæque. Itaque harum euacuationis ſpecierum fuit vt omnium etiam bonorum nobis autor Hippo. quas omnes ab ipſo recipiunt. Neque minus illud recipiunt omnes ex Hippocrate, euacuationes has omnes, fieri debere per communes venas, & ſecundum rectitudinem malè affectæ partis. Nam & euacuationes quæ ſponte naturæ fiunt, ſi ſecundum rectum fiunt ſubleuant periculum, ſin minus nõ ſubleuant. Nimirum eſt familiariſsima naturæ hęc rectitudinis obſeruatio in euacuationibus, quæ & in abſceſsibus etiam conſpicitur. deponit enim membrum quodcunque ſua excrementa, in partes quæ ſibi lateris conſortes ſunt, potiuſquam in aduerſas. Ex hepatis plenitudine in dextro inguine fient bubones magis, exline in ſiniſtro. Hęc omnia innuit breui hippocrates ſexto epidemion ſecunda parte contextu duodecimo dicẽs, ſecundum rectum & coſtarum dolor, & hippochondriorum contentiones, & lienis elationes, & ex naribus fluxiones & aures ſecundum rectum. Atque in eandem ſententiam paulo poſt. Cõſideranda hęc, quo, & vnde. Galenus toto opere de criſibus eas expetit euacuationes, quæ ſecũdum rectum fiunt, ad boni iudicii fidem tertio de criſibus capite tertio ita ſcripſit: oportet autem ſanguinem recto curſu fluere, ex dextra quidem nare propter hepar, & ea quæ ſub dextro Hypochondrio ſunt, ex ſiniſtra autem propter lienem & vicinas partes. Si igitur natura ſecundum rectitudinem euacuat, conſtat medicum non debere euacuare, ſine rectitudine. Hæc ſunt, quæ recipiunt omnes. quanquam de modo quo obſeruari debet rectitudo nõ oẽs eodẽmodo ſentiũt. Sed Auicena & eius aſſeclæ dicunt, in humano corpore, vt & in quocũq; alio, eſſe tres diametros, longitudinis ſcilicet latitudinis & altitudinis iuxta quos conſtat tria eſſe contraria, ſurſum & deor in longitudine, dextrum & ſiniſtrum in latitudine, ante & retro in altitudine. His fundamentis iactis, dicunt, reuulſionem ex maxime contrariis debere fieri, atque hanc perpetuò fieri debere ante deriuationem: & euacuationem, interim dum fluxio fit. Hæc cum præcipiant hanc vnam obſeruant rectitudinis legem. non tranſgredi duos diametros. Verum ſecundum vnicum, quo ex remotiori à malè affecta parte loco, fiat ſanguinis miſsio, eò potentius eam dicunt reuellere. hinc fit, vt ad dolorem capitis venas in malleolis primo ſecent, quia ſecundum vnicum diametrum, longitudinis ſcilicet, ſunt remotiſsimæ, deinde paulatim accedant propius, ſecundum diametrũ eundem. ſecant ſcilicet ſecundo communem in brachio venam, vltimo externam: atqui hanc, ſine timore, vt qui ad malè affectam partem vereantur trahere. Qui illorum maximè audaces, dimittunt melleolos, tamen ſciſsionem venæ communis ante exrernam, nulli illorum negligunt. In bubonibus ingninum venam ſecant in brachio, ita & in renum affectionibus, vteri & teſticulorum. Auicena libro tertio fen decima tractatu quinto capite primo, in pleuritide & aliis internis inflammationibus, primo iubet ſecare venam in malleolo eiuſdem lateris, ſecundo communem in brachio contrarii lateris, vltimo internam eiuſdem lateris. qui duas tantum omiſsit, quibus ſciſis, poſſet amplius ab affecta parte recedere, venam in malleolo contrarii lateris, quia hæc diſtat per duos diametros, & externam in bracbio contrario, quia hæc diſtat quã plurimum. Sed alii quia ab ægrotantis bono non eatenues cauent, in his affectionibus à contrarii lateris vena interna miſsionem ſanguinis auſpicantur. Hæc eſt itaque barbarorũ praxis in mittendo ſanguinem. qui tamen verbis Hippocratis & galeni atque adhibitis rationibus ita conantur ſuam ſententiam confirmare. Hippocrates libello de natura humana commentario ſecundo contextu nono, ita ſcripſit, curare oportet, in ſectionibus longiſsime ſecare à locis in quibus dolores fieri conſueuere, & ſanguis colligi. ita enim minime magna mutatio inopinatò fiet, & conſuetudinem præcidetis ne amplius, eodem loco colligatur. Quib⁹ verbis conſtat contineri Hippocratis ſententiam, à quam longiſsimis ſcilicet vacuandum eſſe, neque ſine argumentatione. Quo enim inquit, fluentem humorem retraxeris, ad remotam magis partem, eò citius facies deſueſcere, quo ſolebat ire. Igitur ex remotiſsimis ſemper vacuandum eſt. hoc idem docet Galenus millies dicens, ex contrariis fieri debere reuulſionem. Quod verò reuulſio extra contrariis locis fieri debeat, vt etiam latus tranſeundum ſit, & ex ſuperioribus veniendum ad inferiora, de ſententia etiam Galeni, conſtat, ex decimo tertio Methodi capite

tertio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tertio : Vbi ita habet : altero crurum male habente, scarificabis reliquum ; altero brachio-, rum, crura. Ita itaque à brachio ad crura, & à dextro ad sinistrum. Celsus quoque decimo capite se-, cundi libri humero affecto, secare iubet venam in brachio contrarii lateris. Paulus capite quadrage, simo libri sexti ita scripsit, igitur in recens inflammatis particulis ex contrapositis oportet efficere, euacuationem, in diuturnis verò inflammationibus ex vicinis. Ætius sermone quarto tetrabibli dæ capite sexagesimo octauo, in his vero qui acuto morbo vt diximus infestantur, si quidem, circa [illegible] clauiculam hæreat dolor, venam incidere oportet, vt dictum est in brachio, non eo, quod recta ab inflammato latere procedit, sed opposito. Ecce igitur vt plerique Græcorum (dicunt), quín & Gal. ipse videtur eodem modo mittere sanguinem, quo arabes. Quod enim reuulsio ad ma-, maxime contraria fieri debeat, videntur hactenus probasse. quod verò incipiente inflammatione, vtendum reuulsione sit perpetuò ante euacuationes alias, colligunt ex eodem Galeno qui secundo de ratione curandi ad glauconem capite secundo ita scripsit, influentium igitur adhuc humorum re-, tractio, eorum qui iam partem obsedere deriuatio medella est. hinc factum est, vt cum hæc de senten-, tia Galeni sibi videantur barbari dicere, Auerroes libro septimo capite vigesimo nono irrideat Ga-, lenum quod aliud docuerit, in sermonibus vniuersalibus, (ita loquitur) aliud opere exsequatur. Huius sententiæ ratio in ipsis autorum sermonibus continetur, quòd scilicet ex proxima parte va-, cuare pleno corpore, aut impetu fluxionis nondum sedato, non videtur posse periculo carere, quo-, niam humorum impetus excitatur versus partem, qua emittuntur. Igitur ab affecta fluxione parte e-, uacuare, nihil aliud est quam iuuare impetum versus partem, in quam sponte succi fluebant. Potissimum si redundantes humoribus sint partes quæ immittunt. Videtur itaque consultius à contrariis maximè partibus euacuare, quò impetus in contraria trahatur, & partes immittentes per præcautionem inaniantur. Hæc est opinio barbarorum, qui, iactis suis fundamentis, viden-, tur consentanea collegisse. sed quoniam Galeni opinio omniumque, qui Hippocratis artem multum promouère, longe distat ab horum sententia, tentandum est videre quid in constitutione huius dogmatis deliquerint. Errant enim quammaximè in primis fundamentis, quo factum est, vt in ipsa praxim, multi errores processerint. Nam quod primo accipiunt, triplicia esse secundum locum con-, traria, quoniam tres diametri sunt, male colligunt. Nam aliam quandam reliquere contrarii ratione quam partes, quæ in imò sunt, habent cum omnibus partibus extremitatis. Hęc est introrsum et extra. qua-, re multo melius Galenus dixit libello de reuulsione, quatuor esse contraria, à superioribus ad infe-, riora à posterioribus ad anteriora, à dextris ad sinistra, ab internis ad externa. Quod enim hanc con-, trarii rationem omisserint, satis constat. Nam aliter si fingas partem quæ in medio corporis est, male affici, nulla ex parte reuulsio posset fieri, quoniam nulli parti esset loco contraria. Est enim hæc pars, quæ superiora ab inferioribus, anteriora à posterioribus, & dextra â sinistris separat. habet igitur aliam contrarii rationem quam illi omisserint. Nam si dixeris (quod solum dici posse videtur) partem illā mediam toti extremitati & omnibus in ea partibus esse contrariam, secundum rectitudinem alicuius diametri: qm superiorib⁹ est iferior, et iferiorib⁹ superior, ad dextras partes est sinistra, ad sinistras dex-, tra. Tunc quoque malè illi censeant, venæ internæ cubiti dextri lateris, cum inflammatione dextræ partis pleuræ, nullam contrarii rationem intercedere, quando si conferas cum brachio, sinistra sit ea pars, non igitur ita dici debet, dextrum ad sinistrum, aut superius ad inferius. Sed corpus vniuersum in partes superiores & inferiores cogitatione secandum est. Atque harum quęlibet rursus secari debet in dextras & sinistras, rursumque singulę in anteriores & posteriores. superiores partes sunt, hepar, liē, & quæcunque supra hæc membra sunt constituta, quæ verò infra sunt, inferiora. Est verò terminus partitionis hic, quandoquidem vt paulò superius dictum est, diuerso cauæ venę ramo, cum vena caua statim ac ex hepate prodit, bifida sit, nutriuntur omnia hepate inferiora, atque ea quæ supra constitu-, ta sunt. His fundamentis ita iactatis, scire licet, apud Galenum hanc esse rectitudinis legem, vt socie-, tas membrorum seruetur, dextrorum scilicet cum dextris & sinistrorum cum sinistris, superiorum cū superioribus, inferiorum cum inferioribus, non vt illi opinabantur, diametrorum aliquam rectitu-, dinem. Igitur cum superior pars laborat, quæcunque ea sit, in brachiis secanda vena est, cum infe-, rior in cruribus: cum dextra, in brachio aut crure dextro, cum sinistra in sinistro. quod vt exemplis declaretur, propter inflammationem hepatis, ex dextro cubito, propter inflammationem sinistri re-, nis, ex sinistro crure secari debet vena. Cœterum non hæc modo consideranda sunt. Nam & ipsarum, quæ superiores sunt, partium, aliæ hanc, aliæ illam venam secari iubent, nimirum hippochondria & thoracis tota regio, internam: partes circa collum & caput externam, quam humeralem dicunt, cum vtræque laborant, aut nulla, sed citra indicationem partis sanguis mittitur, communis secanda est. est huius nulla alia ratio quā quod in anatome comperimus quòd scilicet externa vena collū & caput nu-, trit, thoracē & hippochondria interna. nō quidem cū iam scissa est, sed ductu quodā nō a[illegible]eo longo. hæc itaq; est mittendi sanguinis Galeno metho. quæ quanto sit rationi magis consona, eà q[illegible]a barbari

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

medici vtebantur,hinc dices, ꝙ cum hac via videamus proprius ad ipſam partem laborantem accedere,tamen recedimus etiam ab ipſa quam longiſsime.nam aut Hippo. & Galenus cum ex maximè contraria parte reuellere præcipiunt(præcipiunt enim perſæpe) omni modo contrariam partem intelligunt,aut certo quodam:primum neque ipſi intelligunt, non enim vererentur tranſire duos diametros. ſi ſecundum cõſtat internam venam cubiti dixtri à thoracis dextra parte diſtare admodum lõgè,ea contrarii ratione quæ internorum cum externis eſt.præterea, conſtat: vbi duplex indicationis eſt ab affectu,amethodum eſſe operari pro ratione vnius neglecta altera, ſed eligendum tunc tẽporis auxilium eſſe,quo vtrique indicationi aliquid præſtetur.ſed neceſſe eſt cum propter fluxionem aliquam ſanguis mittitur,aliquid fluere,ſi modo fluxionis principium eſt,& aliquid fluxiſſe.neque enim fluxionem antea ſentimus quàm id quod fluxit dolorem exicitet.quod fluit reuulſionem exigit, quod fluxit partim euacuationem partim deriuationem.quod in anguſtos impigit meatus euacuationem quod circa partem ipſam eſt,deriuationem.Igitur in omni tali affectione ea miſsione ſanguinis vtendum eſt,qua ſimul & reuulſio & diriuatio & euacuatio fiant. hæc fiunt miſso ſanguine eo modo quo diximus.nam quoniam contraria loco eſt vena quę ſecatur reuellit, quoniam lateris habet ſocietatem,deriuat & euacuat.ſi verò ad mittendum ſanguinem latus excederem⁹, aut de ſuperioribus deſcenderemus ad inferiora aut aſcenderemus contra,ſolum reuelleremus, perinde ac ſi in partem laborantem incidiſſet nihil.neque verò interna vena cubiti dextri vicinior eſt dextro lateri quàm contraria,niſi obliti ſimus,internas venas in vnam quandam communem ſtipitẽ coire in thorace,antequàm vena occurrat,quæ defert alimentum quatuor coſtis primis.quanquam hoc quoque nonnuquàm aliter habere conſpeximus,vt ſcilicet ex ipſa interna vena alimentum capiant illæ coſtæ.tanta eſt ſtructuræ varietas.Verum vtcumque fiat,ſiue alantur ex caua nondum diuiſa,(quod eſt frequentiſsimum)ſiue ex ipſa,ſiue interna,partim ex hac partim ex illa,non eſt inter cubitũ & latus tanta vicinia,vt debeat eſſe ſuſpecta,ne in ipſo mali principio. His ipſis rationibus, quibus hanc ſententiam confirmauimus, apertum fit,propterea ſecandam eſſe venam lateris eiuſdem, etiam ſi primo inflamationis die accerſamur,quod etiam primo die inflamationis,neceſſe eſt aliquid fluxiſſe.Si vero citra malum aliquod,ſola præcautione ſanguis mitteretur,nihil prohiberet & latera excedere.& quancunque aliã membrorũ ſocietatem negligere.quoniã ſcilicet,eotempore nulla indicatio eſt eius quod fluxit,neque eius quod fluit,fluit enim adhuc nihil,ſed eius tantum quod timetur, ne fluat, debetur verò vt humori qui iam in parte eſt euacuatio,& fluenti,partim reuulſio partim deriuatio,ita ei qui fluxurus eſt reuulſio ſola. ita interpretatur Gal.ſententiam illam Hippo.quam ex libello de natura humana commen. 2.contextu.9.pro contraria ſententia adducebamus.poteſt verò non tantum in his qui morbo laborant, ſed & in benè valentibus eſſe partis indicatio,non eius quæ morbo affecta eſt,cum ſit nulla, ſed eius quæ affici ſolet, in quibus licet vti reuulſione ſola,nihil habente euacuationis aut deriuationis. in his vero qui iam ægrotant non licet,niſi forte cũ maximę plenitudinis ſubeſſent in initio fluxionis notæ, atque pars quæ laborat eſſet ignobilis.vt ſi forte cum magna totius corporis plenitudine inciperet fluxio in genu incumbere,liceret auſpicari miſsionem ſanguinis à cubito eiuſdem lateris, deſtituta quadamten⁹ rectitudine laborantis particulæ,tamen in pleuritide aut in morbo aliquo tali nunquàm non eſt operandum,vt diximus.quia quod factum eſt morbi,ratione partis vrget.habetur hoc.2.ad glauconẽ cap. 2.Igitur vt iterum ſermonem reſumentes dicamus,ſi propter præſentem aliquem morbũ ſanguis mittitur,ſeruanda partis affectę rectitudo eſt,ſi citra morbum,non eſt hæc rectitudo neceſſaria. ſed neq; adhuc hoc pręceptum videtur eſſe perpetuum,eſt enim ad eam euacuationem,quæ in morbi principio fit,neceſſaria aliqua loci oppoſitio.igitur vbi deeſt ea, quam nos addidim⁹ externorum,inquam, & internorum,neceſſum eſt aliam requirere,quò fit vt in inflamationibus externis hæc non adſit, cũ ſanguis mittatur erit.n.ab externis ad externa.aut tranſgrediendũ ad aliud latus ſit,aut aſcẽdẽdũ deſcẽdẽdũ ve.Sũt externę inflãmationes in mẽbris illis,quæ extrema dicũtur,brachiis ſcilicet & crurib⁹ cõſtentes.nam quę in ventre aut ſuperiore aut inferiore conſiſtunt,quantumuis attingant ſuperficiem, habentur pro interinis.proinde Gale,13.meth.vt paulo antea dicebatur,laborante crure,reliquum, laborante manu crura ſcarificare iuſsit.quanquàm videri poſſet alicui hic quoque difficile, cur ſi laborante altero crurum ſecatur vena in reliquo,laborante manu non alterius venam ſecamus, ſed deſcẽdimus ad crura? huius rei(quantum ego iuditio aſſequor)hæc eſt cauſa,cum laborante manu dextra, gratia exempli,vnius tantũ oppoſitionis tranſgreſsio eſſet,ſiue ex oppoſito brachio ſiue ex crure eiuſdem lateris mitteretur ſanguis.accedit,quæ miſsionem ſanguinis ex crure ſuadeat indicatio ſitus, quæ quanquàm perſe videri poſſet fortaſſe non adeo magni momenti, tamen cum reliquorum eſt ratio par,quęuis indicatio facit conſilium in hanc aut illam partem inclinare.præcipue cum neque hæc indicatio per ſe ſit adeo contemnenda,ducuntur enim proculdubio deorſum multò facilius ſucci,vt pote grauitatis alicuius participes,quàm ad ſuperiora retrahantur.eâdem hac ratione,quà externa mala à præſcripto lege excipiuntur.Cenſuit Celſus laborante humero,venam ſecare in brachio,nõ eo quod é regione eſt humeri affecti,ſed contrario,nimirum vena humeraria ſubit in brachium per humerum ipſum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ipsum. Quod ex Aëtio adductum est, aduersus hanc sentẽtiam, aut intelligo dictum de sentẽtia archi genis, aut contemno. Quod ex Paulo adducebamus recipio. Nam ita fieri posse secundum hanc sentẽ tiam, vt in principio inflãmationum ex remotissima parte sanguis mittatur, inueterata in flãmatione ex proxima, intelliget facile, qui attentè vt multa alia Gale. loca, ita vel imprimis decimum cap. 13. me- th. legerit, quo loco docet, non ei missioni, quam in principio fecerimus insistere, sed procedente ma lo ad affectam partem propius accedere. In angina, inquit, primùm eas quæ in manibus, secũdo eas sub lingua sunt. At his qui in occipite laborant primum eã quæ in cubito deinde eã quę in fronte. quarum [illegible]o reuulsio est, à posterioribus scilicet ad anteriora, aut contra. quam docuit hippo. 5. aph. 68. dicens. cui dolent partes capitis posteriores, in fronte recta vena incisa prodest. Vides igitur vt sententia Pauli nostræ consonet. Restat aliud quod interpretatiõe indiget. Dictum à nobis est, in men brorum partitione paulo ante, superiores partes ab inferioribus in regione hepatis separati, ita vt cum membra, infra iecur male affecta sunt, sciscione venę in cruribus opus sit, id quod ratione ex anatome desumpta monstrauimus, & à Gale. dictum est apertè. 6. epid. parte prima com. 6. his verbis. didicisti autem membra supra iecur, venæ cubiti sciscione indigere, infra verò crurum. in poplitibus nobis ve- nam cedentibus, aut omnino saltem iuxta maleolos. Tamen libello de sangui. missi. videt contra hãc sententiam, protulisse, renes vtriusque generis esse, quasi nihil interfit, illos aut superioribus aut infe- rioribus membris annumerare, sed euacuationi superiori & inferiori obediant. Verũ iã dicam qđ res habet. Membra superiora ab inferioribus distinguntur quo loco diximus, ita vt hepar superiorib⁹ an numeretur. Quare quæ prima occurrunt membra in inferioribus, renes sunt. proinde fit vt cum he- par sit membrum vltimum superiorum, renes primum inferiorum, nunc hepar nunc renes, terminũ huius diuisionis Galenus dicat. Fit etiam, cum renes, etsi ad inferiora inclinant, à superioribus tamen non longe absint, quanquam vtilius vacuantur per inferiora, vt non tamen omnino inutiliter aliquã- do per superiora vacuentur, potissimum si magna in corpore redundantia sit, quo tempore licet ali- quando, magis ab affecta parte recederẽt. Hanc esse sententiam hipp. & Gale. intelliges ex loco citato. 6. epid. vbi curans hipp. renum dolorem grauem, inquit, & heleboro vti & poplitem secare. Gal. quo que. 13. Meth. capi. 10. inquit, propter renes vero & vesicam & pudendum & vterum quæ in cruribus sunt. Quin & in ipso libello de sanguinis missione, satis apertè hæc docuit dicens. At renes, ancipites sunt, siquidem sunt infra ea quæ primo diximus, & supra ea quæ secundo. vnde ita colligit. qua de cau sa venę sectionibus in cubito interdum obediunt, vbi videlicet recens fuerit phlegmone, cum sangui nis multitudine, quibus vero affectio inest, quam proprie nephritim nominãt, eam quæ in poplite est secare expedit, aut certe eas que in malleolis sunt. sensit igitur Galenus, hac in parte haud dubiè vt nos sumus interpretati. Inuoluit verò prædictis locis, aliam, ad venarum differentiam spectantem, contro uersiam. commendat omnibus his locis, venæ scisionem in poplite, plusquam in malleolis. Nã hanc requirit, vbi illa deest. nihil enim aliud significãt illa verba. Eam quæ in poplite est secare expedit, aut certè eam quæ in malleolis. quod dixit clarius prædicto capite. 13. Meth. eas quę in cruribus sunt, ac po tissimum quæ circa poplitem. libello de sanguinis missione cap. 18. loquens de ischyadicis, inquit: qua- re secta in poplite vena commodior ita affectis est, quam ad talos. in commentario etiam. 6. epid. hoc idem dixit his verbis, in poplitibus venas nobis cædentibus, aut omnino saltem iuxta malleolos. Itaq; his omnibus locis aperte dicit, meliorem esse missionem sanguinis ex poplite ea quæ ex malleolo. Ta men libello de venarum dissectione ita scripsit, describens has venas crurum. Tertia vero quę est inte- rior ad anteriorem tibiæ partem procedit ac inde ad malleolos, peruenit ad ipsum tibiæ extremum, hæc est ad sanguinem mittendum commodissima. Hoc falsò videtur tribuisse Gale. venæ malleoli, si vena poplitis illa est commodior. Neque verò recipiendus est, qui dixerit, esse illam venam ad sangui nem mittendum commodissimam, cæterum non omnium commodissimam. Nam cum paulo antè de vena poplitis fuisset loquutus, tamẽ illam admittendum sanguinem non commẽdauit. Igitur quã- tum ego intelligo, hęc ita componenda sunt. vtilius secari venam in poplite, quoniam cũ propinquior sit euacuat citius, nisi forte cum reuulsionis esset necessitas multo maior, tunc enim vtilius etiam seca- retur in malleolo. quæ vena, si facilitatem consideres, commodior est ad sectionem, quam quę in mal leolo, quoniam minus est in carne submersa. atq; hinc factum est, vt hodie in poplite nunquam secet vena, prę insipientia aut incuria chyrurgorum, qui quæ difficiliora sunt fugiunt perpetuò. facilitatem igitur respexit Gale. libello de venarum dissectione, vtilitatem in reliquis. sed his ita explicatis ad pen sum reuertamur. Illud vnũ supereſt, quod est omniũ difficilimũ, quodq; plerosq; neoticorũ in errorẽ grauẽ cõiecit, quẽ statim vt hæc dixerimus cõuincemus, cur scilicet (cũ à nobis ipsis paulò ante dictum sit, à latere dextro gra exẽpli ad venã internã cubiti siniſtri nõ esse distãtiã maiorẽ, neq; minorẽ vena- rũ amplitudinẽ, quã ad eã quæ in dextro est) potius iuuat sectio dextræ quã siniſtrę? cui quęstioni vide mur nos in superiori satis respõdisse. si modo nõ sumus obliti, nõ alia ex causa dixisse nos, seruari debe re dictã mẽbrorum societatẽ, quã q; eã seruare naturã perpetuò in bonis crisibus animadu[illegible]erterimus. quod vt mea fert opinio, nascitur ab ęqualitate illa membrorũ, quam, quæ nos formauit natura, in la- teribus procurauit, numeri & magnitudinis, nõ instrumẽtorũ modò, sed & membrorũ principum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nam venas,arterias & neruos ex ſuis principiis deducit,ſecundum coniugationem ramum alterum in dextram partem mittens,obiicienſque illi alterum ex ſiniſtra membris omnibus,quæ non in medio ſita ſunt,vt cor & pulmo,ex aduerſis lateribus alia veluti ad ponderis ęqualitatē oppoſuit, vt hepati lienem,dextro reni & teſticulo ſiniſtrum:atque in aliis eodem modo.tanta fuit naturæ cura in hac laterum æqualitate.vnde factum eſt,vt latus quodq; perſe,propriam quodammodo videatur habere diſpenſationem,atque ita remittat facilius ſi quid redundans habet, aut prauum pars quæcunque in aliam eiuſdem lateris.videmur igitur inueniſſe propoſiti problematis probabilem rationem. [illegible] mē neotericorum quàm plurimi aliter ſoluunt,nouum quoddam inducentes dogma.a quo quantum ego opinor Gale.ſententia multū abhorret. dicunt enim ſeruari debere,nō eam rectitudinem quam in mēbrorum ſocietate collocauimus,ſed villorū eo quòd cum venæ ex villis oblongis & tranſuerſis cōſtitutæ ſint, cōſtat ramum aliquem fibrarum oblongarum perpetuitate poſſe habere cum altero rectitudinem.quę igitur vena,cum illis quibus pars affecta nutritur hāc habet fibrarum rectitudinem,ſecanda eſt de illorum ſententia.atque hinc,dicunt,factum eſt vt Gale. aliique probati autores ad mittēdum ſanguinem,neque latus excedere,neque è ſuperioribus ad inferiora aut contra tendere vereātur.vt ex.13.meth.monſtratum eſt,&ex Celſi doctrina,qui in affectione humeri,contrarii cubiti venā ſecat,quoniam ſcilicet dicunt in his omnib⁹ obſeruatur rectitudo fribrarum,quę ſola requirenda eſt. hinc colligunt pleuritide affligente coſtas inferiores, mitti debere ſanguinem perpetuò ex dextro in quocunque laterum inflamatio conſiſtat.quoniam nutriūtur omnes coſtæ inferiores, tam ſiniſtræ q̄ dextræ à vena ſine coniunge,quam ex dextra parte cōſtat trahere ortum,atque cum venis dextræ partis habere rectitudinem.Cęterum horum placitum pugnat, cum medicis rationibus & rei euidentia. nam cum monſtratum á nobis paulo ſuperius ſit,in ſanguinis miſsione nullam tractionem fieri à natura, docuerit autem Gel. villorum oblongorum,nullum alium vſum eſſe quam tractionem,inſtrumētaque eſſe hæc facultatis,trahendi,conſtat ad miſsionem ſanguinis nihil poſſe conferre fibrarum rectitudinem.Præterea ſi quod de mittendo ſanguinem in pleuritidie inferiori afferunt,verum eſſet, eàdē ratione in affectionibus omnium earum partiū,ad quas ex portis hepatis materia nutritionis mittitur, (eſt eius modi lien & membra alia circa ipſum conſiſtentia) mitti deberet ſanguis ex dextra parte, mittitur enim illis alimentum ex dextra parte.Sed quod omnium apertiſsime illorum ſententiam cō uincit ipſa anatomes eſt, cui illi videntur maximè fidere,falſo enim dicunt,rectitudinem fibrarum obſeruari in mittendo ſanguinem ab autoribus. nam vt vena dextri cubiti cum dextris& ſiniſtris venis inferiorum coſtarum habeat rectitudinem,tamen humeraria dextri lateris cum humeraria ſiniſtri aperte habet nullam fibrarum rectitudinem.nam cum nō decidantur ex radice, vna ſed ex iugularium ramis,conſtat illarum villos ad inferiora reſpicientes deſcendere, per venæ rectitudinem ad cauam, reſpicientes autem ſuperiora, reflecti verſus caput per iugularem. Atqui ſi quis cōſideret oculatius,intelligat in affectionib⁹ hepatis nullā ſeruari poſſe fibrarū rectitudinē, maiorē hoc,q̄ illo latere.nam cū ipſa venarum radix ſit,cum vtroque latere habebit parem rectitudinem. Amatus quidam Luſit[illegible] qui nouiſsimè poſt alios omnes ſcripſit,inuexit nouū quodā figmentū,volens nobis imponere in re[illegible]dicit ſiquidem eſſe venæ ſine coniunge à radice,qua parte oritur auana caua, oſtiola quædā, quæ,vt ille inquit,ad hiandum ſanginem aperiuntur, poſtea vero ita claudūtur, vt ſanguinem illum receptum,non amplius remittere ſinant,& ita,inquit,huic venæ ſine pari euenit quemadmodum veſicæ vrinariæ,aut cordis vaſorum orificiis.Iurat hæc ſe vidiſſe ferrariæ in duodecim corporibus hominum,& brutorum.primò ille debuiſſet,quandoquidem admirandi cuiuſdam naturæ artificii, nos admonte,dicere, qualia ſint illa oſtiola,an qualia in orficiis cordis, an qualia inueſica. non enim eàdem omnino forma ſunt in duobus his locis.Qualia ſint in cordis orificiis,diximus nos tertii libri capite tertio.Qualis ſit vrinæ ingreſſus in veſicam,capite.17. eiuſdem libri.nullum tale eſſe nature opus in vena ſine cōiuge,modò dicimus,quidquid Amatus dicat.adfuimus nos quoque diſſectionibus,& hac in re illius teſtimonium nobis diligentiam peperit.tamen eſt tam expeditus ſanguini egreſſus ab hac vena,quàm in illam ingreſſus. ſatius multo fuiſſet Amatū& reliquos omnes qui in hac parte ſunt hallucinati, quodam aliud quod in diſſectione apparet conſiderare,& quod nuſquam apparet omittere.cum vena caua cor elapſa ad iugulum tendit, duo ramos non ineuidentes deorſum mittit per interna thoracis partem deſcendentes,alium dextrum, alium ſiniſtrum, prope os pectoris. dexter mittit ramulos prope coſtas dextras,ſiniſter prope ſiniſtras,per ſingulas ſingulos, qui coeunt cum aliis qui euena ſine coniuge producti,veniūt.dicti duo rami nonnunquàm vnicam radicem habent in vena caua,nonnunquā duas,nonnunquàm prodeunt antequàm caua in ramos veniētes ad manus ſciſſa eſt,nonnunquam,ex ipſis ramis ad manus venientibus.hi rami cum ex venis tendentibus iam in manus deſcendūt,apertiſsime indicāt ſocietatē dextrorum cū dextris & ſiniſtrorū cū ſiniſtris in partib⁹ iis quas vena ſine cōiuge nutrit:cū ex caua,illud ſaltē indicāt,nō opus eſſe vt ſanguis e vena ſine coniuge pdeat,eà [illegible]ē via qua in illā ingreſſ⁹ eſt,cū perdictos modò ramos educi poſsit.res ergo ita habet,eſtq; Amati placitū falsū.neq;alia quęq̄ eſt rectitudinis ratio,quę nō ſit abſurda,prętermodo dictā mēbrorū ſocie-

societatẽ,in dexta & sinistra,superiori & inferiori regione.Peragẽda itaq; sunt reliqua,vt diximꝰ,& in omni pleuritide,siue ad clauiculã spectet,siue ad inferiora,mittẽdus sanguis est ab affecto latere.mittẽ dus,inquam,profectò sanguis perpetuò est,quod ad ipsam attinet affectionem, non (vt Hippocrates visus est sentire.2. de ratione victus in acutis contextu vndecimo)si dolor inferiores costas tenet, est expurgandum. Quod etiam visus est recipere paulus lib. 3.cap.33.dicens si igitur ad iugulum vsque do lor pertingit,vena incidenda iis est,si vero ad hypochondrium, purgandum est per inferna.hæc pauiꝰ. ui tamen Galeni sententiam non reticuit,sed addidit. recentiores autem omnibus venam secant ti- m[illegible]ubitror,ex purgatione turbationem.itaque Galenus in com.loci prædicti,secundi de ratione victus,multo tutius esse censet,inquacũque pleuritide sanguinem mittere,propter graues noxas,quæ expurgationem promptissime consequuntur,potissimum in acutis morbis.quæ sententia proculdu bio est multò tutior,atque ex essentia morbi ipsius,quæ inflamatio est educta.quod tamen non puta- uerim,antiquum medicinæ doctorem ignorasse,sed tunc temporis solum expurgationem precepisse, cùm hypochondria affligit dolor, & illa submurmurant,quod cuidẽtissimum signum est vergentis sua sponte ad intestina humoris.atque hoc cùm nullus aut minimus pleuritidis sensus est.sunt enim hæc Hippocratis verba.si vero sub septo transuerso fuerit dolor,nullumque ad clauiculam signum fecerit ventrem vel nigro veratro vel peplio mollire [illegible]portet.hæc Hippo.constat verò,vt neque costæ infe- riores,sub septo transuerso contineantur.hanc sententiam manifeste continent verba illa contextus. 64..4.de ratione victus acut.hos si ab initio purgare volueris id ante diem quintũ facito,si vẽter mur murauerit:si non à medicamentis abstineto.quare fortasse & ipse Hippocrates,non aliter ac Galenus, in omni pleuritide,quæ verè pleuritis esset à sanguinis missione auspicabatur, quanquam aliter est illius verba interpretatus Galenus. Diximus tandem quę in pleuritide & in quacũque alia affectione re ctitudo seruanda sit.quare in hac quæstione nihil iam videtur desiderari.

¶Caput quintum. An vtilius sit in morbis hepatis & lienis secare venam inter minimum digitum & anularem, quam internam in cubito.

MOs est medicis fere omnibus,in affectionibus hepatis & lienis, cum euacuationes alias tentaue- rint,ad sectionem venæ illius quæ in extrema manu est, inter digitum auricularem & anularẽ tanquàm ad sacram anchoram confugere.quę tñ euacuatio multis in locis videtur à Gal. nũcin [illegible]autores relata,nunc damnata.libello de sanguinis missione cap.13 in calce capitis ita scripsit: vt, ex iis quæ ad magnos oculorum angulos aut sub lingua sunt, nihil solet effluere mentione dignum., vt neque si quis in pedibus aut summis manibus venam secet,quemadmodum qui lienem [illegible]tant,ad secundum minorem digitorũ secta vena.3 de anatomicis administrationibus prope medium, libri,ita scripsit.altera parte mediam digiti medii & anularis regionem ingreditur, quam venam non-, nulli in sinistra manu secantes sinentesque sanguinem ex ea fluere, quousque vltrò sistatur, lienem ex tali euacuatione iuuari asserunt.Ex quibus locis illud primò animaduertendum est, antiquiores medi cos non esse solitos secare in his affectionibus eam,quam hodie medici inter minimum & anularem secant,sed eam quæ ad regionem mediam inter anularem & medium,quæ vt licet cuiliber oculis consi picere,aliquanto amplior est,ab eadem radice profecta.Perpendendum præterea.Gale.sectionẽ hanc damnantem præterire,probareque in his affectionibus multò magis internam venam in cubito seca ri,neque hoc sine ratione,sed quoniam,inquit,ex hac vena vt pote parua & in extremitate consisten ti nihil notatu dignum potest effluere.tamen videtur huic sententiæ contrarius locus alter ex.14. cap.li bri de sanguinis missione,quo ita scriptum est:sic affecto liene ęque adiuuerit circa proximum medio digitũ sinistrę manus incisſa vena,atque si internam cubiti secueris,multũ enim iuuat afflictũ lienẽ san, guinis ex sinistra manu detractio.Paulꝰ etiã.40.ca.6.lib.ita reliquit scriptũ.in lienosis ea præcipue quę, inter minimum digitũ & proximũ medio sita est,in iecinorariis in dextra.extremorũ enim euacuatio, quæ elonginquo præcipue fit efficatiorẽ reuulsionẽ facit. Quo loco cõstat, euacuationem in extrema, manu probari,atque adeò eius venæ quę hodie secatur,nõ eius quã de sententia antiquorũ apud Gal., secari debere inuenimus.Probat tñ paulus sectionẽ hanc nõ sine argumentis.sed quãto, inquit, vena a liqua secundũ rectitudinẽ est remotior,tãto reuellit potẽrius.Igitur cũ hęc vena cũ hepat[illegible] aut liene ha beat eandẽ rectitudinẽ quã interna cubiti,&remotior eà sit,cõmodior videtur fore ad reuellendũ.Est igitur ita cõstituta cõtrouersia, quantum ego arbitror,ppter eam repugnantiam quæ in verbis Gale.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

videtur eſſe. vbi neoterici omnes legunt.14.cap.de ſanguinis miſſione,ſic affecto liene, æque iuuerit circa proximum medio digitum in ſiniſtra manu ſciſa vena:antiqua verſione legebatur, non æque ad iuuerit,dictione illa negationis malè interpoſita. Melius itaque legunt iuniores, quanq; neque illud, æque, habetur in pleriſque codicibus:ſed,ſic malè affecto liene iuuerit circa proximum medio digitũ ſiniſtræ manus inciſſa vena,vt ſi in cubito ſecueris internam. Igitur quantum licet ex Galeno verbis & ex Paulo colligere,vena interna cubiti ad effundendum ſanguinem commodior eſt proculdubio,quoniam eſt amplior. paratior etiã eſt ad vacuãdũ,quoniã eſt affectę parti vicinior. in rectitudine vidẽ pleriſque nihil differre. ſed omnino eſſe ſecundum eundem diametrum & ſecundum [illegible]de vena. verumtamen reuera vena hæc extremæ manus accępit iam aliquid communis & externę,quare videtur ad exinaniendum hypochõdria incommodior facta. nulla re vena hæc extremę manus venæ internæ cubiti præſtat præter diſtantiam. diſtantia nihil poteſt conferre,præter potentiorem reuulſionem. conſtat igitur aut omninó nunquàm eſſe vtilius hanc venam ſecare quàm internã cubiti, aut id eò tẽpore faciendum,quo maior reuulſionis neceſsitas occurrit. Nam ſi quid aliud poſſet venæ manus ſectionem exigere,eſſet,quamadmodum multi illorum qui hanc venam ſecant dicunt,aut neceſsitas extrahendi tenuem ſanguinem,aut mætus effundendi multos ſpiritus. quoniam, ſcilicet per latioris venæ ſciſsionem plus exhaurietur ſpiritus,& p[illegible]ctionem tenuioris,meli⁹ percolabitur tenuis ſanguis. Cęterum hęc ratio facile redarguitur. nam ad extrahendum tenuem aut craſſum ſanguinem, ad eductionem multorum,paucorumue ſpirituũ, amplitudo aut tenuitas venę non tantum confert, quãtũ ſciſſuræ ipſius tenuitas,aut amplitudo. Igitur facilius eſt ex vena interna cubiti educere tenuem ſanguinem,& ſpiritus interius continere facta ſciſsione breui,q̃ venarũ iſtã permutationẽ facere. Vna itaque ſupereſt probabilis aliquatenus ratio,reuulſio maior. Vnde perſpicuum eſt, etiã ſi concedatur venæ huius ſciſsionem eſſe nonnunquàm vtilem,tamen valde errare pleroſque artem medicam exercentium,qui tantum abeſt vt cauſa reuulſionis,hanc requirant,vt poſt alias euacuationes multò viciniores,tandem ad hanc remotiorem confugiãt,recedentes præter omnem methodum in euacuationum ordine ab affecta particula. Sed & vna hac ratione,quæ ſola videbatur ſupereſſe probabilis,videtur Gale. contraria concludere,quòd.ſ. quanq; quod ad loci diſtãtiam attinet, vena hæc eſſet ad reuellendum potentior. tamen cum propter ſtricturam non poſsit notatu dignum effundere, ad omnem euacuationem videtur ignobilior. eſt enim neceſſe vt notatu dignũ prodeat, & ad euacuationẽ & ad deriuationem & ad reuulſionem. Igitur quando reuulſionis non eſt inſignis neceſsitas, non dubium quin ſectio venæ in cubito præſtantior ſit. cum verò reuellere ſtudemus magis,longinquitate iuuante ſciſsionẽ venæ in manu,amplitudine ſciſsionẽ venę in cubito,vtriſqué rationib⁹ paribus,vtriuſq; eſt par vtilitas,vt à Gale. dictũ eſt. Quare vt ſemel dicam,ſi nunq; plus confert ſciſsio venę in manu quam ſciſcio venę in cubito: conſultum eſt nunquà hanc requirere,vt pote difficiliorem & maiori indigentẽ artis opera,balneo ſcilicet & aliis,quo notatu dignum exeat aliquid. Adde pleroſque autores quin & ipſum Auicenam in curatione inflamationum hępatis & lineis,venę in cubito ſciſsionem præcipere. hanc tacere,quam dixit paulus,vt pote non minus conferentem altera,ſi propter maiorem reuulſionem vſurpetur,atque quod ad locũ attinet,plus. ſed conſiderationes alias viſus eſt pręteriiſſe. obiiciũt nobis(ſatis certo ſcio)ipſum in operibus euidens experimentum,iactant enim experimento vidiſſe ſe eſſe hãc ſciſsionem in his affectionibus pręſentaneum remedium. Quod proinde putauerim factum, quod ad extremum tandem mali ſolent miſsione hac ſanguinis vti,cum aut ſalus propé eſt aut mors, cumque ex aliis venis prę timiditate,perpetuò modicum educant, tamen cum ad hanc veniunt, permittunt immerſa manu in calidã copioſius fluere. Supereſt ex hac diſputatione,vt caput tandem cõcludamus:ſciſsionem venę in manu,ea quę in cubito fit,cęteris paribus, hac vna in reconſiſtente diſcrimine,de qua modo diſputamus(nam quod in quantitate & occaſione eſt non debet adſcribi venæ ſciſsioni),plerumque inutiliorem eſſe,raro æque vtilem, vtiliorem nunquàm. quare de his hactenus.

¶Caput ſextum. An liceat refrigeratis ſecare venam.

PRohibet Gale. in refrigerationem patientibus mittere ſanguinem multis in locis. libello de ſanguinis miſs. cap.6. ita ſcripſit. Si verò horum nihil ſit, cæterum hyems regio ve ſit natura frigida, vel natura quoque hominis frigidior,refrigerantur grauiter toto corpore quibus ſanguis mittitur & accidunt nonnulla, quę fortem ſequuntur refrigerationem ſymptomata. Pręterea regionis frigus aut tempori, prohibent miſsionem ſanguinis,ergo multo magis intemperies ſtigida laborantis, cum enim ſanguis non modo nutrimentum pręſtet corporis partibus, ſed calor quoque naturalis perſeuerantiam ex eo obtineat, dicente Galeno eodem libello: conſtat miſsionem ſanguinis eſſe auxilium refri[illegible]erans. quare refrigerationem potius augebit, quam vt ſanet. Tamen contrà videtur eſſe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

esse,quod Gale.8.meth.capi. 4. sanguinem mittere festinanter præcepit in laborantibus diaria febre ex cutis obstructione:at verò prõptissima obstructionis in cute causa est occurrens frigus. Sed & ipsa ratio conuincit,non modo mitti debere sanguinem,vbi adest refrigeratio, sed & præproperè faciendum.quia obstructio prohibet ocultum humorum effluuium.Hoc cohibito necesse est corpus redũdare succorum multitudine,quæ vt in omnibus dispositionibus est periculosa, ita vel maximè in obstructione,quippe quæ omnium maximè,prohibens ventilationem, facit putredinem.Itaque vbi obstructa ex frigore cutis est,oportet sanguinem mittere, & quòd in ea dispositione statim redundant humores,& quòd redundantes facillimè putrescunt. Quare perperam imperiti medici vulgo persuasere,cum aliquis frigus tota cute sensit,ac deinde ex obstructione in febrem lapsus est,à missione sanguinis esse cauendum:non distinguentes, sit ne affectio qua laborat, calida an frigida, sed solam febricitandi occasionem respicientes. Sed rem ita oportet distinguere.si affectio quam curamus frigida est,vt si quis gratia exempli intemperie frigida laborat,solum calidis est agendum,& cauendum à missione sanguinis,quippe quæ refrigerãs est auxilium.Cæterum si affectio calida est, & refrigeratio causæ antecedentis tantum habet vicem,nihil nocebimus,missione sanguinis extinguentes febrẽ,& precauentes redundantiam,& permutationem ad putridam febrem, si modo adhuc diara est. nam procatarcticę causæ,vt dicitur.4.Meth.cap.3. curationis indicatio nulla est. sed omnis,ci⁹ indicatio ipsius affectus est.Igitur cum refrigeratio solam attingit cutim,mittendus sanguis est. sentitur eo tẽpore statim febris,aut saltem mordax per totum corpus sensus,propter retentionem excrementorum fumidorum,quæ per cutim expirabant. Tamen cum refrigeratio lædit etiam viscera, ac penitiores partes, omnium maximè fugienda est missio sanguinis. Consequitur hos ægrotantes, tum per totum corpus sensus frigoris,tum etiam respiratio frigida,rara & parua. pulsus quoque imminuti vsus.

¶ Caput septimum. Vtrum sit magis periculosum in grauidis sanguinem mittere an expurgare.

MVltis videtur,maiori cum periculo mitti sanguis in vtero gerentibus,quam expurgetur de sentẽtentia hippo.quandoquidem ille permittit expurgari in mediis prægnationis mensibus. Primo aphorismo. quartæ sectionis: tamen sanguinis missionem toto tempore prohibet. nullo enim tempore excepto,inquit,mulier vtero gerens sanguine misso ex vena abortit, & magis si fœtus sit maior.32.apho.quintæ. Tamen opinio hæc longè abest à sententia Auerrois,qui.7.collectaneorum ca.4. ita scripsit.dicit hipp. vtero gerẽs nõ debet vacuari nisi qñ embrionis virt⁹ fueritfortis(ita em̃ lego quã quam aliter inuenio scriptum,sed apertus est in codicibus error)hoc est à quarto mense vsque ad septimum,nisi humores fuerint furiosi, et pharmatiã concedit tũc. ego autem dico, quòd phlebothomia quando adest repletio,qua embrio non indiget,non est mala, sed pharmaciam non credo ad bonum peruenire finem.immò necessario lędit embrionem,eò quòd in se substantiã habet venenosam,& fortasse faciet,malos humores fluere ad embrionem vt ipsum lędant.Præterea medicinæ purgantes,sunt medicinę prouocantes vrinam.et quod vrinã prouocat est de genere prouocantium menstrua,& qđ menstrua prouocat abortum facit. Hæc Auerroes. quibus apertè declarat suam sententiam, neque sine argumentis, esse nempe semper missionem sanguinis minus periculosam expurgatione,in grauidis. Quam sententiam ego probo. Verum lubet rem magis distinguere. Cõstat ex his locis quę ex hippocrite attulimus expurgationis tutissimum vsum esse in mediis mensib⁹, magis periculosũ in primis vltimisque:sanguinis missionis tutissimum in primis,magis periculosum in vltimis,in mediis medio modo.Itaque quo maior est fœtus,eo habere periculi plus. quandoquidẽ sanguinis missio nocet subtractione alimenti:expugatio agitatione, quo fœt⁹ est maior,cò pluri eget alimẽto,ac proinde eò magis læditur illius subtractione,conturbatio facit abortum, dirruptis acetabulis, quibus pendet ex vtero fœtus,dirrumpũtur autem hæc facillimè & primis & vltimis mensib⁹,in his prę siccitate,in illis prę humore & mollitie. Igitur differentia temporum talis est.Ex qua sunt q colligant,vt expurgatio periculi plus habet primis mensibus quam sanguinis missio, ita sanguinis missio mediis & vltimis, Quia in mediis expurgatio est tutissima,in vltimis sanguinis missio valde periculosa,atque inde rursus colligunt, plus periculi esse, in sanguinis missione quam in expurgatione, quia paucioribus mensibus commodè suscipitur quam expurgatio. Sed si quis rectè perpendat, hi fallluntur in ipsa consequẽtia. Nam cur si sanguinis missio in vltimis mensibus fit maximo cum periculo,proinde & cum maiori quam expurgatio? multum enim interest missionem sanguinis,quæ fit mensibus vltimis conferre, cum ea quæ aliis,aut cum expurgatione.Igitur nobis aliter dicendum est. Quocunq; tempore vtraq; euacuatio fiat,aut vtriusque par est necessitas,quod ad affectum attinet,aut impar,si hoc cuius minor est necessitas: ea euacuatio maiori cum periculo suscipitur.si par est necessitas vtriusque,ego potius cõsulerem, sanguinem mittere,quoniam vt Gal.inquit,11.com.2. de ratione victus acutorum, sangui-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nis missio, vel cum minus auxilium est, probari debet, quia est multo tutius, nedum cum par vtriusq; necessitas. Atqui quoniam horum fides, ex his quæ de vtriusque auxilii natura dicta sunt, pendet, cursim prætereo.

¶ Caput octauum. De sanguinis missione vsque ad animi deliquium.

GAlenus multis in locis suadet sanguinem mittere vsque ad animi deliquium. libello de sanguinis missione cap. vndecimo. Primo aph. com. 23. 9. Meth. cap. 4. & aliàs sæpe. Quod tamen auxiliũ, multis aliis autoribꝰ videtur suspectum, propter periculum. Celsus lib. 2. cap. 10. differẽs de missione sanguinis, inquit, semper finis faciẽdus est ante quam anima deficiat. Atqui pauló ante in eodẽ cap. dixerat satius est enim primum leuare ægrotantem, deinde perpurgare, quam simul omni vi effusa, fortasse præcipitare. Hoc quoque videtur Auicena formidare, qui magis amat multiplicationem numeri quam quantitatis, vt cum illo loquar. Atque proinde hoc aliquis prudenter putet dictum: partitam missionem sanguinis, quãquã sit aliquanto impotentius auxilium, quam copiosa adiuuandum (nam ad reuellendũ efficacior etiam est) tamen esse tutius. Sed addit celsus argumentum aliud, dicens. Quod si in cura quoque aquæ quæ inter cutẽ, est ita respondet, quanto magis necesse est in sanguine respondeat? 6. aph. 27. quicunque suppurati authydropici vrũtur, pure aut aqua vniuersim, fluẽte omnino intercũt. quanto igitur, inquit celsus, verisimilius est posse hoc contingere effuso accerbatim humore, naturæ familiarissimo. Præterea dicere quisquam possit, in nulla affectione habere locum hanc tam profussam euacuationem: nam neque in ardentissimis febribꝰ, neque in vehementissimis doloribus, in quibus tamen fieri deberet, si modo dixisset Gale. vera, qui in commentario primæ sectionis aph. 23. in ardentissimis febribus & vehementissimis doloribus nihil adeo commendauit quã sanguinem mittere vsque ad animi deliquium. Sed ardentissimæ febres illæ videntur dici, quibus nullæ ardẽtiores, continuæ scilicet bilioſæ. in his verò constat, vt plerique dehortẽtur mittere sanguinẽ, vt quod conferat nihil, quin potius effrænatam reddat bilem. Licet hoc legere in curatione huius febris apud Auicenam cuius opinionem insequuti sunt plerique, ducti hac eàdem ratione. Alii etiam quod à gal. dictum sit. 4. de tuenda valetudine, recedentibus humoribus plurimum à natura sanguinis, cauendũ à venæ sciſsione esse, quòdque libro decimo Meth. eos qui valde calidi & sicci sunt, atque ita affecti, non posse habere robur virtutis dixit. Quare in illo febrium genere nunquam constare vires contendunt, atque ita excluſsas videri ardentissimas febres, nõ solum à sanguinis missiõe vsque ad animi deliquium, sed omnino à sanguinis missione. Iam verò de doloribus primo de curandi ratione ad glaconem capi. 13. ita scriptum est, ita etiam si vehementissimæ vigiliæ aut dolor intensus ægrotum infestant, cauendæ sunt copioſſæ ac multæ euacationes. Igitur in vehementissimis doloribus non habet locum euacuatio vsque ad animi deliquium. Hæc præcipuè viſſa sunt difficilia in hac sententia. quæ tamen nõ subuertunt Gale. sententiam. nam vt ipsemet distinguit. 12. Meth. cap. 5. duplex est deliquium animi. Quoddã qđ græcis ἐκλυσία dicitur, quoddam quod syncope, hoc est præceps virium lapſus magnuſque: illud est deliquiũ quo q̃ correpti sunt facile recuperant vires, quodq; proprie animi deliquium appellatur, leuiusque multò est syncope. Sunt qui ita distinguant hęc deliquia, vt lipothymia aut lipopsychia sit casus animalis virtutis, & syncope vitalis. Quorum sentẽtia mihi placet. quãdoquidem vitalis facultas animali fortior est, obsistitque iniuriis plus. proinde antequam vitalis insigne aliquid perpeciatur, incipit animalis defficere, patiente nihilominus vitali, sed leue deliquium, ad quod vsque censeo ægrotantes deducendos: non enim ad syncopem. Quanquam vt mox dicemus, expetit in hoc auxilio refrigeratio totius corporis habitus. quam refrigerationem constat esse passionem facultatis vitalis, est enim calidi innati. quare videri possit alicui, hic passionem facultatis vitalis expeti, haud quaquam animalis. Tamen hic nihil est scrupuli, non enim nego expeti perse passionem facultatis vitalis, puta refrigerationem, sed deliquium. nimirum sanguinis missio perse lædit facultatem vitalem, ita enim par est, cum euacuet sanguinem & vitalium spirituum copiã. Tamen hæc læsio, antequã deliquium vitalis faciat, refugere facit calorem ad cor. cerebri verò facultas, statim ac destituitur à calido innato, deficere incipit, cum quoniam cerebrum perse est frigidum & exangue, atq; ideo summoperè indiget cordis suppetiis, tum propter sensus acrimoniam. Itaque passio incipit à facultate vitali. tamen deliquium facultatis animalis anteuertit defectionem vitalis. in quo affectu haud dubie intelliges, consensum esse grauiorem propria passione. Nam propria facultatis vitalis passio est refrigeratio, animalis consensus est defectus. Itaque quod ad modum, quo hæc fiũt attinet, ita habet. quoniã verò fieri potest vt in aliquo tam sit insigniter fortis animalis potentia, vt antequam ipsa deficiat, vitalis insignem noxam perpetiatur, non est expectanda in cautè sensus conturbatio, sed attrectandæ arteriæ sunt, aduertendusque animus est pulsuum mutationibus. Cęterum neque quodcũque deliquiũ animi terminus euacuationis sit. nam si ex metu aut conturbatione ventriculi statim ægrotans animo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mo linquitur, iacens in lecto continendus ægrotans est, & mittendus sanguis. Igitur euacuationis, de qua loquimur, terminus est deliquium animi leue, cœterum ex euacuatione factum. quod quoniam leue est, tollit periculum, quod celsus pertimescit. quod si tamen cui videtur cõsultius, etiam si id deliquium non sit graue tamen consistere infra, rursusque euacuationis necessitatem repetitione complere, inlequuto illud præceptum. melius est infra consistere quã exquisitissime euacuare. Intelligat hic galenum non vti hac missione sanguinis propter sanguinis effusionem solum, sed ipsum perse deli- um procurare, quo frigore recreet facultatem intemperie calida pene cõfectam, atque ita deinde aut ipsum fluere faciat, aut vomitum sudorem ve excitet copiosum, quo febris extinguatur, quæ omnia deessent quantum vis euacuaretur multum ac cito, nisi ægrotans animi deliquium incurrerit. Neque verò mirum est hydrope laborantem, vtpote cui facultas, cum in eum statum venit, est debilissima, ex confertim facta aquæ, quæ totam ventris regionem obsidet, profusione mori, febricitãtem verò cum robore magno (nam talem expetimus ad hoc auxilium) ex sanguinis missione semel facta animo linqui, non etiam perire. Quod verò à Gal. hoc auxilium in ardentissimis febrib⁹ præ omnib⁹ est commẽdatum, interpretantur plerique de synochis febribus, quæ continentes appellantur. accipiũtque ansam interpretationis ex. 9. Meth. vbi ita scripsit, maximum hoc, vbi valentes vires sunt continẽtium febrium, remedium, quo loco in solis continentibus, quales biliosæ nunquam sunt, videtur hãc euacuationem probare. Has itaque dicunt ardentissimas. Est enim aliarum nullis quam his copiosior calor, etiam si mordacitate à biliosis superentur. Adducuntur etiam in hanc sententiam, argumẽtis quæ paulò superius proposuimus. Verum ego aliter interpretor, opus esse scilicet sanguinis missione vsque ad animi deliquiũ in ardentissimis febribus, atqui quo ardentiores sunt, eo magis, modò adsit facultas quę ferat, sit quantumuis febris biliosa, quid enim aliud nomine ardentissimarum febrium intelligam? Præterea si rationes perpendis, tunc quoq; quæ dico clarius intelliges. noui enim (inquit) eorum quosdam necessario perfrigeratos ex lipothymia ac toto corpore exudantibus liquoribus, aluo rupta celerrime morbo liberatos. Vsurpatur ergo vt refrigerans auxilium, quod superius monstrauimus. at vero refrigeratione non dubium est, quin magis opus sit in causo bilioso, quam continent febre. Sed dicit iterum, in quibus tibi sanguinis feruescentis copia apparet, quam occissime eos vacuare conator, priusquam in principem aliquam partem ingruat. Cum ergo humor propter feruorem paratus est ingruere in partem, vacuandum est adipothymiam vsque. Sed constat quanto maiore periculum talis impetus impendeat ex bile, quam ex sanguine, cum mobilior tenuiorque succus sit. neque verò pertimescendum est, ne bilis effrẽnis fiat educto sanguine, non enim per deum immortalem in continuis febribus, quæ putrescentem in vasis bilẽ habent, sanguis sine bile prodit, neque syncerior post euacationem bilis est. Nam neque si ex congio diluto vino pleno, dimidiam liquoris partem subtrahas, meracius vinum fit aut dilutius. quare agitandæ bilis propter missionem sanguinis nulla ratio est. Est tamen cum possit natura mouere, ita vt fit, quia euacatione reddita est potentior supra rem. quod um. Atque ita si fortuna tulerit, vt aliquod princeps mẽbrum insigniter debile sit, ex accidenti fiet vt impetum bilis excipiat. quare talibus neque in ardente febre neque aliàs aliquando tam copiosam consulo euacuationem: sed iis quibus nulla debilitas in principibus membris est, in his enim mouetur bilis ad aut intestina aut ad ventriculum aut ad cutem. deiciturque aut euomitur aut exudatur. Sed dices quid quod febricitantibus ex bile non potest contestare facultas? non video cur non. siquidem homo cui in solidorum temperie constet facultas, potest ex erratis circa victum, ex multo esu, gratia exempli, biliosorum, magnam bilis copiam congerere. In exquisita sane febre ex bile & continua, rarò aut nunquam putauerim fieri posse vt tantum facultas constet. siquidem cũ plurimum recedit humor à natura sanguinis, missionẽ sanguinis denegat. Sed febres continuas ex bile, non exquisitas illas quidem, cœterum quæ biliosæ sint, sæpe putauerim cum robore coniungi. negauit Galen. robur inesse iis qui valde calidi siccique sunt, & ita affecti. Ego de illis tantum loquor, qui ita affecti sunt, etsi tales non sint natura. vnde patet mitti posse sanguinem vsque ad deliquium animi in ardentissimis febrib⁹, siue ex sanguine siue ex bile consistãt, modo constet robur. tales quoque febres sunt & quę cum carbũculis consistunt. quare illis etiam hoc auxilium confert. 14. Meth. cap. 11. dolentibus quoque parte aliqua vehementer, mittendus tam copiosè sanguis est, sed non omnibus. fieri enim potest vt mittat̃ sanguis propter dolorem, aut propter affectionem aliam, quam dolor comitatur. vt cum febricitat aliquis, habetque vt superueniens symptoma intensum dolorem, sanguis quidem propter febrem mitti tur, non propter dolorem. qui eo casu potius subtrahit de quantitate euacuationis quam vt tantam copiam exposcat, quia scilicet dolor per se est in valde prosternentibus vires. atqui hoc præcipitur primo ad glau. est tamen cum mittitur sanguis propter dolorem, atqui tunc quoque causa doloris considerandus est. Si enim ex fluxu fit iam concitato, constantibus viribus, mittendus sanguis est vsque ad animi deliquium. speramus enim fore vt ita dolor substolatur. Si vero ex pura intemperie, frigida præcipue, nihil minus amat quam missionem sanguinis vsque ad hanc metam. Nam curationis gratia nihil alienius est his doloribus sanguinis effusione, quæ tamen confert, etsi ex nudo frigore dolor fiat

præcautionis

precautionis gratia. tamen euacuatio quæ ita fit, non debet vsque ad animi deliquium deduci. reuulsio enim est sola, reuulsionē verò partita euacuatio potentius operatur. Sed de sanguinis missione vsque ad deliquium animi satis multa diximus.

¶ Caput nonum. Quando vtendum est vtraque euacuatione vtram sit conuenientius antecedere.

VIderi possit alicui hippocratem Galenumque, cum sanguinis missionis & expurgationts occurrit necessitas par, nunc à missione sanguinis auspicari, nunc ab expurgatione. quandoquidem sexto de morbis popularibus com. 1. aphorismo. 6. iuuenes (inquit) veratro vti, & poplitem incidere. Quarto etiam de ratione victus in acutis aphorismo. 21. cum de ęgritudinibus, quæ vtroque auxilio
c egent, differat hippo. Gal. primis commentarii verbis ita inquit, catalogus est morborum qui primū
c sanguinis egent missione deinde ab ea purgari. Vnde aliquis colligat, si morborum in quibus præmit-
c ti debet sanguinis missio catalogum facit, non in omnibus præmitti debet. Cœterū hæc leuia sunt quę
c que nullam habent euidentiam. multo clarius illud in contrariam sententiam dictum est ab hippocrate eodem loco. Sed venæ sectio in his præferenda est. Quod dictum vt neque illud Galeni, non ita intelligo, quod in his præferri debeat, in aliis secus: sed quod illi fere morbi sint, in quibus vtriusque euacuationis occurrit simul necessitas. atque perinde dictum est, ac si diceret, catalogum facit eorū morborum, in quibus non solum expurgandum est, sed mittendus etiam sanguis. quod vt diceret, in quibus, inquit, sanguinis missio antecedere debet expurgationem. quasi notissimum per se sit, si vtroque auxilio est vtendum, missionem sanguinis conuenientius præire, quam subsequi. Tale enim esse putabat galenus hoc, quam notissimum inquam, nam in com. prędicti loci, sexti epid. ita inquit. quod si v-
c troque auxilio ipse homo indigeat, à venæ sectione incipiendum esse manifestum est. Quare si quid
c quod contrarium videatur significare, autoris verba continent, videsvt sapientissimus commentator fuerit interpretatus. Verum quando res tam est nota, vt de illa Galenus, ne disputauerit quidem, satis nobis pro leui hac questione sit, rationem vnicam illius dictis addere. Expurgatio vtilius suscipitur post sanguinis missionem, quam antea, sed sanguinis missio post expurgationē minus necessaria est, quam antequam sit expurgatum, igitur multo commodius suscipitur sanguinis missio ante expurgationem, quam expurgatio ante missionem sanguinis. Postquàm enim sanguis missus est, euacuata copia, ac deonerata natura, viis reditis laxioribus, non dubium, quin melius expurgatio fiat, vtpote quę & ipsa per se citra pharmacum, solet missionem sanguinis consequi. multis enim aluus humectatur, aut prouocatur vomitus, aut sudores fluunt. igitur expurgatio melius fit misso sanguine, quam eo nō misso. sanguis verò tantò incommodius euacuatur, cum expurgatum est, quam anteà, quātò minus commodum est, purum sanguinem euacuari, quam impurum. itaque quando vtriusq; euacuationis simul occurrit par necessitas, non parum peccauerit, qui missionem sanguinis vsque ad factam expurgationem distulerit. Nam præter cœtera, sanguinis missio fit citius, tutius, & cū minori apparatu quā expurgatio. sed de tam leui controuersia, non dicam plura.

¶ Caput decimum. An ad expurgandum opus sit tanta facultate, quanta admittendum sanguinem.

CElebratissimum est apud Gal. & à nobus antea dictum: affectus præter naturam exposcere auxilia medicinalia, virtutem non exposcere sed permittere, itaque exposcit morbus speciem auxilii, sanguinis, inquam, missionem aut expurgationem, aut aliquod aliud. virtus diffinit quantitatem. quoniam pro modo virtutis, plus aut minus vtendum est his remediis. itaque requirere pharmaci expurgantis exhibitionem, virtutis robur & illud non exiguum, constat, cū in magnis auxiliis sit. An verò tantum requirat quantum sanguinis missio, est in controuersia. Nam ab altera parte est quòd Gale. vt superius â nobis dictum est, scopum mittendi sanguinis robur virtutis dicit: atque vbicūque de mittendo sanguine loquitur, nihil præter virtutis defectum pertimescit. Prętera sanguinis missio est sanguinis euacuatio: humoris naturæ familiarissimi atque admodum necessarii: expurgatio est extractio noxii humoris. Constat vero vt plus oporteat debilitari facultatem, effuso humore tam necessario & bono, quam humore neque naturæ tam familiari, neque adhuc integro: sed putri. Sane sanguis cum tanto virtutis periculo funditur, vt si quod pharmacum extractorium sanguinis est, idem statim sit venenum, libello de expurgantium medicamentorum facultate. Et in mittendo sanguine præceptū est à Gale. ęgrotantis pulsum manu tenere, & in illius mutationes animum intendere. quoniam scilicet facilimè per incuriam fieri potest præceps virium lapsus, immodica sanguinis quantitate effusa. Ergo

maiori

maiori virtute est opus ad ferendum missionem sanguinis, quam expurgationem. Contra videt aliis, opus esse maiori via d expurgandum. quia quanquam per sanguinis missionem sanguis euacuetur, nō euacuatur syncerus, sed permixtus etiam cum noxii humoris non parua portione. Et quanquam natura humoris, qui effunditur, nonnihil faciat ad virtutis exolutionem, multo plus putant facere molestiam & grauitatem symptomatum, quæ ex medicamentorum vsu semper fiunt. Addunt sanguinis missionem vnico modo nocere nempe vacuando, expurgationem duobus, vacuando & alterando. sunt enim medicamenta omnia expurgantia calidæ & siccæ naturæ, quæ per se vt Gale. inquit, libello quos & quando semper nocent ægrotantibus. quæ etiam vt dicitur. 6. epid. commē. 5. eo tantummodo non dicuntur venena, quòd temporibus quibusdam proficua fiant. Est ergò hic vsus maximè pertimescēdus. de quo à Cornelio ita scriptum est: omne eiusmodi medicamētum quod potui datur, nō semper ęgris prodest, sanis semper nocet. 2. lib. c. 13. Plato ad finem dialogi de natura inquit. Tertia motionis species aliquando iis, quos vehemens, cogit necessitas, vtilis, aliter verò nullo modo ei qui mē-tem habeat suscipienda, medicorum illa purgatio est. quæ pharmacis fit. Morbi enim nisi qui magna habent pericula pharmacis irritandi non sunt. hippo. libello de medicamentis expurgantibus, vsque adeo illorum vsum reformidat, vt in acutis febribus, illis nunquam vtendum esse, vsquedum febres remiserint, decernat. Cum ergo ex assumptione pharmaci magis videatur corpus permutari & perturbari, videtur etiam necesse esse maiori virtute ad illius vsum, quam ad missionem sanguinis. Adde ex errore qui contigerit in expurgatione minus emendari posse noxas, quā ex errore in sanguinis missione. Nam etiam si sanguis mitti incipiat, vel citia virtutem, non admodum graue periculum est. potest enim sisti cum videbitur aut virtus labascere, aut permutari color. At vero quod semel deuoratū est pharmacum, non possumus rursus educere. quod si ad vomitum cogimus, neque id sine periculo fit: quin nimia humorum copia vomitum mendicamenti consequatur. Ergo his omnibus rationibus videtur effici, maiori virtute opus esse ad expurgandū. Sed controuersia ita constituta est. Quid alii dicant de hac quæstione non curo. quid ego sentiam breui dicam. Priora argumenta mihi videbantur probare, ad mittendum sanguinem opus esse maiori virtute. Nam quanquam medicamenta per se deiicerent virtutem alterando, tamen ex accidenti iuuant magis euacuando noxios humores. Reliqua omnia argumenta illud monstrant, debere nobis cum expurgationem aggreddimur, constare magis esse virtutem necessariam ad sustinendum, quam in missione sanguinis. quia si semel erratum sit, non est tam promptum emendare. Sed multum interest ita dicere, aut maiori virtute esse opus. Itaque virtus debet magis constare ad mittendum sanguinem: sed debet magis constare, esse vim que tolleret, cum accingimur ad expurgandum. Neque verò admodum est intellectu difficile, si quis animum iis quæ modo diximus aduertat. Nam cum ad vnumquodque auxilium certus quidam virtutis gradus necessarius sit, atqui is ipse qui à medico requiritur, coniectura quadam inuestigetur, fieri potest, vt ad expurgandum minori facultatis gradu contenti simus, tamen vt in hoc ipso cognoscē do maiorem coniecturæ euidentiam desideremus, quoniam scilicet, si coniectura nos fallit, minus emendari potest malū, quā si ea virtus quā ad mittendum sanguinem necessariam esse censemus, tā integra non adsit, quam adesse putamus, quum primum sanguinis missionem inuingimus. Itaque ad expurgationem non adeo magnum virtutis robur requirimus, tamen cōiecturam necessariæ virtutis eò clariorem esse optamus. quò difficilius est, vbi voratum est pharmacum, factum infectū reddere. Eisdem de causis in consultum esse puto expugationem vsque ad animi deliquium aliquando tētare, ducere. Nam quanquam dictum est ab hippo. 23. primę aph. deiectiones non multitudine sunt extimandæ, sed si talia deiiciantur qualia expedit, & facilè tollerant. atque vbi vsque ad animi defectionē expedit ducere, faciendum etiam hoc, si æger possit tollerare Gale. etiam in com. in maximis doloribus, nullum maius noui remedium, quam vsque ad animi defectionem euacuare, adhibita distinctione, an mittere sanguinem, an expurgare oporteat vsque ad animi defectionem. Sed non video qua ratione possit non esse temerarium, aggredi expurgare vsque ad animi defectum, cum non possit cohiberi cum res exposcit. Prętera non putauerim posse quenquam exquisitè metiri quantitatem pharmaci, quæ possit perducere vsque ad deliquium animi, & non vltra euacuare. Prętera de quantitate hac oportet aliquid detrahere, propter symptomata, alioqui æger à quantitate euacuationi cōiectus, in deliquium animi, grauitate symptomatum confectus periret. id quod docet Gal. libello de venæ sectione aduersus erasistratum cap. 10. his verbis, ingens præterea in propinationibus pharmacorum expurgantium periculum est, quòd vel non commouetur purgatio, vel quod in aluum attractum est, nō facile excernitur, vel cum dolore, morsibus, torminibus, per frigeratione, pulsuum interceptionibus ac animi defectionibus excernitur. itaq; de sentētia Gal. ingens periculū est cū animi defect expurgari.

¶Caput vndecimum. De præparatione humorum arte facta ad expurgandum, & an sit semper attenuatio

Si mo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

SI morem eorum qui superiori seculo quæstiones medicas scripsere essemus insequuturi, & omnia quæ ab illis dicta sunt, repetituri: longum sermonem, satis certo scio, essemus modo exorsi. Sed faciemus vt quambreuissime dicantur ea tantummodo, quę ad rei huius plenam intelligentiam videbuntur necessaria. Galenus vbi vbi de expurgatiõe loquitur, docet expurgationes non illotis, qđ aiũt, manibus aggredi: sed humores ad expulsionem præparare. Est hoc receptissimum ab omnibus autoribus citra controuersiam. sed qua ratione præparari debeant, non adeo conuenit. Sed alii extenuatis perpetuò humoribus, alii nunc extenuatis nunc redditis crassioribus, fieri commodam præparationẽ profitentur. Galen. libello quos & quando, de hac præparatione ita loquitur. Oportet autẽ prius crassos humores attenuare & secare, atque etiam lentos & meatus per quos illi transsumuntur & trahunt aperire. Talem itaque docet præparationem facere, qui neque hic neq; alibi generandæ crassitudinis ad hanc rem meminit. 2. Apho. com. 9. quo dicitur, corpora quæcunque quis purgare voluerit oportet fluxa facere. Si quis enim (inquit) extenuet incidatque crassos atque lentos humores, qui in corpore sunt, & meatus aperiat, rectè in omnibus purgatio procedit. Sed melius fortasse fuerit vt confirmetur hęc sententia, ratione ex ipsa rei natura petita. Expurgatio fit tractis succis vi medicamentorũ: sed reliquis paribus, eò facilius extrahuntur, quo sunt tenuiores, nam eò etiam sunt fluxiores, vt monstrabimus paulo post, loquentes de vocata superpurgatione. Huc enim referetur tota causa: quo bilis prodeat ante pituitam, & hæc ante atram bilem, ergo extenuatione debet medicus vti semper, in præparandis humoribus, síue illi crassi natura sint síue tenues. crassitudo enim perpetuò officiet, tenuitas nunquam potest nocere, etsi sit succus euacuandus tenuissimus. Proculdubio ita sensit, qui in acutis morbis nonnunquam in ipso principio, turgente, scilicet, materia, etiam sine præparatione expurgandum suasit, ac multo magis Gal. qui nisi quis, inquit, nactus fuerit occasionem aquam mulsam exhibendi, in qua hyssopum, origanum ve, aut tragoriganum incoctum fuerit, vel pulegium. Constat hos morbros ex tenuibus succis pendere: in quibus tamen attenuantia dari iubet, quoniam scilicet vt Gale. inquit eodem com. 24. primæ aph. hæc igitur abesse oportet, humores autem quam maxime fieri potest, esse fluxui paratos, hoc est tenues & nullum lentorem participãtes. Aliter sensit Auicena, qui fen. prima quarti cap. de curatione vniuersali febrium patridarum, ita scripsit. Et digestio quidem in grossa, est æquatio eius cum subtiliatíone, in subtili est ęquatio eius cum in grossatione. Itaque huius autoris sententia est: humores tunc optime ad expulsionem præparari, cum reducuntur ad mediocritatem substantiæ, ad quam reductionem constat crassa attenuari, & tenuia crasescere. hanc sententiã insequentes, qui in schola barbarorũ nutriti sunt, vtuntur hodie serapiis nunc tenuantibus, nunc crassitudinẽ inducentibus, illis in morbis pituitosis & melãcholicis, his in biliosis. vtuntur exẽpli grã in illis oximellite, in his serapio acidio simplici, putantes quidem illorum multi hoc crassitudinem inducere. sed falluntur, nam acidum simplex refrigerat sine crassitudine, cum aceto sit incidendi vis. quare non sunt audiendi qui, quò Gal. nimis videantur studiosi, acidum omnino secludi volunt, oximelli illi perpetuò præferentes. cum tamen non dubium sit, quin in ardentissimis febribus maior inuisus sit, quam huius. sed modo non loquimur de materia medicinali, sed illorum sententiam enarramus, qui ad mediocritatem substantiæ reduci debere putant succos expurgandos. cuius sententię hęc sunt, vt vulgatissima ita firmissima argumenta. facilius expelluntur quæ mediocris substantiæ sunt q̃ quę tenuia, ergo melius est succos mediocres fieri quam tenues. quòd verò melius expellantur mediocria, probant exemplo illorum. quæ proiiciuntur, quæ contingit difficile proiici, vel quia grauia admodum sunt, vel quia nimis lęuia, vsque adeo vt impetum non recipiant. Præterea argumentãtur, minime attenuandum esse, quoniam oportet nos perpetuò naturam imitari, illa verò quę coquũtur perpetuò facit crescescere. Addunt, tam tenues esse posse succos, vt imbibantur in poros tunicarũ, & propterea minus commode expellantur. Argumenta hæc quanquam firmissima sunt eorum: quę illi proponunt: tamen nequáquam sunt solutu difficilia, si semel opinio intelligatur. Quò ergo intelligamus prosit ne tenuitas semper ad expulsionem facilem, an nonnunquam obsit, considerandum est, quadrifariam rem alíquam expelli aliciũde posse. vel enim impulsu proiicitur, vel est succus qui fluit, aut suo pondere, aut succesione eius quod euacuantur, autvtcunque aliter, vel exprimitur de vase alíquo compressione ipsius vasis, aut à re alíqua virtute trahendi prædita extrahitur. Quod impulsu proiici constat duplici de causa posse malè proiici, aut quia nimis renititur, vt lignũ graue, & crassissimus succus, aut quia facillimè cędit, vt lęuis festuca, quæ quia non resistit, impetũ nõ concipit, & tenuissimus succus, qui diruptus facile non traditur vi impellentis. succis qui fluunt his quoq; aut crassitudo obstat, aut tenuitas. Nam crassi succi hęrentes non fluũt, tenuium, quoniam in arctos poros imbibũtur, bona pars manet. propterea vtrem, plenum pice aut oleo, nunquam possis integrè purgare. Quę vero compressione expelluntur: hæc, quo minus resistunt, eò exprimuntur facilius vt & illa quæ extrahuntur virtute aliqua extractoria Igitur succi qui euacuantur, aut venarum compræsionibus aut virtute trahente: tenuitate egent: quæ impulsu, mediocritate substantiæ. Propterea quæ de venis expelpelluntur, attenuari perpetuò à medicis debent, quippe quæ expelluntur, partim à virtute naturali expultrice

pultrice cuius motus compressio est,partim extrahuntur medicamenti trahẽtis vi,vt nono lib.monstraturi sumus:quæ vero de thorace excreando reiiciuntur,tunc expelluntur commodissimè,cũ mediocris sunt consistẽtiæ, proinde fit, vt cum inter pręparandum humores ad expulsionem,attenuantibus vtamur semper,tamen eligmata sputum pomouentia nunc sint attenuantia, nunc crassitudinẽ inducentia pro modo materiæ morbi.Sed roget nos aliquis, nunquid potionum quæ crassitudinem inducũt nullus vsus est,præterquã in thorace?Est sane aliquis.cogimur enim sępe succos venarũ crassos reddere:vt in his qui propter nimiam illorum tenuitatem exoluũtur facile, & cum cohibemus in m[illegible]s euacuationes aut fluxiones.Sed modo hoc vnum diximus,ad præparandum succos, quò recte cædat euacuatio,nunquam crassitudinem inducentibus vtendum esse:præterquam in thoracis affectionibus.Illud quod de concoctione dictum est, propia indiget disputatione propterea seorsum hoc docebitur sequenti capite.interim citra demonstrationem dicimus, omnia quæ coquuntur extenuioribus reddi crassiora,atque ita naturam crassitudinem efficere cum coquit,tamen medicum non debere perinde facere.non enim medicus & natura operantur propter eosdem fines sed longè diuersos.præparat enim medicus quo euacuet,natura,quo retineat, & sibi commodum nutrimentum faciat.natura siquidem, quidquid coquitur,curat sibi simile reddere,quod cum non potest propter ineptitudinem materiæ,quam commutat,consequi,& humor ipse consequutus est optimam cõcoctionem,quam potuit,tunc demum ipsa natura veluti desistens à commutatione ad expulsionem conuertitur.proinde ante humoris concoctionem, nunquam natura adminiculatur euacuantibus. quoniã scilicet eo tempore aliò intendit.explicat Gale.com.22. sectione prima Aph.constat ergo,cũ medicus & natura propter contrarios vsus operentur, non mirum esse, si procedant contrario modo. natura scilicet crassitudinem inducente,medico attenuante. Sed hæc quæstio quò clarior euadat proximà eget,ad quam proinde iam venio.

¶ Caput duodecimum. An concoctio semper crassitudinem pariat.

VT autor est Aristo. 4.lib. metheorũ cap.2.in vniuersum omnia quæ coquuntur ex tenuioribus crassiora redduntur.itaque concoctio,quemadmodum Galen.etiam docet,omnia cogit ac crassescere facit.neque hæc sententia euidentia caret, si quis naturam concoctionis & modum quo fit consideret.Dicente Arist.(à nullo enim commodius,quę ad philosophiam spectant,peti posse puto)concoctio est perfectio à calido innato ex oppositis patibilibus.fit aũt concoctio hoc modo. cum omnia quæ coqui possunt,constent calido,frigido,humido & sicco:calor cuiuscunque rei est,qui cõtinet humida & sicca in perfecta mistione,cum ergo cõtingit natiuum calorem imbecillum esse,cõtingit statim male siccas & humidas partes in mistione cõtineri,nõ em cõtinentur rectè ab imbecillo calore,& propterea humor redundat incõtentus in rebus crudis & putrib⁹,in vtrisq; em debilis est natus calor,& ideo vtraq; harũ corruptionũ emẽdatur cõcoctiõe cruditas,inquã & putredo.qm̃ p cõcoctionem perficitur augeturq; calor,& humidum ad perfectã mixtionẽ cũ sicco reducit.cõstat perfectionem, quam comparat res quæ coquitur esse in incremẽto caloris naturalis & ex opposito patibilibus,& toto tempore quo res coquitur, calorem in opposita patibilia operari. interim absumitur tus humor inutilis & malè contentus,reliquum humoris miscetur cum terreis partibus. Igitur resolutis tenuissimis partibus & reliquis permistis cum partibus tereis,Constat rei, quæ coquitur,fieri crassitudinem.Sed neque in hac sententia Arist.& Gale.voluit Auicena acquiescere, quin potius fen. prima. 4.cap.de curatione vniuersali febrium putridarum,aliter commentus est,fieri nempe concoctionem nunc crassitudine nunc tenuitate aucta, pro vt res quæ coquitur crassa est aut tenuis, vt capite proximo de illius opinione diximus,referentes illius verba. Putant enim omnes illius assecłę in concoctionibus naturam modo crassitudinem modo tenuitatem augere,atque ita medicum nũc debere hoc nunc illud facere,parum intelligentes non oportere, vt natura & ars in hac parte eodem modo procedant,quin potius rationi magis esse consentaneum vt contrario modo, cum propter contrarios ficnes operentur, vt vltimis verbis proximæ quæstionis diximus.Sed melius fuerit autoris verbis omissis,contrarię sententię argumenta proponere,si q̃ sunt non contemnenda.Multa,dicunt,per concoctionem genita ,tenuiora sunt illis ex quibus generantur.Nam chylus ex pane fit, & sanguis ex chylo & ex sanguine spiritus. Tamen spiritus sanguine, & hic chylo, & chylus pane tenuior est substantià. Igitur non perpetuò concoctio crassitudinem auget. præterea vrina cruda est cum aut nimis est crassa aut nimis tenuis,cocta cum substantia mediocris,et vt vrina nimis tenuis, dũ coquitur,crassa fit,ita nimis crassa dum coquitur,attenuatur. Adde videri alicui posse,ea quę coquũtur neque crassa neq; tenuia fieri,sed talia perseuerare qualia à principio fuerint.Nam neq; ratione eorum, quę separantur de re quæ coquitur,neq; ratione eorum que retinentur,videtur in crassitudine permutari. vtraque enim videntur æqualiter crassitudinem ab altera parte atque ab altera tenuitatem facere. videtur res cocta quia re-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quia resoluitur humor malè cõtentus, crassescere, sed tenuari, quia secernuntur feces crassę. Nõ aliter propter ea quę retinentur, vt crassescent tenuia cum crasis, ita attenuabuntur crassa cum tenuibus permista. Videntur ergo quę coquuntur hac ratione, aut omnino non permutari, aut mediocritatem cõsequi. Hæc argumenta & illius verba interpretes Auicenæ in mille barbaras commentationes coniecerunt. est qui dicat, alimentorum quæ in humano corpore coquũtur, quædam conuerti in membra dura aut partes crasas, cuiusmodi sunt ossa: quædam in substantias tenues, cuiusmodi sunt spiritus: alia in mediocres, cuiusmodi sunt caro & pinguedo. quæ ergo in crassa conuertuntur omnia concoctione crassescere, atque de his loquutos fuisse Aristo. & Gale. reliqua attenuari, atque ita, concoctione non crassescere, verè dictum esse. ô pulchrum conciliatorem. profectò est hæc interpretatio ineptissima. Nam quæ vniuersè protulere autores, qua ratione cogantur de his aut illis tantum intellexisse? an dici potuit clarius quam, necesse est cocta crasiora & calidiora esse? Adde Arist. demonstrasse quæ coquuntur crassescere, ab efficiente concoctionis causa sumpto argumento, quoniam, inquit, calor res omnes reddit calidiores & sicciores & magis crassas: non ex his quę per concoctionem generãtur. Est alter qui acrius videtur commentatus, sed falsò nihilominus, dicens: rem propriè subiectam concoctioni non esse eam, quam communi sermone coctam dicimus, vt panem, carnes, aut pomum, aut quodcunque tale, sed partes illius humidas. quare cum humidæ partes perpetuò permisceantur cum crasis, fit (inquit) vt quod propriè concoctionem accipit perpetuò crassescat: tamen res quæ coquuntur modò crassescant, vt cum ex medulla os fit, modo attenuentur, vt cum ex sanguine spiritus. Sed hic non videtur legisse Artst. citato nuper loco quo ita scripsit: cõcoctio est perfectio à naturali, & proprio calore ex oppositis patibilibus, hæcautem sunt, propria vnicuique materia. hactenus Aristo. quibus verbis apertè docet, propriã materiã esse opposita patibilia, hoc est, humidũ & siccũ, non humidũ tantum. Quod intelligentes alii dicunt, subiecta coctioni esse humidum & siccum, & alterum illorũ semper attenuari, atque de eo sententiam Aristo. & Gal. veram esse, alterum crassescere, & rẽ ipsam totam quæ coquitur, modo crassescere modò attenuari. sed hi (vt neque priores) non loquuntur ad mẽtem autorum. apertè enim Aristoteli & Galeno, cum dicunt res per concoctionem crassescere, sermo est de rebus ipsis quæ coquuntur, non humidis aut siccis, in illis partibus. Illud enim dicitur actione alí qua crassescere quod post eam actionem crassum dicitur. Sed â gal. ita dicitur. 2. prog. 33. concoctiones autem crassas reddunt non vrinas solum sed & deiectiones iis qui bene coquunt in vẽtre, & sputa perineumonicis & pleuriticis & pituitam in catarrhis & grauedinibus, & lipitudinẽ in oculis, & pus in vlceribus. itaque ipsum sputum, non humida in illo pars crassescit, siquidem quod coquitur, illud idẽ crassescit. Nos ergo nullam harum commentationũ insequimur, sed ipsam perse autorum sententiam amplectimur, dicentes, res omnes concoctione crassescere. Nam quanquam ex pane fiat chylus qui pane est tenuior, tamen nostra sententia nõ redarguitur, excernuntur enim ex pane multæ feces, quod supererat secretis fecibus concoctione crasitudinem cõparauit. Atque illud tãtum est coctum reliquum secretum, vt inutile. eodem modo de vrinis crasis, quæ dum coquuntur tenuiores videntur fieri, sentiendum est. Crassescit enim reuera propria, liquoris substantia, sed tota vrina tenuior fit secretione crassorum humorum, qui cum liquore erant confusi. Hæc vero quæ secernuntur nõ sunt rei propriè subiectę concoctioni pars, sed propriè illi passioni subiectũ dici debet, reliquum, quod secretis excrementis idoneum est ad concoctionem. A quo, facta etiam omni excrementorũ secretiõe, constat, aliquid, necessario toto tempore concoctionis vi caloris actum effluere: atque ita rem ipsam quę coquitur cressescere, non causa eorum quæ excernuntur vt recrementa (nam hæc nihil detrahunt propriæ substantiæ, crasitiei aut tenuitati) neque ratione eorum quæ manent permista, sed ratione earum partiũ, quæ quanquam vtiles sint & concoctioni idoneæ, actione caloris absumuntur. Hic oportet meminisse, illius quod in tertio huius operis libro diximus, disputantes de crasis vrinis: posse succum aliquem habere crasitudinem propriam substantię, quod est esse crassarum partiũ, aut permistione rei alterius crassæ, quæ non est propriæ substantiæ crasitudo. cuius distinctionis si non sumus obliti: nihil amplius desiderat prẽsens disputatio, amittit enim vrina (vt res alia quæcunque potest) cõcoctione crasitiem quam habet ex permistione substantię alterius, sed propriã non potest, quin potiꝰ rei, quę coquitur substantia semper reditur crassa.

¶Caput decimumtertium. Sit ne concoctio ad expurgationem necessaria, si succus non turget.

SCriptum est ab Hippo. 1. aph. 22. cocta medicari & mouere non cruda neque in principiis nisi turgeant. plurima verò non turgent. Qua sententia apertè vt in aliis innumeris locis Hippocr. docet non esse vtendũ expurganti medicamento ante cõcoctionem succorum. sed quatenus sit necessaria concoctio ad expurgationem, vocatur in dubium. An eatenus vt nunquam sit aggrediendum expurgare ante concoctionem: nisi succi turgentes sint, an aliquando liceat, sed rarò. An aliquo modo liceat

liceat, aliquo modo secus. Nonnulli sunt qui contendant omnino nunquam licere expurgans medi=
camentum propinare, ante concoctionem, extra turgentiam. quoniam, dicunt, vniuersalis assertio
nis vim habere sententiam Hippocr. qua edixit, non mouendum cruda. etsi quę alia foret expurgan-
di occasio, vt turgentiam excipit, illam videtur excepturus. Præterea tam multis in locis, tam diuer=
sis, tam constanter, hoc idem ab Hippo. & Gale. scriptum est, nullius alterius expurgandi tempo ris fa
cta mentione, vt hinc haud dubiè videatur constare, hanc fuisse illorum sententiam. vigesimo quarto
aph. primę particulę in acutis passionibus raro, & in principiis pharmacis vti. Galen. in commen. In
longis morbis semper oportet concoctionem expectare, in acutis verò cum turgent, & in ipso prin=
cipio possumus medicamentis purgantib⁹ vti. quarto aph. decimo medicari in valde acutis si materia
turget eadem die, cunctari enim in talibus malum est. quarto de ratione victus com. quadragesimo=
tertio Galen. ita scripsit, quod corpora expurgare cauendum est omnino apparente cruditate in succis
docet. libello etiam quos & quando hoc idem docet. sunt præterea innumera alia loca, in quibus par=
tim licere purgare cum adest turgentia, partim non licere nisi adsit, dicunt grauissimi autores. Tamen
qui purgationem sine concoctione aut turgentia permittat, est nullus locus. Addunt his rationes ab
eisdem autoribus petitas. renitente natura euacuationi, non potest ea bene succedere, sed cum hu=
mores non sunt cocti, retitentur à natura, ergo natura vsque dum concoctio est facta, retinens reniti
tur trahentibus medicamentis. quare necesse est (dicunt) vt similia cõsequantur symptomata illis, quæ
fiunt dato pharmaco sano homini, vt scilicet pharmaco non valente extrahere proprium humorem,
illic quia non est, hic quia retinetur à natura, carnes sanę colliecẽtur, vnde tormina, mordicationes, ver
tigines, & quod est multo deterius, conuulsiones. Aut ergo hæc accident, aut saltem extrahetur plus
boni succi, qm̃ hic coctus est, quam mali qui crudus est, & non cedit. cũ verò succus est coctus, aut si in
coctus sit, non retinetur, quod ex vrgentia cognoscimus (fit enim turgentia membris hinc inde expel
lentibus quo à se excutiant) natura adminiculatur expulsioni, cum succus morbi coctus est, quianõ po
test amplius emendari, desistens à concoctione natura, conuertitur ad expulsionem. Turgentem ma
teriã, quia non potest ferre illius acrimoniam aut multitudinem, expellit. quare in his rectè cædit ex=
purgatio, alioqui nullatenus. Præterea humorum concoctio in venis similis est concoctioni inflam-
mationis, conferente Gale. tertio de præsagatione expulsibus capi. 6. & primo de differentia februm.
sed ea quæ inflãmata sunt ante concoctionem, nec medicamẽto nec aliter soluuntur, nec si feces per
mediũ inflammatam particulam, quidquam materiæ fluxionis possis detrahere. Ergò simile quiddã
contingit in morborum initiis. De inflammationibus quidem dictum est hoc ab Hippo. 4. de ratione
victus in acutis contextu. 22. his verbis, quicunque ea quæ inflammãtur, morborum inter initia parãt
medicamento soluere, eius quod intentum inflammatumque est, nihil auferunt. Gal. in cõ. sententiã
transfert ad omnes morbos, pendentes ex materia, quæ debeat coqui. Præterea si quæ medicamento
vtitur materia cruda in morbo soluẽdo p concoctionẽ, nõ potest nõ prrogari morb⁹. Nã quemadmo
dũ dicit cõtextu. 44. quarti de rõne victus acutorũ, si qd moueris circa vẽtrẽ vrina nõ coquet, sed fe-
bris citra tũ sudorẽ tum iudicationẽ, in longũ protrahetur tẽpus. Gal. in cõ. monstrat, purgationes cõ
coctionibus aduersari, quia concoctioni confert quies, & modicus calor, purgãtia sunt immodicè ca-
lida, & vehemẽter mouẽt. Ergò rectè hi vidẽtur colligere si morbus coquẽdus est nũquã aggrediẽdũ
esse expurgare. Sed coquẽdus est qcũq; est crud⁹, & nõ turget. ergo null⁹ admittit expurgationẽ ptersq;
q coctus est aut turgẽs. Aliter interpretat Auicena sentẽtiã hãc fen. 4. primi cap. 3. dicẽs Gal. sensisse in
morbis lõgis ppetuò expectari debere cõcoctionẽ, in acutis nõ ppetuò, sed nõnũq; licere vacuare inter
initia, præcipuè verò cũ turget materia. Premotus est ad hanc interpretationem quãtũ ego intelligo,
illis verbis, quæ retulimus ex 24. primæ sectionis. quæ eadem dicit libello quos & quando capit. 5. ita
scribẽs in his autem qui iam ęgrotant, in longis semper oportet cõcoctionem expectare, in acutis autẽ
cum turgẽt inter initia potest fieri purgatio. tñ Auicenę sentẽtia est, citato loco in quocũq; morbo nõ
turgente melius esse concoctionem expectare, si modo liceat per facultatẽ et morbi mgnitudinem.
sed si, inquit. nõ fuerimus securi, ꝙ virtus vsq; ad maturitatis horam perduret, euacuabimus eã. Hãc ex
purgationem, quæ ante cõcoctionem fit vocant auicenistæ cum suo aurore minoratiuã, alteram erra
dicatiuam. de hac dicunt sententiam illam, cocta medicari, esse vniuersalem, nõ de minoratiua. vocãt
in suam sententiam Gale. commenta 29. secundi aph. vbi inquit, melius est in principio vacuare, quo
minorem iam factam materiam, facilius possit natura coquere. cõstat emñ ex his verbis, vt nõnunquã
expurgauerit Galenus non solum ad extirpandum morbum, sed etiam ad detrahendum aliquid qua-
titati materiæ. neque verò hic videtur locum habere solutio ea quà passim vtuntur contrariæ senten=
tiæ assertores, dictum scilicet id esse, cum materia turget. Nam cum turget materia, non est spe=
ctanda illius concoctio. Quod verò hic loquatur de morbo, in quo expectari oportet concoctio-
nem materiæ, palam faciunt sequentia verba: quò minorem iam factam materiam facilius possit
natura coquere, & ipsius Galeni enarratio. Habet enim sententia, cum inchoant morbi, si quid
videtur mouendum moue, illud, si quid videtur mouendum, ita enarrauit Galenus, non, si ma=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

teria turget moue', sed si qua est salutis spes, moue. Sed confirmant hi suam sententiam his argumē= tis. si quis laboret febre, & crudus adhuc succus sit, sed sit illius tanta copia vt non sit spes, fore, vt natura possit illam vincere, nisi aliquantum deoneretur, neque alia quæquam se exhibeat deonerandæ naturæ via, præter expurgationē, quid faciendum? an non expurgandum est vt dicebat Galenus quò reliquum possit natura coquere, non dicunt, sed qui in hoc malo constitutus est, vt insanabilis est prognosticis relinquendus, scientibus nobis vt habet Galen. commen. 29. 2. Apho. morituris nō esse adhibendas manus, ne, vt dicitur. 9. capite vndecimi Metho. remedia quæ multis fuere [illegible], apud vulgus infamemus. Sed alii, quanquam difficilem putent hanc constitutionem, nō tamen adeo grauem, vt destitui oporteat ægrotantem, quin potius & prudens & pium putant consilium thucidi= dis, quod Galenus ipse commendat decimo Metho. capite decimo. Agentes aliquid vel periclitari. quibus enim (inquit) alia non est, salutis via, & ea quæ est vnica, dubia est, necessum arbitror, his est aduersos periculis ire. & paulo infra, quanto itaque satius est aliquid bona cum spe facientes, vel periclitari quam sine spe certò perire, tantò satius est, potentibus præsidiis pugnare, quam nihil agere. Idē est consilium celsi quod & thucididis. decimo capite secundi vbi scripsit, de simili quodam agens discrimine, satius est anceps auxilium experiri quam nullum. quid quod ab Hippoc. vniersè dictū est, πέσσονα φαρμακεύειν, καὶ μὴ ὠμὰ. idest, cocta medicari, & mouere non cruda. Est qui respō der artificiosè, non, vt illi, distinguens minorativam ab erradicativa (hoc enim plurimum sapit barbariem) dictum esse ab ipso Galen. in innumeris commentariis, nullam sententiam Hippocra. quamuis vniuesè prolata sit, vim habere vniuersalis, sed doctrinalis vocatæ, atque omnia curationis præcepta cædere præcepto subueniendi ei quod magis vrget. Hoc enim est præceptum summum tertio Methodi. potissimum cum virtus labascit. cum decimotertio Method. capite nono prima omnium indicatio sit à virtute. quid, nonne illa sententia vniuersalis est, ὑγραὶ πᾶσαι δίαιται τοῖσι πυρετοῖσι νοῦσι συμφέρουσιν? quam ita transferunt (& translatio consonat magis cum enarratione Gale. quam cum autoris verbis) victus humidus febricitantibus omnibus confert, tamen Galenus statim excipit propter contrarias indicationes hydropicos qui febricitant. itaque nullum tale præceptum inuiolatum est. Hæc omnia tam sunt Galen. doctrinæ & rationi medicæ consona, vt nullus contrariæ sententiæ assertoribus supersit proteruiendi locus, nisi dixerint, rectè quidem hæc dici, si in homine illo quem descripsimus, aliqua esset dubitandi occasio, sed nullam esse talem, quin potius euidenter intelligi, nihil euacuari posse, quin homo iuguletur. Hic ergò constituta tota controuersia est, an intelligi possit ex ratione, aliquando, cum neque concoctio sit neque turgentia, tamen posse expurgationem aliquo pacto hominem iuuare. quod si semel monstratum fuerit, erit mihi hæc sententia probabilior. Primum omnium illud satis constat licere vti in morborum principiis, anteque quam materia coquatur, expurgatione cum ea vt reuellens auxilium suscipitur præcautionis gratia. Nam ab Hippocr. quarto de ratione. vict. acut. sexagesimo quarto ita scriptum est. Hos si ac initio purgare volueris, id ante diem quintum facito, vbi venter murmurauerit: si non à medicamentis abstineto. Verum si murmurauerint, fuerintque excrementa biliosa, scamonia mediocriter purgato. quantū vero ad aliam pertinet curationem, quam maxime exhibere tum potus, tum sorbitiones, vt melius æger habeat nisi remissione facta decimam quartam fuerit egressus. Galenus in commenta. inquit, oratione morbum ante decimumquartum diem coqui non posse significat. Purgat igitur Hippocrat. in morbo coquendo non ante decimumquartum diem, ante quintum, quin etiam paulò infra Galenus commenta. septuagesimosexto inquit, prima interdum die, & secunda, & quarta, & interdum quinta medicamenta dedimus, & non in quarta solum, quomodo is dixit. Tamen in his locis fit expurgatio vt diximus reuellens, quam proinde expedit in principio fieri. Sed & cum euacuationis gratia expurgamus, ego non video cur tam sit inopinabile hominem illum quem ante concoctionem metu multitudinis expurgari dicebamus pharmaco iuuari. An quoniam, vt illi dicebant, plus extrahitur boni succi, quam inutilis? dubium id quoque, sed vt ita fiat, cum constat virtus in essentia, tamen periculum subit quia aggrauatur, iuuāt tales euacuationes quam maxime. sæpe hoc accidit phlebotomiis admodum proficuis, vi plus boni extrahant quam mali. An quia dictum est ab Hippo. non cædit cruda passio? scis, illud de inflammationibus dictum esse. translata est sententia ad febres, fateor: sed quanquam ratio est similis, non est par. Nam vides quantum interfit ad facilem eductionem, succos esse in paruis venis, aut in magnis. At, dicis, euacuationes impediunt concoctiones, concedo, ergo non est vtendum ea, ante concoctionem, nego. nam istud est legitimè curare, sed quod magis vrget subuertit nonnunquam legitimam curationem. Impedit potus frigidæ concoctionem, tamen tam ardens potest esse febris, vt ad illam propinandam cogamur. Sane ista ratione omnem etiam alimentorum exhibitionē subsuleris. Omnia enim impediunt concoctionem. cōstat arbitror iam nō tam esse euidēs hominē illū moriturum, quin potius dubiam, sed aliquam tamen esse salutis illius spē. sed ne omnia respōdendo pagant, de monstro succedere nōnūquā posse expurgationē citra cōcoctionē aut turgetiā. Est cum natura adminiculet euacuationibus humorum, neque coctorum neq; turgē-

tium

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tium, igitur aſſertio eſt vera. Propoſitio monſtratur, nam fieri poteſt vt natura humorem incoctum propter malitiam vellit expellere, & tamen propter multitudinem mouere non poſsit. quo tempore conſtat futurum, vt non turgeat ſuccus, cum is non poſsit à natura moueri, & vt natura adminiculet euacuationi, cum illa non retineat, quia vult retinere, ſed quia non poteſt expellere. quod ſi non admittis hypotheſim, conſidera ſæpe fieri euacuationes ſymptomaticas vocatas, in quibus natura expellit quæ propter maliciam aut multitudinem non poteſt retinere, tamen quæ ita expelluntur non ſemper turgent, cum imminent illę excretiones. Conſtat igitur nõnunquam naturam velle expellere ante concoctionem & tamen ſuccum non turgere: quo tempore adminiculabitur natura concoctioni, & ita rectè poterit ſuccedere expurgatio, & fortaſſe minimũ euacuabitur vtilis ſucci & noxii plurimũ. Ergo conſtat non eſſe tam euidens periculum expurgare ante concoctionem, vt ſi illam nullo modo datur expectare (nam ſi expectare licet, hoc perpetuò conſulerem facere) nõ liceat expurgatione vti. ſed hęc quæſtio nacta iam eſt iuſtum finem.

¶ Caput decimum quartum. An expectanda ſit ad expurgationem perfecta concoctio, an ſufficiat manifeſta.

QVod quidem expectanda concoctio eſt ad expurgationem elliciũt ex Hippo. & Galeno omnes. quanta verò concoctio expectanda ſit, dicit nullus, eſtque quod nos addamus. Poſsit videri alicui, ſatis eſſe ad expurgandum, ſi ſemel apparuerint concoctionis ſigna, neque opus eſſe vt perfectæ concoctionis ſigna ſe exhibeant, eò quòd Hipp. 4. de ratione victus in morbis acutis contex. 43. ita ſcripſit. οἷσιν δ' ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα νεφελοειδέα ἢ καὶ παχέα, τούτους τοιούσδε, ὑποκαθαίρειν, ἢν καὶ τ' ἄλλα συνφέρῃ id eſt qbus in principio vrinæ nebuloſæ & craſſę ſunt, hos ſi reliqua annuãt purgare oportet. Iubet itaque purgare cũ apparet in vrina craſſities aut nebula. ſed vt videre licet primo de criſib⁹ capite decimoſeptimo, vbi diſtinguit Gal. ſigna cõcoctionis manifeſtæ & obſcuræ & pfectæ, craſſa vrina obſcuræ conconctionis eſt ſignum, nebula manifeſtæ, ſed nondum perfectæ. Igitur cum ſignis concoctionis imperfectæ præcepit Hippocrates purgare. hoc idem videntur ſignificare Galeni verba quædam, in commenta. quadrageſimo quarto. eiuſdẽ libri vbi ita ſcripſit: quòd vero iubet non purgare eos quibus adeſt cruditas omnimoda (aut vt alii transferunt) extrema, ipſe redidit cauſam epilogiſticã magis quam analogiſticam. Hæc ſunt Galen. verba: quibus conſtat ex ſenſu Galen. Hippocratem non pręcepiſſe expurgare cum perfecta concoctione tantùm, ſed interdixiſſe expugationem dum omnimoda cruditas adeſt, non alioqui. quare manifeſta concoctio ſatis erit ad expurgandum. Neque vero quidquam aut additum eſt, aut non fideliter ſcriptum in translatione, nam & Græca habet κελεύει μὴ φαρμακεύειν, ὅταν ἔτι ἄπεπτα παντελῶς ſed & rationibus eſt quod certemus. materia tota non coquitur ſecundũ oẽs partes ſimul, ſed propter inęqualitatem quæ in ipſius partibus neceſſario eſt, alia coquitur ante aliam, vſque adeo vt dicente Galen. libello de temporibus morborum, vel ad ipſam inclinationem relinquatur aliquid coquẽdum. ergo fieri poteſt vt dum maxima humoris pars coquitur, aliqua portio cocta ſit. quare cum quod coctum eſt non aplius expediat detineri, vtilius videtur in ipſo incremento partitè, ſiue minoratiuè (vt illi dicebant) expurgare. Adde, quod ſi in incremẽto non licet, quia non adeſt perfecta concoctio, vti expurgatione, nullo tẽpore morbi videtur expediens futura aut omnino habitura locum, non enim in principio, quia eo tempore extrema cruditas eſt, nõ in incremento, quia nondum eſt integra concoctio, neque in ſtatu, quia eſt tempus iudicii, & quæ vidicantur mouere non licet, neque in inclinatione, quia neque quæ iudicata ſunt, & propterea vbi ſemel morbus in inclinatione eſt, non amplius expurgatione indiget, non enim poteſt æger mori, tertio de criſibus. Ergo nullo tempore videtur expurgatio locum habitura, ſi ab incrementi tempore ſecludatur. hæ itaque rationes videntur probare, ſufficere concoctionẽ manifeſtam ad expurgandum. Sed contra eſt, quod Hippocra. cocta medicari iubet, cocta verò ſunt, non quæ coquũtur, ſed quæ iam ſunt conſequuta concoctionem. Gale. apertius libello quos & quando: ij vero qui aliqua in parte corporis hæſerunt, neque vllo alio auxilio, neque medicamento mouendi ſunt priuſquã concocti fuerint, hęc gal. ſed qui coquuntur nondum ſunt concocti. ſed & eædem rationes, quæ docuere expectandam eſſe concoctionẽ, videnť docere expectandam eſſe perfectam. nam vt natura non adminiculatur in principio quia nõ coxit, ita neq; in incremento quia adhuc cõquit, & dum coquit retinet. vſquequo enim conuertitur ad expulſionem, non deſiſtit à retentione. ſed vſquedum deſiſtit à concoctione non conuertitur, ad expulſionem ergo vſque dum perfecta eſt concoctio non adminiculatur natura expulſioni. quòd vero ſecundo argumentabamur, expurgationes contrarias eſſe concoctioni, & propterea in morbo cuius concoctionem ſpectamus expurgandum non eſſe, non videtur minus incommodum concoctionem expurgatione interturbare

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

turbare, cum fit, quam antequam incœperit, immò verò si quis consideret exactè, multo grauius. Potest enim natura dato pharmaco in principio, materiæ quam prę multitudine non fuerat aggressa, minoris iam factæ reliquias deducere ad concoctionẽ. sed cum iam aggressa est, nihil iuuata à pharmaco deturbetur à concoctione. Præterea expurgare oportèt medicum vt videt naturam ipsam expurgare, propterea enim diximus medicum expectare debere concoctionem cum legitimè operatur, qm̃ natura expectat, cum non cogitur aut multitudine aut vitio humoris ante tempus commodum euacuationes symptomata facere. Sed natura non expectat solum concoctionem sed & perfectam concoctionem, cum non prouocatur prius ad expellendum. itaque cum ante perfectam concoctio[illegible] pellit, non seruat familiarem sibi ordinem, sed propter irritamentum operatur. ita scriptum est à Gal. c3. de crisibus cap. 6. Et hæc quidem optima crisis est, fit enim morbo iam cocto, si vero vel propter ma
c guitudinem vel motus celeritatem, vel propter aliquod aliud irramentum, ante statùm iudicari mor-
c bus cogatur, tanto hæc optima crisi deterior erit, quãtũ vigorem anticipauerit. Ergo medicus quoq; cum licet ei legitimè operari, debet expectare perfectam concoctionem. est igitur ita constituta controuersia. in qua ita censeo. In morbis acutis nisi turgeant aut vrgeant succi, vt proxima quæstione exposuimus, oportet expectari perfectam concoctionem, quoniam & ipsa natura in his morbis post perfectas concoctiones solet crises perfectas facere, quæ prẹcedentibus expurgationibus impedirentur. In longis verò morbis, etiam legitimè operanti licet expurgare cum concoctione manifesta. quoniam in hoc morbo neque ipsa natura reseruat ad vnicam iudicialẽ euacuationem succos, & his morbis rarò vna expurgatio est satis, sed commodum est paulatim expurgari vt coquitur. nihilominus & ipsi acuti morbi cum vrgent possunt nos ad expurgationem cogere in incremento. si em̃ & omnino sine concoctione cogit & cum mediocri coget. Quare cum aliquib⁹ difficile videatur dicere, quo morbi tempore expurgatio fieri possit, nobis inuentæ iam sunt occasiones, quibus in omnibus temporibus ea vti licet. Nam in principio & incremento, si turget aut vrget, in fine status, si natura segnius mouet, aut omnino non mouet, & inclinatione, eodem modo. Nam quanquam non possit æger mori vi morbi inclinantis, tamẽ potest mori permutatione morbi facta ex prioris reliquiis. nec solum hoc sed & soluta iam febre expurgãdum est, si qd intus manet causę, quod docet cognoscere hippo. 6. epid. parte. 2. his verbis: at si quid eorum quæ fluũt intus relinquitur, promptum. sitis intus reli-
c cta & oris exiccatio & insuauitas & inapetentia eodem modo. quia scilicet (vt alibi dicitur) quæ relin
c quuntur in morbis recidiuas faciunt. Sed videtur esse contra nostram sententiam, illud quod adduxi-
c mus ex Hippo. 4. de ratione victus, nam illic Hippo. aperte loquebatur de morbis acutis. nam in longis non appareat vrina nebulosa in principiis. Sed ego sententiam illam ita interpretor: cum trifariam dicatur principium primo de cris. cap. 19. ita illic intellige in principio. 1. paucis quibusdam dieb⁹. nam in prima aggressione febris putridę, aut in principio totius morbi, nõ potest apparere nubecula. crassam vrinam intellige illic dici mediocrem, vt à Galen. 4. apho. 77. nebulam generatim, vt significat etiam id quod pendet, vt. 2. prog 29. Itaque crassam et nebulosam habere signa perfectæ coniunctionis, dici verò in principio quia quãquam status iam sit, in paucis admodum diebus apparet, cum morbus sit acutissimus. Non itaque docet illic autor ille quisquis est, nam & hoc est dubium, purgare ante concoctionem perfectam. Quod à Gal. com. 44. dictũ est, docet non expugare, cum omnimoda adest cruditas, propterea ita dictum puto, quod hoc vnum perpetuum est & inuiolatum, eum qui legitimè operatur, non expurgare quando omnimoda adest cruditas. Quòd verò nisi cum perfecta concoctione expurgandum non sit, etiam in curatione legitima non est perpetuum. sed distictionem habet vt explicuimus. quam gal. non distingens vniuersim explicuit dicens: consulit non expurgare quando summa adest cruditas. De concoctione ad expurgandum necessaria, satis dictum est.

¶Caput decimum quintum. An omnes succi sint concoctioni apti.

SVnt quibus videtur non omnes humores coqui posse, sed illos tantummodo qui crudi proprie dicuntur, eos scilicet qui sunt infra sanguinem, quales sunt tantum pituitosi. Ducuntur in hanc sententiam, quoniam crudis videtur solum deberi concoctio, sunt enim cruditas & concoctio cõtrariæ dispositiones. Sed Hippo. & Gal. succos crudos hos tantum appellant. Nam quarto de tuenda valetudine ita scripsit, generatim igitur eiusmodi succi omnes albi crudique sunt, nomenclaturam verò
c alius aliam sortitur, neque attinet ad præsentẽ disputationẽ ea omnia distinguere, quippe ad quam il-
c lud tantum commune omnium accidẽs pertinet, quòd hi succi à natura non sunt, sed crudi adhuc ma-
c nent, siquidem sanguis in medio est biliosorũ atq; horũ quorũ vtiq; gen⁹, vno vocabulo appellare licet, vel crudum succum vel pituitam. Hæc Gale. quibus constat succos infra sanguinem solùm coqui posse. reliqui enim excremata appellantur à Gale. innumeris in locis: quinto lib. de vsu particularum, Vtranq; vesicam instrumenta recrementorum dicit, eam scilicet quę trahit serum, & eam quæ bilem.

lienem

lienem dicit etiam factum ad expurgandum melancholicum excrementum. Itaq; quæ sunt citra sanguinem, dicit cruda, quę vltrà, dicit excrementa. Sed quæ sunt excrementa vnius concoctionis nō videntur posse alia concoctione coqui. excremēta enim expellunt, quia inutilia ad recipiendā cōcoctionem. ergo quæ expulsa sunt, vt excrementa, inutilia sunt ad recipiendam concoctionem. Argumentātur etiam exemplo morborum ex talibus humoribus pendentium. In morbo regio (dicunt) aut elephanthiasi qualis expectanda concoctio est? itaq; nihil, dicunt, coquit, quòd non possit nutrire. quod enim nihil habet vtile ad nutriendum, hoc purū excrementitium est, & neq; ad coquēdum quidquā habet vtile. Sed quorsum expectatur in tertianis exquisitis, & talibus aliis morbis, maturitas ad expurgandum? respondent, aut expectari preparationem solam, aut expectari concoctionem, non propriæ morbi materiæ, sed aliarum, quæ ex debilitatione naturalis caloris, crudæ manent: quæ sunt materiæ cōmunes appellatæ. Sed qua ratione dicit Hipp. 2. de ratione victus in acutis. 44. interdum autem & cruda tum à capite tum a thoracis loco atrahuntur biliosa? Gale. (respondent) in com. declarat dicens, duplicem esse concoctionem propriam & impropriā: biliosa verò coqui non propriè, sed impropriè, non quia coquūtur, sed quia à natura superantur. Hęc est quorundam neotericorum sententia, quam si quis oscitanter prætereat, vt illi bonorum autorum scripta legunt, putet non nihil habere probabilitis: sed si paulò attentius spectet, omnino nihil. Nam dictum est à Galen. com. illo. 44. secundi de ratione victus, quare & excrementorum concoctionem appellat, etiam si mutata nutrire non possint, hac etiam de causa (inquit) pus in flammationibus quæ coquuntur fieri dicit, nulla parte ex illo capiente nutritionem. Coquuntur ergo excrementa biliosa, non aliter quam pus, constat autem puris generationem concoctionem quandam esse, & commutationem secundum substantiam. Præterea, scimus ex aliis quamplurimis Galen. locis (nam tertię huius voluminis libro satis de hoc disputatum est) in morbis pituitosis opus esse, quo perfectæ concoctionis signa sint, sedimento albo lęui & æquali, in biliosis verò solum nubecula. cap. 24. libri tertii huius quoque rei reddita est hęc ratio, quia cum multò tenuior succus bilis sit, à pauciori flatu eleuatur prius. ergo flatus qui valet materiam pituitosam leuare, ad regionem hypostasis, valde biliosam, eleuat ad regionem sublimen. Igitur ex his colliget quisque, contenta in vrinis, etiam in biliosis morbis, ex ipsa morbi materia generari. Sed contenta per concoctionem generantur similem suppurationi, primo de differentia febrium, & tertio de præsagatione ex pulsibus. Adde falso illos assumere, bilem synceram & melancholiam esse excrementa mera. Nam si excrementa essent propriè, neque sola neque aliis permixta nutrire possent, & ita recideremus in sententiam Aristo. quam conuicimus primo libri capite decimotertio. dicuntur verò à Gale. locis citatis excrementa, non quòd re vera talia sint, sed quod, nisi modica admodum quantitate cum sanguine permisceantur, illum reddunt impurum. Præterea concoctio contraria est putrefactioni, atque propterea, vt Galen. dicit. 89. artis medicinalis, putredinem cohibet. ratione etiam apertè colligitur, cōtrarias alterationes esse. putredo enim est corruptio naturalis caloris ab extraneo, quæ fit, separatis partibus humidis à siccis: vsque adeo, vt sint qui rationem & formam putrefactionis, in separatione humidi à sicco collocent. Concoctio contra est perfectio calidi innati in oppositis patibilibus, permistione inquam humidi cum sicco, vt paulò ante in hoc sermone diximus. Sunt itaque putredo & concoctio contrariæ passiones. Tamen hæc est contrariorum lex, vt quod potest vnū possit alterum accipere. Sed excrementa biliosa possunt putrescere, ergo & coqui. quòd possint putrescere ostendunt putridæ febres & biliosæ & exquisitæ. quid quòd hæc non possunt syncera nutrire? sit ita. ac proinde non coquuntur perfectè, sed imperfectè. Duplex enim concoctio est, vt dicebat Galen. altera perfecta altera imperfecta, non vt illi intelligebant, altera propria altera impropria. Est enim improprie concoctionem appellare, quasi quis dicat abusiuè: quasi concoctio non sit verè, sed concoctio appelletur vitoria quædam naturæ. tamen res non ita habet, tam est proprie concoctio quæ puri & sedimento vrinæ accidit, quam quæ sanguini cum nutrit. Tam enim fit à calore innato, & est perfectio in oppositis patibilibus, & commutatio secundum substantiam. Verum quanquam tam propriie concoctio est, sed non tam perfectè. Omnis itaque concoctio propria est & phisica, non tamen omnis perfecta, sed perfecta est altera, altera imperfecta. Hoc accipit ex forma ad quam venit per concoctionem. Alia enim coquuntur vsque ad perfectionem, quia vsque ad commutationem in substantiam nutriti, alia non vsque ad perfectionem propter ineptitudinem substantiæ, sed vsque ad mediocrem quendam modum substantiæ, similem puri. Quid quòd succi citra sanguinem dicuntur à Galeno crudi? est ita à Gale. dictum, atque meritò, quia hi succi, quoniam ex deficienti confectione constant, coqui possunt perfectè, reliqui cum synceri sunt, non nisi imperfectè. Illi etiam coquuntur quia sunt crudi, reliqui non nisi putruerint. sed putres coqui possunt, quia concoctio putredinem cohibet. possunt itaque omnes succi coqui, ac propterea in quocunque morbo pendenti ex succo putri, quicunque is sit, expectanda est concoctio. In regio etiam morbo si cum febre est: sin minus, secus. Quia succus hic cum non putrescit, non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

coquitur. Verũ est contra nostrã sententiam difficilis locus libelli, cui titulus est quos & quãdo, cap. 5, vbi ita scripsit Gal. succos tenues & aqueos in principio euacuabis, crassos verò, quales sunt pituita & nigra bilis, non antequam sint concocti. qui locus contra nos videtur esse, quia tenues iubet in principio euacuare, & contra illos etiam, quibus contraria sententia placet, quia iubet expectare concoctionem atræ bilis, succi vltra sanguinem constituti. Illi haud scio quid possint respõdere, cum sua sententia tam sit innumeris aliis medicæ artis theorematis aduersa. Pro nobis respondẽt quidam, dictũ illud intelligi, cum turgent tenues succi, & ita dictum esse, quia tales sæpe turgent. Sed solutio hæc mihi videtur triuialis & sine causa inuenta, cum illic autor nullius rei minus meminerit, quam turgẽtis succi. Sed ego ita locum illum lego. In principio euacuabis humores tenues & aqueos, quales sunt, materia hydropis ascytis, & alia quæcunque aquea materia. Hæc enim coqui non possunt magis quã aqua. De his ergo dictum intelligo. tenues & aqueos euacuabis, non de tenuibus, etsi aquei non sint. Verum de hac quæstione sufficiunt dicta.

¶Caput decimumsextum. An expediat ab assumpto pharmaco dormire.

VVlgatissima iam praxis est vsq; adeo vt & lipis & tonsoribus sit nota, ab assumptis catapotiis (vocant pilulas vulgari nomine) dormiendum esse, vsque dum vi catapotiorum ægrotans excitetur, deinde vigilandũ, vsque dum corpus sit integrè purgatum: sed ab assumptis potionibus, omnino vigilandum esse. ortam puto hanc consuetudinem ex sententia Auicenę fen quarta primi capite quinto, vbi ita scripsit: cũque aliquis medicinam ventris solutiuam biberit, melius erit ei si medicina fuerit fortis, vt super eam dormiat, antequam operetur, quoniam operabitur melius, & si debilis fuerit, melius erit ei, ne super eam dormiat, qm̃ natura diggeret medicinam, cum autem medicina operari cœperit, melius erit ei, ne super eam dormiat quocunque modo fuerit. Sed Auicena multo cautius consulit, quam medici hodie factitant. Non enim, si medicamẽtum in forma catapotiorũ detur, dormiendum, si potionis, vigilandum dicit: sed si forte sit pharmacum, aut debile, cõsistit siquidem huius rei ratio in eo agendi principio, quod medicamenta à nostro calore accipiunt, (actrationem vulgo vocant) quoquę succis sunt potentia similia, actu similia fiunt, vt docuit Gal. 3. de simplitium medicamentorum facultate cap. 25. fit enim hęc medicamento à calore comminuto, sed non integrè commutato. somnus iuuat confectiones eorum quæ in visceribus coquuntur, sed impedimento est euacuationibus, illis potissimum, quæ fiunt animali virtute subseruiente naturali, cuiusmodi sunt deiectio & vomitus & excreatio: cùm quoniam tollit actiones animales, motum inquam & sensum, tum etiã quia sublato sensu tollit irritationẽ instumentorum naturalium. proinde Hipp. cum sistere vult, somnum iubet facere. 15. aph. quartę. Ergo cum medicamenta fortia sunt, id est, alteratu difficilia, opus est somno, qui confectionem adiuuet. iuuabit autem confectionem quin impediat expugationem, si tm producatur vsque dum euacuatio ipsa incipiat, incipiẽte verò euacuatione, cum vigilia commutetur. Si verò debile est pharmacum, id est, alteratu facile, nullo sommo ad vocatam actuationem est opus, & posset somnus pharmacum non alterare modo, sed & commutare & ad concoctionem deducere, atque ita expurgationem impedire. cum itaque rationi sit consonum, medicamẽta solida, qualia sunt catapotia, magis reniti quam liquida, recte omnes videntur colligere, ab assumptis catapotiis dormiẽdũ esse, ab assumpta potione vigilandum. Sed tamẽ ego nõ ita puto dici oportere, cum neq; hoc neq; aliud quodpiam præceptum practicum perpetuum esse videatur. Sed perpensa ratione, faciendum, cum res ipsa compulerit. incaute enim illi dicunt, cum catapotia ægrotans sumpserit, dormiat: sunt enim alteratu difficilia. Nam quanquam idem pharmacum datum in forma solida, fortius sit se ipso in forma liquida, tamẽ, nihil prohibet, medicamentum valde forte potu dari, & aliud valde debile distributũ in catapotia. Quare cautius vissus est dicere Auicena, si forte est, dormire, si debile, secus, nulla formę exhibitionis mentione facta: sed neque hic satis cautè, qui solius fortitudinis medicamẽti meminit, nequaquam vehemẽtis caloris. Nam fieri possit, vt ab vno homine, vtpotè iuuene & forti, melius conficiantur fortia medicamenta in forma etiam catapotiorum, quam ab alio, vtpotè sene & imbecilli, debelia medicamenta potu data. Quo casu indigebit alter somno à debili potione, alter vigilià à fortibus catapotiis. Ergo propterea dicendum puto, cum medicus considerata natura medicamẽti & calore ęgrotantis, cõiectabit facilè, posse medicamentũ ad actũ cõmutari, oẽm somnũ interdicat, si verò difficilè, modicum cõcedat, qualecũq; pharmacũ sit, & qualicũq; forma, atq; hæc sententia cõfirmata iã est, & nullã quantũ ego intelligo, subit calumniã. neq; em̃ ꝓbo eorũ opinionẽ, q ægrotãtes à somno in totũ arcent, quodcũq; pharmacũ deuoratũ est. Nã si hippo. dato elleboro mouere corpus iubet & vigilare, tempore expurgationis intelligit, cum peracta iã actuatio est, nõ quo tẽpore fit. neq; præterea video cur idem sit, pharmacum aliquod esse vehementis actionis, & esse difficilis deductionis ad actum, quanquam magna ex parte coniuncta hæc sint. sed de his hactenus.

¶Caput

¶Caput decimum septimum. An ab assumpto pharmaco potandum sit.

IRrepsit in praxim medicam, superioribus annis consuetudo quædam, dandi his qui expurgantur, procedente iam expurgatione, ius galinę insulsum, quod nō aliorsum fit, vt audire possis quotidie ab his, quibus hac consuetudine est antiquius nihil, quam vt ius deducat ad exitum reliquias medicamenti & quod succi restat expurgandum. profecta fortasse est hæc consuetudo ex illo hippo. præcepto de ratione victus in morbis acutis contextu. 12. vbi autem quis medicamentum ebiberit ptissanam protinus sorbendam expedit dare, neque insigniter minore quam consuetum est quātitate. hoc idem pręcępit Gal. quos & quando. sed si quis legat quæ subdit, intelliget nihil magis abhorrere ab hippo. præcęptis ista vulgari praxi. Inquit enim contex. 13. & quoniam abs re non est, purgatione in media potionē haudquaquā dare. Pręcępit hęc hipp. dicente Gale. in commentario &. 6. cap. libelli quos & quando timēs ne purgationis opus dissoluatur. soluetur verò necessario expurgatio, quacūque potione in media euacuatione data, quia natura conuertitur ad concoctionē dimissa expurgatione. qua igitur ratione in iudiciis abstinere oportet, eâdem & in expurgationibus, ne scilicet interrumpat' euacuatio. At dicunt, proinde nos ius salis expers damus, ne à vētriculo apprehēdat'. Ego sanè ius sine sale non tam comprehendi, quam quod salem accęperit puto, sed tam abhorrere ab illo naturam, vt omnino non comprehendat, non puto: quippe contingit quotidie videre homines, ex incuria aut peccato coquorum, alimentis, quæ male salem accęperunt, vesci: quibus tamen aluus non perturbatur, etsi cibi sint insipidiores. Adde quod si ius illud statim expulsum verreret deorsum reliquias medicamēti, nihilominus expurgationem hac quoque ratione impediret, nimirum, eductis tantummodo humorib⁹, qui in viis ductuū essent, sed impedita tractione. cum igitur mens esset sistere expurgationē, fortasse non esset incommodum ius illud dare, sed cum mens est, illam vltra producere, non video, cur non sit inutile. Quid ergo est quod hippo. prępecipit? statim ptissanam sorbendam dare, statim, inquam, à dato pharmaco, atque id non insigniter minori, quam consuetum est, quātitate, quia tunc potio, si quid mendicamenti hæsit gulæ aut ori ventriculi: quod à qualitate pharmaci maxime omnium lædit̄, vtpote omnium acutissime sentiens, optime abluit, & nihil interturbat expurgationem, quæ nondum inchoauit, si vero aliquanto post datur potio: nhil prodest abluendo, quoniam tunicæ qualitatem medicamenti imbiberunt, & auertit naturam ab expurgatione, quomodo diximus. Cum verò statim à dato pharmaco danda potio sit, ea ius galinæ nō esto, sed ptissana integra (hæc enim est omnium optima (sin minus ptissanę cremor. Nam ptissana, vt docet Hippo. primo de ratione victus. 18. capi. vt ipsemet præcipit, & vt oportet præparata, quę scilicet inter coquendum intumuit, quantū potuit instumescere, est lubrica & abstergens, qua ratione commodissima est ad illud ad quod paratur, scilicet ad deducēdū abstergendo pharmacū ad fundū vētriculi, non oblinit poros neq; hæret, quare expurgationē nihil īpedit, nihil habet flat⁹, quare neq; inflationes, neq; tormina auget. ius cōtrà nihil abstergit, præcipuè sine sale datum, aliquid etiam habet pinguitudinis, quæ emplastrica est & obturās poros. commendat his nominibus ptisanam Hippoc. prædicto in loco, & Gale. in com. & 18. Meth. cap. 21. Fortasse pro hac ptisanæ potione dat Auicena apozima tepidum fen. 4. primi capi. 5. Aut aquā tepidam. Sed ego demiror Auicenam qui eodem loco, non sine magna solicitudine, inuestigat auxilia, quibus hi qui expurgantur, à vomitu liberentur, & tamen potionem dat aquæ tepidæ, quæ promptissimè vomitum prouocat hominibus non vsque adeo paratis ad vomendum, quam sunt qui expurgantur. ergo non ita sed frigidæ aut calidæ sumendæ sunt hæ potiones, pro ratione temporis, tepidæ nunquam, quia omnia tepida subuertunt vēntriculum. Ita intelligenda est sententia. 12. secundi de ratione victus in morbis acutis, qua scripsit, vbi purgatio incępit nihil esse sorbēdum. Est cum post quam incęperat expurgatio, cum nauseabundus esset ęgrotans, vomitu ipsum pharmacum ad os vsq; reiectum est, & illo rursus intinctum ventriculi os, & gula, quo casu ducti ratione, etiam Hippoc. aut Galen. non dicentibus, nos quoque potione vtimur, ad abluendum gulam, ptisanæ, aut cremoris, etsi nulla alia adest, etiam iuris galineacei, verum non aliâs. Sed quod Hippo. addidit perpendendum est. non enim minus est contra hodiernam praxim, quam priora. quin potius non contra hodiernam modo, sed & contra illam, quę galeni vigebat ætate, vt ipse in com. eiusdem cap. conqueritur. Quid illud est? perfecta purgatione sorbendum (inquit) est. Sed in minori quam consuetum est quantitate. De cibo hoc vltimum dictum est, & dat Hippoc. in die expurgationis minus cibi quam in reliquis, contra ac hodie medici faciunt, qui augent cibum statim ac peracta est purgatio, & vinum concedūt, etsi nūquam antea per totum morbi tempus concesserint: vtroque modo peccantes. Nam debilior facta virtus non potest sustinere tam multum alimenti. & præterea si aut crassum aut multum eo tēpore datur, incoctum distibuetur. nimirum exinanitę venę rapiunt ad se cibum semicoctum et cruditum. primo de alimen. facul. capi. 1. quare nunquam statim post insignem euacuationem aliquā cibādū est. 4. de tuenda valetudine cap. vltimo. Vnum etiam non video, cur dari debeat corpore calfacto & desiccato

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cato à pharmaco. Est ridiculum quod plerique medicorum hodie, postridie ab assumpto pharmaco dãt potionẽ aliquã frigidiorẽ, endiuię, bugloſi aut borraginis aut etiã frigidę, ad extinguẽdũ caloré, vt illi dicunt, quod pharmacum in membris ingenerauit, & tamen in eadem purgationis die, vinũ potum dant. ego non ita facio, sed si ægrotans sumo mane, ita vt fit, expurgari incipit, & æger bis quotidie cibũ capit, prandere illum iubeo & tenuius & minus, quo tale à debili etiam virtute conficiatur, ad vesperã, cum virtus aliquantum refecta est cibo, & otio conquieuit, lautiorem concedo cœnam, quippe quã somnus etiam est consequuturus. Vinum tantum abest vt dem, vt extinguẽdo calori tunc primum incipiam studere, ablata scilicet causa, conuertor ad intemperiem, quod. 89. capi. artis medicinalis Gale. pręcępit, sed de hac quæstione hæc sunt satis.

¶ Caput decimumoctauum. An ad mittendum sanguinem et expurgandum cauere oporteat concursus & oppositiones astrorum.

SEd antequam huic libro finem imponamus, operę pretium fuerit, disputare de quadam indicatiõe, quæ, ex his quæ nos alterant solet obseruari. Nam medicorum nonnulli cauent religiosissime, in die coniunctionis solis cum luna sanguinem mittere, aut expurgare, alii, medicos qui hęc obseruãt, derident. Proinde examinanda nobis hæc res est, ne inutilem indicationem obseruantes commodã occasionem auxilii prætereamus, aut prætermittentes indicationem vtilem quidquam peccemus. Primo videtur improbabile, indicationem quãpiam talem esse, cum illius neque Hippo. neque Gale. nec aliquis alius eorum, qui in precio sunt, meminerit. Prętereа, astra non alia ratiõe indicant ad curationes quam propter alterationes eas, quæ ab illis in aëre fiunt. vt si Hippo. sub cane & ante canem deuitat purgationes, non alia ratione facit, quam quòd canicula calfacit & desiccat aërem vehementer, & intercedente aëre nostra quoque corpora. Ergo si coitio astrorum quidquam commodi aut incommodi affert ad curationes, fiet id, quoniam nostra corpora ab illis ita coeuntibus alterabuntur, media aëris alteratione. sed quæcunque alteratio aëris fiat ex hoc concursu, non potest omnibus ad euacuationem esse noxia, neque omnibus vtilis, sed aliis erit hoc, aliis illud. Nam neque calfactus omnes iuuat, aut nocet omnibus, neque refrigeratio, nec siccitas, nec alteratio quæpiam. sed omnia hæc atque eorum quodlibet, iusta ægrotantis naturam, regionem, ętatem, anni tempus, & affectum, & ægrotandi causam, aut iuuant aut nocent. Præterea si concursus omnes, quos astronomi obseruant, cauere-mus, nullum relinqueretur auxiliis medicis vtendi tempus. nullus enim, aut nullus fere dies, concursu aliquo tali caret. Adde eam ipsam permutationem. quam astra possunt efficere, citra istam concursuũ obseruationem, posse cognosci perse, ne hereamus in re dubia. vt dubium est, an hæc astrorum coitio mali quidquid afferat ad expurgãdum aut mittendum sanguinem, sed illud est certum, si quicquã mali facit, non alter facere quam debilitata virtute, aut genito in corpore affectu quopiam, auctoue, eo qui prędrat, aut mota interna causa aliquo modo. est enim astrorum concursus causa procatartica: & quæ talis est, his modis operatur. Sed motus materiæ, & affectus nouus, & incrementum prioris, & debilitas virtutis, proprias habẽt notas. nã motũ materię significãt dolores multi, & inquietudo, qđ in turgenti videmus: affectum sua propia signa: incrementum, propriorum signorum accessio. debilitatem virtutis, langor actionis, vt languidor factus pulsus, & actiones aliæ difficiles. Ergo magis artificiosum est & tutum, ea, quæ contiguntin corpore, ex se ipsis cognoscere, ab eisque eorum, quæ agenda sunt indicationem sumere, quàm eam quæ circa astra contingunt curare. His rationibus suasi derident hodierni medici obseruationẽ hanc. Sed est quod videamus, quæ alii contra obiiciũt his. Quod neque Hippo. neque Gal. hæc præcęperint obseruare, non est proinde desperandum vera esse. neque enim Gal. quanquam Hippocratem supra reliquos mortales coluit, diffidit, posse se nouum aliquid inuenire quod illum latuerit. Nimirum producuntur quotidie ingenia noua, quæ aliorum inuenta magis excollere, & noua etiam illis possunt addere. Experimentorum saltẽ obseruatio crescit indies. Neque tamen hæc obseruatio caret bono autore. Auicena fen. 4. primi cap. de ventosis, inquit. Quidam autem præcipiunt, vt ventosæ in principio mensis non apponantur, quoniam humores nõdum amoti fuerunt, neque ebulierunt, neque in fine mensis quoniam humores tunc sunt minuti, sed in medio mensis cum humores sunt ebulientes, & in sui luminis augmento in corpore lunæ augmentum sequẽtes, & augmentatur cerebrum in craneis, & aqua in fluminibus accessionem & recessionem habentibus. de cucurbitarum vsu hæc protulit Auicena, quę sui commentatores transferunt ad euacuationes maiores, neque hoc sine ratione, cum causa communis sit, & ad potentiora auxilia plures indicatiões obseruari debeant quã ad debiliora. neq; sententia Hippo. & Gal. videtur ab hac diuersa. Nam ille, libello de aëre locis & aquis, ita reliquit scriptum, Maxime autem obseruari oportet magnas temporũ mutationes, vt neque pharmacum quisquam uollens det. Hæc Hippo. constat verò, dicente Gale. lib. de diebus decretoriis. 3. lunę motum magnas in humoribus omnibus mutationes facere. quod & experimentis his, quæ Auicena notauit constat. crescunt scilicet medullę intra ossa, crescente lunę lumine, decrescente decrescunt. flumina quoque ac maria quę alterne fluunt & refluunt, crascente luna in

tumescunt

tumescunt, detumescunt decrescente. Hę tamen, argumenta sunt magnarum in humoribus mutationum. Iam verò, nisi nugatia sunt quęcunqʒ de dierum decretoriorum vi dicta sunt à Galeno 3. de diebus decretoriis, cōstat, vim illorum nulla ex re magis pendere, quam ex lunę motu. Ergo certum est, mutationes, quę circa illuminationem lunę contingunt, magnas in nostris corporibus efficere mutationes. Sed videndum est quod Hippi. libello prędicto addidit. Oportet autem & astrorum ortus obseruari pręcipuè canis, deinde arcturi, & pleiadum occasum. morbi enim his maxime diebus iudicant, aliique perimunt, alii verò desinunt, & alii multi in aliam speciem aliamque constitutionem commutantur. Igitur, cum mutationes morborum ex mutationibus astrorum expectandę sint, pręcipue verò ex mutationibus lunæ, & quo die est suspitio iudicii abstinendum sit ab auxiliis, præcepto Hippocra. constat, mutationes insignes lunæ caueri oportere. quæ ratio non tantum iam videtur demonstrasse, caueri debere diem coniunctionis, sed & oppositionis, ac fortasse reliquas quartas. Gale. libello cui titulus est, si quis sit medicus eundem esse philosophū, deridet eos medicos, q negabāt medicis necessariam esse astronomiam. Sed si minus satis tibi est audire, mutationes lunæ mutationem efficere circa succos corporis, sed quam mutationem faciunt, interrogas. Audi Auicenam de coniunctione dicētē. Quoniam humores tunc sunt minuti neque ebulierunt. interpretes ita dicunt: à principio mensis illuminationis vsque ad medium (est vero id tempus oppositionis) vim ęgrotātis crescere & humores augeri, à medio vsq; ad finem (quod est tempus coniunctionis) vim minui & humores. quāquā mihi videntur probabilię dicturi, vim decrescere, & humores sedari & contrahi, ne dicamus (vt inquit ille) lunā absorbere nobis medulas. cū ergo humores cū contractiores sunt & quietiores, ineptiores sint ad euacuationē, quā cū sunt fluxiores: & vis debilior maiori cū periculo ferat auxiliū quodcunq;, quā fortior, merito videnť coniicere, euacuationē, coniūctionis tempore, deterius successurā. quòd si tñ eos accusas q externas causas cōsiderent, ac non potius ea quæ in corpore ipso fiūt, circa affectus, aut facultatem perse: neq; id quidem iusta Galeni doctrinā dicis. Nā quanquā 4. lib. Meth. capit. 3. dixit nullam externarum causarum curationē indicare, tñ de ea causa intelligit, quę iā abscessit, & adhuc nō manet. nam quæ adhuc efficiat, etsi externa sit, indicat se debere remoueri. sed & ipsamet causa, quæ externa est, & iā abscesit, etsi nihil indicet ad curationē, iuuat multū ad cognitionē. Nimirū aliquando ipsi affectus perse nostram notitiā effugerēt, quorū cognitionē pręstāt externæ causæ. Non enim vsq; adeo fidendum est indiciis, quibus ducuntur medici, vt proinde deponenda cura sit causarum externarum. Itaq; nihil prohibet affectionē quāpiam, aut denuò genitam aut auctam esse in hominis corpore, quam factam esse ex coniunctione lunæ coniectemus, quandoquidē ex suis signis non se exhibeat conspicuā. harum rationum nulla est monstratio, sed illud vnum suadent, non esse præter rationē omnino quod afferunt, neq; ratione aliqua euidenti posse refutari. His tñ addunt medici, q hęc obseruant, propria experimenta, quibus dum ambiguæ sunt rationes, videtur fidendum esse, tantummodo. Quid ergo? nūquid in singulis solstitiis & æquinoctiis quiescendū per decem dies est? & per exortum canis, & arcturi, & pleiadum occasum, & per oēs lunæ cū sole cōiūctiones, & oppositiones? (nā hę quoq; deuitādę videnť quāq; alia ratione, qm̄ scilicet pleniluniū facit humores turgere & redūdare, atq; fortasse hac rōne affert crisim) q d etiā nūquid & solis decursus p signa zodiaci notādi sunt? et cū sol est in ariete abstinēdū ab auxiliis capitis, cū in tauro ab auxiliis colli, dū est in gemini, abstinendū ab humeris & brachiis, cū in cācro ab spatulis, in leone à corde & ventriculo, in virgine à vētre, in libra à partib⁹ circa pudēda, in scorpio à pudēdis vesica & podice, in capricornio à genub⁹, in aquario à crurib⁹, in piscib⁹ à pedib⁹? Nam hæc quoq; dicūt astronomi obseruari. neq; vero hæc solū sed & innumera alia, quib⁹ illorū libri scatēt. quis ergo loc⁹ supest auxiliis medicis? Quod ego, re hinc inde rōnib⁹ agitata, sentio breui dicā. Præfatus primo, in quacūq; quæstione, quę de indicatiōe quapiā curatiōis est, primo illud debere inuestigari, an indicatio quæpiā, rei illi⁹ de qua innita quæstio est, sit. deinde, quāti momēti illa indicatio sit. nō em̄ pfecto, si semel mōstratū est cōiunctionē lunæ indicare, abstinendū esse à missiōe sanguinis, statim cōfeceris in cōiunctione nō esse mittēdū sanguinē, sed addēdū est, nisi indicatio aliqua maior occurrat, quę missionē exigat, exstimādūq; deinde rōne & experimēto, aut proprio, aut quod à maiorib⁹ acceperis, quāti facienda sit hęc indicatio, de qua disputamus. Nos igit̄ ita cōtrouersiā decidimus nō. dubiū est indicationē aliquā desūmi debere ex cōiūctione lunæ. Nā mōstratū est argumētis dogma hoc nō oīno carere pbabilitate. Accessit multorū autoritas, q propria experimēta hac in re iactāt. Nō est ergo qd cōtemnātur oīno. Nā seniorib⁹ pducētib⁹ suā obseruationē resistere, si eos nō potes demōstratiōe cōuincere, est & impudēs & temerarīū. tñ nō oīa quæ ptulimus de astrorū exortu & occursu, cōiunctionib⁹ & oppositionib⁹, & solis decusibus, eadē cura notāda sunt. Video em̄ illorū plerisq; ab hominib⁹ haberi læuissimā fidē, qñquidē neq; ab autore quopiā graui scripta sunt, neq; cuiuspiā medici experimētis cōfirmata, sed relata ad alios, sine autorū nominib⁹. q crediderim à garrulis hominib⁹ & impostoribus orta, ad nos ppter leuissimorū hominū credulitatē esse deriuata. tñ illorū nōnullis nō est tā leuis fides. sūt em̄ à bonis autoribus scripta, & ab his q experimēta iactāt asserta, huiusmodi sunt, q de coniunctione lunæ scripsit Auicenna, de canicula arturo & pleiadis, & de æquinoctiis & solstitiis scripsit Hippocra. sed & horum ipsorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

indicationem, etsi est aliqua, censeo esse minimam. Nam ipsi etiam Auicenæ interpretes, quorum experimentis credimus, ita dicunt, debere obseruari, cum nihil aliud instat. atque vt illorum verbis vtar, est hæc indicatio horæ electę, haud quaquam necessarię, ideſt cum per reliqua omnia, licet citra periculum quodpiam transigere diem coniunctionis, sine euacuatione, transigendus est, sed si quid aliud instat, nihil oportet coniunctionem curare. Hocidem innuit Hippocra. libello citato dicens, de mutationibus temporum, καὶ μητε φάρμακον διδόναι ἐκείνῳ ideſt neq; vt pharmacũ quisquã det volens. nam dare pharmacum volentes, nihil aliud est, quam dare pharmacum eo die, quo nul[illegible] id necessitate impellimur. quod fieri prohibet Hippocr. quasi concedens dare, etiam cum mutatio talis temporis, aut astrorum fit, si quæ alia necessitas impellit. Constat ergo dicentibus etiam ipsis autoribus, qui eam inducunt, minimam esse hanc indicationem. Nam quæ aliis omnibus cædit omnium est minima. Indicet ergo vt indicatio quępiam, sed minima atque, cum, quod ad reliqua attiner, nihil interest aut hodie aut cras vacuare, attende tantisper, quatenus luna excesseret coniunctionem si quid aliud vrget, euacua. Qui præcautionẽ magis petunt quam curationem, ac perinde nulla re instante medicum adeunt, quando illis licet commoditatem temporis præstolari, deuitent in singulis æquinoctiis & solsticiis denos dies, & reliqua omnia, sed qui decumbunt, rarò possunt minimæ huic indicationi tam multum tempus tribuere intermissionis auxiliorum. Qui aliter facit, non caret vt ostendimus temeritate, qui vero ita facit, neque si hæ obseruationes meræ nugę sint quidquam deerrat. Quare æquum est tempus auxilii, quod alioqui est indifferens, aliquorum autoritati tribuere. De expurgantium medicamentorum facultate & permixtione dicemus nono libro. ille enim tractationi de medicamentis à principio dicatus est. hic illa tantum tractanda suscępimus, quæ ad sanguinis missionem & expurgationem expectant, quæ cum absoluerimus, iam videmur commode ad sequentia transgressuri. Proinde libri huius hic est finis.

Contro-

CONTROVERSIARVM MEDICARVM ET PHILOSOPHICARVM LIBER OCTAVVS.

PROHOEMIVM.

RS MEDENDI DVOBVS QVASI CRVRIBVS INCEdit, experientia & ratione: quæ cum altero crurum deficitur, non potest per media opera decurrere, sed multa omittens necessaria, transilit, vt quæ vno cruri innituntur animalia. cum vero alterum habet minus insigniter, claudicat, & quod longius est raptatur, quod curtum totam artem deprimit. quare exoptatur merito is medicus maximè, qui cum rationalis artis peritia, exercitationem in operibus coniunxit: vt neque solius disputationis peritus ἰατρόλογος sit, neque citra ratiocinandi artem, ἄλογος, hac de causa plerique putant, iuuentutem ad res medicas omnino esse inutilem. quoniam, scilicet cet, optimũ medicũ citra exercitationẽ nõ posse esse, rectè ꝓponũt, exercitationẽ ante canos nõ venire sumunt, & nullum iniuuentute optimum medicum fieri posse colligunt. quibus ego libenter concesserim, senes iuuenibus præstare (non quidem mea ætate persuasus, sed natura ipsa. quæ docet, animum bene formatum debere esse maiorum obseruantissimum) vt ad res alias omnes, quæ in prudentia & industria sitæ sunt, ita vel maximè ad artis medicæ opera. Sed duo illa nollem mihi denegari. fieri posse iuuenem in medicis præceptis mente exercitatissimum, & operib⁹ exercitatum mediocriter, atque hac ratione reipublicæ & docendo & medendo non inutilem: esse etiam eam senectutem, quæ ad medicinam expetitur, non in annorum numero, quem, inuitis plerumque solet offerre ętas ipsa: sed in medicorum operum longo & multo vsu. nam si quis in excogitandis sophismatis morborum deposita cura consenuit, omnium mortalium est ad hanc artem inutilissimus. est siquidem ille iuuenis, quem non possis sperare fore aliquãdo seniorem, quippe quem in senectute iuuenem esse vides. neque verò senes quos cunque, etiam exercitos, putauerim in exercitiis præferri debere, nisi tales sint, vt exercitationem non tam terendo calceos, quam mentem exercendo comparauerint, quique per lõgam vitam, ne tantillum quidem fecerint, cuius rationem, non fuerit promptum in spectatissimis medicorum concursibus reddere. Nam qui aliter rem medicam gesserunt, tantò inutiliores sunt iis, qui manus nullis ægrotantibus admouerunt, quantò deterius est erroribus assueuisse, quam ab operibus abstinuisse prorsum. Sunt verò errandi peritissimi duplices senes, cũ ii qui aut præ ingenii ruditate aut prę desidia, cum iuuenes adhuc nihil in studiis literarum profeciissent, repẽte ad ipsa opera sese transtulerunt, quod ad conscíam mentem attinet vorantes, cœtera fidentes artis medicæ conditioni, qua nihil, quod circa ægrotantes erratum est, à medicis exigit ius ciuile: tum illi, qui, quãquam disputando videntur aliquid profeciisse, carent tamen, nescio qua naturali prudentia, medicis coniecturis accommodata, qua oportet medicum præditum esse, nisi omnino sit euasurus inutilis, quantũuis laboret. Hãc vulgus fortunam appellat, & imprudentes plerunque solet infortunatos dicere. quãquam ego, quod ad ægrotantis ipsius salutem faciat, nihil puto situm esse in medici fortuna, quod ad ipsius medici famam, & extimationẽ, quam multũ. acersiri enim illũ ad laborantes mali moris morbis, aut ad illis morbis affectos, qui cum maximorum speciem exhibeãt, & omnes familiares sua magnitudine deterreãt, tamen benigni sint: atque horum alierutrum magnatibus accidere: aut plebiis, in casu est aut fortuna. Tamen hæc aut illa remedia, hoc aut illo tempore circa ægrotantis corpus agi, in medici consilio, qui nihilominus cum peccat, infortunatus dici solet à plerisque. ego vero infortunatiorem dixerim ipsũ ægrotantem, cui contigit imperitus medicus. Itaque non sunt in canis hæc omnia, contingunt nõnullis ante canos, nonnullis ne post canos quidem. Etsi hunc ipsum, cui ante canos cõtingunt, merito spe res (modo non intermirtatur exercitatio) tractandis reb⁹ medicis euasurum multo commodiorem, iis potissimũ

iis potiſsimum, quæ ad curandi partem referuntur. proinde eque ego, quanquam reliquas medicinæ partes latiùs tractaui, totam hanc in declinantem ætatem diſtuliſſem, niſi ipſum incæptum opus, ſuo iure à nobis integritatem & perfectionem exigeret, & eſſent nonnullæ circa medendi partem controuerſię, quæ contemplationi videntur admodum coniunctæ. Tamen quando totam hanc partem prę terire ipſe operis ordo non fert, dimittam pleraque, ſi deus conceſſerit, albicantibus capilliis ſcripturus, atque interim hęc ipſa quæ ſcribam ſub correctione ſeniorum ſcripta volo. Modo ad hanc cenſuram annoſi iuuenes non vocentur. quoniam vero inter medendum duo facimus, præſcribimus ægrotantibus victum, & paramus auxilia: controuerſias, quæ in inſtituendo victu ſunt, ſcribemus primũ, deinde eas, quæ reſpiciunt medica auxilia.

¶Caput primum. Vtrum habeat plus periculi in ægrotantium victu declinare ad craſſum an ad tenue.

QVandoquidem rerum quibus vtitur medicus quantitas non poteſt exactè inueniri, ſed artificioſa eget coniectura, artificiosè autem coniicere, viri eſt qui omnium quæ in arte ſunt vires cognouerit adamuſsim, & diligẽter ſeſe in artis operib⁹ exercuerit, quales p pauci admodũ ſunt, etſi eſſent: tamen quod coniecturale eſt, non eſt exactum. non parum ad rectè inſtituendam rationem victus ægrotantium, videtur intereſſe ſcire, aquo peccato cauendum magis ſit, ab eo quod ducit ad craſſum, an ab eo quod ad tenue. Quam quæſtionem decidit Galenus ſecundo de ratione victus acutorum commentario illius trigeſimæ ſeptimæ ſententiæ qua hippo. inquit, ciborum adiectioni intendẽdum multo minus, quam ita interpretatur Gal. in quantitate iſpa ad id quod minus ſit procedendum eſſe magis, quam ad id quod exuperat, quia noxas quę minus emendari poſsint facit: verum quod minus eſt, facile emendatur, nempè ſi virt⁹ labaſcere videatur, cibi exiguum inſuper miniſtrare poſſum⁹: verum ſi in ventrem abſorptus fuerit cibus, quod redũdat ſuperfluitque, ſi alias multò magis, in morbis acutis tollere eſt difficile, docet itaque Galenus loco hoc, grauius peccatũ eſſe dare pluſquam oportet, quam infra mediocritatem conſiſtere. Contrarium viſus eſt hippo. docere prima particula aphoriſmorum. 5. dicens, in tenui victu ęgri deliquunt cuius cauſa magis lęduntur. quicunq; enim error cõmittitur, maior eſt in hoc quã in paulò pleniori victu. paucis interpoſitis, ob id igitur tenuis victus atque admodũ exquiſitus, eo qui ſit paulò plenior ad plurima magis periculoſus. Vide quã ſint hæ ſentẽtię contrarię. Sed & ratio videtur monſtrare deterius eſſe inclinare ad tenuius. Nã illud eſt deterius ex quo pendet grauius malum, ſed ex victu plus ſatis tenui impendet virtutis exolutio, ex craſſo tantùm morbi prorogatio. & quanquam vtraq; ratione imbecillis fiat virtus, tamen ab inedia fit imbecillis in eſſentia, à cibo quia aggrauatur, quod nõ eſt tam irremediabile. Nam nimis craſſus aut tenuis vict⁹ debet appellari ad mediocrem, eſt vero mediocris, quem definit Hippocr. apho. 9. dicens coniectari oportet an ęgrotans cum victu poſsit perdurare, vſque ad morbi vigorem. Eſt itaq; ea exquiſita ciborũ quantitas, cum qua ęgrotans durare poſsit vſque ad morbi concoctionem. Nam ſi fieri poſſet, ratione ſaltem ipſius morbi, contineremus ægros omnes vſque ad ſanitatem in integra inedia, ſed quoniã virtus conficeretur, damus victum cumquo minime morbus augeatur, et vt eger durare poſsit. Igitur victus, qui eſt craſsior illo, non minime auget morbum, ſed cum tenuiori nõ poteſt virtus durare, qđ eſt extremum malum. Qua ergo ratione hæc ſibi conſonant, quæ ambo ab Hippocrate dicta ſunt, & à Galena confirmata? Ioannes Manardus libro quarto epiſtola ſecunda controuerſiam hanc fugit magis quam dirimit, ſenſum aphoriſmi aliorſum transferens. Concedit ſiquidem, quod à galeno dictum eſt ſecundo de ratione victus, nempe grauius peccare eum, qui in inſtitutione victus ad craſſum inclinat, quam qui ad tenue. Tamen negat hippocratem in aphoriſmo de hac re loqui: ſed affirmare, ægrotantem, qui tenui victu alitur, magis lędi à quocunque errore, quam qui paulo pleniori, non quidem facta hic mentione erroris contingentis circa cibum, ſed aliorum. quaſi vellit monere eum, quem intenui victu contineri oportet, vt religioſius caueat ab erroribus, quam quibus licet per morbum aliquã tò pleniori vti. eſt ſane hæc Manardi ſententia veriſsima, & alteri ex ſecundo de ratione victus minime contraria. quare non parum acute videtur excogitaſſe. ſed reuera Hippocra. eſt illic totus in inſtituendo victu, & nullius errati meminit præterquam in illo. præterea, ſequentia hæc verba. Propter hoc igitur tenues & exactæ victus rationes periculoſiores ſunt aut fallaces magis. (Nam nihil intereſt) paulo plenioribus, videntur hortari, potius fugere tenues & exactas victus rationes, quam alia errata. quare melius fuerit verum verborum ſenſum eruere, non contorquentes, quod faciemus ſtatim ac aliorum enarrationes attigerimus. Sunt qui dicant in principio & incremento deterius eſſe inclinare ad tenue, in ſtatu deterius eſſe ad craſſum. Nam ſeptimo & octauo & no-

Educación, Cultura y Deporte

no Aphorismis docet. Hippocrat. in morbi vigore tenuissimo victu esse vtendum, prius vero vberius esse agendum. Sed quantum ego intelligo aliud est tempus cum tempore conferre, quam victum crassum cum tenui. est enim, vt referunt, vtendum in statu tenuissimo victu: in principio maximè crasso, vt in temporibus. sed in illorum quolibet est mediocritas propria victus, & duplex peccatum. Quorum quodque cum altero potest conferri & leuius haberi, aut grauius, Non ergo rectè hi interpretantur: cum Hippocr. aut Gale. neque secundo de ratione victus, neque in aph. meminerint temporum, sed excessus à mediocritate inuicem contulerint, Interim neque temporum neque naturæ morbi, neque temporum anni, neque naturæ ægrotantis, aut cõsuetudinis, aut alicuius rei alterius, cuius indicatio aliqua sit, facta mentione. Est igitur, omissis aliis omnibus indicationibus, ipsa peccata conferendum. quod qua ratione faciendum sit, missis quæ ab aliis dicuntur, qui rẽ minus acute rimantur, breuidicam. Excessus ad mediocritatem dici debent, non minus hic quam in aliis quibusuis rebus conferendis. Est verò mediocris (vt modo loquimur) victus ægrotãtibus, qui vtilissimus & tutissimus, in quo nihil est peccatum, sed maximè secundum artem institutus est. Hic si virtus permitteret omnino esset inedia, morbus enim per se nullum exposcit cibum, sed quoniam virtus non fert, est vtrique, morbo inquam & virtuti aliquid dandum. daretur ergo vtriusque gratia minima quantitas cum qua ęgrotus durare posset: Sed quoniam cum hac quantitate solum morbum posset sustinere virtus vsque ad statum, errores autem ne minimos quidem posset sustinere, omnes verò errores præcauere nõ potest medicus, qm̃ multi inopinato & fotuito casu contingũt: tenet̃ prẽcauere virtutis ex erroribus lapsum, aliquãto plus cibi exhibens exquisitissimo. Nam quemadmodum dicebatur, quinto aphoris. primæ sectionis nimis tenuis & exquisitus victus est periculosus. Igitur mediocris victus qui tribus indicationibus finitur, virtute, morbo, & erroribus, non est minimus cum quo ægrotans durare potest, sed aliquanto plus dari debet erroribus. A quo sæpe poterit medicus deuiare ad tenuius etiam citra noxam, Detracto scilicet eo quod pro erroribus dabatur, sed ad crassius non poterit citra malum, quod haud facilè emendari possit. Nam subtractioni medetur additio. sed additioni quid medetur? num subtractio? at subtractio nõ potest facere, quominus multa excrementa ex multo cibo fuerint cõgesta, quę tamen omnia non possunt inedia consumi. Constat ergo si peccatum cũ peccato conferre vis, grauius multò esse ad crassius inclinare. his semel intellectis, possunt seorsum interse temporum indicationes conferri. ex quibus illud vnum inuenietur, declinare ad tenue grauius peccatum esse in principio & incremento quam in statu, contra declinare ad crassum, grauius in statu quam in principio & incremento. status nempe exposcit subtractionem, reliqua tempora non adeò. sed satis arbitror iam constat, quantum interfit ita dicere, aut in principio & incremento deterius esse inclinare ad tenue quam ad crassum, in statu deterius ad crassum quam ad tenue. Nam hac dictione cõferuntur indicationes excesuum: illa temporum. Licet verò indicatione sola excessuum dicere (quod verissimum est) perpetuò esse grauius peccatum inclinare ad crassum quam ad tenue. Sed contrà hãc interpretationem, est quoddam non leue argumentum. Hippocr. continet ægrotates in inedia integra, quando coniectat, virtutem durare posse donec morbus conquoquatur. Nam 37. primi acutorũ ita dixit, subtrahere verò omnino sępe expedit, cum ægrotans sufficere possit donec morbi vigor maturescat. ergo nihil dat erroribus. Nam qui omnino nihil dat, neque erroribus dat quidquam. Duo videntur respondenda. primò Hippocratem nullos continere sine cibo, præter eos, quorum virtutem coniectat sufficere, non solum sustinendis malis, sed etiam ferendis aliquibus erroribus, si inopinatò acciderint. Nam alioqui ingenti periculo atq; adeò nonnunquam inuitabili, exponeret ægrotantes. Deinde, Hippocratem non omnino nihil dare, sed moderari inediam potu. Potus vero etiam si sit frigida aqua, quanquam non nutrit, est pro nutrimento, quia facilem exolutionem remoratur, quemadmodum dicit Galenus. 3. acutorum com. 19. & nos alibi explicuimus, dum disputaremus de aqua an posset nutrire. libro. 6. quæstio. sexta. sed disputatio præsens non indiget pluribus.

¶Caput secundum. An victu magis crasso sit vtendum perpetuò in morborum principiis quam cum iam vigent.

HIppocrates quo loco sumpta indicatione à morbi temporibus instituit rationem victus, docet haud dubiè in principio esse vtendum maximè crasso & in summo vigore maxime tenui, in mediis temporibus mediocri, prout magis ad vigoris temp⁹ aut principium inclinauerit morbus, attenuantibus nobis perpetuò versus vigorem summũ. Nam. 20. aph. primę part. ita habet, quibus igitur statim morbus consistit (explicitum à nobis est in primo huius operis libro quæstione octaua, vt, in morbis idem sit consistere & vigere) iis statim tenuis victus exhibendus est: quibus vero posterius, est futurus vigor iis & in ipso & ante illud parum subtrahendum, prius verò vberius agendum, vt,

ægrotans

ægrotãs sufficiat. Sed ratio, etiam tacente Hippocrate, illud demonstraret euidenter. nam victus, aut alimentorum exhibitio, facit vt virtus duret: alimentorum sublatio facit vt citò deficiat. sed durationẽ virtutis costat eo tempore esse procurandam, quo plus temporis restat transigendum, citã autem exolutionem tunc esse timendam minus, cum prope est aut salus aut morbi inclinatio. contrà cibus virtutem aggrauat, impedit, & morbum auget. quod constat in vigore ferendum esse minus, cum virtus sit eo tempore etiam citra cibum impeditissima, atque cum morbo extremo congrediatur certamine. Est itaque hæc temporum morbi indicatio. Sed contrà videtur esse, quòd Hippo. de ratione victus in acutis ptisanam offerens pleuriticis cum vigesimo primo contextu dixisset, verum inter initia neque multam neque crassam admodum dare oportet, vigesimo tertio inquit, atsi os madescat & ea quæ a pulmone, talia sint qualia esse oportet, sorbitionis multitudinem, vt sumatim dicam, augere conuenit. hæc Hippo. constat verò vt os madescere pleuritidis ad incrementum tendentis sit signum, quo tẽpore sorbitionis quantitatem præcipit augere. Sunt quibus videatur respondendum, augeri sorbitionem, non quia alimentum est, sed quia medicamentum. Sed hi non videntur legisse commentarium Galeni, quo ita inquit, ergo qui probè expurgantur his ptisanam dare conuenit, virium roborandarũ gratia, & quo expuitionibus humorum quæ ex pulmone per tussim fiunt sufficiant. Quæ verba satis declarant alimenti gratia augeri sorbitionem. Nam alimenta dantur seruandi roboris causa, medicamenta alterandi corporis. mihi ergo aliter videtur dicendum, indicatione tẽporis fieri oportere vt dicebatur, verum tamen ratione alterius alicuius, quod cum morbo coniungatur, contra fieri nonnũquam posse. in inflammationibus contra procedit cibi exhibitio atque in febribus. Nam in illis minus dari debet in principio, atque deinde sensim augeri. docet Galenus. 6. Method. capite quinto ita dicẽs reliquum fuerit de vniuersa victus ratione præcipere. quod in principio quidem sit tenuissimè cibandum in curatione propria phlegmonarum dicitur. hęc in illo loco. quæ diffusius deinde docuit. 13. methodi. Est itaque haud dubiè cibandum tenuissimè in principio phlegmonarum, non quidem gratia morbi, sed causa fluxionis, quæ coniungitur necessariò cum phlegmone, & in principio nondum cessauit, in quo propterea est agendum tenuissimè. eadem ratione in vlceribus agi debet, maximè recentibus, quod Hippocrates libro de vlceribus his verbis docuit, vti modico cibo, & aquà cõfert ad omnia vlcera, magis verò ad recentia, quam ad antiqua. Hęc eadem ratio est in pleuritide, quippe quę est inflammatio. cui etiam accedit ratio alia peculiaris, quæ summitur à malè affecti loci indicatione. Hęc est quam Galenus docet. 11. Methodi capite decimoseptimo, dicens in morbis thoracis cibis potiꝰ quam medicamentis esse firmitudini consulendum. quare in iis morbis minus noxia est additio, ratione malè affecti loci. quia quanquam multum cibi assumatur non adeò multum venit ad thoracem, ad quem à ventriculo multi sunt anfractus. Et est plerunque additio necessaria. quia alia est virtus quæ pugnat contra morbum alterando materiam, alia quæ expellẽdo. cum expulsio animalis virtutis actione fiat, quę tunc incipit magis laborare, quando ægrotans incipit excreare. cõcedims ergò in inflãmationibus omnibus debere tenuissimum victum iniungi in principio, verum illud non gratia morbi, sed fluxionis: in morbis thoracis maiori ratione augeri posse ciborum quantitatem, quia indicationi ex fluxione, accedit indicatio ex affecto loco. Sed perpetua hæc est doctrina (quæ tamen perspicaci indiget medico & qui hæc quæ diximus possit assequi) indicatione sumpta à tẽporibus morbi, & quãtum in ipsis temporibus agitur, tenuissimè cibandum esse in summo vigore maximè crasse in principio. quare non adeo cautè videtur Auicena prospexisse ęgrotantibus dicens, fen. prima quarti. et scias quod non est tibi possibile curare febrem nisi cognoueris eam. quòd si ignoraueris subtilia regimen. Nam non omnes morbi ferunt multam attenuationem in principio, sed id ex constitutione pendet, quæ non possit esse perspecta ei, qui morbi naturã ignorauerit. Præterea in cuiusuis morbi principio diximus vtendum esse magis crasso (demptis qui cum fluxione cõsistunt) quã in aliis tẽporibꝰ. Sed fortasse melius fuerit Auicenæ sententiam cõmendare, atque ita intelligere. si contigerit vno die aut etiã duobus, modo ægrotans sit fortis viribus, febris naturam ignorari, curationem quidem non oportet aggredi, sed materierum communium, interim dum morbus se insinuat, cura est habenda. sunt hæ quæ in ventriculo intestinis & primis venis continentur, quæ vt expurgentur, licebit vno aut duobus diebus, ægrotantem in inedia contineri. sed neque hæc indicatio sumitur à morbo aut morbi propria causa, sed communibus materiebus, vt dixi. de ratione instituendi victus quam indicant totius morbi tempora hæc sufficiunt.

¶Caput tertium. An possint ægrotantes refici alia via quam per os.

VVlgatissima praxis est in mulieribus præfocatione vteri laborantibus, atque in viris in eo statu constitutis, vt casus exigat cibum, & ipsi non possint accipere, vti clysmatis ex re aliqua nutriente paratis, vt ex lacte, ptisana, vino, melle, ouis nonnunquam, aut etiam iure galinę, aut expresso ex ipsa

ex ipſa galina ſucco. nonnulla etiam occurrunt quæ cogunt medicos vti emplaſtris nutrientibus: nimirum, cum periculum ab ortus videtur inſtare ex debilitate, imponunt vmbilico carnes arietinas, aut oua aut panis micam imbutam vino, aut lacte, aut tale quipiam aliud. quam conſuetudinem nõnulli hodie damnãt, contendentes nihil poſſe corpora noſtra nutrire, quod per os non ingeratur. proferunt primo illa galeni verba ex quarto de vſu partium capite. 1. quandoquidem nutriri neceſſe eſt animalis particulas, ingreſſus verò cibariis in corpus vnus eſt, per os. Primo etiam de facultatibus naturalibus cap. 10. vnus nanque omnibus cibis introitus per os eſt. Argumẽtantur deinde ratione hac. nihil poteſt nutrire, quod non ſit perpeſſum antea concoctiones priores, primam nempe & ſecundã: ſed quod per anũ immittitur, nõ poteſt in ventriculũ venire, in quo prima concoctio fit (multo minꝰ, quod cuti imponitur, aut per viam aliam ſubit) ergo nihil tale nutrire poteſt. Quod vero quæ p venrem infunduntur, non poſſint ventriculum attingere, confirmant ex galeno. 13. Methodi cap. 16. vbi, inquit, quæ infuſa ſunt, primùm ea neque ad ieiunum aſcẽdere poſſunt. immo etiam ſi admodum nitaris, fortaſſe tenuia tm̃ inteſtina attingant. Quò etiam videtur reſpexiſſe. 4. particala aphoriſmorum commen. 12. dicens, Eorum verò quæ continentur in inteſtinis, nihil poteſt per vomitus vacuari. Alii his reſpondẽt, poſſe ea quæ infundũtur per anum nutrire, negantque contenta in inteſtinis non poſſe aſcendere in vẽtriculum, quinpotius aſcendere nonnuuquam, dicunt, docuiſſe Galenum tertio de ſympt. cauſ. capit. 2. vbi poſt alia multa eiuſdem ſententiæ hæc addidit. ergo mirum non eſt ſi clyſmatis quoque aliquid & ſtercoris ex tam violenta inteſtinorum conſtrictione ad ventriculum aliquãdo præter naturam reuocatur, deinde ſic ad exitum properet. Iam verò euomi poſſe ea, quæ continentur in inteſtinis, indicat affectio volbulus vocata perquam vt Galenus prędicto loco docet & tertio epid, parte ſecunda com. 6. euomitur ſtercus. quod tamen dicente eodem Galeno tertio de facultatibus naturalibus cap. 6. generatur in tenuibus inteſtinis. itaque dicunt hi, cum poſſint quæ per inteſtina infũduntur in ventriculum aſcẽdere, nihil mirum ſi poſſint nutrire. In hac controuerſiola primùm componenda nobis ſunt hæc, quæ in Galeni verbis videntur eſſe contraria, deinde de propoſita quæſtione dicendum quod res habet. galenus videtur dubitaſſe de aſcenſu eorum quæ infunduntur per anum in ventriculum. Nam libro ſeptimo de compoſitione pharmacorum ſecundum locos capite quarto ita inquit, ſi poſsibile eſt ex tenui inteſtino aliquid per nauſeam effetri, ad hoc etiam vtile fiet. itaq; videntur hæc verba dubitantis, tamen aperte eſt verum per volbulum euomi quæ continebantur in inteſtinis. quòd ſi Gale. 4. apho. commentario. 12. negauit quidquam eorum quæ continentur in inteſtinis poſſe vomitu reiici, intellige vomitu naturali. nimirum naturalis vomitus eſt ad euacuationem eorum quæ continentur in cauo ventriculi, dicente Galeno eodem capite tertio de cauſis ſymptomatum, quod nuper citauimus, & in commen. 39. ſextæ particulæ aphoriſmorum, & millies alibi. verum etiam eſt, poſſe partem aliquam cliyſteris in vẽtriculum rapi, tamen Galenus. 13. Methodi negauit, noſtro conatu, etſi quammaximè conemur, poſſe aſcendere vltra gracile, ſed accedenti tali quapiam cauſa præter naturam, qualis per volbulum, non negauit. Ad inſtitũ illius loci ſatis eſt, quamquam fieri poſsit vt clyſteris portio in ventrem aſcendat, tamen rarò id fieri, & ex cauſa præter naturam. Nam declarabat illic Galenus indicationem curationis quæ ſummitur ab affecta parte, docens, ad abluendum craſſa inteſtina vtendum eſſe clyſteribus, ad tenuia potionibus. Conſtat verò ad huius prẽcepti confirmationem ſatis eſſe monſtrare clyſteres non poſſe aſcendere vltra inteſtina craſſa, niſi rarò, & caſu prẽter naturam, haud quaquam noſtro conatu. Medendum enim eſt, non pro his quæ rarò & præter naturam poſſunt contingere, ſed pro his quæ coniectamus euentura. eodem modo intelligendus eſt galenus quinto Methodi capite vndecimo vbi ita ſcripſit: Quę vicina ventriculo ſunt, iis per commeſta & bibita, quæ verò inferius ſunt ſita, per ea quæ iniiciuntur. quando neque ad ea quę vicina ventriculo ſunt, ſubire poteſt quod per ſedem infunditur, neque integris viribus ad inferiora pertingere, quod peros ſit ingeſtum. Itaque loca Galeni ita componuntur, conſtatq; iuxta illius opinionem poſſe aliquid ex inteſtinis aſcendere ad ventriculum. Sed quoniam per volbulum non tam ventriculus trahit ab inteſtinis, quam inteſtina reiiciunt in ventriculum, & ille cogitur recipere, cenſeo addendũ dictis, ventriculum poſſe non tantum recipere ab inteſtinis, ſed trahere etiam ab illis, cum vrgetur fame. Nam ſi vt celebratiſsimum eſt à Galeno de ſententia Hippocratis, omnia habent perſpiratum & confluxum communẽ, ſi omnia omnibus alligauit natura per communes venas & arterias & neruos ſi quemadmodum docetur tertio de facultatibus naturalibus, per magnam famem vel ex ipſis aut proximis partibus reuocat ventriculus ſuccos, non dubium eſt, et ex vicinis, quales ſunt gracilia inteſtina multo ante tracturum. Itaque eſt duplex iam modus, quo ea quę per anum infunduntur poſsint in vẽtriculum venire, vel tracta à ventriculo vel expulſa ab inteſtinis. quare nihil eſt iam intellectu difficile, poſſe quæ p inteſtina infunduntur, ire ſurſum in ventriculum, ibique chylum fieri illhincque in hepar, vnde & in membra. nihilominus errant barbari medici, qui propoſitam quæſtionem de nutrimẽto, quod poteſt accedere ex clyſtere putant pendere ex alia de aſcenſu clyſteris in ventriculum. Nam etſi nihil clyſteris in ventriculum aſcẽdat, poteſt ex illo nutrimentũ aliquod in corpus transferri nam

eadem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eadem cõcoctio quæ agit in vẽtriculo agi potest in intestinis, & quę agitur in hepate etiã in venis. quã quam maior vis ad chyli in ventriculo, & ad sanguinis generationem in hepate sit. docetur hoc luce clarius. 4. de vsu partium cap. 17. vbi ita scriptum est: quemadmodum igitur venis cum eas distributionis instrumenta fecisset, facultatem sanguinis effectricem, indidit, ne dum per eas fertur, temp° ipsi alimento frustra periret. ad eundem modũ & intestinis distributiõis in venis gratia factis facultas quæ dã coquendi cibos inest. Si igitur hæc ita habent vt Galenus dicit, cõstat posse infundi per anum succũ aliquem tenuissimũ, coctu facillimum, cui cõmutãdo satis sint alteratiões, quas præstare possunt intestina & venę, sine ventriculo & hepate, qui nutriet, omnino ventriculũ nõ ascendens. Adde (quod in primo huius operis libro diximus) dicẽte galeno sexto de placitis cõcoctionẽ vẽtriculi nõ esse necessariam simpliciter, sed cum solida assumuntur alimenta, in reliquis propter perfectionẽ. Itaq; multis modis potest quod per clysterẽ infunditur nutrire. quare vsum horum clysterium dictis in affectionibus nõ improbo. quanquam conandũ censeo, quoad fieri poterit, vt quaqua arte per os aliquid in ventriculum immittamus, ex hoc enim certũ est copiosè & celeriter nutrimentum membris accessurum. tũ cum hoc non possumus, ad nutrientes clysteres confugere non sit omnino inutile. hos verò vellem parari ex vino albo & tenui & aqueo. Quia est facilis concoctionis & distributionis, ex eo scilicet solo aut aliis permixto, nihil tamen permitti debet, quod sit frigidius aut difficilius coctu. hoc enim in mẽbra, in quibus languet facultas, frustra infundetur. aliud quod de emplastris nutrientibus dicebatur videtur multo debilius auxilium. quãdoquidem per paucam admodũ substãtiam nutritioni aptam, assummi posse per cutis poros puto, tñ aliquid etiã ita assumi, quãquã exiguũ sit, impossibile nõ arbitror. nimirũ mõstratũ est, posse succum aliquem tam tenuem & multi halitus in venas incidere, vt concoctione ventriculi non pręgressa, illic conficiat. iam verò ex succis quibus irrigetur cutis aliquid intrò penetrare videmus, & ipsa pororum multitudo, & pulsus arteriarum, qui ad cutem fit, & vis trahendi membrorum, ita fieri posse suadent. hipp. etiam lib. de alimento ita scripsit, forinsecus alimentũ ab extima superficie ad intima peruenit. Solis quidem illis emplastris vti, rediculum fuerit. tamẽ interim dum aliis viis nutrientia immittũtur, si multum videtur instare periculũ abortus, loquor enim deposito paulò ante affectu, talia etiam vmbilico propter viciniã vteri forte non imponentur omnino incasum. admiscenda tamen sunt si quando illis vtemur, semper penetrãtia, qualia sunt mel & aromata in puluerem redacta. sed qua ratione si hæc vera sunt, dixerit Gale. locis citatis ex quarto de vsu partium & primo de naturalibus. faculta. vnicã esse viam alimenti ingerẽdi, os? an quia illis in locis nõ omnes quæ natura aut arte fieri possunt, alimenti vias recensebat, sed naturalem solum viam, qualis solum os est? sed de hac quæstione hæc sunt satis.

¶Caput quartum. An curatio fiat per contraria æqualia.

PRincipia in vnaquaq; arte concedi debẽt, etiam sine argumentis, alioqui infinita fiet ars & nullibi cõsistẽs. Est vero in arte medica celebratissimũ axioma cõtrariis contraria curãtur à galeno & hippocrate totiens vsurpatum, vt ridiculum non immeritò videretur ad huius sententiæ probationẽ loca notare. neq; eñ monstratione indiget, sed sola interpretatione, cum morbi curatio ciusdẽ sit corruptio, & corruptiones à contrariis fiant. At, nulli videri possit dubiũ curationem per cõtraria morbo fieri. Cęterum hęc cõtraria operatione oportet talia sint, magis etiã quã denominatione. nihil eñ prohibet cõuulsionem, quæ affectus frigidus est, infusione aquę frigidæ curari. nam quanquã aqua illà qualitate quæ est actu similis sit, cæterum est tunc tẽporis operatione quã ex accidenti habet & virture contraria. neq; quidquã refert ad morbi sublationẽ ex accidenti aut perse medicamentum operari. quare omnia quæ ex accidenti morbum corrumpunt, per alia operantur, quæ sunt morbo contraria perse, vt grã exempli, aqua nõ perse curat conuulsionem sed per calorem, quem facit retroducere. vomitus etiam curat vomitum non perse sed euacuatione humoris facientis noxam. vt dolor non potest curare dolorem, sed medicamentum, quod cum dolore operatur, potest causæ prioris doloris sublationem facere, vt dicitur. 6. epid. parte secunda commenta. 8. potest etiam dolor vnius partis vehementior alterius debiliorem abscurare, distracta vi sentiente, aut curare, distracta materia vt à cucurbitula. cum certum sit succos ad dolentem particulam confluere. tamen constat in his quoque, quod perse curat, contrarii ratione operari. atq; ita perpetuò est vera ea sententia, quam oẽs citra controuersiã concedunt, contraria cõtrariis curantur. Cæterũ an illa cõtraria, vt specie sunt contraria, ita æqualia gradu esse debeant, an aliquando minora aliquando maiora, non adeò est citra controuersiã. Galen lib. 6. artis medicinalis. cap. 89. expressè docet cõtraria paribus numeris distare debere à mediocritate, quãtũ ipsũ corpus versus alterũ extremũ præter naturã abest. vbi ita dicit, Veluti, si ita cõtigerit, vt in decẽ quidẽ numeris ad calorem maiorem eo qui est secundum naturã decidat corpus, septẽ verò ad siccitatem maiorem, tũc salubrem causam in huius modi affectionibus esse oportebit decẽ numeris quidẽ frigidiorem septem verò humidiorem. Itaq; de sentẽtia Galeni hoc in loco indicatio, quæ ab affectu sumitur, est exhibitio contrariorum æqualium morbo. tertio de simplicium medicamẽtorum facultate cap. 11. ita inquit, atq; vno verbo tantũ abesse à medio quod medebitur, quãtum ipsum

ipſum cui medella adhibetur, oportet.nimirum in contraria vtriuſque vergente exceſſu. Nam ad eadem ſimiliter inclinat, perinde ac corpus quod curandum eſt in temperie conſtitutum, nul- alterationem afferre conſentaneum eſt.qu e neque lædet id quod malè affectum eſt, neque iuuabit At quod min us eſt, iuuabit quidem,non tamen perſanabit. Cœterum in hac ſententia videntur eſſe multa difficilia. Nam primùm, quid prohibet morbum curari poſſe contrariis minoribus? nam hæc quanquam non poſſunt integrè corrumpere, poſſunt tamen cum primò apponuntur aliquid iuuare, remittendo ſcilicet morbum,non perſanando. atque ita cum ſecũdò apponũtur plus,cum tertiò plus adhuc, vſque dum paulatim corpus perſanetur. Poteſt igitur contrariis minoribus curari corpus. Nã quod contraria minora aliquid remittant,non negabis, cum contraria quantumcunque intenta aliquid à remiſioribus patiantur. Neque verò negari poteſt, poſſe corpus à contrariis intenſioribus ſanari cũ trãsferatur ad contrariũ affectũ. Nam medicamenta contraria & intenſiora,neceſſariò ab ipſo morbo patiuntur.ſint igitur tantò intenſiora, quantum reciproca actio poteſt detrahere, atq; ita, etiam ſi corpus perſanent,non tñ ad contrariũ morbum poſsint trãsferre. quare videt morbus curari poſſe contrariis intẽſiorib⁹ & remiſioribus, atq; proinde non perpetuò æqualibus indigere.mihi ſanè hæc ratio monſtrare videtur,nihil repugnare philoſophicæ rationi,morbum contrariis maiorib⁹ aut minoribus curari. Quare non putauerim proinde morbum exhibitionem contrariorum æqualium indicare,quod ab inęqualibus cutari non poſsit,ſed quod ab ęqualib⁹ commodiùs curatur, & magis citra periculum.cuius ſumma ratio hęc eſt. Quod medicus in curationibus maximè debet curare,eſt, vt & tutò curet & citò.tutò quidẽ curat,cũ citra periculũ.Impẽdet verò periculũ maximũ, ſi qua alia ex re, ex repentinis mutationibus. vſque adeo vt dicente Gale.12.Metho. cap.ſeptimo corpora,non ſolum cum in non naturalem ſtatum confertim agũtur, triſtem mutationem ſentiunt, ſed etiã in ipſo ad naturalẽ ſtatũ ſuũ redditu,niſi eum paulatim accipiant,cruciẽtur. debet igitur medicus maximè in ter curandum repentinas curationes deuitare,quæ eò fiunt maiores, quò medicamenta intenſiora ad hibentur.mora etiam in curando eſt periculoſa. Quandoquidem interim labefactatur virtus, & ſolet ægrotans recidere in deterius. curatur autem morbus eò tardius quò remiſſorum medicamentorum eſt vſus.ne igitur in curatione moraremur,intenſiſsimis deberemus vti,ſed ne quicquam repentè mo ueremus,& corpus alteraretur paulatim,remiſiſsimis. verùm quoniam vterque exceſus eſt periculoſus, relicto vtroque medium medica ars complecti iubet, atque ita contrariis æqualibus vti. hoc inquam,ſumpta indicatiõe ab affectu. Nam aliis indicationibus,vt indicatione à conſuetudine & ex induciis,quas facultas expectandi dat,aut negat,non dubitauerim aliquando contrariis minoribus, aliquando maioribus,licere vti. eſt nihilominus vera regula,quę de his,quæ magna ex parte,& à ſolo affectu ſumpta indicatione,fieri debent,præcipit. Sed contra videtur eſſe quod Hippo.6.epid.parte.2. com.26.inquit,ex adhibitione contraria adhibere & quieſcere. Qua ſententia Galen.interprete,illud ſignificauit Hippocra.contraria non eſſe affatim, ſed ſenſim inducenda. atque inter exhibitionem cõtrariorum,permittendũ eſſe corpori quieſcere.Si igitur vela principio contraria æqualia morbo adhiberemus,non paulatim vt Hippo.præcipit,ſed repente adhiberentur.2. de compoſitione pharmacorum ſecundum locos capi. decimoquarto non ſtatim à principio efficaſsiſsima adhiberi conuenit,ſed à debilioribus auſpicari. Sedtamen neque hæc ſententia aduerſa eſt opinioni noſtrę. illic enim propter irritationem, quam ſua acrimonia fortia medicamenta facerent, ſi repente intentiſsima admouerentur,iubet læuioribus tentare prius. hæc vero læuium admotio, præcautio eſt. Adde non ſtatim morbos eſſe intentiſsimos, ſed cum conſiſtunt, quare vt creſcit morbus, ita mendicamentorum vires intendere, æqualibus contrariis pugnare eſt. vt cum procedente tempore remittit affectus, medicamentorum vires iubet Galenus remittere. Nam quò vlcerata pars ſiccior fit, eò minus ſiccis vtendum, quia ſcilicet naturalis ſiccitas permanet in parte,& humor præter naturam fit minor. Sed ſi quis rectè conſideret omnia quæ à Galeno in commentariis illius ſententiæ ſexti Epid. dicuntur, nõ propterea eſt incipiendum à læuioribus medicamentis, & æqualia ſenſim adhibenda ſunt, qnoniam contraria, ſed quoniam maxima ex parte, ea quibus morbus curatur ſunt inconſueta, conſuetudo autem perpetuò eſt conſeruanda, maximè in morbis, quemadmodum Galenus (inquit) octauo Method. capite nono,aut ſenſim eſt permutanda, vt longiſsima oratione præcipit Hippocrat. ſecundo de ratione victus in morbis acutis. Igitur indicatione ſumpta à morbo, contraria æqualia à primo die darentur, ſed indicatione à conſuetudine cum indicatione à morbo coniuncta, in principio remittuntur, aliquantulum, procedente tempore adhibentur intenſiora. atque hoc quidem, cum his quæ quotidie fiunt,ab his qui medicinam factitant, maximè quadrat, ſi enim in eum hominem inciderint,qui ſanguinis miſsioni multo antè tempore aſſueuerit,aut fortium medicamentorum vſum non reformidet, vel primo ingreſſu his vti ſolent, ſi vero inſuetus ægrotans ſit, ab aliis leuioribus auxiliis exorſi,ad fortiora medicamenta procedunt. Sed dicet aliquis.eſto quantumlibet ægrotans aſſuetus & incidat in putridam febrem. non ſunt à principio danda contraria ęqualia morbo. Eſt enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bus, quo laborat febris. sed nullus sanæ mentis medicus in principio putridæ febris frigidis vte
, ergo neque contrariis ex eo tempore curatio fit, quo minus contrariis æqualibus. Præterea si à
principio darentur æqualia, à principio inciperet mor is remitti, atque ita multò maior esset, in
principio, quam in statu, quod communis opinio omnium medicorum negat. His argumentis ita re=
spondendum censeo, danda esse contraria ei, cuius mollimur sublationem, vt cum morbum perse cu
ramus, morbo, (hæc enim indicatio est à morbo sumpta) cum per causam, causæ. oportet autem pu
tridam febrem non perse curari, sed per causæ præscisionem, & proinde non est inter curandum fri=
gidorum vsus, sed vacuantium. quæcunque vero indicatione morbi adhibentur, illa contraria sunt
morbo & specie & gradu. Huiusmodi curatione vtimur in meris intemperiebus, quæ ex nullo alio
affectu fiunt. hoc dixerim propter diarias febres, quas nobis etiam posset quisquam obiicere. Est enm
præceptum Galeni octauo Method. capite tertio in febricitantibus ex vstione, vti refrigerantibus, sed
remissioribus in principio, ac deinde febre ad solutionis tempus properante, refrigerantium vires
intendere: in febricitantibus ex refrigeratione, contrà iubet facere, vti scilicet calorem generantibus
& intensissimis in principio, & illorum vires versus inclinationem remittere. Sed neque hæc senten=
tia quidquã habet, illi quam confirmamus, aduersum. est em etiã in iis indicatio causę. nam vstio & re-
frigeratio affectiones corpis sunt, quæ nõ omninò præterierũt. Quæstio etiam quæ inter medicos agi
tatur, an morbus maior sit in principio quam in statu de morbis à materia pendentibus, quorum tẽ-
pora concoctione (vt superius dicere cœpimus, & vltimo libro sumus monstraturi) distinguntur.
In illis autem, cum causæ maturitati studeamus, permittimus intemperiei crescere vsque ad status tẽ
pus. non enim in principiis, contrariis rescinditur. Aliud supereſt in hac quæstione argumentum nõ
contemnendum. Nam non videtur debere esse eadem forma curationis quæ & reductionis præcipuè
in intensione contrariorum, quibus fiunt. Nam reductio est corruptio temperamenti naturalis, quò
in aliud commodius permutetur. curatio verò est corruptio affectionis præter naturam. sed præ ter
rationem videtur tam contraria exhiberi rei secundum naturam, quam ei quæ est præter naturam.
Nam, vt alia omittam, citius oportet morbum tolli, quam temperamentum naturale, quantumcun-
que lapsum sit, commutari. cùm igitur motus sit velocior, mouentia etiam deberent esse intensiora.
aut igitur curatio fit contrariis maioribus, aut reductio remissioribus. Est sanè hoc argumentum dif
ficilè, cui tamen ita responsum volo, esse reductionem rei secundum naturam, & curationem rei præ
ter naturam, & hanc debere esse velociorem motum, non tamen proinde contraria, quæ mouent,
debere esse intensiora. Sed quoniam temperamentum naturale inhabitu est, morbus autem in dis-
positione, ab æqualibus contrariis, illud difficiliùs, & hoc faciliùs corrumpitur. cunque morbus in ha
bitu est, tam difficile curatur, quam mutatur præternaturale temperamentum. Tamen vtrunque con
trariis æqualibus fit. ita & inter ipsos morbos qui fiunt, quanquam omes ab æqualibus contrariis cu-
rentur, tamen non omnes curantur æquali celeritate. Nam qui plus habet facti, plus resistit contra-
rio æquali in gradus intensione. Neque est, quod te conturbet argumentum, quo victi quidam con
trariam opinionem asserunt admodum propteruè. scilicet, si omnes morbi curãtur æqualibus, in om
nibus curationibus est par ꝓportio agentis ad id quod patitur, quare & eadem erit velocitas. ne inquã
hoc te conturbet, neque despera posse solutionem consequi, aut si non consequeris, ne tamen auto-
rum placita læuiter damna, vt illi faciunt, qui cùm argumentis lęuissimis frequenter vincantur: rece=
dunt ab autorum opinionibus, & profitentur se esse conditores nouorum dogmarum. qui hoc astu
faciunt (vt sunt callidissimi) quo apud insipientes saltem, quibus illi gaudent, vel ex ignorantia acce-
dat eis Gloria. Est, scilicet, nouum genus aucupii. Sed qui omninò non est hebes, non ignorat, eum
qui destituta veritate, confugit ad noua dogmata, non sapere plus aliis, sed ignorare plus omnibus.
Nam (vt alia ommittam) vide quam sit firmissimi sui argumenti facilis dillutio. Quanquam caloris
idem gradus potest esse fiens adhuc, & factus, constat factum plus resistere corruptioni. ergo cum ę=
quali gradu habet resistentiam maiorem, si verò resistentiæ sunt illis gradibus inæquales, constat cum
contrariis ęqualibus non habere proportiones æquales. respondeo ergo illud vnum, proportiones, ex
quibus celeritas maior aut minor nascitur, non esse gradus cum gradu, sed actionis ad resistẽdi vim,
& quo constitutione morbus longior est, eo plus illum resistere, cum æquali gradu. Sed rogabis rur-
sus, cur ergo morbo futuro longo, non adhibẽtur à principio contraria tantò maiora, iuxta propor
tionem, quam breuiori, quantò ipse est resistens plus, vt hac ratione qui erat futurus longior, citius
soluatur? seruaretur enim ita in omnibus eadem proportio actionis medicamenti ad resistentiam mor
bi, atque ita non impenderet periculum translationis ad contrarium lapsum, magis in hoc quam in
illo? videtur hæc ratio vrgere aliquatenus. Sed scire licet ita debere morbos curari, vt ante fatalẽ sibi
terminum non præscindantur, quin potius obseruẽtur maximè illorum constitutiones. Nam aliter,
ᶜ vt inquit plato, si quis morbos ante fatalem temporis cursum pharmacis amputare contenderit, ex
ᶜ paruis magni, & ex paucis multi fieri consueuerunt. Iam vero quod Hippo. inquit extremis morbis

extrema

extrema remedià(quam ſententiam audio illos ſiniſtrè interpretari) hocipſum mihi ſignificat, curationé debere fieri per æqualia. Nã extremis extrema, vt magnis magna, & paruis parua debentur. Tñ eſt adhuc aret, eus capadox, antiquiſsimꝰ qu dam medicus, qui cap. de elephanthiaſi (quod etiã refert Paulus in primis quarti libri verbis) ita ſcripſit. neceſſe eſt omnia auxilia valẽtiora eſſe morbis. Nã alioqui ipſos non ſubſtollent. proindeque (inquit) fit vt elephanthiaſis curari non poſsit, quippequa nullum auxilium inueniri poſsit maius. Hi igitur autores apertè videntur aſſerere, æqualia remedia non ſufficere, ſed maioribus eſſe opus. tamen putauerim horum verba ita intelligi debere, auxilia, quanq; alioqui æqualia ſint morbis intenſione, eſſe tamen illis valentiora, adiuta naturæ ſupetiis, quæ ſemper pro auxiilis contra morbos ſunt. Sed multò clarius dixit Celſus, qui caput vndecimũ libri ſecundi his verbis concludit. non poteſt vehementi malo niſi æquè vehemens auxilium ſucurrere

¶Caput quintum. De conſuetudine & natura.

CONSVETVDINE NIHIL VIDETVR PLERISQVE HOminibus notius, ſed nihil mihi videtur difficilius, quam potentiam illius & indicationem curationis quam præſtat, explicare exactè, apertèque, vt in reliquis feci, & cauſas quibus ſingula fiunt, quæ per conſuetudinem contingunt, inuenire. Nam antiquorum ſententia eſt, cõmendatiſsima à Galeno, vt multis aliis in locis, ita vel præcipuè, ſecundo de motu muſculorum, conſuetudinẽ eſſe naturam aduentitiã. Ariſto. ſeptimo ethicorum capite decimo conſuetudinem ſimilem dicit eſſe naturæ. vocatque in teſtem euenum poëtam, qui ita ſcripſit.

Vſus longus mos eſt, ac meditatio crebra.
Hunc tandem aſſero naturam mortalibus eſſe.

Comparant conſuetudinem non modo animales corporis facultates, ſed & vitales, & naturales, vt libello de aſsuetudinibus longa oratione Galenus monſtrat. neque ſolùm anima ipſa perſe, ſed cũ corpore. Animæ ingenerantur habitus intelligendi, & morales, ex conſuetudine intelligendi, aut operandi. In ſenſibus etiam, quos cum corpore habet anima communes, operatur aliquid conſuetudo. nimirum vt Ariſtoteles inquit ſectione vigeſima prima problemate decimoquarto conſuedine fiunt alimenta guſtui ſuauia. Motus quoque muſculorum conſuetudinem comparant. Nam vt notat Galenus loco citato ex ſecundo de motu muſculorum, figura illa cui ex multo tempore aſſueuimus, fit indolens, placidiorque. ſi quis enim ex multo tempore inflexis cruribus dormire aſſueuit, hac figura maximè gaudet, ſi porrectis cruribus, hac etiam. Iam verò de laboribus & motionibus dictum ab Hippocrate eſt ſecunda parte Aphoriſm. quadrageſimonono qui conſueti ſunt ſolitos labores ferre, etſi fuerint imbecilles etiam & ſenes, non conſuetis fortibus atque iuuenibus, facillius ferunt. De naturalibus quoque facultatibus, quæ circa alimenta verſantur, multa ſunt aperta teſtimonia. Hippocra. ſecudo de rat. vict. Acutorum contextu trigeſimotertio, multa etiam (inquit) his germana eorum quæ ventri contingunt, atque alia quiſpiam dixerit, vt cibos quibus vti conſueuerunt, facilè ferunt, tametſi haudquanquam boni fuerint natura, ſimiliter & potus: cibos verò quibus vti non conſueuerunt: etiamſi mali non fuerint, moleſtè ferunt: conſimili modo & potus. Medicamenta etiam magis lædunt inſuetos, quam conſuetos eis vti, & conſuetos etiam minus alterant. qua de cauſa Ariſtote. problemate quadrageſimoſexto primæ ſectionis. cenſet cataplaſmata debere permutari ex certis interuallis, vt ſentiantur. communis etiam eſt medicorum omnium conſenſus, melius eſſe in lõgis valetudinibus, medicamenta permutare (quanquam eiſdem prorſum viribus ſint) quam vnico vti. quoniam ſcilicet, conſueti pharmaci contemnit natura vires. Hoc docet Galenus quinto de tuenda valetudine, & auic. fen. quarta primi cap. primo. Neque ſolum alimentis & medicamentis aſſueſcit natura vſque adeo, vt ab illis minus alteretur, ſed etiam venenis, quod apertè oſtendit vetula atheniẽſis, quæ frequẽter veſcebat napelo. 3. de ſimp. med. facul. cap. 11. mitridates quoq; vſu frequẽti venenorũ, à venenis ſeſe reddidit immunẽ. Vitalis etiã facultas aſſueſcit ſuis motibꝰ manifeſtè, fit eñ aliqs iracũdꝰ aut timidus, iraſcẽdi aut timidi cõſuetudine. Minꝰ etiã ſubit alteratiõis ex tali quopiã motu, q ei aſſueuit, q illius inſuetus &, vt ſemel dicã, vniuersèq; cũ Hipp. apho. 50. ſecundę ſect. quæ ex lõgo tẽpore cõſueta ſunt, etſi deteriora ſint, inſuetis minꝰ moleſta eſſe ſolẽt. Hac in parte ſunt duæ falſę oponiões, quas ambas dãnat gal. lib. quẽ de aſſuetudinibꝰ ſcripſit. Alia eſt eorũ, q negãt, in inſtituẽdo victu aut curãdis morbis indicationẽ aliquã ſũmi debere à cõſuetudine, qm cauſam, quia naturalia inſtrumẽta, ab alimentis aut medicamentis conſuetis lædũtur minus, ignorãt. Alia eſt vulgaris opinio, quam hac tempeſtate video maximè vigere, eſſe ſcilicet conſuetudinem, non in iis quæ diximus ſolum, ſed & in euacuationibus, vſque adeò vt ſi ſemel bis væ, ac multò magis ſi ter, aut pluries, aut expurgatio facta ſit, aut miſsio ſanguinis ex certo quodam tempore, aut ex certis interuallis, pertimeſcant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

scãt fore,vt eisdem interuallis,eãdẽ euacuationẽ, gratia cõsuetudinis exigat corporis dispositio.Cæterum hæc opinio vulgaris est,vt dixi,& indigna medicis.Nã cõstat euacuationem, vt auxilium aliud quodcunq;expoſci à dipositione præter naturã,quæ in corpore est,aut timeẽ,vt à redundantia,naturã verò nõ expetere sed permittere.Sed consuetudo indicat similiter ac natura, ergo permittit, nõ expoſcit.Si ergo iterum mittendus sanguis est,id fiet propter multitudinem, non propter cõsuetudinẽ. Consuetudo permittit,quoniam,vt alia omnia,ita euacuationes consuetę minus molestæ sunt insuetis.igitur consuetudo mittendi sanguinis, quæ antecesit, potuit euacuationis illius tollerentiam facere, non indigentiam. Hæc enim ex affectu præter naturam fit.neque enim eò quòd hoc vere, gratia exempli,supra naturæ modum in hoc homine redundauerit, eodem modo sequenti vere est redundaturus.posſunt siquidem anni tempora aliter procedere, aut potest antecedere alius victus, aut hominis temperies aliter alterari interim.quodsi tamen nihil horum permutatum fuerit,verisimile est, eodem modo sanguinem redundaturum hoc tempore. Non quòd proximo anno fuit, eodem tempore effusus (perinde enim fieret si euacuatus non foret) sed quia causæ eodem modo habent,ac prius.quod non intelligentes vulgares,putant,se suam sententiam experimento confirmare. tamen qui redũdantem sanguinem effundit,atque sequẽtibus annis ante id tempus,aut attenuato victu,aut exercitatione maiori redundantiam anteuertit,hic melius habet.qui enim præsentem redũdantiam citra euacuationẽ transigit, aut multa repletur scabie,variaque: aut in grauiora mala incidit, ac nihilominus sequenti anno euacuationis instat necesitas, nisi interim per morbos corrupta, temperies minus generet.aut occasio alia generandi sanguinis sublata sit,quam fuisset consulti⁹ substollere sine tot malis misso sanguine. Itaque vt Galenus docet, & mihi videor euidenter intelligere, per consuetudinem euacuationum comparatur in nobis tollerantia, sed non indigentia.proinde ad vsũ harum euacuationum considerandа est consuetudo.Confidentius enim vacuari debent consueti:incõsuetis:tamen ad futuras euacuationes non est pertimenscenda. quod ergo ad primam opinionem attinet,ita habet.alii (vt Galenus ipse dicit) perinde faciunt, ac si quis omnes de visione opiniones,eã inquam,quæ emisione,& eam quæ admisione fieri affirmat, argumentis conuincens, omninò nos non videre affirmaret, quia neque hac neque illa ratione fieri posse intelligeret. Nam ridiculum sit, id quod experimento constat negare, eò quod euentus causa ignoretur. Quasi fieri non posit, vt rei alicuius secundum naturam contingentis causa nos lateat. latent sane plęræque.proinde qui ex philosophia in ipsam veritatem vult incidere,non in extraneas & sophisticas opiniones,ab iis quæ sensibus nota sunt exorsus, ad illorum causas debet procedere, iisque inuentis, gaudere in operibus naturæ, non inuentis, propriam ignorantiam confiteri, haud quaquam negare quę sunt perse euidentia.minus enim turpè est,explorato effectu causam ignorare,quæ peritissimos etiam philosophos solet latêre,quam simul cum causa nescire ipsum effectum,quod imperitum vulgus non sine risu,negãti tibi,experimento monstraturum sit.Tam constat ventriculũ reliquaque viscera ab insuetis lædi, cõsueta vero à mice recipere,quam nos videre.Hæc itaque recipientes, causam conabimur inuenire(qñ quidem nullus hactenus mihi videtur de cõsuetudine exactè disputasse) qua(si modo inuenta fuerit) propositionem confirmantes,sin minus in experimento acquiescentes,quantum habeat in instituendo victu,tam benè valentium quam ægrotantium, & curandis morbis,momẽtum consuetudo, ipsã cum natura conferentes,contemplabimur.neque enim in philosophiæ contemplationibus cõsistere certum est,sed illas nostro vsui accommodare.Videtur ratio inuenire, ea quę operantur naturà (sunt vero hæc quæ citra sensum)non posse comparare consuetudinem,vt neque habitum ad operandum. Nam quæ natura feruntur operantur vsque ad extremum potentiæ,pro ratione proportionis virtutis agentis ad eã quæ resistit.ergo nõ possunt aut citius aut facilius operari,aut ab eo in quod agũt,pati minus,nisi permutata proportio aliquatenus sit. quare consuetudo nihil præstat,non enim arbitror lapis, reliquis circa medii densitatem et altitudinem paribus, citius aut vehemẽtius descendet per id spatium, per quod sæpe proiectus est, quam per quod alias nunquam, vel per idem spatium segnius descendet cum proiicitur primo,quam cùm iactu millesimo. neque ignis quęrcum solitus vrere,facilius vrit quam prunum. cùm ergo ventriculi actiones circa alimenta & medicamenta naturales sint, non videtur fieri posse, vt propter consuetudinem aut plus aut melius commutet cum operetur semper,tam cùm ex consuetudine,quam cùm insolens vsquę adextremum suę potentiæ. respondet huic argumento Galenus non tantum ventriculum conficere alimenta, sed ipsum ab eis aliquatenus afficI.conuertuntur enim hæc in illius substantiam, seruant vero humores, qui generantur cum cibis ex quibus sunt geniti,similitudinem.Similitudo est causa minoris alterationis,& facilioris amplexus, & indolentiæ.nihil igitur mirum si quæ inconsueta molesta erant, per consuetudinem modo similia facta,molesta minus sint. Medicamenta quoque quæ prima appositione molestiam ingerebant,postq; mutua alteratione membro similia facta sunt,alterant minus. Quid verò de quantitate dicetur? non em̃ solũ qualitatẽ cibi,quam prius auersabatur vẽtriculus modo amicè recipit,sed & quantitatẽ. ventriculus nempe,qui vna libra grauabatur,cõsuetudine iã duas sine molestia fert.auget (inquit) exercitatio

tatio omnis ꝓpriã virtutẽ. quare cursu fiũt homines veloces, lucta robusti, esu ad coquendum habiles. Itaq; facultas omnis otio langueſcit, exercitatione reditur vegetior, niſi nimiã contingat fieri exercitationẽ, quã tũc laborem meli⁹ appellaueris. r-dita itaq; cauſa eſt, nõ tantũ ꝓpoſiti problematis, ſed cur in vniuersũ labores ſoliti inſolitis lęuiores ſ-nt. Sed interim dũ has cauſas redimus, videmur occultè indicationẽ cõſuetudinis omnino tollere, eãq; trãsferre ad naturã. Nã ſi vẽtriculus eò recipit amice alimentũ, quia illud commutauit ipsã ventriculi naturã, ſibiq; ipſi ſimilẽ effecit, natura quam in vẽtriculũ induxit eſt in cauſa, nõ cõſuetudo. quare rectè dicebant medici (quos tñ deridet Gal.) cõſiderari debere naturã vẽtris & alimentorũ, & in his an ſint ſimiles an cõtra, de cõſuetudine nihil eſſe curandũ. Nam finge alimentũ illud quod cõſuetũ eſt, aſſumi nodo primũ, & eſſe incõſuetum, ſed ſimilitudinẽ quã conſuetudo feciſſet, eſſe ex natura, an non eodem modo acciperet incõſuetũ? tota igitur hæc indicatio naturæ eſt, nõ cõſuetudinis. eodẽmodo de cõparato robore maiori cibi copia licet dicere. Nã cõſtat cõcoctionẽ meliorẽ fieri, nõ ꝓpter cõſuetudinẽ, ſed ꝓpter maius robur, prętereq; quòd falsò dicunt, maiorem promptitudinẽ ad oẽs motus, quam cõſueti habent ex cõparato robore fieri. Nã multi debiliores quidẽ fortiorib⁹ mouentur melius ex cõſuetudine. Itaque videtur præter auctũ robur eſſe aliquid aliud conſuetudo. quare fortaſſe & ipſe venter ſolitus & debilior plus ſuſtinebit citra noxam inſolito & fortiori, eadem ratione qua debiles & ſenes ſolitos labores melius ferunt iuuenibus robuſtis ſed inſolitis. Quod primò occurrit eſt, conſuetudinem reuera nihil facere perſe, neque eam perſe eſſe quidquam, ſed cõſuetudinẽ habere ambulandi, eſſe ſepius ambulaſſe: facere tamẽ vt labores lęuius tollerentur, alimenta medicamentaq; minus noceant, & vt actiones omnes obeantur facilius, mutatione aliqua, quæ aut in ipſa facultate aut in inſtrumentis ipſis fiat: cæterum hoc per ſe tribui poſſe naturæ, ex accidẽti cõſuetudini, tñ eò differre ſolùm quòd à medicis narura dicit, ab eo quod cõſuetum, quòd innatũ tẽperamentũ natura dicatur, aduentitium verò illud, quod vſu comparatum eſt, dicatur conſuetudo. Videt hoc cõſonum eſſe Gal. verbis, qui prædicto loco, pulchre, inquit, dictum conſuetudinẽ eſſe factitiã naturã, quaſi hoc vno differat, id quod cõſuetudinẽ medici appellant, ab eo quod naturam, quòd natura ſit natiua, conſuetudo facta & aduentitia, cum tamen etiam natura ſit. Itaq; iuxta hunc modum, dicendum eſt, ſi conſuetudinis nomine intelligamus ipſum rerum vſum, nihil per ſe indicare, ſi vero aduentitiam naturam vſu comparatam, indicare ſuam conſeruationem: Itaq; vẽtriculum debiliorem natura poſſe plus cibi ferre robuſtiori naturã, quia ille conſuetudine factus robuſtior eſt aduentitia ſcilicet natura. ita dices muſculos quibus conſueti motus fiunt conſuetudine firmiores haberi. Hanc rationem ſeruandę conſuetudinis redit Galen. 11. Method. capit. 3. ita ſcribens: cum verò quæcunque temperies vel optima ſit, vel aliquatenus vitioſa: eam quæ optima eſt ſemper ſeruare oportet, eam verò quæ vitio non caret, in ſanis quidem vel ſeruare vel alterare, in ægrotis verò ſeruare, ea ipſa ratione, qua prius oſtendimus, maximam eſſe à conſuetudine indicationem, quippe vel temperamentum innatum ipſam ſeruare, vel factitium inducere. fieri verò, vt dictum eſt, menſuræ auxiliorum indicationem ex eo temperamento, quod præſens ſit, ſicut ex ætate non quam æger prius habuerit, ſed quam nunc habeat. Hæc Galen. tamen ei qui altius conſideret, videbitur conſuetudo diuerſa eſſe ab eo temperamento, quod cõſuetudine comparatur aut ab ea natura. Nam finge duo homines, alterum natura calidum vno gradu, alterum calidum tertio. calidus vno gradu aſſueſcat eſui calidorum, calidus tertio frigidorum, ita vt alterius calor intenſior fiat, alterius remiſsior, veniantque ſimul ad ſecundum caloris gradum. quo caſu conſtat hos homines ex contrariis aſſuetudinibus idem temperamentum aduentitium comparare. incidant ſimul in frigidum morbum, vtendum vtrique eſt auxiliis calidis, ſed obſecro nunquid tam calidis tamque repentè vtendum eſt ei qui aſſueuit hactenus ex multo tempore frigidis, quam ei qui aſſueuit calidis? non arbitror, ſed alter repentè vti debet calidis vtpotè ſibi naturalibus, & conſuetis, & morbo contrariis, alter ſenſim eſt ad calidiorum uſum transferendus, alioqui repente ad inconſueta tranſibit, quo nihil magis vetitum eſt ab Hippocra. ſecundo de ratione victus acutorum, potiſsimum in morbis, in quibus repẽtinæ mutationes maxime debent deuitari. Si ergo diuerſa iniungi debet illis ratio victus propter contrarias conſuetudines, & aduentitia natura eadem eſt, conſtat conſuetudinem diuerſum aliquid eſſe ab aduentitio temperamento, & propriam indicationem habere, ac perſe, quæque non referatur in naturam. Quid igitur ex tam multis hinc & illhinc emergentibus argumentis licet colligere? Certè vt paulo ante mõſtratum eſt, in meris facultatib⁹ naturalib⁹, neq; poteſt fieri habitus operandi, neque conſuetudo quidquam præſtat ad facilius operandũ, vt exemplo deſcentis lapidis, & vrentis ignis, confirmauimus. Igitur naturalia in nobis inſtrumenta non poſſunt aſſueſcere actioni, niſi vſus aliquã in ipſis actionis facilioris, aut minoris alterationis, cauſam generet. ſed illud non eſt aduentitia natura ſeu aduẽtitium tempermentũ. Nã aduentitiũ tẽperamẽtũ fit in corpore, permutata natura innata in aduentitiã. (nam vt primo huius operis libro diximus poteſt temperies innata permutari) itaque cũ tẽperies natiua eſt mutata omnino, mutata etiã eſt natura. Sed cõſuetudo eſt aliquid quod citius generatur in nobis quã noua natura. Ergo cũ ſimilitudo aliqua quæ comparatur inter naturalia membra & alimenta quibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vtimur.quę tamen similitudo nõ est tam fixa,quã ipsa natura,sed veluti ad illam dispositio. quod licet ex Aristo. verbis intelligere, quæ scripsit.7. Ethic.ad nicomachum.capi.10.facilius curari possunt qui per assuetudinem,quã qui natura incontinentes sunt.Est enim facilius cõsuetudinem quã naturã mutare.ideo em̃ & consuetudinem mutare difficile est,q̃ similis est naturæ.hæc Arist.ex quibus verbis aperte deducit quod nitebamur indicare. Nam si cõsuetudo prius mutatur quã natura, diuersa est ab aduentio temperimento.nam aduentitium tẽperamẽtum non prius mutatur quam natura, sed illud mutari,est mutari naturam.præterea necesse est,similitudinẽ esse aliquid in nostris mẽbris,quod si cũ natura cõfertur,habet rationẽ dispositionis,& natura habitus.nã facilius corrumpi est ratio dispositionis,& difficilius corrumpi, ratio habitus:est q; cõsuetudo nõ ipsa natura omnino, Sed similis nature:quia non aliter ac natura ad actiones inclinat,& consueta tolleratu redit faciliora. est dispositio ad naturã,quia consuetudo,cum admodum lõga est,in naturam migrat,vt dispositio in habitum.sed cũ iam est habitus,non amplius consuetudo est,sed natura,qa nõ est iam separatu facilior natura,cũ ipsa natura sit.Sed vt res euadat clarior,animaduerte duplex esse tẽperamẽtũ, alterũ,siue aduẽtitiũ siue naturũ sit,qđ in ipsa substãtiarũ elemẽtorũ ꝓportione cõsistit,qđ cũ mutat tota alterat corporis natura (ita esus frigidorũ lõgus corpis tẽperiẽ natiuã ad frigidiorẽ ꝓmutat,q̃ mutatio naturę est)alterũ quod est veluti dispositio quædam ad primum, quod necesse est ante illud fieri. Constat enim necessario (cum mutationes oẽs extremę per medias fiant) antequã corpus radicitus frigidũ fiat, fieri frigidis simile,similitudine quadã in dispositione ad naturã. et est quidẽ hoc aduentitiũ tẽperamentũ qualitatũ. vt cũ res,calidior fit,frigidior,humidior,aut siccior,qualitatib⁹. quod tẽperamentũ, cum omnino nullã habet perseuerantiã,vt quod ex vna appositione medicamẽti,aut ingestione alimenti,aut vnica admotione manus ad ignẽ fit,neq; natura est neq; cõsuetudo,sed tantũ lęuis alteratio:cũ verò hæc similitudo est,etsi non tã intensa,sed cũ aliqua permansione,qualis ex vsu taliũ rerũ fit,cõsuetudo dicitur,et parum abest quin migret in naturã.Itaq; differũt cõsuetudo & natura vt habitus & dispositio,& ideo verè etiam dicitur à Gal.aduentitia natura,quia est aduentitiũ temperamẽtum,& dispositio naturalis. quanquã ab ea quæ propriè dicitur natura differt quàratione diximus.quod qui semel intellexerit,nihil habebit scrupuli in propositis hypothesibus.Nam illi homines,quorũ alter à calido gradu tertio,alter à calido primo,per contrarias consuetudines in temperamentum calidum secũdo delapsi sunt, habent idem temperamentum in habitu, sed alter habet dipositionem quandam, ad occurrendum calidis incommodam, alter commodam.sunt vero hæ dispositiones in numero rerum naturalium, & indicant suam cõseruationem.proinde non eodem oĩno modo cibari, neq; curari medicamentis debent.habet enim alter tres indicationes exposcentes calida,morbi,naturę,& dispositiõis illi⁹ quã fecit vsus,quam modò consuetudinem dicimus,alter duas tantũ,naturę & morbi,contrariã vnam consuetudinis.neq; verò mirum videri tibi debet, hominem secundũ habitum calidũ esse, depositione illa frigidis similẽ.nimirum corrumpũtur & generantur læuius qualitates quam prima temperamẽta,& friget sæpę bilioſus,caletq; pituosus.Hæc similitudo facit in membris consuetis indolentiam, aut minorem passionem.Sed de qualitate alimentorum,quæ consuetudo facit de insuauib⁹ suauia, aut de molestis grata, aut de inutilibus vtilia,satis videmur respondisse. tamen est q̃ consideremus quod paulo ante diximus,quantitatem etiã cõsuetã melius ferri,quod non videtur ex comparata similitudine fieri.quę enim similitudo sit cum maiori aut minori quantitate?neque vero si propter robur auctum fit, id est tribuendum consuetudini sed naturæ membri,qua perfectionis plus cõsequuta, facultates sunt reditæ fortiores.Scire licet robur addi instrumẽtis nutritionis vt Galenus dixit,vsu pluris cibi, hocq; naturæ est proculdubio.Tamen est hic quoq; aliud aliquid,quod cõsuetudini soli debet tribui,q̃ scili licet assuetus ventriculus tantæ quantitati minus illam auersatur insueto, & ideo melius amplectitur, eòq; melius cõmutat cũ æquali virtute,aut etiam cum minori. quare ego non negarem fieri posse vt vẽtriculus imbecillior,sed cõsuet⁹ melius alteraret fortiori,sed insueto,quo casu constat totã causam esse in cõsuetudine nullã in natura aut naturę robore.tũ supest dicẽdũ qua de causa fiat vt vẽtricul⁹ auersetur minus cõsuetam copiã ciborum. Sumendũ hic est cõcessum ab omnib⁹ principiũ, facultates omnes,quib⁹ corpus gubernat,sibi mutuã operã in pleriſq; actionib⁹ ꝑstare, sibiq; subseruire mutuò eòq; facilè sese mutuo trahere ad sympathiã. itaq; naturalibus membris tributus est quidã sensus quo & molesta & grauia posint sentire,sensuq; excitet expultrix, aut cõtra suauia & læuia, exciteturque retinẽdi facultas.id cũ in aliis instrumẽtis oĩb⁹ fiat, tñ in vẽtriculo apertissimè cõspicit,hunc em̃ ꝓpter cõmunẽ vtilitatem & propriã acerrimo sensu natura esse fecit.ita vẽtriculus quę suo sensui grata sunt amplectit,quæ molesta auersat,& quò molestiora sunt eò plus auersat,quò minus molesta,eò minus auersatur,& melius amplectitur.sunt verò magis molesta, quæ maiorem tristitiam efficiunt in sensu & maiorem dolorem. Sed obiecta sensui consueta, cœteris omnibus æqualibus, neque mutatione aliqua facta in ipsa sentiendi potentia, neque in instrumento, aut temperie partis, aut re alia quapiam, cum æquali etiam alteratione instrumenti, minorem dolorem faciunt inconsuetis, eò quòd cùm occurrunt consueta, mens aut primus sensus distrahitur aliquatenus minus attentè animaduertens

uertẽs. quemadmodũ ergo in his quibus mens ægrotat, quæ doloris alioqui causæ sunt, sensum nõ faciunt, vt dictum est ab Hippo. propter mentis distractiones & auertentibus nobis animum aut aliud attentè cogitantibus sæpe alterationes fiunt non omnino paruæ, quæ tamen sensum latentes, sine dolore prætereuntur: ita consueta minus mouent phantasiam etsi singularis sensus instrumentum moueant æqualiter, faciuntque proinde minores dolores, & ideo vẽtriculus minus refugit. quod euidẽti est argumento ἡγεμονικόν (ita vocant græci primum sensum, aut mentem) operari in omnibus nostri corporis membris non (vt nonnulli philosophorum censebant hoc argumento persuasi) sensus omnes agi in cærebro, & in singulis membris fieri alterationes à propriis rebus, harumque referri species ad cærebrum, agique illic sensum. Nam res non ita habet. quin potius primus sensus in oculis videt, in auribus audit, in membris omnibus tangit, & ita in reliquis. tamen de locis sensuum abundè disputatum est in secundo huius operis libro. modo de phantasiæ in membris omnibus irritatione agimus, sine qua multa experimur, quæ haud quaquam videtur posse cõtingere. Nam cur titillatus qui à nostris ipsorum manib⁹ fit, nõ prouocat risum, is verò qui fit aliorũ manib⁹ prouocat? an nõ quia quæ risum sunt excitatura, oportet occurrere sit noua & inopinata? titillatus verò, qui nostris manibus fit, non potest habere quidquã inopinatum, cum phantasia cõmittetur ipsum titillatus motum, antequã fiat, & cũ iam fit. quòd certè hoc tali quadam causa cõtingat, argumẽto est ipsemet titillatus, quo ab aliis tangimur. Hic em̃, cũ ij qui titillãt incautos nos aggrediũtur, multò profusiorem risum facit, cũ verò præsentim⁹, tãtò plus irritamur quãto pl⁹ animaduertim⁹. nõ aliter videas si qs alteri repẽte, incauto pilũ euellat, horrescere illũ & dolere vehemẽter, tñ si aduertat animũ, eũdẽ hominẽ sibi multo pilos vellere sine molestia. Verbera itẽ & plagę quæcũq; ab alio infligunt accerbiorẽ sensũ pręstãt, quã si tu te ipsũ pulses, etiã si aliquãdo vehemẽtius id facias. Tñ constat sensus instrumentum nõ aliter affici à te, quã ab alio quopiã, modo nulla alia in re discrimen sit, quã quod à te hoc, aut ab alio fiat. igitur hęc fiũt ex diuersa irritatione phantasiæ, quæ oẽs sensus semp cõmittat, quã consentaneũ est, ad alterationes cõsuetas quã incõsuetas, magis animũ aduertere, vtpotè quę inopinata mala magis ptimescit. Hæc de laboribus cõsuetis facultati naturali diximus. Quid iam de motionibus secundũ locum? cur labores musculorum cõsueti ferũtur faciliùs in cõsuetis? an quia nerui sunt hac rõne rediti fortiores? fit frequenter hac rõne, sed nunquid hac sola? hic igitur rursum nihil fit cõsuetudine, sed robore facultatis, quod naturæ est, fieretq; vt si duobus hominibus essent nerui oẽs æquè robusti modò, alteri tñ ex innata natura, alteri ex cõsuetudine, neuter esset laboris tolerantior altero. quà rõne cõsuetudo nihil in hac motionibus posset. nam haberent duo illi omnia, quæ naturæ sunt ęqualia, & alter insuper habet cõsuetudinẽ, tñ mouetur altero nihilo melius. quare perperam omnino dixisset Hippocrates, qui cõsueti sunt solitos labores ferre, etsi sint imbecilles & senes nõ cõsuetis fortibus & iuuenibus facilius ferunt, fingit enim Hippocrates inconsuetis adesse robur, cõsuetis debilitatẽ, tñ plus posse dicit cõsuetudinem firmitudine. quod nõ de quocunq; gradu debilitatis in homine consueto, aut roboris in nõ consueto, aut de quacunq; consuetudine intelligi vellim. non enim quæcunq; consuetudo quocunq; robore plus valet, sed certa quædam consuetudo certo quodam robore. tñ illud apertè certũ est (nisi Hippocratis sententia est falsa) ab homine consueto melius labores ferri, quam ab inconsueto, etsi cõsueto nullum maius sit robur neruorum. quare inuestiganda ratio est, qua nerui à minori facultate facilius trahuntur admotum, quem exercuerunt sæpe, quã ad inconsuetum. cuius causa necessario est in re quapiam, quæ in neruis ipsis vsu comparetur, quæ non video quæ alia esse possit, quã figura quædã in ipsis fibris facta, dum eodẽ modo sæpe contrahuntur, aut distenduntur, quam dimissæ à facultate, sua sponte retinebant, ad quãq; vel minimum operante facultate sua sponte venient. ita enim fieri videmus in externis fibris, aut corrigiis. Has siquidem si sępe complicueris certo quodam modo, dimissæ deinde, etiam si extentæ prius fuerint, perse eodem modo complicantur. Constat tamen id sine facultate quapiam fieri. Talis quædam promptitudo in nostris fibris fit, crebritate alicuius motus, aut assiduitate alicuius figuræ. Quare à minori facultate trahuntur ad consuetos motus, & figura quæcunque consueta ex multo tempore, sua sponte à fibris suscipitur & sine dolore. De facultatum naturaliũ & animalium assuetudinibus diximus. De motibus vitalis virtutis illud satis sit dicere, solitum ira fsci, ex læuiori causa irasci æqualiter, eòque minus lædi. quòd si ab æquali causa mouetur, grauius irascitur, atque ita nihil mirum si tantum aut plus lædatur quam consuetus, cum nõ sint pares motus. hęc non sine magno labore de consuetudinis naturęque actiõe inuenimus, si quis habet aliquid vltra, ad dat his candide. nobis satis sit, rem multum vltra ea quæ à Gal. cum de assuetudinibus ex professo scriberet dicta sunt, promouisse, potissimum ad tam multa alia, quam in hoc opere continebuntur, properantibus. modò ad indicationem quæ ex consuetudine & natura sumit, in instituẽdo victũ & curationẽ stilum conuertamus. Recipiendũ ante oĩa alia illud est, quod & antea diximus, res naturales debere cõseruari perpetuò in morbis, in sanitate nõ perpetuò, sed cũ simul & naturales sunt & perfectæ & omni vitio carẽtes. illud etiã à Gale. accipiẽdũ est. 11. meth. cap. 3. in morbis nõ debere seruari natiuũ temperamẽtum, sed aduentitium. quod apertè est verũ, si nomine aduẽtitii tẽperaméti nõ solũ intelli

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gimus,quod alteratis qualitatibus,sed qđ ꝑmutata prima tẽperie fit. nã cũ illud mutata corpis natura nat,cõstat eã corporis naturam seruari debere,qua corpus erat cum in morbũ incidit, non qua fuerat quondã.neq; est ꝙ quisq̃ obiiciat natiuũ tẽperamentũ esse naturali⁹ aduentitio,eoq; magis debere cõ seruari. Nã tã longè hoc abest à veritate,vt cũ natiuũ temperamẽtũ cũ aduentitio cõmutatũ est,nõ amplius natiuũ sit naturale,sed eo quod præter naturam erat, facto naturali, & quod erat præter naturã fit aduentitium.his admissis constat,non minus consuetudinẽ in numero esse rerum naturaliũ,est em̃ dispositio quædã naturæ similis,quæ non aliter ac natura ad actiones inclinat.Igitur debet vtilis consuetudo seruari per valetudinẽ & morbos,per morbos etiam inutilis.Nã eodem modo fit de reliquis omnibus rebus naturalib⁹,quin & de ipsa natura. Hæc scilicet cũ est optima & sine vitio seruatur, cũ vitiosa in bene valentibus mutat,in ęgrotantibus seruatur.atq; vt naturam vitiosam cũ reducimus,nõ nitimur corrũpere repẽte,sed paulatim,ita ꝑ salutem,noxiã consuetudinẽ sensim permutamus.sed cũ hæ indicationes similes sint, consuetudinis,inquam, & naturæ,illud est in controuersia constitutum meritò: vtra harum indicationum sit altera prẽstantior,quę à cõsuetudine est,an quę à natura.Nã Hippo. & Gal. vidẽtur præferre indicationẽ à consuetudine alteri. dãda em̃ sunt ægrotantib⁹,quæ facultati minimũ negotiũ facessant,hæc sunt,quæ minorem molestiã inferũt,scriptũ vero ab Hipp. est.2.aph. 50. quæ ex lõgo tẽpore cõsueta sunt,etsi deteriora sint insuetis minus fatigare solẽt. cõstat deteriora esse quæ respuit natura,tñ hic cõferuntur assueta,quæ cõsuetudo poscit,cũ melioribus, quæ poscit natura.tñ iudice Hipp.vincit indicatio consuetudinis.Gal.8. meth.cap.9.ita scripsit. Atqui si ex ipsa cõsuetudine indicationẽ aliquã summi cõueniet,si quidẽ multò iã tempore intemperatas naturas, cõtrario victu ei qui vicit intẽperiei cibauimus,ita etiã & cũ parũ ex sentẽtia se habẽt faciemus, sin minus,simili hũ tẽperamẽto indicationẽ habebimus. Vides vt Gal.conferat has duas indicationes, & eã quæ ex lõga cõsuetudine est,indicationi tẽperamenti præferat. Quãquã argumẽtari possis à cõtraria sententia: vt aliquid naturali⁹ est homini,ita magis acuratè debere seruari,sed tẽperamento (quod & ipsam naturam hic dicimus) nihil esse naturale magis, quare neq; cõsuetudinem tam seruari debere quã ipsam naturã, itaq; indicationẽ à natura esse perpetuò prẽferendã.Hipp.quoq; aph. nuperrime citato cẽset oportere ad insueta transire.2. etiam de ratione victus acutorũ docet, in morbis mutandã esse paulatim cõsuetudinẽ,cauendasq; repentinas ad insueta permutationes.cõstat igitur de sentẽtia illius,si qs inutilem habens cõsuetudinẽ in morbũ incidit, non debere illã per morbũ seruari,sed permutari paulatim,cauendo tantũmodo mutationes repentinas.Sed indicatio quę summitur à natura,toto morbi tempore debet seruari integra. videtur ergo hęc illà esse præstantior. Adde fieri vt si quis assuetus calidis morbum calidũ incurreret,nulla rõne curari posset.Nã quò curet ęget frigidis, quę nõ fert cõsuetudo.In breui hac quæstione paucis dicã quod mihi videntur sentire autores.indicatio à consuetudine seruanda est per morbos inuiolata,etiã si cõsuetudo inutilis sit,quæq; per valetudinẽ mutanda foret.seruatur verò in morbis,gr̃a seruandę facultatis,nam quæ molesta sunt naturę,deuitanda in morbis sunt,offerenda quæ ei potius grata , talia sunt primo occursu consueta omnia,etiã si sint aduersa tẽperamento.atq; tam est seruanda consuetudo, vt indicatione ab ipso temperamento potior sit,quod Hipp.& Gal.loca apertè testabantur.sed nunquid proindè fit vt qui calidis insueuit non possit vti frigidis cibis & medicamentis? (respondẽdũ em̃ primo est,ei argumẽto quod vltimo loco est propositũ) minime,nõ enim quòd potior vna aliqua indicatio sit, reliquas oẽs substolit, potest siquidẽ operari medic⁹,pro ratione potioris,aliarum cuiq; tribuens aliquid,pro cuiusq; dignitate.ita si quis natura frigidus,calidis assuetus,in morbũ frigidũ incidit,vnam habet indicationẽ exposcentẽ frigida,putà naturæ,duas exposcentes calida,morbi & consuetudinis,vti quidem debet calidis,sed neq; illis tã intensis, quã si naturà quoq; calidus esset. detrahit em̃ his aliquid contraria indicatio naturæ. ergo ita cẽsendũ est,quã longe absit morbus versus frigidum à mediocritate,sumendaq; alimenta & medicamenta tãto calidiora mediocritate: deinde detrahendũ his tantum caloris quãtò homo frigidior est temperato. his ita factis censenda est cõsuetudo,addẽdũq; rursus horũ calori,ꝑ rõne cõsuetudinis plus aut minus,ꝑut,scilicet,antiquior aut recẽtior videbit cõsuetudo.atq; hoc omniũ minimè est ꝑtereũdũ, qm̃ insuetorũ occursus prim⁹ magnũ facessit negotiũ naturę, vsq;adeo vt principio morbi nõ sit adeo curãdũ de aliis duab⁹ indicationib⁹,morbi inquã & tẽperamẽti,sed totũ ferè tribuendũ cõsuetudini,paulatimq; deinde eundum ad victũ illũ, quem oẽs indicationes simul diximus præfinire.quod apertè intelliges ex Hipp.6.epid.parte.2.cótex.26.vbi Hipp.scripsit,ex adhibitione contraria adhibere & quiescere.quã sententiã Gal.ita enarrat,cũ morb⁹ exigat contraria paria,si tñ similia sint in consuetudine, non esse illis æqualibus cõtrariis statim occurendũ,sed paulatim.hinc etiam apertè intelliges,consuetudinis indicationem esse præstantiorem aliis,quandoquidẽ est cũ ipsas cohibeat,& ab aliis nũquã cohibeatur.Nã quod Hipp.docebat.2.de ratione victus in acutis,non est indicationẽ cousuetudinis dimitti,sed aliis indicationibus paulatim locum dare.nam cũ (vt diximus) à principo omnia ferè debeãt fieri,pro ratione consuetudinis,deinde paulatim cõmutatur victus,ad id quod exigũt natura & morbus,non dimissa consuetudinis indicatione,etsi consuetudo ipsa tãtũ dimittat paulatim,quantũ reliquæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

liquę indicationes ſibi vendicant.neq; verò hoc,quod plus cæteris cõſuetudini tribuitur,quidquã tollit de naturę dignitate,vt aliud argumentũ proponebat.ſeruatur enim conſuetudo,non ꝓpter ſe ipſã vt natura,ſed qa hac rõne ipſa natura optim᷑ ſeruat᷑ in morbis,nimirum plus moleſtiæ patitur primo occurſu inſuetorum quam contrariorum temperamento.quo fit,vt indulgentes plus indicationi cõſuetudinis,ipſi naturæ melius proſpiciamus.Sed ſatis iam controuerſiam hanc produximus.

¶Caput ſextum. De curatione hæmorrohoidarum.

PEr hæmorrhoidas expurgatur corpus vniuerſum: effundunt enim non bonũ purumq; ſangninẽ, ſed craſſum & feculentum. proinde cũ fluunt(ſunt eñ nonnunquã non fluentes,quas quidam cæcas vocãt)nõ ſunt temere occludendæ,potiſsimũ niſi recentes ſint (nã recentes licet obſtruere,tũc quoq; vniuerſo corpore vacuato & expurgato,& in reliquum tẽpus præſcripto ægroranti victu,quo impuri ſanguinis & craſsi minus generetur:ſed ꝓ eo purus & mediocris.) De inueteratis enim pręcæptũ ab Hippocrate eſt ſexta particula Aphoriſmorũ duodecimo non oẽs obſtrui,ſed vnã ſeruari,quę expurgando corpori ſufficiat.habet aphoriſmus in hunc modum. αἱμορροΐδας ἤδη ἐντι χρονίας, ἢν μὴ μία διαφυλαχθῆ κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι, ἢ φθίσιν. in hac oratiõe particulã illã ἤδη ἐντι, nõnulli vertũt,ſanato,alii,ſananti,potes etiam vertere,ei qui ſanatur.vt ſenſus verborum ſit,ei qui ſanat᷑ ab hæmorrhoidibus antiquis, niſi ſeruet᷑ vna,periculum eſt hydropẽ fieri aut phthiſim.Galenus in cõmentatione cauſas apponit,dicẽs,hepar ſolere in habentib⁹ inueteratas hæmorrhoidas euomere ſanguinẽ per illas,quo,obſtructione conſuetæ viæ,interius detento, fiet vt vel multitudine ſuffocetur calor hepatis,& illius refrigerationem hydrops conſequatur,aut vt regurgitans ſanguis in pulmonẽ rapiatur,& ſputo reiiciatur,paulatimq; exedens phthiſim faciat.Hanc ſententiam recipit Paulus qui libro ſexto cap.ſeptuageſimo nono.inquit.Si que deligatione vti volumus, lino quinquies torto ferramento, quo vel hæmorrhoidas vel vuuas vrere conſueuimus venarum capitibus circuiecto, ſingulas hæmorrhoidas aſtringimus, vna tantummodo relicta,qua fieri redundantis ſanguinis deriuatio poſsit.ita enim præcipit Hippocrates.Celſus etiã lib. tertio capi.ſeptimo inquit,ſi ora venarum ſanguinem ſolita fundere,ſubitò ſuppreſſa ſint,aut aqua intercutem aut tabes ſequitur.Atq;,vt ſemel dicam, omnes ſententiam hanc Hippocratis probãt, dempto vno Aëtio,qui libro decimo quarto ca.ç.ita inquit.Cõuenit igitur recta dieta ac venę ſectionæ pręmiſſa,hæmorrhoidũ extirpationẽ moliri,& nullam pœnitus relinquere,quemadmodum quibuſdam viſum fuit.Hęc Aëtius,qui Galeno contradicit, & Hippocratis ſententiam aliter interpretatur.Non eñ inquit illũ ſcripſiſſe,ſi non vna ſeruetur,ſed,ſi nõ adſeruet᷑, vt ſenſus ſit,niſi ęgrotans in optimo victu cõſeruet᷑,& oẽs hæmorrhoides occludantur, fore vt in hydropem aut intabem incidant,id quod nititur monſtrare ex eiuſdem autoris verbis.inqt enim, hæmorrhoidas ſananti antiquas,vel cui hæmorrhoides antiquæ ſanantur. Sanari verò eſt in ſanitatem integram reſtitui.Tamen ſi vna ſeruaretur,nequaquam ſanus euaderet ægrotans.Sed & rõnem addit.poteſt(inquit)qui inueteratis laborat hæmorrhoidibus, obcæcatis omnibus ſeruari in ſanitate integra, miſso ſanguine ex quibuſdã temporum interuallis, interim bono victu adhibito.igit᷑ nõ neceſſe eſt vnã ſeruare,neq; puatandũ eſt Hippocratem ita præcępiſſe.Hæc eſt Aëtii ſententia,quę mihi minus placet quam ſententia Galeni & aliorũ autorũ,cũ quoniam in omnibus exemplaribus,inuenitur lectio, vt explicatur à Galeno,& Aëtius libenter ſubſtolit voculam illam μια, id eſt vna : tum etiam quia ſi rationem perpendas, intelliges multò magis ex arte eſſe inueteratas hæmorrhoidas vna ſeruata curare, quam omnes repentè obſtruere. Nam quòd inueteratæ ſunt, docet factam eſſe iam in hepate intemperiem,qua ſanguinis nigri multam copiam generat,quæ ſi facta eſt,non poteſt repentè curari,ſed longa indiget victus permutatione,quę victus permutatio ſi ſuppreſſę omnes hæmorrhoides eſſent,nõ efficeret tantum iuuãdo,quantũ ipſe ſanguis,qui interim detineret᷑ præter conſuetudinem,lædẽdo.Itaq; fieret,vt ſuffocaret᷑ calor,quantũuis victu repugnares,niſi interin dum victu intẽperiem corrigeres,viã relinqueres,quà quotidianũ excremẽtũ deriuetur. Vides igitur vt multò conſultius fuerit,vnam relinquere,ſi modò plures ſunt. nam ſi eſt vnica,licet eam obſtruere. Argumẽto eñ eſt minorem eſſe cacochymiam ex qua vna pouenit,quam ex qua multę.quare illi corrigẽdæ licet ſperare victũ ſuffecturum,cũ euacuationib⁹ opportunè adhibitis.neq; vero impoſsibile eſt (vt quidã putant ex Hippocratis opinione fieri)ex multis hæmorrhoidib⁹ illisq; inueteratis hominem ſanum integrè aliquando euadere. non enim pręcipit Hippo.illam vnam,quæ ſeruatur,perpetuò ſeruare,ſed hic quoque,vt in aliis omnibus,ſenſim conſuetudinem permutare.quoniam igitur ex multo tempore cõſueta erat illa euacuatio,ſupprimendæ ſunt(hic quoq; præmiſſa totius corporis cura)vna ſeruata.continẽdusq; deinde homo in bono victu, vt intemperies corrigatur.quod cũ factum fuerit, licebit etiã reliquã obſtruere,eritq; vltima hæc curatio,ſanatio vnius hæmrrhoidis,vt Hippocratis ſententiæ nihil ſit aduerſum: & homo integrę ſanitati reſtituatur.Intelligat itaq; Aëtius Hippocratem hos ęgrotãtes ſanare integrè,non tñ repentè, ſed paulatim,vt oportet.neq; verò eò ꝓ Hippocrates dixerit,ſi vna non ſeruetur periculum eſt hydropis aut tabis:fit,vt ſi vna ſeruetur,nũquã ſit periculum. Nã fieri poteſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

test,vt tam multæ & tam inueteratæ sint hæmorrhoides,vt res exigat(quid em̃ prohibet?)in curatione prima,seruari duas, in secunda occludi illarũ alterã,ad extremũ tandẽ oẽs extirpari, obstructa vnica quæ supererat.dixit tamen Hippocrates,ni vna seruetur,quoniam nulla seruata nunquã non est periculũ,si plures sunt & inueteratæ . quanquam non omnibus fortasse sufficit vnicam seruari.putauerim ego quidem rarò non sufficere vnicam seruatam ad reliquam curationem, verum id quanquam rarò,potest casus ferre.Sed de hæmorrhoidum curatione hæc sunt controuersa.

¶ Caput septimum. An liceat fricare laborantes crudi succi redundantia.

VIderi alicui possit,in iis qui multam crudorum succorũ copiã collegêre, frictio incõmoda.Scriptum siquidem à Galeno est quarto de tuenda valetudine. At si in eodem homine reliqua eadem sint, cæterum in ipso lasso corpore sanguis bonus exiguus sit, crudi autem succi plurimi: neq; sanguinem mittẽdum,neq; expurgandũ neq; exercitatione vtendum neq; omnino motu, neque balneo.Hæc sunt Galeni verba,quibus, cum omnem motum interdicat, putet aliquis interdici etiam frictionem, vt quę & ipsa succos moueat. Præterea,quia interdicit balneũ,quod easdẽ vires videtur habere quas frictio.Nã non aliter frictio,ac balneum trahit versus cutẽ.quare si hoc noĩe nocent,ita affectis balneum & exercitatio,& frictio videbitur incommoda. præcipuè cum Galenus octauo methodi cap.quarto,curans febres ex obstructione ortas,prohibeat, abstergere cutim ante totius corporis euacuationem,ne absterſio cruda trahat ad cutim,quæ impingentia in angustos poros, maiorem inde faciãt obstructionẽ.quod idẽ videtur in hoc affectu,de quo disserim⁹ ex frictione euẽturum.Cæterum contrariũ est in Galeni sententia,si quidem libello de sanguinis missione cap.6.differens de hoc affectu ita scripsit,eos,qui sic affecti sunt,sanguinis missione euacuare non cõuenit,sed frictionibus,mediocriterq; excalfacientibus vnctionibus,tum potionibus succorum crassitudinẽ incidentibus,ac modice calfacientibus.Duodecimo etiam methodi cap.3.eos,qui propter succorũ crudorum multam redũdantiam in syncopem incidunt,multa fortiq; totius corporis frictione curat:tñ ibidem eisdem hominibus balneũ denegat.Balneũ nempe,quanquam in reliquis frictioni similem habeat vim,hoc ab ea discrepat,q̃ liquat plus succos quam incidat, attenuetq;: frictio contra.Hinc fit,vt balneũ fluxiones faciat,fluentibus scilicet,iis,qui liquati sunt humorib⁹,& vt crudorum faciat distributionem, quod frictio non facit, vtpotè attenuans magis, quàm liquans. quare cùm humectatione est opus,balneo vtitur Galenus magis,cũ apertione obstructionũ, magis frictione. quod videbis factũ 8. methodi.capi.tertio inter curandum diarias febres ex siccitate,& ex constipatione. quid q̃ trahit etiã frictio versus cutim? quare obstructiones etiam augebit? Diximus frictionem, vt trahit,ita attenuare: cumq; trahat minus quã balneum , & extenuet magis, est illo in hoc affectu multo vtilior.atq; præter dicta,si q̃d fortasse extractis crudis succis obstructionis,faceret, emẽdaret inunctione olei mediocriter calfacientis,coquentisq;,vt camemelini,quæ illam debet consequi. Itaq; frictio & inunctio alternatim debent fieri,nequaquam balneum:sed neque exercitatio , quippequæ à penitissimis partib⁹ facit crudorũ distributionem.neque potionibus calidissimis vtendum est, quia cũ non possint tã cito coquere,anticipãt crudorũ distributionem.Hæc igitur deuitanda sunt,& affectio curanda vt diximus. neque quod de curatione febrium ex obstructione attulimus,iis,quæ modo dicũtur,est contrarium. Nam in illis febribus vitamus abstergẽtia cutem ante totius euacuationem , quia in eo affectu magna mali pars,& quã ante ipsam febrẽ pręscindi oportet est, cutis obstructio , & interim licet vti magnis euacuationibus. Tamen in hoc affectu de quo modo loquimur minimũ malum est ad cutim, & committatur semper maximam crudorum succorum redundantiam, quæ est in visceribus, syncope,quæ prohibet fieri magnas euacuationes,missiones,inquam, sanguinis & expugnationes,quare ad frictiones cogimur confugere, interpositis inunctionibus.

¶ Caput octauum. De epilepsia,an debeat curari

DE huius affectionis essentia in quarto lib.satis diximus. Sed de curatiõe videtur superfluũ quidquã dicere,nam si ante vigesimum quintũ annum accidit,sola mutatione ætatis curatur , si postea,insanabilis euadit,vt scriptum est ab Hippo.7.apho.quintæ particulæ. ergo epilepsia quæ non sua sponte curatur, insanabilis est.sed neque morbos, qui per se curantur , neq; eos qui curationem nõ admittunt ,oportet pharmacis irritare , ergo nunquam oportet epilepsiæ curationem aggredi. Tamen contra est Gale.apud quem multa inuenias auxilia aduersus epilepsiam.6.de simplicium medicamentorum facul.cap.nonagesimo nono præcipit pæoniæ radicem collo suspendere epilepticis,vtpotè sine multo calore desiccantem,& cum subtilium sit partium,euaporatione per inspirationem attracta curantem.libello de sanguinis missione cap.decimo nono præcipit epilepticis sanguinem de crurib⁹ mittere.hos quoque iubet libello cui titulus est quos & quando , ineunte vere expurgari . apud oẽs qui praxim medicam scripsere, extat proprium caput de curatione epilepsiæ , siue illi de classe arabum siue græcorum

siue græcorum sint.proinde decisione vissa est indigere hæc controuersia. De curatione puerulorũ, qui hoc malo frequenter corripiuntur,videtur esse minor autorum consensus.siquidem Paulus lib.3 cap.13.apertè infantibus epilepticis interdicit totam curationẽ,sed victũ cõuenientẽ tantum præscribit.in cæteris expectat ętatis mutationem.i enim scripsit.quòd si laborans,fuerit etiam dum infans, nihil oportet circa illum facere & enim ætate mutata ad biliosius & aridius, & victu ad temperatius, sua sponte plerunque passio cessat.tamen Aëtius sermone.2.tetrab.2.ca.19,indistictè pueros omnes pręcipit curare & senes eodem modo,vitatis euacuationibus per purgantia medicamenta,sed vsu clysterũ,gargarismatũ,ecrrhynorũ,frictionũ & synap.norũ, prętercquã quòd simplicioribus vti debent pueri,senes medicamentosioribus. Celsus quoq; cõcredit in his curationẽ,sed cũ eũ(inquit) remedia nõ substulerunt,in pueris veneris in puellis menstruũ initiũ tollit. Tñ hanc controuersiam Gal.dirimit.6.epid.parte prima com.5.ita scribens,fit autem & ob errata hęc eadẽ passio pueris,medicorum curatione indigens,cũ vero ob humorem fit, infantes statim inuadit, definitq; ætatis conuersione cũ nihil nos fecerimus.qua propter quibuscunq; pueris non à prima statim ætate,cũ adhuc sint infantuli, sed in progressu incœpit, proculdubio ob peccata victus rõne cõmissa, aut ob aliam quãpiam externam causam exortus est.in quibus ætatis conuersionẽ præstolari nõ cõuenit: sed factum morbo sum affectum in ipsis curare.hæc Gal.quibus apertè declarauit suam sententiam,quã vt latius explicem⁹,notãdũ est,epilepticũ à medicis dici solere,nõ eũ solum,qui cõuulsiõis motũ toto corpore patit,sed eum etiã qui cadere paratus est.tñ cõstat,si epilepsia est totius corporis cõuulsio,id solũ quod à nobis paroxismus appellat esse epilepsiá morbũ,intemperiẽ verò quæ reliquo tẽpore perseuerat, si præter naturã est,& lędit operationes esse morbũ cœrebri in tẽperamento,sed epilepsiã nondũ esse.si vero illorũ alterũ deest,q̃ scilicet ex natura est,aut nõ lędit operatiões pse,ne morb⁹quidẽ est, sed morbosa natura. est tñ morbosa natura poti⁹ quũ cœrebri ĩtẽperies est ex natura:cũ verò nõ est ex natura,est epilepsię causa.Medicus præterea nõ semper curat,sed modò vtit curatione,modò præcautione,modò reductione.adhæc opa vtit triplici arte,quarũ primã dieticẽ,secũdã pharmaceuticẽ, tetiã chirurgicẽ appellãr.duæ hę vltimę ad duo priora tãtũ sunt vtiles.Nãq; reducit,neque pharmacis instat,neq; manuũ operã apponit,sed victũ solũ permutat Ex his collige,eã operã tantũmodo,quę suscitãdis epilepticis,cũ concidẽte,accõmodat,esse curationẽ,reliqua habere vtiã dicã.si quis parat⁹ est cõcidere, quia ab ipso ortu talis est,humidus nẽpe cœrebro, & in vtero matris talẽ intẽperiem induit,constat illũ cùm nondũ cõcidit,nullo morbo laborare,sed esse natura quadã vitiosa,qua sæpe in epilepsiã incidit.vt qui biliosus est,parat⁹ est ad febrẽ,tñ nihil habet pręter naturã.Vnde manifestũ est,nullã aliã operam adhiberi huic posse quã reductionẽ,quæ nõ instat pharmacis neq; chirurgia.atq; in ipsa reductione cõstat nõ admodũ intentis cõtrariis licere vti,quãdoquidẽ lapsus temperamẽti & infantię sunt similes,puta humidi,& quod est ex infantia,debet seruari,proinde neq; valdè exsiccantibus alimentis licet vti, nedũ medicamẽtis. vnde colligimus, ex arte expectandã esse ętatis mutationẽ,& abstinẽdum à curatione. Si verò puer non contraxit morbũ in generatione,constat illũ ex errore esse, & humorẽ cœrebri esse præter naturam:iis quæ talia sunt,non amplius debetur reductio sola sed curatio, aut præcautio, quæ pharmacis fiũt,& chirurgia,cũ res ita fert. Itaque siue epilepticus sit infans siue adultus,siue ex generatione malum habeat,siue ex errore,cum paroxismo præmitur,curati debet, danda enim sedulò opera est,vt quam citissimè ægrotus ab obstructione liberetur,& vt ea soluta vires reficiantur. sed extra paroxismũ, qui infans à generatione est ad epilepsiam pronus, solo victu emendato mutationem ętatis expectet.quanquam suspensionem peonię de collo nec huic quidem interdico,vtpotè quæ nullum virtuti negotiũ facessens auxilieť,& talibus remediis etiã in aliis reductionibus vti solemus.Nam qualitate etiam inspirationis,vtimur ad reducendũ,à pharmacis verò & omnibus copiosis euacuationibus abstinentes,vt in his infantibus fieri suademus,de quibus loquutũ fuisse Paulũ interpretamur. Qui ex errore epileptici sunt facti,curari debent omni auxiliorũ genere,detracto tamen de auxiliorũ magnitudine,eo quod infantilis ætas non potest substinere. atque hos intelligo Aëtium curare. Nam, quanquam Hippo.2.apho.45.ita scripsit.quicunque iuuenes morbo commitiali laborant,mutatione maximè ætatis,& locorũ & victuum liberantur.tamen hoc nõ prohibet aggredi epilepsię eius,quę ante hanc ætatem fit,curationem.nam quanquam magna ex parte curantur ætate, tamen nonnullæ poterunt neglectæ tantas vires sumpsisse,vt deinde mutationem ætatis spernant,aut non expectẽt Præterea multò sati⁹ est,pri⁹ curari,quã expectare mutationẽ ętatis,si fieri potest, potest verò qñ nõ ex natura,sed ex dispositione non naturali fit,quia hac sublata ante mutationem ætatis,epilepsiam quoque cessare nihil habet miri. Ergo quæ ante pubertatem fiunt epilepsiæ,ita habent.quæ procedente ætate fiunt curari debent, nisi ea occasione dimittantur, qua reliqui quoque morbi dimitti solent, putà quod insanabiles sint. quod tamẽ nõ omnibus accidit,quę illa ętate,fiũt sed magnis,& his quę inueteratæ iam sunt. Nam quod in Aphorismo dicitur, non omnes prorsus epilepsias significat insanabiles esse, quæ aut post vigesimumũquintũ annum fiunt, aut ante incipientes vigesimũquintũ transgrediũtur, sed has difficilius recipere curationem, q̃ quæ minores affligunt, cum quod has consequitur

ætas

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ætas iuuans, illas lædens: tum etiam, quòd epilepsia est infantiæ conformis, maiori ætati contraria qualitate. Tamen ex his nullus intelligat, nullam prorsus epilepsiam post 25. curationem admittere, sed eã tantum quę his quæ modo dixi vehementiam quoque addit. animaduertendum tamen quam maxime censeo, sit ne epilepsia earumque curari possunt. sunt enim in grandiori ætate ex dictis causis non nullæ quę non possunt, & quas curare non possis sine multo laborantis malo. Sed nos controuersiam iam diremimus, cœtera addant interim dum consenescimus in operibus, qui sunt exercitationes, nos enim qui iuuentutem modo agimus partim practicam scripto mandare prohibet modestia, quãquã exercitationẽ etiã videmur aliis, habere multo maiorẽ quã p hac ætate. Sed de his hactenus.

¶ Caput nonum. Quę euacuationes in quibus morbis.

CONsultatio hęc de euacuatiõe, qua in quo is morbo vti debem⁹, admodũ vtilis est, atq; adeo necessaria in morborũ curatiõib⁹. nõ em̃ sit ti i satis scire eucuatiõe esse op⁹, nisi qua euacuatiõe op⁹ sit, etiã scias. Dicta à nobis multa sunt in eo bro, q pximè hũc antecesit, de sanguinis missiõe & expurgatione (illis si quidẽ sua prẽstãtia permoti ro priũ librũ dedim⁹) cœterũ dicet modò quoq; de illis nõnihil. In hac consultatione (quantũ iudicio onsequi possum) duplex est indicatio: alia, quæ summitur à natura morbi: alia, quæ summitur à situ partis malè affectæ. Sunt enim morbi quidã cõmunes, qui cũ nullius partis læsiõe insigni fiũt. huiusmodi sunt febres, quæ febres morbi dicũtur: alii sunt morbi in parte quapiam consistentes, vt phrenitis pleuritis, & inflammatio quæcunq;. in priorib⁹ illis nulla indicatio est patiẽtis loci, sed naturę morbi, quę ex natura succi redundantis pendet. quandoquidẽ sunt succi quidã ad has, quidã ad illas euacuationes paratiores. vt tenues melius euomuntur, aut exudantur, aut minguntur, crassos melius est per ventrẽ euacuari. sanguinem etiam commodius est mitti scissa vena, bilem & pituitam medicamento trahi. Ex hac indicatione proficiscũtur, quęcũq; propter regionem, anni tempus, aut victum antecedentem aut temperiem ægrotantis fiũt. Nam si albidæ mulieres scarificari debẽt, nigræ vacuari scissa vena (lib. de sang. miss. cap. 10) eo est, q illę colligũt tenuem & serosum sanguinem: hę, crassum & melancholicũ. Si bilioſi per supereriora. & q iuuenali ętate sunt, & qui in æstate media, & regione calida: contra pituitosi ac melancholici, in hyeme potissimũ & in regione frigida, & senili ætate, per inferiora, melius vacuantur, id fit, quia illa natura & ille victus colligendi tenues humores, hæc natura & hic victus colligendi crassos causa est. Rectè igitur totam hãc indicationem, vnicam fecimus. Quanquam possis (si placet) diuersam ab hac facere indicationẽ cõsuetudinis & naturæ, eius, scilicet, naturę, quæ in compositione est, nam hæc non tam facit ad horum aut illorũ humorũ generationem, quam ad facilem eductionem, aut contrariũ. qua ex indicatione, facilè vomentes & qui amplo sunt thorace, meritò per vomitũ vacuabũtur, insoliti & angusto thorace homines, minimè. Lædentur enim à tali euacuatione. Sed de indicatione consuetudinis & naturæ seorsũ diximus, toto capite libri huius octaui monstrantes esse ex illis ad omnia indicationem, & ad cibationem, & ad totũ victũ & ad omne genus auxiliorũ. nimirũ nulla in re non debet considerari indicatio consuetudinis & naturæ. Quare si qua in consultatione hæc fuerit omissa, dicta putet. nequidquã hac ratione doctrinæ deesse videatur. Indicatio alia, quam à loco patiente diximus, nõnũquam est prohibens, nõnunquã exposcens, prohibet scilicet membrum læsum versus se trahi humorem, & vlceratũ prohibet sese agitari, aut diuelli, & vtcunq; aliter affectũ, quoquã modo lędi iccirco exlceratis intestinis, temerarium fuerit per hęc ipsa vacuare, aut exulcerata vesica, dare diuretica, aut dolẽtes capite aut tabidos ad vomitũ cogere. Hęc prohibent membra. exposcit verò membrum quoduis ea via à medico vacuari, qua expurgari solet à natura. Solet verò à natura ea via maximè expurgari, cum qua habet rectitudinem. proinde intestina patientia, & caua iecoris pars, & lien deiectione: ventriculus vomitu: giba pars iecoris, renes, & vreteres, & vesica mictu: caput per nasum, & palatum: thorax & pulmo excreatione debent expurgari. Sed est cum etsi aliqua dictarum partium laboret quæcunq; ea sit, tñ expurgatione per ventrem vtendum est ante alteram euacuationẽ, cum, scilicet, aut totum corpus simul laborat, aut ea redũdantia, quę in parte illa est, est longe magna. Nam cum harum euacuationum quædam sint vniuersales, quibus totum corpus expurgatur, vt deiectio per aluum, mictio, & sudor: quædam particulares vt destillatio per nasum & excreatio: quæ particulares sunt habent ad vniuersales, rationem eorum auxiliorum quæ localia à medicis vocantur. eòq;, vt hæc nõ debent apponi antequã toti corpori prospectum sit, ita neq; euacuationibus particularibus est vtendum, antequam vniuersalium quapiam sit vsum, si corpus simul indiget curatione. tamen omnium euacuationũ maxime vniuersalis est, quæ per ventrẽ fit: ut potequæ per vias ampliſsimas, ad quas ex toto corpore viæ sunt quã plurimæ. proinde siue laborat hepatis giba, siue laborant renes, siue vesica, siue caput, siue vterus, siue pars alia quæcunque, si in toto etiam corpore nonnihil redundat, expurgatione per ventrem inferiorem vtendum tibi primo est, deinde ea, quam indicat affecta pars. vnica pars est, quæ cum afficitur p hibet expurgationem per ventrem, etiamsi cum ea totum corpus afficiatur, atque eadem ipsa pars, cum sola laborat illam euacuationem sola exposcit: puta venter, aut superior, aut inferior, si per os ingerendum est medicamentum: Si per sedem, solus inferior. huius causa est, quòd ea euacuatio, quæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæ primo fit, cũ totum corpus eſt redundans ſucco, eſt reuulſio, hanc vero conſtat debere fieri longiſsimè ab affectà parte. Hęc ergo, cum corpus totũ cũ parte vnà laborat, hac ratione fiũt. cũ totum corpus nõ laborat, tñ eſt in parte redũdantia maxima, incipiendum nõ minus eſt ab expurgatione per vẽ trẽ, etſi in viis alterius euacuationis redundantia ſit. quia viæ aliarũ euauacuationũ ſunt anguſtiores, eòq; ſi magnas redũdantias per illas agas, obſtruẽtur facilè. Prętera minus valent exhaurire tantã multitudinem. proinde trahẽdũ etiã illhinc eſt aliqui, primò ad latiſsimas vias inteſtinorum, reliquũ propriis viis vacuandum. In hanc ſententiã ſcripſit Galenus ſeptimo Metho. cap. vltimo. ventriculus vomitu deiectioneq; inanitur, inteſtina autem iis tantũ quę infra deiiciuntur, ſicut etiam iecinoris caua: renes vero & veſica & iecinoris giba, ſi multo & vitioſo ſucco ſunt refercta, per deiectiones & pharmaca ſubducentia vocata, expurgantur: ſi in medioxi, per vrinæ meatus: cœrebrum vero per palatũ & nares, & aures: pectus & pulmo per aſperam arteriam, & laryngem. Quo loco reprehenditur à nõnullis, quòd dixerit veſicam quoq; expurgari per inteſtina, ſi multo humore refercta ſit. Nam à veſica (dicunt) ad inteſtina, quæ alia via eſt, quã per vreteras rurſus ad renes, à renibus ad cauam venam et hepar? ab hepate per portas & venas meſeraicas ad inteſtina? ſed ridiculum ſit tam longam viam, & difficilem aſcenſum, & tot laberinthos ad expurgationem quærere, relicta potiſsimum via breuiſsima, & decliui & recta, quæ à veſica ad ſuum ipſius collum eſt, quo micta poterat materia vacuari. Præterquã quòd etſi hæc non graueris concedere, experimento cognoſcimus, quod ſemel in veſicæ cauum decidit, non poſſe amplius in vreteras vias remeare, ne ſi flatus ſit, & veſica valenter comprimatur, cuius rei cauſa eſt inanathome, vt docet Galenus quarto de vſu partiũ capi. 13. & nos in tertio huius operis libro declarauimus. Ergo expurgari veſicam ab humore, quo eſt refercta in iis eſt, quæ fieri non poſſunt. hæc ſunt quæ aduerſus Galenum quidam efutiunt, qui non alia de cauſa mihi videntur toties in illum agere inique & parum modeſte, quam quòd ſunt habetes ſimul & inſolentes, alterum enim facit, vt quocunque argumento quãtumuis læui vincantur facilè, alterum, vt quoties illi vincuntur, Galenum quoq; vellint reuincire. Sed vincantur illi, vt ſolent, qui non intelligunt, poſſe ſucci aliquid à veſica ad inteſtina transfundi, niſi per vreteras reducatur. Galenus tamen ne accuſetur, qui transfuſionis huius toties apperuit cauſam, comendans diam Hippocratis ſententiam ex libello de aliměto, omnia habent communem confluxum & tranſpirationem, qua vnica ſententiola continetur diſtributionis & fluxionum omnium cauſa. An putas alimenti diſtributionem per conſpicuas tantum vias fieri? at ſunt multæ partes, ad quas nullæ conſpicuæ viæ veniũt. An neſcis, cũ membrũ aliquod vrgeat famę, vndecunq; rapere? nõne rapiunt venę ex arteriis & arteriæ ex venis facta trãsfuſione, aut exudatione per tunicarum poros? cur ergo & inteſtina non rapient ex veſica? & hæc ex illis? cum pars quæpiã præ dolore & imbecillitate fluxione vexatur, an non recipit excrementa vndecunq; commeantia? eſt ne in inteſtinorum fluxione tutum, veſicam eſſe redundantem excrementis, quæ per propriam viam nõ expurgentur commodè? non arbitror. nam ſuppreſſa hac via impetum in inteſtina poſsint facere. q; ſi his occaſionibus aliquid à veſica in inteſtina poteſt transfundi, cur non & vi mendicamenti facilius trahetur per anguſtas ipſarum tunicarum vias? Galenus libro primo de naturalibus facultatibus inqt, ſi fictile vas in aceruo tritici conditum ſit, vas exhauriri, & tritico addi molem & pondus, idque fieri tritico trahente humorem per teſtam denſiſsimam. quanto ergo potentiorem trahendi vim pharmaco ineſſe eſt veriſimile, quam tritico? & quanto commodior eſt ad transfuſionem, quam teſta, mẽbrana veſicæ? quæ (ſi nihil aliud) certe habet vias trahendi alimenti, quæ eædẽ viæ medicamẽto ſubſeruiũt ad tractionẽ, dicente Galeno tertio de facultatib⁹ naturalib⁹ ca. 13. qui, q; taſi tibi reſpõdeat, ita ſcripſit. quippe iis contradicere ſimile profecto eſt, ac ſi quis non credat purgãtia medicamẽta, per quæ ora facta prius eſt diſtributio, per eadem ex toto corpore in ventrem proprios ſuccos trahere: ſed alia diſtributionis alia purgatiõis requirat ora. Hæc Galen⁹ quare per quas vias ſuſcepit veſica alimentũ, poteſt remittere excrementa quibus abundat. At non ſuſcepit nutrimentum veſica per vreteras (hæ emſolum ſerum trahunt, nulli parti nutriendę accommodum, vt à nobis primo libro monſtratum eſt) ſed per tunicam aliis viis, quas recipit experitoneo, quod veſicam vterum, ventriculũ & inteſtina & vt, ſemel dicam, omnia quæ infra ſeptum tranſuerſum ſunt, veſtit, & copulat, non ſine venis & arteriis ſatis manifeſtis. quod ſi illud etiã eſt tibi difficile, ſuccum, qui in cauo quopiam, extra vaſa iam ſit, in vaſa reſumi, non arbitror tibi contigit, quod Galeno ſæpe, vnica exhibitione pharmaci palidum colorem morbi regii omnino delere: atq; multo minus, dato pharmaco, aquam quæ eſt inter inteſtina & peritoneum per ventrem euacuare. neq; vidiſti contentum in vomica pulmonis pus, mingi, neq; profecto, arbitror, putabis poſſe venas & arterias, ex ipſo ventriculo & in teſtinis cibum aſſumere per exigua oſcula (vt nos tertio capit. huius libri oſtendimus) antequam ad hepar per vias conſpicuas defera tur. Nam ſi hęc intelligis, neq; quod negas tibi videatur difficile. Sed ſunt quãmulti (null⁹ ſe lęſum putet, qui talis non eſt) argumentando debiles, reſpondendo rudes, tamen dicendo ſuperbi, quos neque illud quandoque piget ab auditoribus publicè petere, vt etſi dicta rationibus non confirment, neque aduerſariorum argumẽtis videantur poſſe reſpondere, tamen dictis fides non ſubtrahatur, illud enim

vnum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vnum esse satis, si ipsi dixerint. Sed ita dicere diuinatorũ censet esse Plato, non sapientium. dispeream si hæc vnquam sibi arrogauit prior thessalus, sed vt huic cupiti iam finem demus, Debet pars affecta ea via potissimum expurgari, cum qua habet rectitudinem, nisi corpus laboret simul, aut redũdantia maxima, in parte sit. tunc enim omnibus cacochymiis expurgatio per intestina communis est in principio, nisi intestina ipsa sint male affecta. Sed de his hactenus.

¶ Caput decimum. An liceat morbum morbo curare.

Dictum est obiter quarto huius operis libro, fieri nonnunquam morbum tollendi alterius morbi causam, disputationem verò de hac re amplius rem in hunc locum distulimus. non dubiũ est multos morbos aliis superuientes fieri causas saluberes. Nam rigor continuam febrem cui superuenit aliquando soluit (Hippo. quinquagesimo octauo Aphor. sectionis quartæ.) & conuulsionem tollit febris (quinquagesimo nono Aphor.) & morbus regius septimo aut nono aut vndecimo factus tollit febrem (Apho. sexagesimo quarto) & conuulsio vniuersalis nonnunquam salubriter fit, redundante per corpus sanguine crasso frigidoq; (quarto de ratiõe victus acutorum cõtextu vigesimoseptimo) hi enim morbi aliis superuenientes illorum solutionis autores sunt, & causæ, nõ tãtum boni exitus signa, vt paralysis, quę succedit apoplexię, & abscesus post diuturnas febres. Itaque non est dubium morbos quosdam aliis salubriter superuenire, cum sponte superueniunt. an verò eàdem ratione debeant à medico ipso excitari medicamentis dubium est. quanquam neq; hoc de omnibus morbis, sed de quibusdam. Nam satis conuenit, compunctum neruum debere pręscindi per transuersum, neque minus constat licere chyrurgis mille aliis modis secare, vrere, & putrefacere, quæ omnia nihil sunt aliud quã noui morbi ad antiquioris sublationem excitatio. de febribus verò contentio est an commodè excitẽtur aliquãdo. Nam dixerit aliquis nihil cõsulti esse in curatione conuulsionis & paralysis, quam febrem excitare, cum ab Hippocrate scriptum sit. 4. Aphorismorum. 57. ei qui conuulsione aut tetano
‘tenetur superueniens febris soluit morbum. Gal. in commentario ostendit omnes indicationes curationis solo febris exortu cõpleri, calfacere enim illam frigida, & desiccare humida. vltra quæ nihil possis amplius optare in curatione intemperierum calidarum & humidarũ, quales sunt dicti morbi. (loquimur enim de conuulsione ex repletione) igitur consultè faciet medicus, eam dispositionẽ in ęgrotantem inducendo, qua continentur omnes indicationes curationis illius morbi. Adde celsum lib. 3. capite nono in curatione febrium lentarum consulere infusione frigidæ aquæ & olei rigorem procurare, & affrictu salis & olei augere febres, hac ratione putantem fore, vt pro morbo, minori illo quidẽ sed minus tractabili excitetur maior alius, qui tamen pharmacis facilius obediat. neque enim hęc sunt impossibilia, esse morbum lęuiorem, grauiori difficiliorem curatu, sed multis exemplis confirmari potest. Sane de hydropum generibus dictum est à Galeno quarto Apho. commen. vndecimo hydropẽ aqueam esse ex maiori frigore quam Aëream, vnde omnes intelligunt esse difficiliorem grauioremque. Tamen Aëtius sermone secundo tetrabibli secundæ ita inquit, est autem tympanites omnino periculosus, minus eo ascites, adhibetur enim in eo pertusio, siue punctio, & reliquis quoque remediis
‘promptius quam ille obedit. neque verò hic est inter hos autores contradictio, vt quammulti contradictionum amantissimi suspicantur. Sed verè Galenus dixit ascitem ex maiori hepatis refrigeratione fieri. siquidem aqua ex frigidissima omnino causa fit, flatus causa non nihil habet adiunctum caloris. neque verò improbabiliter videatur coniicere hinc aliquis, tympanitem hydropem esse minus periculosam, quandoquidem quo morbus ex læuiori causa est, eo lęuius curatur. præterea videt tympanites exascite eũte ad curationem fieri. Siquidem hydropis curatio est accessio caloris: sed ex aqua fieri flatum est gradus ad calorem, ergo vt ructus, etsi accidus, tamen longis læuitatibus intestinorum superueniens est salutis principium, primo Aphorismo sextæ particulæ, ita tympanites superueniens ascyti. Tamen quanquam hæc argumenta monstrent tympanitem natura esse læuiorem morbum & curatu faciliorem, nihilominus veredictum est ab Aëtio ex tympanite plures mori, quandoquidẽ euacuationibus & chyrurgiæ minus sese accommodat. nimirum sunt medicamenta, quæ aquam educunt, multa: quæ flatum, nulla. punctione euacuatur humor, Aër non ita. sed qua ratione, si natura est leuior morbus, plures necat? quia minus admittit curationem. Si hydropum hęc genera discussione tantum & calfactu curarentur, curaretur facilius, vt par erat, hydrops tympanites, facilius enim discutitur flatus quam aqua, & hepar minus refrigeratum facilius recalescit. tamen rarissimè cum in hunc statum ventum est, sufficiunt resolutio occulta, & alteratio. sed chyrurgia & euacuatione est opus, quibus tympanites minus paret. proinde non sine ratione fit vt morbus natura læuior, plures tollat, & grauissimus, fiat curationi idoneus. vt vel hinc homines intelligant, quanta bona à medicis accipiant, qui accerbissima per se mala, quibus natura iam succumbit, sæpissimè in bonum finem

vertunt

vertunt. quod nihil est aliud, quam illos ab imminente iam morte vindicare. Sed est etiam huius rei aliud appositissimum exemplum priori non ab simile, in oculorum eo morbo, quem suffusionem dicimus: densitudo enim eius humoris, qui locum pupillæ inter crystallinum & corneam tunicam replet, visionem interturbat. Sed condum omnino impedit, vsquedum in eam, quam vulgari nomine dicunt catharactam, concreuit, sed neque antea quam in hanc concreuit, cædit punctioni, quæ, vbi alia non sufficiunt, omnium est potentissimum auxilium. Itaque quanquam concretio illius humoris grauius malum est, quam densitas sola (fit enim concretio densitate crescente) tamen potentissimis auxiliis promptius obedit. Si ergo monstratum est nonnunquam grauiora mala lęuioribus facilius curari, id quod Celsus significauit his verbis, fortasse verò vbi id quod est, curationem non recipit, recipiet id quod futurum est. Constat hanc esse admodum industrii medici curationem, vbi res exigit, malum malo addere, aut læuius perse cum grauiori sed magis tractabili commutare. Constat verò hoc præterunque fieri in chyrurgicis operibus, sed neque in illis solis, sed febres etiam hac ratione industria medici debere generari. Nam auxiliorum medicinaliũ plurimo vsus, non aliunde profectus est, quam ex obseruatione eorum quę cùm spontè fiunt, aut casu aliquo occurrunt, prodesse solent. Cur enim obsecro, tu laborante prægiba parte hepatis virinam cies, & laborante caua aluum subducis? an non quoniam cum his morbis hæ euacuationes superueniunt spontè prodesse solent? cur ego si febrẽ spontè factam cõuulsiones tollere ex Hippocrate accepisti, hanc obseruationem in tuos vsus non transferas: & febrem consulto obiicias conuulsioni? at, est febris noxium auxilium: demolitur enim temperiem cordis, & ita non minimum virtuti incommodat. Est, vt dicis. Sed ex Galeno accæpimus. vndecimo Metho. cap. vndecimo difficile esse aliquod auxiliũ inuenire, quod citra vllam noxam multum prosit. cæterum quanquam hæc probabiliter dicta videantur, tamen dicatalio ex aduerso, multa esse proposita, quæ apertè videntur falsa, & oĩa videri plena suspicione. Nã primò, nullus, arbitror, vnquã curando hydropem tympanitem, apposuerit frigida hepati, vt plus per frigeratum pro aëre aquam generet. neque quisquam curando densitatem humoris oculi densantia apponet, sed viribus omnino contraria. febris quoque non videtur sine temeritate posse excitari. nã cum mala illa, quę ex febre videntur curationem posse recipere, non nisi in cacochymum corpus incidant, periculosum est febrem succẽdere, quæ etsi à causa procatarctica incipiat, ex corporis morboso apparatu putrida sæpius fiet, & fortasse non tam facile extinguetur quam succensa est, & in grauius periculum hominem adducet. Præterea aut conuulsio illa vel paralysis vel quæcunque alia sit frigidi & humidi succi redundantia, ex tam pauco succo pẽdet, vt illi coquendo sola febris sit sufficiens: aut ex tanto, vt excitata etiam febre futura sit necessitas euacuationis. si sola febris sufficit, melius arbitror sufficiet sola euacuatio. Nam euacuationem appellamus, euacuationem manifestam. febris curat euacuatione occulta. manifesta euacuatio potentius auxilium est occulta. ergo morbum quem, sola febris potest demoliri, potentius demolietur sola euacuatio. quod si ita est, præstat consueto auxilio vti, quam inconsuetum cum periculo tentare: si verò euacuatio non potest deuitari, etiam si febris excitetur, videtur multò inconsultius illam excitare. nã multò inutilius fit omnis euacutio, cũ adest febris, quam sine ea. quãdoquidem ipsa febris perse subuertit facultatem. lib. de sanguinis missione, capite nono in hunc modum scripsit Galenus, at vbi crudi succi exuperãt antequam morbus fiat, cautè euacuabis, sed vbi iam febricitant, vti ante monui, nequaquam. Ergo omnis euacuatio est vitanda in crudi succi redundantia, cum febris iam corripuerit. iam verò expurgatio multò magis quã missio sanguinis. Nam pluribus modis virtutem debilitat, inanitione inquam & alteratione. ergo in his ægrotis nunquam febris commodè excitatur. Hæc considerans fortasse Celsus, qui contrariæ sentẽtiæ videt autoritatem tribuisse, postq de tali curatione fuerat loquutus, inquit. neq; ideo tamen ista medicina non est temeraria, plures enim homines substollit. Hæc celsus. ego verò artifici nihil censeo vitãdum magis, temeritate. Nam temeritas inertium est, artificum ars, adde medicum nihil debere aggredi, quod natura non soleat efficere (est enim medicus imitator naturę) tamen natura tã longè abest, vt febrem procuret, vt etiam pugnet perpetuò aduersus calorem innaturalem, ergo medico nunquam licet excitare affectum, contra quem statim decertatura natura est. alioqui medicus ipse aduersus naturam videatur agere. Sed quid ego ex tota hac disputatione possim colligere, iam dico. Verè dictum est morbum morbo sępe curari. Alioqui maximã chyrurgicę artis partem tolleremus, hęc enim secat, vrit, vlcera amplificat. tamen in curatione hydropis tympanitis, nunquam tẽtandum est hepar refrigerare, vt pro tympanite ascites fiat. non nego melius tractabilem medicamentis esse ascitem, sed ante quam ex tympanite ascites fieret, vi prioris morbi & medicamentorũ, intemperato corde periret ægrotans. inditio est, quod multi ex tympanite moriũtur, quin ex ea fiat ascites. Considerandum præterea est (id quod docet Celsus libr. 3. cap. 21.) hydropẽ tympanitẽ nõ esse ex solo flatu, sine aqua, sed cõmune esse omnibus hydropis speciebus humoris nimiam abundantiam. tamen in ascite aqua replet distenditque totam peritonei regionem, in tympenite multa etiam aqua redundat in illa regione, verum

morb' quib⁹ febri superuenit vel sane bronchi vel aucq febri vero superueniens vel longa: l. autor. l. mediam q uae nat. m.

verum non tanta. Nam repletio & intentio à flatu fit. cum ergo hæc ita habeant, si quis timpanite laborantem ad ascitem curet transferre, auxerit aquę copiam & flatum no minuerit. non enim, arbitror, frigida flatum dissiparent. Itaque ab hoc morbo absit dicta curationis ratio, sed contrariis pugnandum perpetuò est, obsistendumque quam maximè refrigerationi. nedum tu ascitem expectas, vt chyrurgia vtaris, mors ex cordis intemperie orta chyrurgiam anteuertat. Concretio humoris oculi, cùm colyria ad attenuationem nihil videntur conferre, ferēda est (quantum ego sentio) si spontè fit, sed neque ipsa est medicamentis procuranda. ferenda quidem quādoquidem eo loci malo ingraescente nullum grauius malum impendet, quàm cęcitas, quam integram fere ex densitate humoris ægrotans patitur: & quod modo non credidit pharmacis, fortasse cædet post modum chyrurgiæ. dentibus tamen vtēdum non censeo neque alimentis, neque medicamentis, quandoquidem non omnis suffusio cum concreuit acu potest curari, sed ea tantū quæ est sine neruorum opticorum obstructione, vsus verò eorum, quæ crassitudines inducunt, timendum est, ne dum humorē facit crassescere, vias quoque faciat obturari. Febris excitata temeraria medendi ratio est, quæ proinde vitanda est, cum alia se exhibet curationis via. tamen si aliunde est desperata salus, tentanda est hæc curatio. Neque verò tunc dico esse desperatam aliunde salutem, cùm peractis reliquis omnibus, virtus est ad extremum languida, tunc enim excitata febre citiùs interiret ægrotus, sed cum virtus aliqua est cum ea morbi vi, vt medicus coniectet fore, vt quantumuis euacuet & reliqua ex arte peragat, moriatur. Nam tunc cum ars non sufficiat, temeritas non est aliena. fortasse facultas excitata etiā febre ferret auxilia, quæ sine febre tantum morbum non suffecissent demoliri. Neque quod addidimus de naturæ immitatione est quod videatur difficile. cum enim medicum imitatorem naturę appellamus, non ita intelligimus, vt nihil medico liceat tentare, quod natura non faciat, natura enim cum non ratiocinetur, nihil tentat nisi quod perse fertur in bonum finem, tamē medicus rationalis multa facit perse mala, quæ coniectat ex accidenti futura bona. intelligimus tamen medicum esse naturæ immitatorem, quia debet facere, quę videt facere naturam. quāquam neque illa quidem semper, sed cum natura cō modè operabitur. cum enim sit aloga, vt nihil facit per accidens bonum, sed perse, ita facit multa p accidens mala, & vt medicus tenetur facere quæ videt profutura, etsi prosint per accidens, ita tenetur deuitare quę per accidens nocent, etsi perse ferantur in bonum. malè enim faceret medicus, si cū pars aliqua dolet, comprimeret sanas partes versus dolentem, quanquam illud facit natura vt proximo libro indicatum est. Possent in hac disputatione adduci exempla multo plura morborum, qui ab aliis morbis videntur posse recipere curationem, sed qui dicta diligentius lexerit, non admodum difficilè in reliquis quoque coniectabit.

Quare de his satis. de controuersiis, quæ de medicamentorum viribus & compositione sunt, sequenti libro dicturi sumus.

Contro-

Liber nonus.

CONTROVERSIARVM MEDICARVM ET PHILOSOPHICARVM LIBER NONVS.

PROŒMIVM.

NIHIL REFERT CONTROVERSIAS MEDICINALES dirimere, vt in tota arte nihil reſtet ſcrupuli, ſi quæ ad medicamentorum facultates ſpectant ignorentur. quid enim præſtat ars, vbi inſtrumenta deſunt, aut ignorantur? quare niſi has controuerſias modo addidero, ſatis certo ſcio in therapeutica parte parum me feciſſe operæpretium: atque eò minus, quò in hac diſputatione ſunt controuerſiæ difficiliores, & quò ea pars, à medicis, qui in operibus verſantur, tractatur deterius. Nam cum nihil ſit in arte quapiam abſolutum, atque in arte medica multò minus, tamen in hac medicinæ parte, qui eam docent, obſcurè agunt, qui faciunt, grauiſsimè peccant. Illi vires omnes medicamentorum occultis proprietatibus adſcribunt, hi medicamenta ex aliorum cartis indiſtinctè tranſcribunt, ſeruantque ſibi ſyngraphas ſeariorum clyſterium peſulorum, & ſi quæ ſunt alia, quibus alii fuerint vſi, à quibus ad eos per multorum manus ſyngraphæ deriuatæ ſint. qui plurimas congeſsit, is habetur peritiſsimus, & qui, ſi exigantur, poteſt plura medicamenta, & (vt ita dicam) pluriformia tribuere, quique citius, & minus cautè plura nominat, neque ſpeciei morbi, neque temperamenti corporis curam habens, neque artis componendi medicamenta, prima rudimanta doctus. itaque non tam tribuunt ægrotantibus, quæ ipſi debent, quam quæ alii ſolent: atque ea ipſa non vt alii ſolent (id enim ferendum eſſet, modo à peritis ſyngraphæ peterentur) ſed quod ille bilioſo homini tertiana febre affecto tribui fecit, hic fortaſſe pituoſo in alba vitiligine. vſque adeo neque ſimplicium vires perpendunt, neque medicamentorum doſes conſiderant, neque vtendi oportunitatem, neque aliud quid quam. ſed tranſcribunt medicamentorum purgantium varias miſturas, & hac in hoc, illà in illo vtuntur, non vt varia medicamenta variis vſibus accommodent, ſed ne ſi vtantur vnico, à ſeplaſiariis deprehendantur in ignorantia. quare quibus vnicum ſuppetit, ii nunquam loquuntur ex ſyngrapha, ſed medicamentum ſecum deportant, & innominatum tribuunt, admirandæ cuiuſdam rei inſtar. ita circa medicamenta res agitur. cum tamen nulla pars vſque adeo rationali doctrina indigeat. non quidem vt ſingulorum medicamentorũ vires doceat (nam hæc doctrina tota eſt empirica) ſed vtendi artem, & occaſionem, & componendi, cum ſimplicia non ſunt ſatis. hæc ſi ignorantur, vſque adeo non eſt vtilis multorum medicamentorum memoria, vt etiam ſit pernitioſior, quam notitia vnici. qui enim vnico medicamine in omnibus ægrotantium naturis, & omnibus ęgritudinum generibus vtitur, aliquos neceſſario iuuabit, tamen qui multis inerte vtitur, poteſt omnes lædere. quandoquidem igitur nonnulla in octauo libro therapeuticæ artis attigimus, quæ cum diſputatione de medicamentis valde coniuncta ſunt, age hæc contineat liber hic nonus. atque ante alia controuerſias, quæ de expurgantibus ſunt, quandoquidem harum deciſionem, ex quo ſeptimum librum egreſſus es, deſideras.

¶Caput primum. De expurgantium medicamentorum facultatibus.

DE alterantium medicamentorum facultatibus, eorum, inquam, quæ poteſtate calida frigida, humida aut ſicca ſunt, ſcriptum à nobis eſt primo huius operis libro, inter differendum de temperamentis. Dictum non minus ſecundo libro, de facultatibus naturalibus, quarum prima or-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dine operationum est vis trahendi, cui similis quædam facultas in est expurgantibus medicamentis, de quibus modo sermonem instituimus. trahunt enim hæc in corpus deuorata succum non quē cunque, sed certum quendam & proprium. ita vt nonnulla sint expurgantia pituitam, alia flauam bilem, alia atram. quod cum fiat, admodum est rationi consentaneum, propter similitudinem aliquā in substantia, quæ huic medicamento cum hoc succo intercedit, magis quā cū illo, cōtingere. pellūtur enim omnia à contrariis, trahuntur à similibus. hoc diā intelligimus, ex rebus aliis euidentibus trāsferentes rationem. videmus siquidem membra singula, propria sibi cōmoda alimēta trahere, reliqua respuere, & magnetem lapidem scimus gemmarari solitum vbi ferrum. quod haud dubie significat. (præterquam quod neque ex illius substantia, & colore est obscurum) illius naturam à ferro non longe abesse. itaque medicamenta, quæ propterie expurgantia dicuntur, similitudine substantiæ proprios succos trahunt. sunt quædam medicamenta, in quorum numero casia hæc fistularis qua hodie vtimur, mana, & pruna, & mille alia, quæ noxios succos euacuari faciunt, & expurgari corpus, tamen eos non trahunt (neque enim tanta potentia sunt) sed emolliunt laxantque vias, & quę in ventriculo & intestinis hærent molliter deducunt, quæ proinde laxantia potius mos est medicis appellare. nos in hac quæstione de expurgantium facultate disputamus, quæ similitudine quadam trahere indicauimus. verum habet hęc opinio, alioqui (vt ego arbitror) verissima, multa difficilia. Nam primo, cur agaricus, gratia exempli, trahat pituitam, aut rhabarbarum bilem, potius quam pituita agaricum aut bilis rhabarbarum non videmur posse dicere: neque qua ratione horum vtrūque expurget bilem & pituitam. neq; enim à garicus fuerit similior pituitæ, quam pituita agarico, neq; fieri possit, vt succi qui similes sint in substantiæ modo cuidam tertio, tam sint inuicem contrarii, quam bilis & pituita. Adde q; scamoniū traheret rhabarbarū, quia cum alicui sint similia, puta bili, erūt similia inuicem. Præterea experimentū docet, quodcunq; medicamentum propinatū sit, si paulò plusquā expedit, producatur expurgatio, euacuari succos omnes, vel vsq; ad effusionē sanguinis, quod tñ nō oporteret fieri: sed quāprimū similis succus extractus foret, medicamentū à tractione cessare. Talia quā plurima obiiciūt, quibus Galeni sententia minus arridet. atq; præter hæc curiose quæritāt, quæ sit hęc similitudo. quæ em (dicūt) similitudo agarico calido & sicco, substātiā duro, possit intercedere cum pituita frigida & humida & fluxa? his argumentis victi, dicunt nōnulli, medicamēta trahere proprios succos, sed id tribui debere occultæ proprietati, nō similitudini. alii proprios succos trahere, omnino negāt, sed quoduis medicamētū quēuis succū indistinctè euacuare, & ratione redundātię fieri vt succus, hic modo, alias alter euacuetur. alii admittūt, medicamentum hoc vacuare hunc succum, aliud alium, sed fieri id propter similitudinē aut occultam aliquam proprietatē trahendi hunc aut illum negant, & ré ita statuūt: succorū quosdam esse eductu faciliores quosdā difficiliores, medicamentorū quoq; quędam esse fortiora, quædā imbeciliora. trahi ergo faciliores ab imbeciliorib⁹ medicamentis, difficiliores à valentioribus. itaque hunc aut illum extrahi, ex fortitudine fieri, non ex diuersitate modi substātiæ. Neq; defuere alii, qui dicerent, medicamentum non trahere succum sibi familiarē, sed in illum cōuerti, atque proinde ab assumenti expelli bilem aut pituitam, vt cōtingit ab assumptis bilioſis cibis bilioſa vomi, aut per aluum egeri. diuersam ab his opinionē neq; excogitare videtur mihi quisquā posse, nedum opinari. vsq; adeo nulla est tam absurda sententia, cui defuerit autor. Cæterum illarum cōfutatio maximè omniū sententiā Galeni confirmabit, si prius iis, quæ ex aduerso adducebātur respondérimus, nequid videatur in hac lucubratione esse prætermissum. cur medicamenta trahant succos potiùs quam ab ipsis trahantur, docet Galenus. 3. de simplicium medicamētorū facultate capi. 24. ex quo loco & cap. 16. quinti libri eiusdē operis, quod de trahentiū medicamentorum natura est, colligi debet hæc ratio. tractio, quæ propriè tractio est (nam neq; à vacuo, neque dolore tractio propria fit, vt alibi diximus) à calore fit. attrahit enim perpetuò calidum. Ergo vt tractio fiat, causa est calor, sed vt huius succi aut illius, facit similitudo substantiæ, cum vehementiori calore coniuncta, illum ad huius humoris tractionem adducens. cum igitur duæ substantiæ similes sunt, quæ cum similitudine habet vehementiorem calorem, hæc alteram trahit. proinde cuicus pituitam trahit, non ab ea trahit. neque mirum est, agaricū bilem & pituitam trahere gratia similitudinis, cū alterum præcipuè trahat, alterum veluti secundaria tractione. sunt enim in calore & siccitate contrarii succi, sed in modo substantiæ nihil prohibet vni illorum maximè esse similem, & alteri non dissimilem omnino. neque si aliquod medicamentum vtrunque succum æqualiter euacuaret, ratio nostra conuinceretur, cum tam celebratum sit à Galeno in opere de medicamentorum facultate, nullum medicamētum tam simplex esse, vt non sit naturà ex diuersis substantiis compositum. exemplo sunt lac vinum oleum & acetum. neque opus est, vt quæ rei alicui sunt tam similia, vt ipsam trahant, (vt rhabarbarum & scamoniū bili) sint tam similia inuicem vt sese trahant. Adde medicamenta indigere ad tractionem deductione quadam ad actum, de qua statim dicturi sumus. Si igitur medicamenta illa duo forent interius liquata, & redacta ad similitudinē in actu, non dubito fore vt potētius illorum debilius traheret. hæc similitu-

do

do medicamentorum (nam hoc etiam à nobis aduersarii requirebant) non est in primis qualitatibus, calore, inquam frigore, humore & siccitate, sed in illis accidentibus, quæ consequuntur ipsum substantiæ modum, qui nascitur ex modo mixtionis. Hæ qualitates sunt, color, crassities aut tenuitas, friabilitas aut contrarium, & tales aliæ, quæ videntur esse magis ex parte materiæ. talis itaque similitudo cum inest medicamento, trahitur familiaris succus, itaque ita contingunt purgationes. quod si aut plus medicamenti, aut valentioris quam oportet deuoratum sit, superpurgationes contingunt, in quibus non trahuntur succi vi attractoria medicamentorum, sed ex venarum apertione, & expultricis virtutis irritatione, ab hærente medicamento facta: id quod apertè docet ordo vocatæ superpurgationis, in qua familiaris succus primo loco trahitur, deinde alii, prout sunt fluxiores, aut minus fluxi, vel plus minus ve retinentur à natura. vt dato medicamento euacuante pituitam, extrahitur primò pituita quia familiaris medicamento, deinde succedit bilis, fluxior succus, deinde melancholia, post eam sanguis, quia familiarissimus est naturæ, & maximè retinetur, qui pecum quo vita funditur. ita si datum est medicamentum bilem trahens, hæc primo loco euacuatur, secundo pituita, quippe quæ multa est, tertio melancholia. Si melancholiam extahit medicamentum, bilis flaua euacuatur secundo loco, & ante pituitam, quia calidior tenuior fluxiorque est & mordacior. Si medicamentum traheret familiaritate substantiæ sanguinem (nam neque hoc est impossibile, vt manifestauit ille, qui supplicio affectus est in thracia, referente Galeno libello cui titulus est, de expurgantium medicamentorum facultate. quanquam nulli mortalium, arbitror, hodie cognitum esse tale aliquod) non fieret superpurgatio, quoniam in ipsa purgatione homo moreretur, vita cum sanguine fusa. Si medicamentum duorum succorium extractorum sit, duo illi primo trahẽtur in purgatione, deinde reliqui in superpurgatione, dicto ordine. Qui idem ordo nostram sententiam maximè confirmat. Sed age, ex aliarum confutatione, iam confirmetur. qui ab occulta proprietate fieri dicunt, non est quod refutentur. Nam quantum intelligo, hi non negant suam ignorantiam. confugere enim ad occultam proprietatem, quid aliud est, quam dicere, euentum sanè se experimento cognoscere, sed causam ex qua fiat ignorare? ego sane non aliter dicerem, si quando rei obscuritas in occultam proprietatem me addigeret. Sed modo saltem non addigit. Nam quanquam ex similitudine fieri tractionem succi, nulla euidentia monstret, docet tamen ratio prouabilissima, quæ non longè abest ab euidentia, quam in principio huius capitis proposuimus. qui medicamenta omnia indistinctè succum quemcunque trahere, contendunt, hi in re aperta mentiuntur, sicut & qui medicamenta in familiares succos conuerti dicunt. vtrique enim similiter refutantur iis quę circa ægrotantes quotidie contingunt. Nam qui morbo regio laborant, dato medicamento, quod expurget bilem, & qui hydrope ascite, dato, quod educat aquam, vnica exhibitione curantur sæpe: tamen medicamento, quod atram bilem expurget, tantum abest, vt curentur, vt etiam agantur in malum extremum. Sed si à quibusuis medicamentis, indistinctè traherentur quicunq; succi, nihil tale contingeret, atque multo minus, si medicamentum, cui familiaris bilis est, in bilem trãsiret. tunc enim bilioſus morbus genita maiori bilis copia exacerbaretur. quod si tamen citra peculiares medicamentorum naturas, fluxior succus ante lentiorem effunderetur, necesse esset ante euacuationem crassorum euacuari tenues, atq; ita in purgationibus perpetuò fieret, quod in superpurgationibus fieri obseruatum est. quod si fieret, medicamenta educentia flauam bilem, minimam humoris copiam educerent, & educẽtia melencholiam, maximã, quoniam scilicet ante bilem flauam, nullum alium succum euacuari esset opus, ante melancholiam, opus esset euacuari bilem & pituitam. Sed res tam aliter fit in ipsis operibus, vt melancholicã euacuantia, modicum & crassum, bilem educentia multum expurgent, idque tenue. eàdem ratione confutabuntur, si qui dixerint, propter potentias medicamentorum ab hoc extrahi solum flauam bilem, ab illo etiam melancholiam. oporteret enim (vt arbitror) imbecillissimum esse medicamentum, quod flauam bilem educeret: fortissimum, quod atram. Nam vt hic est crassissimus, ita ille est tenuissimus succus. Oporteret non minus medicamenta melancholiam educentia, educere ante illam flauam bilem. Nam si propter vehementiam extrahit melancholiam, longe prius extrahet flauam bilem. nam quod potest crassum extrahere, poterit quod tenue est. Adde potentias medicamentorum augeri addita quantitate, vt gratia exempli, drachmæ duæ agarici valentius extrahunt, quam drachma vna quare idem medicamentum cum hac quantitate extraheret bilem, cum illa pituitam, cum alia melancholiam. quæ omnia absurda esse intelliget facilè, quicunque aut in operibus fuerit aliquantulum exercitus, aut omnibus antiquis medicis fidem non abrogauerit. non enim diuersa morbi natura diuersam medicamenti quantitatem, sed diuersam naturam præstari poscit. ergo cum omnes hæ sententiæ tam absurdæ sint. Sola Galeni sententia restat probabilissima. proindeque nos ita sentimus, trahere medicamenta expurgantia similes sibi succos, idque fieri propter similitudinem substantiæ, quæ cum præstanti calore coniuncta est. Neque video intellectis semel quæ diximus, esse aduersus hoc placitum argumẽtum quodpiam difficile. Nã si fortè dixeris bilem esse calidioré rhabarbaro, saltẽ nõnullas bilis species, vtpotè exedentes, easq; oẽs bilis species tra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hi à rhabarbaro, quas tamen dicta ratione oportereti on ab illo trahi, ſed illud trahere mendicamentum, cum ſint illo calidiores, reſponderim, eſſe in rhabarbaro particulas quaſdam tota bile calidiores, in commutatione, quam medicamentum ſubit in ventriculo emergentes. quod ſi quando tam vrentem generari bilem putas vt omnibus rhabarbari partibus etiam deductis ad actū calidior ſit, ſupereſt vt monſtres illam bilem tractum iri à rhabarbaro. Na quod proponis, medicamenta nunquam trahi à ſuccis, dubium mihi ſatis eſt. propinamus enim ſæpe pharmaca, quæ videmus poſt modum nihil educere, neque ipſa prodire, quę intelligimus diſtributa eſſe, an vero diſtributa ſint, diſtracta à ſuccis, vtpotè calidioribus & ſimilibus, an non ita, ſed vt alimenta ſolent, non perinde intelligimus. neq; verò etiam ſi ingeſto rhabarbaro bilis illa, quam calidiorem pharmaco fingim⁹, expulſa conſpiciatur, ratio redarguitur. Nam ne tūc quidem conſtat, an bilis ea tracta ſit à medicamento, an expulſa à membris: facta à pharmaco noua irratione. Nam quanquā dico medicamenta habere vim tractoriam ſuccorum ſimilium, & minus calidorum. tamen non ego irritatione euacuare etiam eos, quos non valent trahere, aut quia ſimiles non ſunt, aut quia ſunt potentiores. Itaque medicamenta expurgantia ſimilitudinis gratia trahunt ſuccos. Ex his conſtat etiam cōtrauerſiam, inter eos qui quęſtiones medicas ante me ſcripſerunt, non omnino ſpretam, an medicamenta peruadant venas ad deportandum in vē triculum & inteſtina ſuccos, non indigere proprio capite. Nam poſt comminutionē, quam medicamenta patiuntur in deductione ad actum qua (vt inquit Gale. tertio de ſimpl. med. facul. cap. 25.) comparant actu ſimilitudinem illam, quam potentia habent, neceſſario (vt arbitror,) arteriarum motu, & alimentorum delatione, aliquid etiam pharmaci in venas tranſumitur: quod expulſum deinde ſucci non exiguam portionem extrahit. ſed tamen hoc non eſſe ad purgationem neceſſarium ex his quę diximus conſtat. Si enim eſt pharmarcis extractoria vis, ipſi ventriculo hærentia familiares humores at trahent. magnes enim ad ſe trahit ferrum, non tendit ad ferrum, illud deportaturus. Sed hæc quæſtio non indiget pluribus.

¶ Caput ſecundum. De vi deleteria expurgantium.

QVandoquidem omnia medicamenta expurgantia nocent ventriculo, præcipuèque eius ori, vt docet Galenus & recipiunt medici omnes, præceptum eſt expurgātibus ſuauia permiſcere, quæ illorum malitiam corrigant. An verò eorū malitia tanta ſit, vt deleteriis medicamētis ſint annumeranda, eſt in controuerſia. Nam Galenus libello, cui titulus eſt, quos et quando & quibus medicamentis purgare oporteat, capi. penultimo, aliquando, inquit, alimentum corpori fit, aliquando in pernicioſum mutatur & deleterium. quod tamen non videtur fieri poſſe ab expurgātibus, niſi ipſa in genere venenorum ſint. adde libello de expurgantium medicamentorum facultate, dictum eſſe medicamenta ſanguinem purgantia eſſe venena: non alia ratione quam quod euacuatiōe necāt. ſed hoc idē omnia expurgātia facere poſſunt, niſi quātitate ad modū modica aſſumpta ſint, qua neque delete ria interimerent. ergo omnia expurgantia medicamenta venena ſunt. Nam venena ſunt, quæ parua quantitate ſumpta necant, quod expurgantibus etiam contingit. in quam ſententiam ſecundo de rat. vict. Acutorum videtur galenus hęc ſcripſiſſe. purgantium enim omnium medicamentorum natura, corporum quæ expurgantur naturis contraria eſt, atque vt quiſpiam dixerit lethalis & deleteria. Sed contra eſt, quod vt inquit Galenus ſexto epid. parte ſexta capite quinto venena nulli vnquā vſui ſunt, neque ſanis hominibus, neque ægrotantibus. ſed expurgantia, conſtat, quanto vſui ſint. Præterea venena duplicia ſunt (tertio de temp.) frigore necantia, aut calore, ſed expurgantia ſiquando necant, neque frigore neque calore id faciunt, ſed euacuatione, ergo non ſunt in genere venenorum. Adde quod qua ratione dices expurgantia medicamenta venena eſſe, cogēris alexipharmaca dicere deleteria, quippe quæ & ipſa, niſi parua quadam quantitate aſſumpta ſint, necare poſsint. Sed mirum ſi theriacam, quæ venenis medetur venenum dicas. Quæſtionem hanc ita dirimit Galenus loco citato ex ſexto epid. (referam quę illic docet, quia nihil habeo hic noui quod præterea addam) quædam dicunt θανάσιμα ideſt mortifera pharmaca, quædam δηλητήρια ideſt venena. mortifera dicuntur quæcū que interimunt, vtcunque id faciant. atque ita non mirum, ſi contingat medicamentum, aut etiam alimentum fieri θανάσιμον, aliqua quantitate, aut aliqua occaſione, venena vero ea, quæ cum parua quantitate interimant, nullum vſum præſtant commodum neque bene valentibus neque ægrotantibus cuiuſmodi ſunt aconitum & marinus lepus. expurgantia medicamēta deleteria propriè nō ſunt, ſed ſicubi talia dicuntur, in ampliori ſignificatione intelligi debet, vt omnia, quæ quantitate non adeo magna interimunt, mortifera dicuntur. ſed pro breui hac quæſtione hactenus.

¶ Capu

¶Caput tertium. De aloe.

DE aloe videntur esse nonnullę controuersię in autorum scriptis. nam Ioanes Mesuè capite primo de simplici. ita scripsit, Neque ad aliud nisi ad vnum videtur nociuum, aperit em̄ orificia venarū, apertione sanguinem manere faciente. Auicena etiam libro secundo tractatu primo capite quinto eādem hanc noxam aloe imputat, quantumuis illum conetur Manardus trahere in cōtrariam sententiam. Dioscorides cōtrà libro tertio capite vigesimoquarto de aloe ita scripsit, Inter alia sanguinis reiectiones sistit. Dioscoridi videtur subscribere Galenus qui tertio de simpl. facul. capite decimoquarto docet aloem esse adstringentem, etsi soluat. quod non videtur posse præstare si sanguinem faceret fundi. quinto libro Method. capite quarto vtitur Galenus vt sanguinem sistente, & emplastico ad æmorrhagias, medicamento ex thure & aloe, quo nullum esset aduersum magis, si sanguinem fundi faceret. sexto etiam de simpli. med. facult. capite vigesimosecundo, etenim medicamen ventriculo gratum est, si quid aliud, & sinus glatinans, sanat autem hulcera, quæ ægrè ad cicatricem duci possunt, & maximè quæ in ano sunt & pudendo. In hac controuersia omnes ferè dicunt, aloem talem esse facultate, qualem à Galeno dictum est, & dioscoride, & ipsum esse hac in parte Ioanem Mesuem. Iacobus Siluius & alii quidam neoterici magopere contendunt illum ab errore vindicare sed non video qua ratione id possint facere quantumuis conentur. Dicunt enim aloem exterius impositam, atque cum oui albumine admistā siccare constringere & sistere emorrhagias, tamen potam fluxus sanguinis mouere. videntur occasionem sumpsisse ex illis Galeni verbis libri de theriaca ad pisonem capite sexto, Aloe scamaq; ęris supercrescentes vicerū carnes adstringunt & fluxiones quæ sub ipsis nascuntur sub inde exsiccāt, assumpta vero per os vniuersum corpus purgant. tamē qua ratione aloe pota fluxū sanguinis faciat non possunt dicere, nam siue dicatur fieri anastamaticon, quia est calidū & crassum, medicamentum, siue quidquam aliud, nihil est probabile, cum non sit Aloe tam parua vis adstringens admista, vt non fiat medicamentum adstringens. Nam cum tam læuicula adstrictione non posset fieri agglutinans. Verisimum ergo censeo quod cōfirmauere multo ante Leonhartus Fuchsius & Manardus & alii viri doctissimi, aloem non aperire, nisi forte ex accidenti, mordacitate humorum quos educit. ea ratione qua Galenus notat sexta particula Apho. commen. quadragesimoseptimo educentia atram bilem hæmorrhoidas prouocare, acrimonia scilicet eorum quæ educuntur. quanquam neque hac ratione videtur Aloe posse venas aperire, nisi forte minimum, & post multum & longum vsum. nam quanquam est bilis extractorium medicamentum, nō tamen atræ, neq; flauæ adeo multæ, sed ex primis venis solū, nā Gal. docet, 8. de cōpo. phar. secundū locos cap. 2. aloes purgationē nunquā transcendere vltrà hepar, idq; his verbis. Euacuatio igit̄ ipsa affligentis succi p solā aloem fit, quæ purgandi vim non fortem habet, sed vt ea quæ circa aluum contingit purgare possit. etsi aliquando ampliori pondere exhibeatur, vsq; ad locos circa hepar conscendit, nō tñ totum corpus purgans Aloe, existit. Quare non videtur posse mesuè carere reprehensione. nā aloe perse non est medicamentum anastomaticō, ex accidenti aliquatenus fortasse & post longū tempus. Sed nullum medicamētorū bilem educentiū minus aperit quam aloe quare falso imputat hoc nocumentum illi mesuè. quod omnium apertissimè refutat Plinius lib. 27. capit. 4. ita dicens: aloe sanguinis excreationes si modicæ sint drachmę pondere exaqua, sin minus ex aceto pota sedat. vulnerum quoq; sanguinem & vndecunq; fluentem sistit, perse vel exaceto. hæmorrhidum quoq; abundatiā lęniter sistit. Sed est quod interim notemus controuersiolam aliam, quę est in verbis ipsius Gal. quæ enarrauimus, loco nempe citato ex lib. de theriaca. Assumpta per os vniuersum corpus purgantia fiunt. loco alio ex octauo de compositione pharmacerum secundum locos. non tamen totū corpus purgans aloe existit. Gal. sententiæ videt̄ contradicere etiā Dioscorides, qui prædicto ca. inquit: aloem ictericos purgare. cōstat verò icterum purgationē nō fieri, nisi humoribus etiam ab ipsa cutè tractis. Hic videri possit gal. suipsius oblitus, & nulla ratione à contradictione esse liber. quanquā possimus dicere aloem solā sine admistione aliorū, potentiùs expurgātium, perse nihil expurgare vltrà hepar, sed commodè venire in mistionē medicamētorū expurgātiū totū corpus, & icterū soluētiū, atq; adeo solā posse hæc præstare, sed ex accidēti: expurgato nempe sanguine, qui est ab hepate, in vniuersum corpus diducendus. qua ratione vesica fellis purgat totum corpus ex accidenti, perse solum hepar. neq; quidquam est repugnans, hac ratione solui icterum, aloe prohibente distributionem bilis, & natura interim discutiente quod cutem maculat. sed de his dicta sufficiunt. nam erratum aliud mesues de aloe sequēti capite detecturi sumus.

¶Caput quartum. De compositione medicamentorum expurgantium.

PLęraque eorum medicamentorum, quæ per artem incomposita sunt, & proindeà nobis simplicia dicuntur, diuersarum facultatum particulis constant, naturà, composita quæ ipsa compositio naturalis ad tentandam compositionem maiorem medicamentorum artifices impullit. nam cum actione aliqua est opus, in medicamento autē cuius copia dat̄, cōmoda ad illā actionem est facultas,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cæterũ cum alia facultate,quà nõ eſt opus coniunct., ſolemus medicamentum aliud permiſcere,qđ faculratem qua eſt opus augeat, vel ſaltem non contun at,.eam quà non eſt opus cohibeat. Hæc ſo let eſſe occaſio componendi diuerſa medicamenta. Eſt a.a,cum tam compoſitæ proueniunt ex mor bo indicationes, vt illis nullum ſimplitium,quæ ad manus ſunt, videarur poſſe ſatisfacere.duæ hæ oc caſiones fecere,non tantum alterantia medicamẽt permiſceri,ſed & expurgantia.de alterantibus ꝓ- cedẽte opere dicturi ſumus:de expurgantibus nu c ſermo inſtituitur. Ex duabus illis occaſionibus na ſcitur duplex miſtionis modus.aut enim permi étur expurgantia cum iis quæ corrigunt, aut expur= gantia cum expurgãtibus.nam cum(quod Paul ſupra monſtratum eſt)expurgantibus medicamentis omnibus vis quædam in ſit mortifera, & aduer ventriculo, non oportet illam ſolam ventriculo oc currere, ſed talibus medicamentis permiſceri uæ vim expurgandi acuant , & qualitatem mole- ſtam emendent.acuitur purgandi vis permiſtion calidorum:emẽdatur aduerſa facultas à medicamẽ- tis natura ſua ventriculo gratis,qualia ſunt odora quæ quanquam adſtrictionem nonnullam habeãt quà ventriculo addunt robur, nihil tamen prohi et expurgantibus permiſceri.non enim habent eã adſtrictionem , quæ,ventriculum aut roborando ut conſtringendo,purgationem impediat,ſed quę ventriculum nimis debilitari aut lædi non permittat. hęc dixerim ad deuitandam quorundam impor tunam prolixitatem longiſsimè diſputantium, an liceat adſtringentia relaxantibus permiſceri, cùm eam admiſtionem mire commendauerit Gal.3.de ſimplic.faculta.capi.14. proferens multa exempla. cùm,eorum quæ naturà compoſita ſunt ex vi adſtringente & purgante,cuiuſmodi aloe: tum,eorum quę arte componuntur,vt ſi rhu ſuccum ſcamoneę ad miſceas. Verum de his breui nos diximus,& qđ res habet,& ab Hippo.deſumptum eſt.2.de ratione vict.in morbis acutis cap. 11.vbi ita inquit. Vera- tro quidem nigro vel daucum vel ſeſeli vel ciminum , vel aniſim vel aliud quipiã boni odoris miſcẽs hæc Hippo.Mos eſt aliis medicis nõ accuſandus,ſalem gemmam aut ſpicam nardi permiſcere m di- dicamentis expurgantibus,cum in trochiſcos rediguntur. Altera compoſitio eſt,expurgantium cũ ex- purgantibus,quam ex ſecunda occaſione ortum habere patet. nam non alia de cauſa medicamenta expurgantia alia aliis permiſcentur,quam vt multi ſucci euacuentur ſimul, aut ęque,aut non æque.in qua permiſtione duo ſunt potiſsimũ obſeruanda,quod apud Gale. videre licet lib. cui titulus eſt quos & quando cap. vltimo,& in commentario loci citati lib.2.de ratione victus in morbis acutis: alterum vt medicamenta quæ permiſcentur ὁμοιότροπα ſint,ideſt eiuſdem modi,qualia eſſe dicit veratrum & peplium. dicuntur vero talia,non quæ conſimiles euacuant ſuccos (diuerſos enim poſſunt euacuare, vt commodè veniant in miſtionem) ſed quæ eodẽ tpe cõplent expurgationem. eſt em̃ duplex in me- dicamentorum potentiis differentia,quædam quæ in vehementia expurgationis conſiſtit,quædã quę in motionis celeritate.ſunt itaq; nonnulla citò purgantia,nonnulla purgantia ſerius .cauandum itaq; eſt,ne aliquid eorum quæ ſerius purgant,cum citò expurgantibus permiſceamus.fieret enim ita diuer ſa purgatio,hoc eſt,ſecundum tempus inæqualis , & ita vt cum alterius ceſſaret motio,& virtutem o- porteret cõquieſcere,altera denuo purgatio inciperet.aut(quod felicius fieret etſi nõ innoxie) quod tardius purgat erumpet cum citius purgante,purgationem ipſam nihil iuuans,& moleſtiam purgatio nis,ac intemperiem ventriculi vehementer augens. vnde nonnulli ſibi videntur meritò conſuetudi= nem quandam medicis omnibus valde familiarem vituperare, admiſcendi lęnientia cum expurganti bus,vt caſiam fiſtularem,gratia exempli,cum agarico,aut rhabarbaro,quoniam dicunt impotentiora eſſe toto genere lęnientia expurgantibus, & tardioris actionis: proindeque lęnientia nonnulli offe- runt ſola,deinde expurgantia ſeorſum,interpoſito,ſcilicet,eo interuallo, quo ſibi videtur poſſe lęniẽ tium & expurgãtium actionem in idem tempus deducere. Tamen horum ſententiam ego minus pro bo. Nam quæ lęnientia tantum ſunt,cum non expurgent,ſed lubrico & lęnitate ſuccos deducant, nõ habent proprium operationis tempus. ſed ſi quid aliud eſt, quod vẽtrem cito ad excretionem excitet, cito prætereunt emollientia, ſin minus tardius. proinde cum medicamentis expurgantibus permi- ſta,pro virtute ipſorum expurgantium citius aut tardius deiiciẽtur, præibuntq; emollientia vias,atq; ſuo lubrico lęniter deducẽtia, quę expurgantia, traxerint , quod vnum bonum ex horum permiſtio= ne expectabatur.aliud eſt in expurgantium medicamentorum miſtione cauendum , ne ex omnium ſimplicium quantitatibus maior aliqua doſis reſultet doſi propria alicuius illorum . ſunt enim medica mẽtis ſingulis ꝓprię doſes,quę quãtitates ſunt quibus medicamẽta illa commodè exhibeantur,ꝑ expe rimentum inuentræ. vt gratia exmepli, rhabarbari doſis eſt à drachma vna vſq; ad drachmas 4. quas doſes conſtat vel ad temperatum corpus dici , quemadmodum in medica arte alia omnia , ita vt nul= la omnibus naturis conueniens doſis ſit,ſed pro deuitanda multitudine præceptorum,vt aliæ regulę, de medio ſemper intelligantur.quemadmodum omnium medicmẽtorum virtutes in media natura examinauit Gale.ita vt in hac conuenientes quantitates examinentur , atq; mediis naturis offerantur hæc medicamenta his quantitatibus,liceat tamen aut maioribus aut minoribus nonnunquam exhibe re,peculiaribus eorum,quibus exhibentur,conſideratis naturis.aut naturis indiſtinctis,preſcribuntur quãtitates medicamen orũ,ita vt nunquam aut infra quãtitatem pharmaci,expediat,aut ſupra liceat,

tentare.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tentare. verum ego ad temperatam naturam dixi non intelligo. non enim de mediocri natura prescribetur regula, & reliqua coniecturæ medici permittentur, quando cum tam multa latitudine prescribuntur doses. neque profectò cùm dicitur scamonii dosim esse à granis quinque vsque ad duodecim, & agarici in decoctione a drachmis duabus vsque ad quinque. sunt enim hæ tam amplæ latitudines, vt nequaquã verisimile sit, vni naturæ totas eas quadrare. Sed neque cum vnica dicitur, vt cum dicitur dosis electuarii indi maioris est aurei tres. Non ad permutandas medicamentorum doses quãquã conferat nonnihil natura ægrotantis, tamen sunt alia multa, quæ maiorem videntur diuersitatem efficere, modus scilicet morbi, & magnitudo, & mos, præterea & anni tempus & reliqua omnia, quę ad victum spectant, & præparatio quę antecesit, & concoctio quæ aut adest aut non adest, & humor q aut turget, aut non turget. horum enim ratione, magis quam naturę ipsius qui ægrotat, plus minus ve offertur medicamenti. Igitur hæ doses non solũ temperatis naturis præscriptæ sunt. Nam calidũ medicamentum perpetuò afficit, vno modo temperatos, & alio intemperatos: tñ expurgãs medicamẽtum, nõ perpetuò, cum reliqua omnia considerata sint, quæ diximus, siue temperatum hoc in loco intelligas, quod optima temperie est, siue quod mediocriter cædit pharmacis. nam & id idem corpus, quod mediocriter pharmacis cædit natura sua, potest nunc ex modo morbi aut ex occasione alia difficulter solui, & quod natura facilè soluitur, potest modo ex occasione pharmacis renitti. Non itaq; res ita habet. sed cùm medicamenta expurgantia (vt neq; alia aliqua medicamenta) operari nõ possint nisi certa quadam quantitate adhibita: cumque propter mortiferam qualitatem, quam permistam habent, nisi parua satis quantitate sumantur, noxia sint, aut etiam pernitiosa, inuentum expiramento est, ex multa medicorum diligentique obseruatione, nunquam medicamenta infra minimã dosim exhibita insigne aliquid operari, nec supra summam dosim dari posse citra ægrotãtis magnam noxam, aut etiã vitæ discrimen. Quare danda quidẽ medicamenta sunt his, qui difficillimè expurgantur, cum reliqua omnia indicant augendam esse medicamẽtorum dosim in dosi maxima: his qui expurgãtur facillimè, attestantibus reliquis omnibus, in dosi minima, mediocribus in mediocri, tamen infra minimam, aut supra summam, nunquam exhibendum est, quoniam hoc facit noxas non ferẽdas, illud nihil cõfert. cùm verò ab autore quopiam sine distinctione dicitur dosis, intelligendũ est, id quod dicitur, esse dosim summam. hanc enim oportebat magis diffinire quam minimam, quantò scilicet aucta quantitate medicamenti, quam imminuta peccatum potest fieri grauius. Igitur cum medicamenta aliqua simplicia in mixtum aliquod cõiicimus, cõsiderare oportet singulorũ doses, & tantum ab vniuscuiusq; dosi detrahere, quantũ reliquorũ quantitatibus suppletur, ita vt quod ex illis omnibus resultat, nullius illorum summam dosim superet. esset enim illud perinde ac si medicamentũ illud in dosi maiori maxima daretur. Tamen intellige non esse absolutas quantitates eorum, quæ permiscentur, considerandas ad reddendam alicuius simplicium summam dosim, nisi contigerit medicamentorũ quæ permiscent doses esse æquales. nã si inæquales sunt, constat drachmã exẽpli, gratia, eius cuius dosis est maior non suffice re pro drachma eius cuius dosis est minor. Nam si quis det agarici. 3. ß. & medullæ casiæ 3 ß. pro reliquo repẽdat vsq; ad dosim minimam agarici, quãquam 3. 1. dat medicamenti compositi, ex agarico, tñ infra minimam dosim cosistit. contra si offerens 3. ß. agarici, pro reliquo rependat 3. ß. scamoniæ, offerens vnicam drachmam, transcendit summam dosim. Igitur non sunt quantitates absolutæ cõsiderãdæ, sed proportiones, vt si ex agarico mens est medicamentũ cõponere in minima dosi, & de minima dosi agarici dimidiũ subtrahitur, dimidium etiam subtrahi debet de minima dosi medicamenti alterius, quod cum illo coit. si verò mens est medicamentũ componere in maxima dosi perinde est faciẽdum. si scilicet dimidium ex maxima subtrahitur, dimidium quoq; ex alterius maxima debet subtrahi, quãq; portiones illæ inæquales sint. Nam constat ex inæqualibus dosibus æquales partes secundũ proportionẽ fore inęquales quantitate absoluta. corrigẽtia etiã, quæ cũ his medicamentis admiscentur, non debent haberi pro expurgantibus, nec reliquorũ dosibus debent detrahere aliquid, sed permisceri debẽt, ita vt fit ab ipsis pharmacopolis ex arte, nobis seorsum prefinientibus in syngraphis expurgãtiũ doses. Ex dictis intelliges duo grauissimos errores gentilis fulginatis in libro de proportionib⁹ medicinarũ. dicit em primò, cũ coeũt multæ medicinæ soluẽtes, debere aliquã illarũ habere dosim propriã in dosi cõpositi, quandoquidem reliquas inquit non soluere, quod non habent conuenientem quantitatem. tamen fallitur apertè. nam potest, ex multis minoribus dosi conuenienti, dosis compositi conueniens resultare, immò vero si vna illarum habet conuenientem, necesse est ratione aliarum compositum habere nimiam. dicit deinde, licere medicamẽti fortioris admixti cum debilioribus prestare plus, quam illius medicamẽti fortioris, sit summa dosis. ita vt scamonii summam dosim dicat. 12. grana, tamen cõcedat lectuarii ex stechade, epythimo & hiera partẽ in qua scamonii soli⁹ sint, 30. grana, qm̃, inquit, dat scamonia cum declinantibus illam ad inferiorem gradum. tamen hic error non est ferendus vtpotè pernitiosus. non enim solum gratia admistionis aliorum nisi corrigentia sint, addendum non est vnius dosi, sed tantum subtrahendum, quantum aliorum portionibus supletur. nam si intensum remittitur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mittitur à remisso, remissum intẽditur ab intenso, atque ita seruata proportione simplicium, quam diximus, fit mistum remisius intentissimis simplicibus, & intensius remississimis, & quantitas dosis prouenit tanto maior dosi intensiorum, quanto compositum illis est remisius, & tanto minor dosi remissiorum, quanto illis est compositum intensius, fitq; hac ratiõe conueniens dosis. ex quibus satis elucet error Ioanis, mesues, qui aloem melli ad mistam minus expurgare quam sine melle, scripsit. nã mel ipsum perse subducit aluum, non ergo aloes vim soluendi cohibebit. dicta si obseruentur in cõpositis medicamentis, fiet vt quoniam cũ corrigẽtibus permiscentur, sine graub⁹ symptomatis expurgatio fiat, quoniam ὁμοιότροπα sunt, non diuersa, atqui quoniã præscriptam seruant dosium regulã nec nimia sit nec deficiens. quare omnia circa expurgationem rectè cædent. Sed de expurgantibus medicamentis satis diximus, de alterantibus nunc dicendum est. de modo quo operantur est caput. 12. primi huius operis libri, de secundis qualitatibus quæ in cognitionem primarum nos ducunt dicemus imprimis in hoc nono.

¶ Caput quintum. Quæ qualitates secundę quas primas indicent.

PHilosophi fere omnes, & medicorum non pauci, ex secundis qualitatibus rimantur temperies rerum, non diffidentes se hac ratione posse qualecunque sit temperamentum ratione syllogistica inuenire. cum enim secundas facultates ex primis nasci sibi persuaserint, qualitates secundas ex modo quo sunt primæ (est verò id temperamentũ) nasci certum esse putãt. Cum verò hæc ita habere physici omnes dicant, deinde in secundarum qualitatum significatione varie opinantur. nimirum dant alii candorem calori, alii frigori, viriditatem perinde, nigredinem eodem modo. densitatem alii frigoris alii caloris sobolem dicunt. hinc fit vt oleum alii calidum, alii frigidum statuant, & acetum alii vrens, alii perfrigerans vehemẽter esse contendant, neq; solũ de his sed vel de venenis ipsis, quib⁹ certũ est alterum summe inesse, hęreant, vt nõ desint qui cicutam venenum calidum esse contendant. peperit verò in re hac omnium minime ignoranda medicis, tantam opinionum varietatẽ ipsa placitorum quo procedunt falsitas: quam primus omnium sapientissime prodidit Gal. statuũt scilicet, ex coloribus & accidentibus quæ in sequuntur modum substantiæ, & saporibus, sentiri posse rei cuiuspiam temperamentum. quod tamen de nõnullis qualitatibus omnino est falsum, de aliis quodámodo verum est, tamen nõ omnino, vt sermo hic monstrabit. Qua ratione alba calida esse dicas aut frigida, & nigra cõtraria albis vt colore ita temperamento, cum nix & calx sint maximè candida & lactitimali vero lacti sit concolor? iam vero de crassitie aut tenuitate quid dicas, cum tam frigida quam calida medicamenta possint esse vel tenuium partium vel crassarum? & videas plęraq; densari à frigore, & alia multa crassescere à calore. iam odores & sapores quo pacto indicent cum cicutam experiamur graui odore & sapore amaro? nimirum omnia hęc argumenta quæ ad cognoscenda temperamenta rerum ducũtur à secundis qualitatibus, ab extraneis quibusdam dicit esse Gale. ei vni fidit, quod ab operatione ductum est. nimirum quod calfacit calidum est, quod refrigerat frigidum, dummodo in temperato corpore periculum fiat, aut etiam in corpore ægrotante, argumento ducto à iuuantibus & nocentibus. id enim a quo calidum corpus lædituꝛ est calidum, & a quo frigidum lædituꝛ est frigidum, si, scilicet, ea læsio alterando fiat, nam ratione causæ morbi, nihil mirum calidum præter naturã corpus lædi à frigidis, vt fabricitantes sæpe læduntur ab aqua frigida. Animaduerte tamen, quãquam quod calidum præter naturam corpus lædit alterando, calidum est, non tamen perinde quod iuuat, frigidum esse, nisi id vehementer faciat. Nam & quæ remisius calida sunt possunt iuuare. sed hæc curationis methodum attingunt. modo illud vnum statuimus, nullum esse certum argumenti locum ad inueniendum rei cuiuspiam temperamentum ex secundis qualitatibus, sed ex modo quo nos afficiũt solum, ita vt in hac doctrina nullum ratio locum habeat, sed tota sit empirica. sed (dices) si hæc ita habent, quorsum Gale. de saporibus & temperamentis singulorum tam multa disceptat quarto. de simp. med. fac. dicens hos sapores caloris esse, illos frigoris? Prętera, qua ratione possumus effugere illud argumentum quod in principio propositum est, secundas qualitates ex primis fieri, & proinde sequi illarum modum? Animiaduertendum hic primo est, non idem esse qualitatem aliquã ex calore fieri, aut in calido corpore esse, vt gratia exempli amaritudinem ex calore vincente nasci, aut calida esse amara. nam fieri potest vt res aliqua amara sit participatione partium calidarum, tamen vt tota calida non sit. sunt enim omnia medicamenta, quantumuis simplicia videantur, composita tñ naturà, ac plerunque ex contrariarũ facultatũ partibus. eodem modo intellige de aliis qualitatibus. animaduerte præterea qualitatũ secundarũ quasdã neq; caloris neq; frigoris esse soboles. huiusmodi sunt colores, quasdam quidem esse, tamen neq; eas significare exacte temperamenta medicamentorum, tales sunt modi substantiæ, odores & sapores. Singulorum verò rationes iam dico. colores vt dictum est. 3. li. ex sententia Platonis, quæ hac in parte saltem est probabilior, sunt flamulę quædã & splendores in extremitatibus corporũ, participantur a corporibus admistione splendidi, quod est naturæ ignis cœlestis, cũ elemẽtis, quæ per se sine colore sunt. dictũ quoq; est ignem illũ neq; calidũ esse neq; frigidum sed splendidũ. ex quib⁹ cõ

stat

ſtat proportionem & admiſtio[n]ē ignis cū elementis,non permutaturā rei temperamentū,eò[q] colores nulla ratione poſſe temperies ſignificare,ſed colorem quencūq; poſſe cū calore & cum frigore conſiſtere.ſed ſi hęc vera forent (addes) non fieret res eadem,quod vreretur aut profrigeraretur,alterius coloris.Sed neq; hęc cōuincūt.Nā fit alter aut alter color,quia variat proportio ignis cęleſtis ad elementa,Hæc variare poteſt biffariam aucta aut inminuta quantitate ignis ipſius,aut eo non variante ſed permutatis ipſis elemētis.augeri aut minui ignem cœleſtē ſimpliciter, neq; calorem auget neq; frigus.cum ille neq; calidus ſit neq; frigus.Sed alteratio ſecundū ipſa elementa poteſt calorē aut frigus augere.elementorum enim ſunt primò calor & frigus. quod à prima generatione res hæc viridis ſit, illa nigra,poteſt facere maior aut minor ignis cœleſtis participatio, elementis aut eodē modo aut diuerſo,vt tu velis fingere,habentibus.Sed quādo res quę modo alba eſt aut palida. gratia exēpli colorē cōmutat,paſsione accepta ſecūdū elementorum ſubſtantiam id patitur quo fit vt de rerum diuerſarū temporamentis natiuis,ex diuerſis coloribus nullum ferre iuditium poſsis,tamen de rei eiuſdem quę colorem ex colore comparauit temperamento aduentitio poſsis iudicare, adhibitis quibuſdam coniecturis.Nam lapides vſtione denigrantur primò deinde dealbātur: & excremēta humana nigra,fiūt, nunc colore,nunc frigore.ſed de his aliis locis docuimus ratiocinari.Itaque colores hoc modo ſe habent. craſsitiem & tenuitatem & reliqua accidentia modi ſubſtantiæ, non dubium eſt ex miſtione elemētorum prouenire,ſed cū elementa non duo ſint,in quibus ſecundnm ſolam rationem maioris aut minoris vnius ad alterum poſsit proportio variare, ſed quatuor quorum quodlibet, vtcunq; immutatum totam proportionem immutat,fiunt complures miſtionum modi,& illorum varietas mira facit,vt euadere res poſsit calida & tenuis,& frigida & craſſa, aut frigida & tenuis.Nam finge magnas portiones terræ & ignis,mediocrem aēris,minimam aquæ. fit res calida & craſſa.ſi vis frigidam & tenuem,finge aquę & aēris, maximas portiones,minimas terræ & ignis.rem frigidam & craſſam, aut calidam & tenuem nō eſt difficile intelligere.quod ſi nos potuimus ex quatuor elementis modos miſtionum excogitare quibus hæc fient quantò veriſimilius eſt ipſas rerum naturas mille talia machinaturas. Quare neque accidentia cum ex prima generatione res commitantur,quidquam poſſunt indicare.ſaltem de temperie calidi & frigidi.ſed neq; de ſicci & humidi temperie videntur poſſe ſignificare.Nam cum ex quatuor elemētis aliud ſit craſſum& ſiccum,aliud tenue & ſiccum, aliud craſſum & humidum aliud tenue & humidum,conſtat quodcunque temperamentū,poſſe cum quocūq; modo ſubſtantiæ conſiſtere.mollities & duritiesl onge differunt à craſsitie & tenuitate,ſunt enim medicamenta dura ſed friabilia tenuiorum partium, quam mollia ſed glutinoſa, poteſt vero eſſe quod durum eſt friabile aut non friabile,& quod molle glutinoſum aut non glutinoſum.Itaq; poteſt eſſe medicamentum durum & tenuium partium,molle & craſſatum.Igitur longe diuerſa accidētia ſunt craſſities & tenuitas partiū,à mollitie & duritie.cum itaque ex craſsitie aut tenuitate nō poſsit rei temperamentum coniectari, ex mollitie aut duritie videtur poſſe. non enim alia ratione diſtinguit Galenus membra mollia à ſiccis,in tractatione de temperamentis.tamen has quoque qualitates ſcire licet ſignificare humorē & ſiccitatē quę actu ſunt,& has ipſas cum quibuſdam limitationib⁹, excluſis nē pe vehemēte frigore & ardēte calore,quę duo poſſent iuditiū perturbare.Sed neq; cū his limitationibus neq; cum quibuſuis aliis poſsis ex mollitie aut duritie humorē aut ſiccitatē quæ ſunt potentia intelligere.nā muria & bilis & lotium & mille talia,mollia ſunt admodū & ſicca,rurſus cucurbita & perſica res his multo duriores,humectant.requirimus verò in medicamentis potentia non actu qualites.quare neq; mollities aut durities ad hanc doctrinā quidquā conferunt.ſapores aliquantò plus ſignificant.quin potius quantum in ipſis agitur,euidenter indicant temperamenta ſubſtantiarū quibus inſunt Sunt enim illorum quidam,q nūquā non fiunt ex frigore,hi ſunt acerb⁹ auſterus & accidus: quidam qui ſemper ex calore.hi ſunt ſalſus,nitroſus amarus & acer. quanquam neq; hoc paſſus eſt auerroes ſine controuerſia tranſigi,libr.5.collectaneorū, 27.cœtera ex Gal. recipiens, negat ſaporem amarū ex calore fieri ſemp,ſed ex calore aut frigore fieri poſſe,modo calor aut frigus cū deſiccatione cōiūgantur.nitit hæc monſtrare exēplo multarum rerū quæ cum amarę ſint calidę nō ſunt.cineres ſane cōſtat eſſe vſtione genitos,ſed frigidos & ſiccos & amaros. cicuta omnium maximè videtur illi fauere, eſt enim frigidiſsima vſq; adeo vt necet,& amara. his addit hanc rationem.fructus omnes cum maturātur, calidiores fiunt.eſt enim maturitas cōcoctio quędam,& omnis concoctio fit aucto naturali calore.ſed ſunt,fruct⁹ qui cum immaturi adhuc,amari ſint.maturati dulceſcunt.Si ergo cum incaleſcūt, dulceſcunt ex amaris,eſt nonnunquam amarus ſapor ex frigidiori cauſa, quam dulcis.His rationibus ductus ita ſtatuit,amarum ſaporem ſequi ſiccitatem,ſiue ea cum calore ſiue cum frigore cōiuncta ſit. eſt verò vltima hæc argumentatio aduerſus Gal. fortior eo quod Gal.ipſe inueſtigat ex modis maturationis ſaporum cauſas.fructus enim omnes oſtēdit ex ſaporibus frigidioribus (vt ita eos appellem) ad calidiores ꝓcedere.fiunt enim(vt inquit)ex acerbis quædam acida,quædā dulcia, quędā pinguia. ea nempe quorum acerbitas reſoluitur ſolo calfactu,dulceſcunt manentia dura,& ſeruantia quodam modo accerbitatem,vt caſtaneę,quorum verò accerbitas reſoluitur ſola humectatiōe, aut humor eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ueus & crassus,fiũtq; ita austera,aut aëreus & tenuis,fiũtq; [illegible]orum accerbitas resoluitur calfactu & humectatione,aut humor est aqueus,& fiunt dulcia & mollia,aut aëreꝰ & fiũt pinguia.his addit Auerroes fieri quædã ex amaris dulcia,quod ex ipsis Gal. principiis videtur firmissimũ argumẽtũ temperamenti frigidioris,quod nõnunquã amaritudinem creat.quod si mel vstione amarescit, neq; id indicat,ex maiori calore amaritudinem fieri semper quam dulcedinem, sed aliquando. quod neq; Auerroes neget.Cœterum vt paulò ante dixi,Gal.contra cẽset,neq; ille solus,sed cum illo omnes medici,dẽptis,vno Auerroe inter superioris seculi auctores,& inter hodiernos Franciſco valeriolla,in enarratione quarta lib. primi,qui reliquos omnes reuocant in hac controuersia. Tamen non omnes vincuntur illorum argumentis quantum ego intelligo, quin potius illi vincuntur, quos argumenta, non læuia illa quidem,sed quæ non carent suis dilutionibꝰ,ab opinione receptissima reuocarunt.Nã ea omnia argumenta,quæ ab exemplis rerum frigidarum & amararũ desumpta sunt, vnica illa distinctione dilluuntur,quam paulo ante scripsimus:nõ idem esse,dicere, omnis amaritudo nascitur ex calore,& omnia amara sunt calida,cum res aliqua possit esse excellenter frigida, quæ tamen participet calidas partes,quarũ causa amara fiat. Sed addes his calidæ partes plures sunt,aut maiores frigidis,réquoq; calidã fieri.nimirum cũ duæ substantiæ contrariarũ qualitatũ veniunt in vnam mixtionẽ,vincentis aũt magnitudine aut intensione denominatio tribuit toti. si vero pauciores aut minores sunt partes calidæ frigidis,non possint toti mendicanto impertiri suos sapores, quin potius sapor frigidarum partiũ elucebit.Non igitur vidẽtur duo hęc simul posse vere dici,amarum saporem esse in calido & medicamentũ aliquod frigidũ,amarum se gustui exhibere. Est sanè hæc argumẽtatio secunda,subtilis.sed audi dillutionẽ,qua percepta rem ipsam intelliges distincte. Qualitates secundæ attemperantur mutua admistione,vt & primæ,tñ sunt illorum aliquæ, quæ cœteris paribus (quod attinet ad magnitudinẽ & intensionem) natæ magis sunt alias in suas formas trãsmutare, quam in aliarum formas abire.sunt verò tales,extremæ qualitates,atq; inter ipsas extremas qualitates,est semper aliqua cui hoc præcipuè ineſt. vt inter colores, niger hoc habet insigniter. nigræ enim substantiæ etiam minima portio aliam quancunq; inficit. nigra verò ægerrimè colorem amittunt. hoc etiam principium accepimus in tertio libro,ad monstrãdum posse fieri vrinam nigram & tenuem, quandoquidem ostẽdimus hac ratione multò minorem portionem sufficere ad denigrandũ quam ad crasitudine mutãdum.qđ inter colores habet nigricies,hoc habet inter sapores amaritudo.quod non minus licet experimento explorare. In vas aliquod aqua aut posca plenum, immitte tantillum bilis, aut dissolue tãtillum aloes,& videas totum liquorem continuò amarescere.contra vas plenum bile,tanta inmissa aqua aut posca dillue vt amaritudinem deponat, & videas grandes congios liquoris insummi, vt vix tandem amaritudo euanescat.nimirum amaritudo vbicunq; est elucet, quantumuis exiguis insit partibus,& multo pluribus contrariæ qualitatis admista sit.quare nego,si quæ res amaram se gustui præbet,calidarum partiũ habere pluresq; frigidarum,non enim arbitror tu neges liquorem conflatum ex aquę lib.vna & bilis octaua vncię parte frigidum esse.quem tamen experiere amarũ. Quod fructus aliquis ex amaro maturitate fiat dulcis,non recipio.non enim putauerim,eum qui vehementer amarus sit,satis dulcem aliquando euasurum. Qnòd verò ex vehementer amaro minus amarus fiat,& dulcedinis magis particeps,aut ex parua aliqua amaritudine dulcis,nõ nego.tñ video esse duplicem modũ huius maturitatis, sine sententiæ contrariæ assertione: aut excretis amaris partibus pro excrementis inter coquendum,aut permistione humdarum partium deponẽtibus ariditatem, atque ita dimittentibus amaritudinem. fit enim amarus sapor non ex calore solũ,sed ex calore & siccitate. vtralibet qualitate deposita remitti potest.& sanè ambabus rationibus hoc fieri mihi persuadeo,bona parte abeunte cum incontento humore, qui resoluitur,reliqua permixta cùm humore vtili.sed de speciebus maturitatis dicemus multo plura in cõmentariis quę deo dante citò sumus edituri in quartũ librũ Meth. Aristo.Sapores itaque ex quibusdam temperamentis fiunt non ambiguis,sed gratia permixtionis diuersarum partium,nihil indicant certum.Notatum verò hic velim,antequam hoc caput concludatur nihil esse impossibile saporem aliquem frigidum(ita voco distinctioris doctrinæ gratia eum,qui frigus propriæ substantiæ,significat) fieri à causa calida, hoc est, rem aliquam acescere actione causæ calidæ. Nam neque rem aliquam refrigerari à calore ex accidenti est impossibile. quare nihil perturbêre, videns vina acescere ad solem posita,neque si quando Alexandrum Tralianum aut Auicenam aut alium quempiam autorem, audis dicentem, cibum ex calore ventriculi acescere. Nam præterquamquod doctrina ipsa perse est suspecta, quod alio loco explicuimus, aduersus ea quę modo diximus de saporibus nihil affert. Nam multò aliud est saporem nasci ex temperamento calido aut frigido quàm fieri causa calida aut frigida impetente extrinsecus. Sapores ita habent vt dixi. Odores eiusdem naturæ sunt cum saporibus,vt secundo libro ostendimns, minima quadam differentia dissidentes crasitiei aut tenuitatis. Sapores scilicet sunt aquæ, odores vaporum. quare odorum differentiæ, si sentiri à nobis possent, perinde indicarent, quantum suspicor, ac sapores,

pores, tamen quia differentiæ nos laten. pr e noſtri odoratus imperfectione, multò minus ex odoribus perſentimus quam ex ſaporibus. Nam eorum quæ ad odoratum pertinen t nullas ſpecies ſentimus, ſed hæc ſuo ſolum, ſit ne res odora an inodora, & ſit ne odor gratus an ingratus. Hæc vero nihil poſſunt ſignificare. Nam quo dres aliqua ſit inodora, fieri poteſt ex partium craſsitie: quę vt antea diximus, poteſt cum calore & c m frigore conſiſtere, iam verò vt odora res quępiam ſit, calorem quẽdam exigit, tamen obeſt partium uerſitas, quam in ſingulis rebus eſſe diximus, multò magis iudicio, quod ex odoribus fertur, quam e quod ex ſaporibus. Nam omnes partes, ex quibus res ea, cuius temperamentum exploratur, conſtat, o currunt linguæ, quanquam ſint multiformes, odoratui tamen illę ſolum quę in vapores ſoluũtur, uanquam ex multis aliis res ſit conflata. collegim⁹ itaque ex nullis qualitatibus earum quæ ſecundæ a pellantur, firmum ſatis inditium ſummi temperamenti. ſupereſt igitur ſola experientia, cui vnicę fi ndum eſt, etſi à ſaporibus nõnihil iuuemur in hac dignitione. Notandũ obiter hic eſt, falſo dixiſſe aleriollam Gal. opinari, nihil amarum poſſe eſſe boni odoris. Nã quanquã cap. 21. 4. de ſimp. med. fa ltate ſcripſit καίτοι τό γε πικρὸν οὐδέποτε ἦν εὐωδὲς tamen eodem loco ſtatim ante hęc verba, ita dixe t, in omnibus ferè conſentiunt guſtus & olfactus, tamen in ſuauiſsimis velut roſæ differunt quidem & plurimum diſsident. non enim ſolum guſtantib⁹ ſuauia non ſunt, ſed amaritudinẽ etiãnõ paucam præ ſe ferunt. Hæc cum dixerit, quibus apertè concedit amaram roſam ſuauiſsimam eſſe odore, immò verò miſſo exemplo, hoc plærunque ita contingere, vt quod ſuauiſsimum eſt odore, nõ ſolum non ſit gratũ guſtui, ſed amaritudinem etiam pręſe ferat, atque eam non paucam, quomodo ſtatim diceret, nullum amarum eſſe odorum, ſi ſanus modo erat? multo igitur probabilius ſit, aliquid aliud in Gale. verbis contineri, quam illum inſanire. quid illud ſit? quid aliud, quam quod mox addita verba declarant, quæ Valer. in enarratione omiſit? eſt enim hæc totalictio. καίτοι τὸ γε πικρὸν οὐδέποτε ἦν εὐωδὲς, οὔθ' ὡς φάρμακον, οὔθ' ὡς τροφὴ ἡμῖν ἡδύ ideſt atqui quod amarum eſt, nunquàm eſt bene olens, neque vt pharmacum, neque vt alimentum, nobis gratum. hæc Gale. quæ non aliorſum dixit, quam quòd amara etſi habent plerunque gratos odores, quod mox dixerat, tamen quales pharmaca, aut alimenta guſtui, grata, nunquam habent. nimirũ ſunt alii quidam odores, qui delectant naſum, alii qui prouocant guſtum, illos plerunq; adeſſe rebus amaris dixerat, multum hac in parte conſentiens theophraſto, hos negat, experimento ipſo ductus. null⁹ ſanè quantumuis moſchi odore delectetur, ad illius eſſum prouocatur. nihil itaque hac in parte eſt erratum à Galen. neque eſt quod valeriola fingat hoſtem, quem feriat. ſed de propoſita diſputatione hæc ſcire expedit.

¶Caput ſextum. De vino ſit ne humidum an ſiccum.

DE vini temperie parum videtur inter pręcipuos artis medicę autores conuenire. Nam Galenus ſecunda particula apho. com. vndecimo, vinum calidum & humidum eſſe dicit. eãdem ſententiã ſcripſit in commentario decimo octauo eiuſdem particulæ, & capite decimo ſexto libri tertii de cauſis pulſuũ, vbi docet vinum nutrire celeriter, quia in eo eſt vigẽs calor, dux humoris. Paulus etiam & Aëtius vinum calidum & humidum ſecundo gradu dicunt eſſe. Sed contra eſt, quod idem Galen⁹ quinta particula Aphor. com. quinto, vino calfaciendi & deſiccandi potentiam videtur tribuere, his verbis, turſus autem qualitate ſanat, eam quam fecit affectionem, neruos calefaciendo atque exiccãdo. Eſt igitur conſtituta magna controuerſia inter grauiſsimos autores, & in ipſius Galeni verbis. quã manardus volens dirimere libro quatuordecimo epiſt. tertia vinum humidum alimentum eſſe dixit, & ſiccum medicamentum. verumtamen, quantum ego intelligo, maius aliquid ſignificant Galeni loca, quæ vinum humidum eſſe dicunt, quam calidum & humidum alimentum eſſe. Nam ex doctrina Galeni tertio de temperamentis, omne alimentum, vt alimentum, calidum eſt & humidum, quoniã ſcilicet, auget ſanguinem, & ſubſtantiam calidam & humidam raparare omnibus alimentis eſt cõmune. quare quod omnibus eſt commune nulli tribuetur veluti peculiare. Sed cum alimentũ aliquod calidum aut humidum, frigidum ve, aut ſiccum dicitur, non eò quòd nutriens eſt, ſed quod aliquam harum qualitatum habet excellentem, tale appellatur. quare vinum & vt alimentum & vt medicamentum, calidum & humidum eſſe cenſeo. calfacit enim & humectat manifeſtè ſua propria ſubſtãtia. neque enim ſi ſiccum eſſet, poſſet eſſe valde nutriens. neque profectò habet ſubſtantiam vnam qua operetur, vt alimentum, & aliam, qua vt medicamentum. quod ſi quam tamen ſiccitatem inducit, illud facit ex accidenti, aut aucto calore, quemadmodum obmuteſcentiam eius qui ebrius eſt, ab ipſo vino ſanari calfactis neruis perſe, & ex nimio calfactu ex accidenti deſiccatis, docebat Gale. 5. Apho. 5. aut facta per occultam expirationem multa humidæ ſubſtantiæ euacuatione. Conſtat verò omnes has operationes ex accidentifieri, non perſe. operationes autem quæ ex accidenti fiunt, non tribuunt medicamentis denominationem, ſed illæ quæ perſe. alioqui balneum aquæ calidæ cogeris ſiccum medicamẽtum appellare. Nam nimia calidæ aquæ infuſio extenuat corpora, humoribu exolutis per halitum. &

aquam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& aquam frigidam calidum medicamentum appellat is, q ppe quæ solet conuulsiones ex repletione sanare, vt Hippocra. docet quinto Aphoris. vigesimo primo, neque solum hoc, sed & medicamenta omnia expurgantia cum primo ingressu & per se corpus calfaciant, deinde refrigerant & extingũt febres, euacuatis scilicet vitiosis excrementis. igitur si operationes, quę ex accidenti fiũt, denominationes medicamentis non dant, non est quod vinum s cum dicatur, neque vt medicamentum. sed humidum apertè est, quod moderatus eius vsus oster it, in quo id quod per se fit, oportet explorare, & ab eo quod ex accidenti distinguere. Affectiones iam quibus hi, qui multo tempore largis vini potionibus assueuere, solent laborare, illud apertè c clarant. sunt enim illæ omnes humidæ. laborãt em multis fluxionibus, podagara & paralysi, & (vt se nel dicam) eneruati & molles redduntur. sed obiiciat nobis aliquis, has affectiones, vt sunt humidæ ta esse & frigidas, atqui hac ratione neque calidum esse vinum oportere. Tamen hæc ratio nihil indic . Nam vinum cum immodica quantitate assumitur, vsque adeo vt coqui non possit, frigidum fit e. cruditate, ab humore tamen non potest expoliari, vt neque aqua, cum tamẽ à suo frigore expolieti facillimè. Nã patientes qualitates, etiã si agentes sint maximè propriæ, sunt illis difficilius separabi s. est igitur vinum & medicamentum & alimentũ calidum & humidum. tamen meritò fit vt ex immodico eius vsu morbi fiant frigidi & humidi. quod verò de vini calore dictum est, intelligi debet de vino confecto, coctoque vt oportet, nam quod tam recens extractum de vuis est, vt nondum sit coctum, apertè est aliquando frigidum. Sed illud nec vinum quidem dicendum est, sed mustum. de quo intelligendum est quod Galen. dixit libello de cibis boni & mali succi. at in vinis quod vetustissimũ est & cecubum vt diximus à Romanis appellatur adeo ab albo & austero necnon recente crassoque differt vt illud efficacissimè calfaciat, hoc manifestã refrigerandi vim habeat. itaque interpretor, id, quod quia recens est refrigerat, nondum propriè esse vinum, quod quia austerum, iam esse acetum, quod verò de albo à Galen. dictum est duodecimo Methodo, capite quarto, neque enim inuenias ex albo vinorum genere calidum vllum, non simpliciter sed ad rufta dictum intelligo & ad flaua.

¶ Caput septimum. Fiant ne medicamenta vstione mitiora an mordentiora.

LAERISQVE MEDICAMENTIS VTVNTVR MEDICI, modo vstis modo non vstis, quare multum refert dissinire, an per vstionem fiãt calidiora & mordaciora, an contra frigidiora & mitiora, vt qua ratione differat medicamentum vstum à se ipso non vsto non ignoremus. Constat ęruginem misi & chalcytim à Galeno vri tertio Meth. capite sexto vt fiant mitiora medicamenta. Est enim illic scriptum in hũc modum, post alia multa: Sanè ęrugo magis etiam quam hæc minuere carnem potest, ita vt genus eorum, quæ cicatricem inducunt omnino sit egressa at si illa etiam aduras vt minus acria, sic ad cicatricem inducendam reddes magis apta, si verò etiam laues, adhuc mitiora. hæc Galen. quibus non obscurè videtur innuere, vstione fieri mitiora medicamenta. tamen contra est, quod de sale ita scripsit vndecimo de simpl. cap. decimo quinto, Sales vsti diggerunt quidem magis quam nõ vsti quanto scilicet subtilius ipsum corpus accepta ab igne facultate redditur, velut & in aliis quæ combusta sunt, euenire diximus. Verum non perinde acii qui non sunt vsti solidam ipsam substantiam contrahere constringereque possunt. itaque Galenus docet, vsta amittere vim adstringendi, tamen comparare vim discutiendi, quam constat in calore contineri. Adde omnes cineres ex quacumque re fiant, esse diggerentis & detergentis facultatis. Hãc controuersiolam dicit Galenus inter antiquiores medicos fuisse agitatam, quam ipse decidit breui in procœmio libri noni de simplic. ita dicens: plærique existimant combusta omnia seipsis effici frigidiora. alii contra augeri calorem existimant, omnium quę vruntur, vtrique sanè errantes conspiciuntur enim liquido quædam calidiora reddita, & ad gustatum & ad tactum, & eam quæ in vsu cernitur facultatem, velut supra dicebam, de acribus & adstringentibus quædam contra adustione minus apparent calida (paucis interpositis) igitur acria multum coloris amittunt vsta, quę vero eiusmodi non sunt assumunt. Hæc est Galen. decisio, causa est in promptu. rem quæ per se iam est acris, constat per vstionem euasuram siccã nimis & tetreã, quandoquidem ignea perse prius erat, & absumptis tenuibus partib⁹ euadet terrea, vt ex prunis fiũt cineres. si vero antea talis non erat, fiet ignea per vstionem. ex his satis arbitror constat, etsi Gal. non maneat, eã vstionem, quæ rem calidiorem se est effectura, mediocritatem quandam debere retinere. nam per nimiam vstionem, nulla res est, quę tandem nõ euadat in cineres, & terream substantiam. quod hæc ita fiant, intelliges apertè exemplo atræ bilis quę generari solet per vstionem, modo ex melancholia naturali, modo ex flaua bile, tamen est substantia frigidior flaua bile & c lidior melancholia. id fit quia flaua bilis est acris, & ideo per vstionem refrigeratur

x. ac ex contrario quod adstringentibus dixerat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

geratur: melancholia frigida & acerba, & ideo incalescit. tamen intelligendum etiam est, quod idem Gale. monet, vsta non posse esse prorsus frigida, sed quanquam terrea sint, habere tamen permistionē quarundam partium ignearum. quod cinerum exemplo monstrat. Constat siquidem eos habere terream naturam, tamen quam vim ignis concinerant, intelliges considerans acrimoniam, quam deponunt in lixiuium. Hoc appellat Arist. ἐμπύρευμα. latini ignitionem. Est ea ignis vis, quæ in rebus omnibus vstis relinquitur, quà atra bilis fit magis erroneus flaua, etsi illa est frigidior. hoc ἐμπύρευμα non potest consumi per vstionem, sed perpetuò augetur. cineres enim per vstionem nunquam deponūt vim quandam detergentem, quam habent, sed deponitur ablutione, vt cineres immissi in luxiuium fiunt prorsus frigidi. itaque si medicamentum quod ad manus est, est acre, vstione fiet mitius, si expers acrimonię, fiet calidius. ita non sine ratione sal & nitrum & talia omnia calidiora fient vstione, mysi sori & calcithis, et ærugo, mitiora & minus calida. Tamen si hæc ipsa prorsus desiccantia sine calfactu facere studes, vstione nunquam perficies, lauatione post vstionem perficies. sed de his hæc sufficiunt.

¶Caput octauum. An possint medicamenta respicere propria membra.

PRoponunt nobis antidotaria, non ea solum quæ vilia sunt, sed etiam quæ in præcio habentur multa medicamenta, quæ non tantum admirandas facultates habent, sed etiam, quæ ipsis facultatibus in quædam membra insigniter vti dicuntur. vt amygdalæ adiantum thoracem roborant, rosa & viola caput. catapotia arthritica articulos purgant, cochia & aurea caput. quanquam hoc non videtur sine controuersia transigendum, sed examinandum, num hæc ita se habeant, an figmenta sint. Nam quid possit esse in medicamento, quo membrum hoc purget, aut vtcunque aliter iuuet, & alia quæ vicina magis sunt, non perinde afficiat? certe videtur esse nihil. Nam aut medicamētum illud iuuat membrum quod respicit, aliquid in illud agendo, aut agendo nihil. si quidquam agit (nam nihil agere, & tamen iuuare aut lædere, præter opinionem est) aut primam aliquam alterationem facit (sunt primæ alterationes, calefactio refrigeratio humectatio & desiccatio) aut secundam (sunt secundæ quæ has consequuntur, vt adstrictio, laxatio emollitio, aut induratio aut apertio aut incisio aut expurgatio, aut alia quæpiam actio similis) sed vt cunque alteret, videtur ea mēbra, quę in via sunt locata, prius alteraturum, si modo illius alterationis capacia sunt. Nā cur scolopendrium gratia exēpli linē absumit, aperiendo aut resoluendo aut alterando, & ea quæ in via à ventriculo ad lienē posita sunt, non aperit resoluit aut alterat? quæ facultas est interius tam prudens, quæ medicamentum ex stechade mittit in caput, ex splenio in lienem, ex betonica in renes? aut quod est initiū fœdus sthecadi cum capite splenio cum liene, betonicę cū renibus? Iam verò medicamēta expurgantia, si similitudine substantiæ trahunt vt primo capite huius libri monstrauimus, quam similitudinem habere possunt cum partis cuiuspiam succo, quà cum aliorum membrorum succis careāt? nam si catapotra aurea', grat. cum bile capitis similitudinem habent, qua ratione bili hepatis non sint similia? an non bilis capitis bili hepatis est congeneris naturæ? non enim arbitror, quò medicamentū trahat ex capite, oportet, vt similitudinem habeat cum capite, sed cum capitis succo, si quidem non trahit caput, sed illius succum. Hæc argumenta nonnullos has medicamentorum naturas membra propria respicientes negare, alios qui nollent iis suppetiis, quas ad particularum morbos ex medicamentis spectant, carere, ad occultam proprietatem, sacram illam barbarorum anchorā cōfugere cogunt. Quod à propietate fieri illi dicunt, ego non aliter soleo interpretari, quā quòd ex ignorata causa fiat. quare illud imprimis dicendum nobis est, medicamenta his facultatibus, quæ membra respiciunt prædita esse, iuxta Gale. sententiam: deinde de causa (si fieri potest) aliquid addendum. Inter medicamenta lędentia nostrum corpus, experimento cognoscimus nonnulla esse, quæ lædendi hoc membrum vires habent, alia quæ illud, vt lepus marinus pulmonem exulcerat, cantharides solos renes, & membra quæ in via sunt non sentiuntur vlcerare, cum tamen multa sint. Est enim à vētriculo in quem primū hæc ingerunt ad pulmonem & ad renes longa via. Si igitur noxiis medicamentis vires insunt ad lædendum membra peculiaria, nihil habet admirationis naturam prouidam proprias & peculiaria, mēbra respicientes vires in medicamentis vtilibus, noxiis illis oppositisse. scripsit Gal. hanc sententiā cum hac ipsa ratione lib. de theriaca ad pisonem ca. sexto his verbis nōnula vero innenimus qnæ partes etiam quasdam corporis priuatim vitiant. Nam lepus marinus pulmonē exulcerat, & cantharis vesicam peculiariter vitiat. contrà plęraque medicamēta quibusdam corporis partibus eximiè curandis sunt idonea. Patienti igitur iecinori sępe eupatoria herba strenuè auxiliata est. mirabalanus lienem adiuuit. saxifraga & betonica, renes pulchrè afficiūt, & similiter alia aliarū, vt experiētia obseruauimus, propria sunt medicamina. hæc Gal. qui controuersiolam hāc decidit eodem vsus argumento & eisdē exemplis primo de phar. comp. secundum gen. disputans aduersus quosdam sophistas, qui has facul-

tates

tes medicamẽtorum respicientes peculiaria membra deri.ebant. multis etiam aliis in locis propria quædam medicamina in iuuandis propriis membriis co.mendauit. 13. Meth. ita scripsit: quale medicamentum hepati est absinthium, tale lieni capparis corte., quale rursus hepati est eupatoriũ, tale lieni est scolopendrium. itaque iuxta Gal. opinionem, non dubium est, medicamenta quædã respicere mẽbra propria. causam vero huius esse putauerim in ana.oga quadam, quæ inter medicamenta & membra est, similis ei quam hominibus quibusdam cum quibusdam aliis esse diximus vltimo capite. 4. lib. de qua diffusè illic disputauimus in hac analogia causam contagionum & consensuum colocãtes. analogiam hanc constat esse similitudinem. quanquam quę similitudo sit, non possimus dicere distinctè, vtpotè quam sensus nõ assequitur, sed omnino esse similitudinem quampiam intelligimus ex quodã physico principio. videmus causam actionis & passionis esse in contrarii ratione (nã sine hac nulla actio fit) tamen causam facilioris aut difficilioris actionis esse similitudinem cum contrarietate. nam quæ cum contrarietate sufficienti videmus esse similiora, ea sentimus à se ipsis facilius pati. ita elementa symbola facilius afficiuntur mutuò quam nonsymbola, vtpotè non omni ex parte diuersa sed aliquatenus similia. Ergo consentaneum est rationi similitudinem aliquam facere (quantumuis ea sensum nostrum fugiat) vt hoc medicamentum vi sua facilius hoc membrum quam alia afficiat. de medicamentis expurgantibus est multo minus inopinabile posse membra propria respicere. nam si medicamento alicui potest esse in modo substantiæ maior similitudo cum bilios excrementis, quam cum pituosis, certe & inter excrementa eiusdem speciei possit his quam illis esse similius. siquidem nihil est dissonum excrementa esse eiusdem speciei & his accidentibus quę sunt in modo substantiæ aliquantulum diuersa. cum ergo celebratissimum sit à Galen. cuicunque membro esse suum substantiæ modum cum nullo alio communẽ, & singulas partes trahere similimas succorũ partes ad suam nutritionem, excrementa generabuntur pro ratione alimentorum. Ergo nihil mirũ sui modi generari excrementa in singulis membris, atque ita medicamentum aliquod cum excremẽtis membri alicuius similitudinem habere. habent itaque medicamenta vires respicientes membra peculiaria, reipsa confirmante & ratione non renuẽte. quare de his hactenus.

¶ Caput nonum. De mixtione alterantium medicamentorum.

QVemadmodum Gal. inquit primo de compositione pharmacorum secundum Gen. ca. quinto, medicamentis vtimur compositis multis de causis. vel enim componimus, quia nullum simpliciũ sufficere potest tam multis intentionibus, quod perinde est ac si dicas, propter virtutum varietatem, aut quò medicamentum in aliquo gradu per permixtionem constituamus, cũ illius gradus medicamentum simplex non est: vel ad corrigendam qualitatem aliquam, quam medicamento nollumus inesse. vt si calidum medicamentum, temperatum tamen in altera oppositione qualitatum volumus conficere, permixtis medicamentis calidis & humidis, cum aliis calidis & siccis, quale optamus medicamentum conficiemus. Alii etiam accedunt vsus ex permistione medicamentorum, qualis est ille, si medicamento indigemus calido & eplastrico, tamen illud simplex non adest, cum medicamento calido & fluxo, emplastricæ aliquid substantiæ permiscemus. Verũ venio ad priores vsus, qm illi sunt potiores. cum propter varietatem virtutũ permixtio fit, rarò medicamenta permiscentur qualitatibus æqualibus, quod in confectione theriacæ licet videre, & cuiuscunque alterius nobilis medicamenti. Sed ad augendam aut imminuendam quantitatem simplicis alicuius, duo hæc spectantur, necessitas illius & potentia. nam prout medicamenti facultas est maximè necessaria, ita plus eius additur, & quò eius potentia est maior, eò minus. cœterum cum gradum aliquem ex aliis volumus generare, aut qualitatem aliquam oblatione contrariæ corrumpere, itaque volumus medicamentum ad gradum alium diuersum ab eo quem habet, reducere, qualitatibus æqualibus permiscemus, si medicamenta commodi gradus ad illam reductionem sunt, sin minus, quod redundat aut quod deest gradus compensamus addita aut detracta quantitate. verum id paulo inferius explicabimus amplius, si alia prius dixerimus. Illud vnum in præsentia monemus, quantitatem medicamenti, vt & cuiuscũq; alterius rei, considerari posse aut pondere aut magnitudine. consideratur verò ad permixtionem medicamentorũ solidorũ quantitas ponderis. neq; id citra rationem. Nã semper quod grauius est cũ ęqualitate magnitudinis densius est, & habet plus formæ, quod ad actionem habet maximum momentũ tum. Gradus caloris aut frigoris, atque ita aliarum qualitatum, diuidi possunt secundum rationẽ maioris, aut minoris in quotcunque libuerit differentias, si quis rei naturam consideret. tamen quia infinita sub nulla arte sunt, mos est phylosophis & medicis, in numerum quendam certum ex pacto redigere, atque deinde ea quæ ex mistionis modo contingunt, ex rei natura inuestigare. Phylosophi oẽs ad suas disputationes, octo gradus esse ponunt caloris vel frigoris, vel alterius qualitatis, vt primo huius operis libro diffusè diximus. Galenus quinto de simpli. med. facul. capite vltimo & capite quarto primi de compo. med. secundum genera, quatuor gradus esse statuit, calidiorum, frigidiorum, humidorum, & siccorum. Primo gradu tale esse dicens, quod alterat quidem corpus temperatum (nã in temperatò

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

temperato corpore debent medicamentorum vires explorari) non tamen euidenter: sed vt opus sit
ratiotinatione aliqua ad percipiendam alterationem. ita nos calfaciunt amygdala dulcia, & recentes
nuces. Secundo ordine talia sunt, quæ manifestè alterant, vt non amplius ad alterationis cognitionē
opus coniectura sit. huiusmodi sunt mel & vinum. tertii ordinis sunt, quæ vehementer alterant, vt ru
ta, & vinum admodum vetus. quarti ordinis sunt, quę summè alterāt, qualia sunt calfaciēdo vrentia,
refrigerando stupefacientia. In singulis horum gradibus statuit Galenus ternas stationes. neque em
tota alterantium latitudo, in quatuor tantum latitudines diuidi possit, quin illarum vnaquæque ha-
beat perse amplam differentiam. itaq; eorum quæ sunt in primo gradu, quædam in principio illi⁹ gra
dus sunt, quędam in fine, quædam in medio. quod ad perationis intensionem in ipsis medicamentis
attinet, ita distributum est. Cęterum quod ad mensuram naturalem, portionum caloris & frigoris in
illis existentium (quod in physiologia consideratur) non ab omnibus eodem modo dicitur. Sed fuit
alchyndus, qui rem ita imaginabatur, esse medicamentum temperato portionem quādam caloris ęqua
lem frigori, calidum in primo gradu habere duplum caloris ad temperatum: calidum in secundo ha-
habere duplum primi, & quadruplum temperati: calidum in tertio, habere duplum secundi, quadru=
plū primi octuplū temēperati: calidū in quarto habere duplum tertii, quadruplum secundi, octuplū
primi, sexdecuplum temperati, frigidum eodē modo. Verum hæc opinio, vtpotè quæ musicis potius
proportionibus, quam rationibus physicis agebat, ab omnibus excluſa est vno cōsensu. Alii aliter ima
ginabantur, esse portiones quasdam caloris æquales, eam quæ est in temperato, & primum gradum il
li additum, & secundum primo, & tertium secundo & quartum tertio: ita vt calidum in quarto, quin-
cuplum calorem habeat temperati, & calidum in tertio quadruplum, & calidum in secundo triplum,
& calidum in primo duplum. Cæterum si non sumus obliti eorum, quæ primo libro demonstraui=
mus, & in præsentia tanquam principia petenda sunt, vtraq; harum sententiarū conuincitur eodē ar-
gumēto. Nam si tantū perpetuò corrumpitur vnius contrarii, quantum alterius generatur, vt caloris
intensio æquali frigoris remissione fit: & in corporibus capientibus qualitates contrarias, necesse est
ex vtrisque vel ex alterutris summū gradum compleri, quod illic vel ipso experimēto monstrauimus,
& ab omnibus phylosophis receptissimū est, non potest calidū in primo fieri ex temperato, vt vtraq;
opinio dicebat duplicata portione caloris. Ná aut totum frigus in calido in primo extinctū est (quod
omnino est falsum. nam ita aqua calida vno gradu immissa in aquā feruētissimā, non sedaret illius fer
uorē, quod tamen fieri iudicat ipse sensus) vel non tantum esset corruptum contrarii, quantum calo-
ris est genitum in gradus illius productione, atque multo minus in generatione calidi quarto gradu,
notissimum ex opinione alchyndi. nam decem & sex portiones caloris generari dicit, ęquales illi, quę
vnica frigoris in corpore tēperato consistebat. Missas ergo faciamus opiniones has, & quæ aliàs sunt
demonstrata, rursus resumamus. In corpore tēperato tot sunt gradus caloris & frigoris, quot in ma-
ximeintemperato hoc tamen vnum interest, quod in temperato propter æqualitatem contrariorū,
à nullo desummi potest denominatio. vt si octo gradus summę intentionis esse ponamus, quod 4. ha
bet caloris & 4. frigoris, neq; calidum neq; frigidum est, quoniam neq; calidū neq; frigidum excedit.
mediocritate. ergo illud vnū quod excellit appellationē tribuit, nō quod inest. vnde euidēter demō=
stratur, tātō gradu corpus aliquod esse calidū, quāto calor supra cōtrariū excellit. igit in quo corpore ca=
lor vno gradu superat frigus, vno gradu est calidū: quod duob⁹ superat, duob⁹. Vnde manifestū fit, ma
lè oēs ferè interpretari calidū vno gradu habere qnq; grad⁹ coloris, qm̄ (dicūt) necesse esse calidū vno
gradu habere gradū vnū caloris supra tēperatū quare cū tēperatū habeat 4. habebit calidū primi gra=
dus quinq;. Sed fallunt apertè. nā si habet quinq; caloris, habebit frigoris tres tm̄. sed quinarius vincit
ternarū duob⁹ numeris, quare calidum erit in secūdo quod tu calidū in primo esse dicis. sed nō est di-
cendū quod est vno gradu tale superare vno gradu tēperatū, sed in calido in primo, habere caloré, gra
dū vnū supra frig⁹. nō em̄ ab iis gradib⁹ dico medicamētū denominationē accipere quib⁹ superat tēpe
ratū, sed quib⁹ in eodē medicaméto qualitas denominationē tribuens vincit cōtrariā. quod verò Gal.
vt medicamētū dicat. 4. grad⁹, dicit, medicamētū quatuor numeris vincēs symetrū, ita intelligi vollo,
esse calidū. 4. gradu qđ quatuor numeris vincit, nō quidē numerū graduū, q est in tēperato, sed ꝓpor
tionē q̄ est in tēperato, quæ ꝓportio est æqualitas. Ergo corp⁹ qđ quatuor numeris vincit æqualitatē,
est cal. in. 4. qđ trib⁹ in. 3. quod duob⁹ in. 2. quod vnico, in primo. atq; ita si grad⁹ sunt. 8. calidū in pri=
mo habet caloris 4. & o & frigoris 3. &. o & reliqua eodē modo. si 4. sūt gradus, tēperatū habet calo
ris duos & frigoris totidē, calidū in primo caloris. 2. & o. frigoris vnū & o. atqui hæc regula est secū
dū vtrāq; hypotesim, inueniēdi in vnoquoq; gradu quot sint partes calaris et quot frigoris, de tota gra
duū latitudine numerū appellatiōis illi⁹ seorsū demere, & qualitati denominati dare, reliquū æquali-
ter ambab⁹ qualitatib⁹ cōtrariis distribuere. vt gratia exēpli mēs est scire, calidū in secūdo quot habeat
caloris, & quot frigoris. de tota latitudine, quā pono esse quatuor grad⁹, duo tribuēdi sunt calori, reli-
qui duo ęqualibus partibus dandi & calori & frigori. vnde colligitur calidum in secundo habere calo
ris. 3. gradus & frigoris vnum. Cæterum hæc omnia luce clarius apparebunt in tabella hac.

Positis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Controuersiarum medicarum & philoſophicarum.

Poſitis in ſumme calido quatuor gradibus ſunt hæ proportiones.

Corpus caliãm.

Caloris	II 2	II 2 0	II 3	II 3 0	II 4	II	
Frigoris	II 2	II 1 0	I 1	II 0	II	II	
	temp.	.1.	.2.	.3.	.4.		

Eàdem ratione inuenire potes partes caloris & frigoris, non in ſingulis gradibus modò, ſed etiam in ſingulorum graduum ſingulis ſtationibus, diuiſis quatuor gradibus in duodecim ſtationes, atque ita commiſtis calidis cum frigidis ſecundum eandem proportionem, quam in gradibus ſeruabamus, ita vt tẽperatũ ſit, quod habet .6. frig. deinde exceſſus intra .3. ſit primi gradus, intra .6. ſecũdi, intra duodecim quarti. vel aliter, computaris nempe gradibus cum tertiis partibus, euadet enim idem. Nã perinde eſt dicere calidum in prima ſtatione 2. habet caloris duo gradus & duas tertias, frigoris gradum vnum & tertiam, ac ſi deceremus: habet caloris octo ſtationes & .4. frigoris ſed vtramque rationem claritatis gratia perſequuti ſumus his tabellis.

Tabula ternarum ſtationum quatuor graduum.

Corpus calidum.

Tempe rato nul læ ſunt ſtatio= nes.	2 1/6 / 1 5/6	2 2/3 / 1 1/3	3 1/6 / 5/6	3 2/3 / 1/3	Caloris / Frigoris { Stat. 1.
	2 1/3 / 1 2/3	2 5/6 / 1 1/6	3 1/3 / 2/3	3 5/6 / 1/6	Caloris / Frigoris { Stat. 2.
	2 1/2 / 1 1/2	3 / 1	3 1/2 / 1/2	4 /	Caloris / Frigoris { Stat. 3.

Tabella ſolarum ſtationum.

Temp.	.1.	.2.	.3.	.4.	.5.	.6.	.7.	.8.	.9.	.10.	.11.	.12.	
6	6 1/2	7	7 1/2	8	8 1/2	9	9 1/2	10	10 1/2	11	11 1/2	12	Calor.
6	5 1/2	5	4 1/2	4	3 1/2	3	2 1/2	2	1 1/2	1	1/2	nihil	Frigor

In ſimplicibus hanc inuenies neceſſario proportionem, ſed in compoſitis, gradus reſultat pro ratione ſimpliciũ neq; aliquo modo poteſt in mixto eſſe alius gradus, præter illum quẽ exigit proporito, niſi forte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tè ex diuturnitate,aut fermentatione maior aut minor calor fiat.sed modo non loquimur de his, sed de attẽperatione, quæ ex ꝓportione simpliciũ prouenit. hæc permistio fieri potest aut duorũ medicamentorũ aut pluriũ,atq; horũ, quantitatibus aut æqualib⁹ aut inęqualib⁹ permistis. si duo quãtitatibus ęqualibus(nam de aliis statim dicemus)miscentur,aut illa sunt similia formis & gradibus vt cal.in primo cum cal.in primo : aut similia formis diuersa gradibus,vt cal.in primo cũ cal.in.3.aut disimilia qualitatibus & similia gradu, vt cal.in secundo cum frigido in secundo aut disimilia qualitatibus & gradibus,vt frig.in primo cũ cal.in tertio. Similia gradibus & formis permiscentur nonnunquã, vel ꝓpter formã aliquã quæ accidit & ex amborum cõmixtione resultat, vt quo emplastricum medicamentũ fiat,aut vt sit fluxũ, vel etiam propter consortionem alicuius virtutis, quæ illorum alteri inest. tñ ꝓpter gradũ medicamenti non est quod admisceantur. nam idem omnino gradus fit qui illorum vtriq; inerat. Cum permiscentur similia formis & disimilia gradibus, remissum remittit intensum vsque ad medium vtriusq;. nam quãtum remissum intenditur ab intenso,tantũ exactè intensum remittitur à remisso. Quare calidum primo gradu permistum cum calido in.3.facit calidũ in secundo. cuius mõstratio est,computatis gradibus caloris perse,& in amborobus medicamentis reductis ad ęqualitatẽ & gradibus frigoris perse reductis etiam ad ęqualitatem. & deinde excessu qualitatis æqualis, quæ vincit cõsiderato.quod inuenies apertè in hac tabella.

Calidum id primo habet { Caloris 2 1/2 ; Frigoris 1 1/2 }

Calidum in tertio habet { Caloris 3 1/2 ; Frigoris 1/2 }

Ex 2.1 & 3. 1/2 fiunt. 6.qbus in duas partes distributis cõtingunt singulis caloris.3. Rursum ex 1 1/2 & 1/2 fiunt.2.duobus in duas partes distributis contingit singulis.1. Quod habet caloris. 3.& frigoris.1.est calidum in.2.ergo calidum in primo reducit calidum in tertio ad calidũ in secundo.

Animaduerte hoc in loco, quanquã verum sit quod philosophi dicunt, debilius cum patitur aliquid agere in fortiꝰ,tñ nos,cõtra ac plæriq; aliorũ,huiꝰ reductionis rationẽ,non in actione reciproca collocare, sed in reductione illa ad æqualitatẽ quã declarauimus in tabella.nã hic nõ loquimur de fermentatis,vt mox monuimꝰ,in quibꝰ solis ista in seipsa medicamẽtorũ actio mutua est, qđ .6.ca.lib.primi mõstrauimus.Nã in illis nõ mirũ si hæc nõ respõdeãt,cũ quia multa suapte natura diuturnitate intendunt, multa remittunt,tũ quia maior erit potẽtioris actio,quã impotẽtioris.tñ cũ medicamẽta inæqualis caloris ꝓmiscemus & inæqualiter calidũ cõfingimus,ea inæqualitate ad ęqualitatẽ redacta,resultat qđ diximus necessario. nã in tota hac doctrina ꝑ demõstrationẽ ꝓcedimus. his mõstratis,facilè est cuiq;,intelligere erratũ andernaci,qui primo de cõpositione pharmacorũ secũdũ genera ca.5.ita vertit,fortasse ꝓpria ductus imaginatiõe,si has ꝓportiones minus intelligebat:Porro cũ interim tale simplex nullũ adsit,si duo habeamus,quorũ hoc numeris duobꝰ,illud tribꝰ calidiꝰ sit,ea si miscuerimus mediũ efficiemus,quatuor numeris symmetrũ exuperas.cõstat hoc esse apertè falsum. Nã calidũ in secũdo quarõneꝰ posit augere calidũ in tertio,vsq; ad quartũ gradũ?est tñ ex dictis facilè cuiq; locũ restituere,etiã nõ cõsulenti græcũ codicẽ,qui tñ ita habet. μὴ παρόντος δ'ἐνίοτε μηδενὸς τοιούτου τῶν ἀπλῶν, ἂν ἐυπορῶμεν δυοῖν, ὧν,τὸμὲν ἀριθμοῖς πέντε, τὸδὲτρισὶ θερμότερον, μίξαντες αὐτὰ, τὸμέσον ἐργασόμεθα, τέτρασιν ἀριθμοῖς ὑπερέχον του συμμέτρου. id est,suppetente autem nullo tali simpliciũ,habemus autem duo,quorum hoc quidem numeris quinq;, illud tribus calidius est, miscentes ipsa medium efficiemus quatuor numeris superans temperatum. Ex quibus verbis constat Galenum hæc eadem docuisse, quæ nos modo enarramus. Cnstat etiem euidenter, illum eodem modo ac nos diximus, constituisse singulos gradus.nam nulla alia ratione computatis, succedit ita, vt calidum in tertio reducat calidum in quinto ad calidum in quarto. Nam si calidum in primo habet caloris gradũ vnũ supra temperatũ(quod plęriq; dicũt,no cõsequuti quæ modo nos in lucẽ ꝓducimus)calidũ in primo habet caloris.5.frigoris.3. calidũ in secũdo caloris.6.frigoris. 2.calidũ in tertio caloris.7.frigoris.1. calidũ in quarto caloris.8. frigoris nihil.quare cõstat etiã si summa latitudo ponat octo graduũ,nõ posse esse calidũ in quinto,atq; ita ineptè loquebat galenus.Sed dices,erãt hęc exẽpla,quibꝰ licet esse vel impossibilibꝰ,tñ ratio ꝓportionis seruari potest, vt remissũ remittat intẽsum ad mediũ vtriusq;. Nã calidũ in primo habet caloris.5.frigoris.3.calidũ.in tertio caloris.7.frigoris.1.septẽ & quinq; reductis ad æqualitatẽ fiũt.6.tribꝰ,& vno frigoris reductis ad æqualitatẽ fiũt.2.corpus quod habet caloris.6. & frigoris.2.est calidũ in secũdo, quod est mediũ inter calidũ in primo & calidũ in tertio.bene habet.Hucusq; eodẽ modo ꝓcedũt ac nos.Sed primo cogũtur cõcedere, Galenũ impossibilia sumpsisse in exẽplis,minimè monentẽ,quod,quãtũ ego intelligo philosophũ nõ decet,sed sophystã.deinde tenent dicere, cur in habẽte sex gradus caloris,cũ quatuor sint vincentes & expediti à cõtrario,nõ oẽs operãtur in externã materiã?quod si operant cur non

V denominant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

denominant? quod non poſsunt dicere probabiliter, ac citra proteruiam. Igitur (vt iterum dicam) cũ
lia permiſcentur, remiſſum remittit intenſum ad mediũ vtriuſq;. quod in gradibus integris monſtratum eſt, & eádem ratione in diuerſis ſtationibus euenit: quarum diuerſitatem contingit permutare gradum medicamenti, quod componitur. vt calidum in ſtatione vltima primi reducit calidum in ſtatione prima quarti ad primam ſtationem tertii. & calidum in prima ſtatione primi reducit calidũ in prima ſtatione quarti ad vltimam ſtationem ſecundi. quorũ vtrumq; demonſtrabimus his tabellis.

Calidum in ſtatione vltima primi gradus habet. { Caloris 2 1/2 ; Frigoris 1 1/2 }

Calidum in ſtatione prima quarti habet. { Caloris 3 2/3 ; Frigoris 1/3 }

Ex. 2. 1/2 & 3. 2/3 fiunt. 6. 1/6 quibus in duas partes ſectis cõtingunt ſingulis. 3. 1/12 caloris. Rursum ex. 1. 1/2 & 1/3 fiunt. 1. 5/6 quibus in duas partes ſectis contingunt ſingulis. 5/6 1/12 frigoris. Corpus quod habet caloris. 3. 1/12 & frigoris 5. 1/12 eſt in medio primę ſtationis tertii ordinis calidorum. Ergo calidum in vltima ſtatione tertii reducit calidum in ſtatione prima quarti ad ſtationem primam tertii.

Calidum in prima ſtatione primi habet. { Caloris. 2. 1/6 ; Frigoris. 1. 5/6 }

Calidum in prima ſtatione quarti habet. { Caloris. 3 2/3 ; Frigoris 1/3 }

Ex. 2. 1/6 & 3. 2/3 fiunt. 5. 5/6 quibus in duas partes ſectis cõtingũt ſingulis. 2. 11/12 caloris. Rurſum ex. 1. 5/6 & 1/3 fiunt. 2. 1/6 quibus in duas partes ſectis contingunt ſingulis. 1. 1/12 Corpus quod habet caloris. 2. 11/12 & frigoris. 1. 1/12 eſt in medio tertię ſtationis ſecundi gradus calidorum. Ergo calidum in prima ſtatione primi reducit calidum in prima ſtatione quarti ad calidum in vltima ſtatione ſecundi.

Sed hæc de ſimilibus formis, & diuerſis gradibus. Si contraria formis eiuſdem gradus miſcentur, perpetuò reductio fit ad temperatum, vt frigido in ſecundo cum cal. in ſecundo miſtis. Quod perſe eſt euidens neque monſtratione indiges. Si contraria formis diuerſa etiam gradibus miſcentur, reducũt ſe ſe mutuò ad medium vtriuſque, vt frigidum in primo trahit calidum in tertio ad calidũ in primo. Nã frigidum in primo duobus gradibus diſtat à calido in primo, vno frigoris vſque ad temperatum, alio caloris vſque ad gradum vnum. calidum in tertio duobus etiam gradibus diſtat à calido in primo. Igitur hæc reductio contrariorum, eſt etiam ac medium amborum quod vero ita eueniat monſtratum eſt etiam in tabellis, cõputatis ſeorſum numeris caloris, & ſeorſum frigoris, & vtriſque reductis ad æqualitatem & deducto minori numero de maiori.

Frigidum in primo habet. { Caloris. 1. 1/2 ; Frigoris. 2. 1/2 }

Calidum in tertio habet. { Caloris 3. 1/2 ; Frigoris. 1. 1/2 }

Ex 1. 1/2 &. 3. 1/2 fiunt. 5. quibus in duas partes ſectis contingunt ſingulis. 2. 1/2 caloris. Rurſum, ex. 2. 1/2 & 1 fiunt. 3. quibus in duas partes ſectis cõtingunt ſingulis. 1. 1/2 frigoris. Corpus quod habet caloris. 2. 1 & frigoris. 1. 1. eſt calidum in primo. Ergo frigidum in primo reducit calidum in tertio ad calidũ in primo

Vnde euidens fit erraſſe Auerrõem in fine quinti coll. dicẽtẽ frigidum in primo reducere calidũ in tertio ad cal. in ſecũdo, quia putat gradũ vnũ frigoris vnũ caloris poſſe tm̃ detrahere. ſed ille non eſt aſſecutus hãc mõſtrationẽ. hinc etiã fit, vt hęreat in re facili, cõcedẽs ſe ignorare, calidũ in primo ad quem gradum

gradū trahat calidū in tertio.a[d] ignorato principio meritò hærebat, nō em̄ ad eūdē gradū trāsferetur calidū in tertio à cal. in primo & a frigid[o] in primo. sed vtrūq; iā nos cū demōstratiōe docuim⁹. Pot[est] etiā in his cōtrariarū qualitatū, gradib⁹ diuersis, reductiōis gradū alterare differētia stationū, quod eadē oīno regula cōputat, vt frigidū in prima statione primi grad. reducit calidū in. 3. statiōe tertii gradus ad calidū in prima statiōe secūdi. quāq; si frigidū in primo & calidū in. 3. cōpletis essēt gradib⁹, & in eadem statione, reducentur vt paulò ante diximus ad cal. in primo. Sed modus computationis est idem, quem in hac tabella claritatis gratia lubet iterum exprimere.

Frigidum in prima statione primi habet. { Caloris 1 5/6 ; Frigoris 2 1/6 }

Calidum in tertia statione tertii habet. { Caloris 3 1/2 ; Frigoris 1/2 }

Ex. 1. 5/6 & 3. 1/2 fiunt. 5. 2/6 qbus in duas partes sect[is] cōtingūt singulis. 2. 2/3 caloris. Rursū ex. 2. 1/6 & 1. 1/2 fiunt. 2. 4/6 quibus in duas partes sectis contingūt singulis. 1 1/3 frigoris. Corpus quod habet caloris. 2. 2/3 & frigoris. 1. 1/3 est calidū in prima statione secundi gradus. Ergo frigidum in prima statiōe primi reducit calidum in tertia statione tertii ad calidum in prima statione secundi.

Possunt non minus stationes reductionem illam quam euidentem esse diximus contrariarum qualitatum & similium graduum à mediocritate tēperati alterare. nā frigidū secūdi in prima statiōe reducit calidū secdūi in tertia statione ad calidū primi in statiōe prima, qđ eadē regula mōstrat in hac tabella.

Frigidum in prima statione secundi habet. { Caloris. 1. 1/3 ; Frigoris. 2. 2/3 }

Calidum in tertia statione secundi habet. { Caloris. 3 ; Frigoris 1 }

Ex. 1. 1/3 &. 3. fiunt. 4. 1/3 quibus in duas partes sectis cōtingūt singulis. 2. 1/6 Rursum ex. 2. 2/3 & 1. fiūt. 3 2. qb⁹ in duas ptes sectis cōtingūt singulis frigoris. 1. 5/6. Corpus quod habet caloris. 2. 1/6 & frigoris. 1. 5/6 est calidum in prima statione primi. Ergo frigidum in ptima statione secundi reducit calidū in tertia statione secundi ad calidum in prima statione primi.

Sed hactenꝰ loquuti sumꝰ de mistiōe duorū medicamētorū quātitate æqualiū. Cū plura miscētur aut quātitatibꝰ inęqualibꝰ, ac multo magis cū vtrūq; fit, scilicet, miscētur multa & magnitudine inæqualia, alia rōne est opus, vtpotè multis iā ꝓportionibꝰ coeūtibꝰ. Velit medicꝰ cōfingere medicamētū calidū in primo, nō adsint tēperatū & calidū in secūdo. (nā ex his cōponebat) sed ꝓ illis, tēperatū & calidū in tertio cōstat calidū in tertio habere redūdātē gradū caloris ad eā reductionē: fiet tn̄ detrahēdo de quātitate calidi in tertio, secūdū quātitatē qua admiscet tēperatū, quātū habet redūdans qualitatis. Nā ita quotidie nos solemꝰ facere studētes reducere vinū ad eā tēperiē, cuiassueuimꝰ. Si oligophorō est minꝰ aquæ, si merati plus infundimꝰ. vnica regula est explorādi ad qnē gradū reductio fiat, siue miscēaturꝰ duo quātitatibꝰ inęqualibꝰ, siue plura, siue similia, siue cōtraria. scilicet diuidere meditamēta illa in partes aliquot earū quas vocāt aliquotas, æquales, siue in libras siue in vncias, siue in dragmas, siue scrupulos, & collecto partiū nūero, in singulis recēsere gradꝰ caloris & oēs colligere ꝑse, & ęqualiter partibusꝰ illis oībꝰ distribuere, & gradꝰ frigoris eodē modo. deinde cōsideratis nūeris ꝙ cōtigere particulę cuiq;, minorē educere de maiori, & gradꝰ ꝙ restat, est ad quē reductio fit. vt multis exeplis docebo ꝑ tabellas. Ex sex vnciis tēperati & quatuor vnciis calidi in tertio fit calidum in princio primæ stationis secundiꝰ gradus monstratio.

Temperati vnciæ. 6. habent.

Cal.	2	2	2	2	2	2
Frig.	2	2	2	2	2	2

Calidi in tertio vnciæ. 4. habent.

Cal.	3 1/2	3 1/2	3 1/2	3 1/2
Frig.	1/2	1/2	1/2	1/2

Ex his decē vnciis colligūtur caloris gradꝰ. 26. his in decē partes sectis cōtingut singulis. 2. 6. Rursū ex his decē vnciis colligūtur frigoris gradꝰ. 14. his in decē partes sectis cōtingunt singulis. 1. 4/6. Corpus qđ 10/V 2/2 habet

habet caloris.2. $\frac{6}{10}$. & frigoris.1. $\frac{4}{10}$. eſt calidũ in quinta parte ſecundi gradus. Ergo ſex vnciæ corporis temperati reducũt quatuor vncias calidi in tertio ad principiũ primæ ſtationis ſecũdi gradꝰ calidorũ.

Reductio in tribus medicamẽtis, æqualibus quantitatibus qualitatibus ſimilibus, diuerſis gradibus.

Ex calidi in primo & calidi in tertio & calidi in quarto binis vnciis fit medicamentum calidum in ſecunda ſtatione tertii. monſtratio.

Calidi in primo vnciæ duæ habent.

Cal.	2 0	2 0
Frigo.	1 0	1 0

Calidi in tertio vnciæ duæ habent.

Cal.	3 0	3 0
Frig	0	0

Calidi in quarto vnciæ duæ habent.

Cal.	4	4

Ex his ſex vnciis colliguntur vna ſumma gradus caloris. 20. his in ſex partes ſectis contingũt ſingulis. 3. 1. Rurſum, ex his ſex vnciis colliguntur frigoris gradus. 4. his in ſex partes ſectis contingunt ſingulis $\frac{3}{2}$. Corpus quod habet caloris. 3. 1. & frigoris. 2. eſt calidum in ſecunda ſtatione tertii gradus. Ergo ex calidi in primo vnciis duabus $\frac{3}{3}$ & totidem calidi in tertio aliisque duabus $\frac{3}{3}$ calidi in quarto fit calidum in ſecuda ſtatione tertii gradus.

Reductio in tribus quantitatibus inæqualibus & diuerſis gradibus, & diuerſis qualitatibus.

Ex frigidi in primo vncia vna & calidi in ſecundo vnciis tribus, & calidi in tertio vnciis duabus fit medicamentum calidum in medio vltimæ ſtationis ſecundi gradus. monſtratio.

Frigidi in primo vnciæ vna habet.

Cal.	1. $\frac{1}{2}$
Frig.	2 $\frac{1}{2}$

Calidi in ſecundo vnciæ tres habent.

Cal.	3	3	3
Frig.	1	1	1

Calidi in tertio vnciæ duę habent.

Cal.	3 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$
Frig.	1 $\frac{1}{2}$	$\frac{1}{2}$

Ex his ſex vnciis colliguntur vna ſumma gradus caloris. 17. $\frac{1}{2}$ his in ſex partes ſectis fiunt in ſingulis. 2. $\frac{11}{12}$. Rurſum ex his ſex vnciis colliguntur frigoris. 6. $\frac{1}{2}$. his in ſex partes ſectis fiũt in ſingulis. 1 $\frac{1}{12}$. Corpus, quod habet caloris. 2. $\frac{11}{12}$. & frigoris. 1. $\frac{1}{12}$. eſt in medio vltimę ſtationis ſecundi gradus calidiorum.

Ergo ex vncia vna frigidi in primo, & vnciis tribus calidi in ſecundo, & vnciis duabus calidi in tertio fit medicamentum calidum in medio vltimæ ſtationis ſecundi calidorum.

Eádem methodo reducuntur quatuor &. 5. & plura, atque illa aut ſimilia qualitatibus aut contraria, aut ęqualibus quantitatibus aut inæqualibus, aut eiſdem gradibus aut diuerſis. denique vtcunque aliter fingas, eádem methodo reduces facilè Sed quanquam hæc per longiores demonſtrationes ita oculis voluimus exponere. tamen potes tu inter computandum, vbi hæc ſemel intellexeris, compendio vti, computando non omnes gradus caloris ſeorſum, & omnes frigoris, qui in ſimplicibus ſunt, vt hucuſque fecimus, ſed eos tantum qui denominationem tribuunt. Nam cum reliqui gradus bene attemperati ſint, numeratis illis ſolum qui denominant perinde cædet computatio, ac ſi omnes connumerentur. ita igitur ſe habent reductiones, & hæc eſt methodus generandi gradum quemcunque ex ſimplicium petmiſtione. quare cauendum eſt, ne ea quę à pharmacopolis medicinales materiæ appellantur (cuiuſmodi ſunt in liquidioribus oleum, in ſolidioribus cera) incautè permiſceamus medicamentis alterantibus, ſed pro illis aut detrahentes gradui aut aliorum vires intendentes. ſunt enim huiuſmodi medicamenta natura ſua temperata, ſed quæ temperata ſunt contundunt vtrorumque contrariorum vires, & ommia quibus cum permiſcentur remittunt, eádem ratione qua monſtratum eſt remiſſum remittere intenſum. Verum fit ſæpe vt medicus indigeat medicamento aliquo certi gradus quod ad manus non ſit, & velit illud ex compoſitione ſibi comparare, tamen non adſint æqualiter diſtantia ab illo gradu, quæ illum poſsint reddere in portionibus æqualibus. fit quoque vt etiamſi duo illa medicamenta adſint, vellit medicus tertium aliud, duo væ alia aut etiam plura permiſcere, quæ ad reddendum illum gradum ſint aut remiſsiora quam oportet aut intenſiora, aut partim intenſiora, partim remiſsiora, tamen videantur medico neceſſaria, ad medicamentum, quod parat, propter ſecundas aliquas virtutes, aut tertias (non enim ſolum gratia attemperandi qualitates primas miſcemus medicamenta, ſed plærunque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

plærunq; etiam ad componendum primas cum ſecundis) vt ſi fors ferat, vt vellim ego cõponere medicamentum calidum tertii gradus & adſtringens mediocriter, & adſint tria medicamenta, alterum calidũ in ſecũdo, alterum in quarto, ſed nullam horum adſtringat, adſit tertium, quod adſtringat, calidum in primo. neceſſe eſt tertiũ hoc admiſcere, quod tamen perturbat proportionẽ primarum qualitatum. opus ergo eſt ſcitu quot portionibus ſingulorum opus ſit. fuerit ergo magnum operæprecium regulam inuenire, qua poſsimus dicere ex quibus portionibus quorũ medicamentorum qui gradus producatur. docuimus enim hactenus inuenire cum tot portiones talium medicamentorum miſcentur, qui gradus fiat, tamen modo videndũ eſt, vt ex talibus totq; medicamentis talis gradus fiat, quot ſingulorum portiones accipiendæ ſint. quod eſt apprimè ad dictos vſus neceſſarium. hæc docet breuiſsimè & appertiſsimè regula allegandi (ita vocant) qua vtuntur & qui confundunt metalla, & qui merces miſcent. fit alligando numeros medicamentorum ſimplicium numero medicaměti, quod paramus. ſed quoniam alligare plures numeros fuerit difficilè, promptiſsimũ erit alligare per binorios. ſed vt alligentur duo numeri vni alteri oportet alterum eſſe maiorem alterum minorem eo cui alligantur. atque non aliter alligantur, quam medicamento minoris gradus toties ſumpto quoties numerus cui fit alligatio ſuperatur à medicamento maioris gradus, & medieamento maioris gradus ſumpto toties quoties medicamentum minoris gradus vincitur ab eo cui alligatio fit, vt patet in hac figura.



Ex vna portione calidi in quarto & duabus calidi in primo fiunt tres portiones calidi in ſecundo. medicamentum, ſcilicet primi ſumitur bis, quia medicamentum ſecundi bis ſuperatur à medicamento quarti, & medicamentum quarti ſumitur ſemel, quia medicamentum ſecundi ſemel ſuperat medicamentum primi.

Si miſcemus medicamenta quatuor aut ſex aut plura, numero pari, alligentur per binarios. vt ſi ex medicamẽtis quatuor, quorum vnum ſit ſecundi, aliud quinti, aliud tertii, aliud ſeptimi gradus, paramus medicamentũ miſtum quarti, ſumimus medicamenti ſecundi portionem. 1. medicamẽti quinti portiones. 2. medicamenti tertii portiones. 3. medicamenti ſeptimi, portionem vnam, & fiunt portiones ſeptem medicamenti quarti vt in hac figura.



Sumitur medicamenti ſecundi portio vna, quia medicamentum quinti ſemel ſuperat medicamẽtum quarti. & medicamenti quinti ſumũtur portiones. 2. quia medicamentum ſecundi bis ſuperatur à medicamento quarti. hic binarius ligatur perſe: ſecundus perſe. ſumuntur medicaměti tertii portiones. 3. quia medicamentum ſeptimi ter ſuperat medicamentum quarti, & medicamenti ſeptimi ſumitur portio. 1. quia medicamentum tertii ſemel vincitur à medicamento quarti.

Quod ſi in ſecundo binario non ſunt duo numeri quorũ alius ſit maior, alius minor gradu, quem paramus, aut medicamenta ſunt in numero impari, fiet facilimè tunc quoq; gradꝰ quem paramus. Ex medicamentis maioribus aut minoribus miſtis fiat medicamentum vnum, & illud alligetur gradui quem paramus. ſi impar numerus medicamentorum eſt, id quod excedit mediocritate, admiſceatur cũ vno aliorum vt par numerus fiat, & deinde quæ ſupererint alligentur per binarios. Quanquam ſcio poſſe hæc breuius efficere, eos qui ſint arythmeticæ artis peritiores, ſed ego prẹterquam quod in ea arte parum ſum verſatus, malo rudiuſcule hæc docere, quam obſcurior euadere.

Ex dictis facile eſt intellectu, falsò dixiſſe Auerroem huiuſmodi graduum qui in medicamentis ſunt, inuentionem, & permixtionem, vt ex ea hic aut ille gradus fiat, non poſſe confirmari experimento, ſed ſolius ratiotinationis eſſe opus. Nam quòd medicamentum hoc ſimplex calidum eſt in primo, illud in ſecundo à ſolo experimento deſumptum eſt. Igitur quòd ex hoc medicamento & illo, reſultat aliud tali gradu calidum, idem experimentum poteſt confirmare. Si ſcilicet calfacit manifeſtè, ita vt ratiocinatione non ſit opus, neque tamen lædit, inſigniter. Iam verò quòd in vnoquoque gradu dictæ portiões caloris & frigoris ſint ſecũdũ eas quas diximꝰ proportiões, confirmat experimentum coniunctum cum ratione. ſenſus, ſcilicet, docet id quod ex hoc medicamento, quod calidum in primo eſt & illo quod eſt calidum in tertio, reſultat, eſſe calidum in ſecundo. ratio tamen per eas omnes demõ-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

strationes quas diximus, docet nisi talis esset in vnoquoque gradu c oris ad frigus proportio, non p sse ita contingere, vt factum sensus docet. sunt igitur hæ omnia, præterquam quòd firmis monstrationibus confirmata, vel sensui euidentia, sed de his sati

¶Caput decimum. De venenis.

GAlenus libro tertio de simpl. medi. facul. capite decimo octauo ita scripsit: eorum ergo medicaminum, quæ frigore interimunt, nullum genere lethale est, sed sola quantitate. at in erodentibus putrefacientibus atque excalfacientibus haud ita se res habet. Quibus verbis apertè significauit, quod in illo & tribus proximis capitibus diffusè satis docet, venena esse duplicia, quędam calida, quędam frigida: calida esse lethalia toto genere, frigida quantitate tantum, nulla tamen frigidorum pharmacorum esse genere deleteria. dicuntur verò illorum nonnulla genere, nonnulla quantitate venena: non quod aliqua illorum sint, quæ in quauis quantitate etiam minima necent, nulla em talia sunt, sed ipsa etiam genere deleteria nisi quantitate quadem certa sumantur, possunt citra noxam bibi, nullum siquidem est naturale agens, quod ad agendum commodam quantitatem non exigat, aliqui essetactionis infinitæ. non itaque proinde genere hæc, quantitate illa deteriora dicũtur, sed quòd quæ quantitate talia sunt, nisi quantitate commoda bibantur, possunt vsqueadeo vinci vt pro veneno alimentum fiat. quod verò genere est tale nulla quantitate potest nutrire, quanquam in alioqua non interimat. hęc itaque docet Galen. loco citato ex. 3. de simpli. med. quæ eadem docet. 3. de temp. capit. 4. Tñ libro quinto de simplicium medicamentorum faeultate capite decimo octauo contratiũ prorsus videtur docere, dicens, multa venena frigida esse genere deleteria. sunt illius verba hæc: quædam autẽ totis substantiis nobis contraria sunt, proindeque si vel minimum eorum assumptum fuerit omnino lædent qualia sunt dryopteris & pityocampe & tapsia & solanum manicum & hydrargiros & fungorum nonnulli. præterea saliua & fel venenatorum animalium. nam talia omnia genere sunt deleteria non quantitate. hæc ille quo loco constat nonnulla calida & plæraque frigida medicamenta recenseri, cum tamen omnia genere deleteria non quãtitate dicantur. Controuersiam hanc non alia ratione spero decidi posse, quam modo quo calida & frigida in corpus nostrum agunt planè intellecto. diximus verò hunc nos in primo huius operis libro capite vndecimo quod vellem per lectore eũ qui in hunc locum inciderit, quo hæc radicitus intelligat. illhic monstrauimus calida recalfacere nostrum corpus, quod à nobis priùs incaluerint, frigida refrigerare, non quod refrigerentur (neque em esse in nostro corpore refrigerandi causam) sed quòd propter substantiam impatibilẽ non calfacta, perseuerent. hoc ipsum habent venena, sunt enim & ipsa alterantia medicamenta, habent verò plus aliis, frigida, quòd comminuũtur, comminutaque deferuntur ad cor, calida, quòd ex modo suæ substantię cum primum à nostro calore incipiunt alterari putrescunt, putrefaciuntq; viscera ipsa. atque hac ratione, vtraque sunt mortifera. in quam sententiam dictũ est. 3. de temperamentis cap. citato, frigida venena omnino non vinci neq; alterari, sed ipsa corpus nostrum vincere: calida partim quidem ipsa vinci, partim verò vincere nostrum corpus. Ex quo loco non est intelligẽdum, frigida nõ posse à nobis vinci, & calida posse, vt videntur verba sanare. contrarium enim plenè paulò ante diximus ex. 3. de simpl. posse scilicet frigida superari integrè & nutrire, calida non posse. sed intellige frigida eo interimere q̃ non vincantur, posse tamen vinci non interimentia, calida verò non eò quòd non vincantur, sed qđ putrescant. itaque frigida cum interimunt, manent omnino inuicta, cum non interimunt, omnino uincuntur: calida neque omnino inuicta manent aliquando, neque omnino vinci possunt. Habẽt em frigida bonum exitum vt vincantur, calida vt expellantur. his ita statutis, scire licet, nullũ medicamẽtum posse esse genere deleterium, nisi sit putrefaciens, aut putrefacientium partium particeps, posseq; medicamenta excellenter frigida, habere admixtas partes putrefacientes ratione quarum tota euadãt genere deleteria. talia sunt omnia medicamenta, quæ frigida quamuis sint, deleteria genere dicuntur. præstat huic dilutioni viã Galen⁹, qui cũ loco citato ex. 5. de simpli. fungos inter deleteria recensuisset lib. septimo cap. 117. de illis ita scripsit, fungus frigida humidaque planta est admodum, vnde & proximè ad deleteriam facultatem accedit. et sane inter eos sunt, qui etiam interficiunt, potissimùm qui natura mistam habent qualitatem (liceat ita dicere) putredinosam. hęc Gale. quibus haud obscurè dixit, fungos etsi frigidi & humidi sint, deleterios esse, quòd habent admistam qualitatem putrefacientẽ quod apertè diluit propositum enigma.

¶Caput vndecimum. De soporiferis.

DE soporiferis medicamẽtis est nõ minus difficilis controuersia ex Gale. verbis. nam primo lib. de causis symptomatum capi. vltimo docet verè soporifera esse medicamenta tantum humida, nam quæ simul refrigerant non tam somnum quam soporem faciunt, ex humectatione enim cerebri fit somnus, ex refrigeratione stupor. sunt verò illius verba hæc: talia igitur sunt cum medicamenta omnia, quæ verè somnifera sunt, tum quæ sic quidem vocantur, inferunt autem non somnum

num modò, ſed etiam com. &c.um, & totius corporis torporem. quæcunque autem duntaxat humectant, meritò ſomnifera vocantur. quæ vero profrigerant, neque ſomnum neque indolentiam afferre rectè dicuntur, ſed pro ſomno coma & caron: pro indolentia ob perfrigerationis excellentiam vel prorſus ſenſus priuationem, vel certe ſenſum minutum. Hæc habet prædicto in loco. In quinto libro de ſimpliciũ. medicam. facultа. capite decimo octauo ita ſcripſit, at ea quæ καταφορὰν (id eſt ſoporem) epota faciunt, ac proinde dolorem lenientia & ὑπνωτικὰ hoc eſt ſomnifera, à pleriſque dicuntur, temperiei ſunt maximè contrariæ iis quæ re vera ſunt anodyna, refrigerant ſi quidem omnia corpus, & ſenſum eò vſque ſtupefaciunt, vt ſi paulo liberalius ebibantur, mortem afferant. Cæterum ad vſum propoſitum optima ſunt, quęcunq; deſiccant. hęc ſententia omnino videtur priori contraria. nam illic dixit ſomnifera tantum humectare, hic ſomnifera refrigerare, neq; ſolum hoc, ſed & commodiora eſſe ad hunc vſum, quæ deſiccant, quãquæ humectant. ſi quis tamen conſideret attentius, inueniet nihil hic dictum eſſe repugnans, ſed omnia conſona. Nam cum ſomnus duplex ſit, quidam naturalis, quidam ſymptomaticus vt. 4. huius operis libro explicuimus, quæ ſomnium naturalẽ faciunt, hæc ſola in primo de cauſis ſymptomatũ verè ſomnifera appellauit, quæ ſymptomaticũ, non ſomnifera, ſed ſoporifera potius aut ſtupefacientia. hæc tamen ipſa, quæ ab illo non verè ſomnifera dicũtur, dicit in. 5. de ſimplicibus à plæriſque ſomnifera appellari, atque de illis eo loco diſputauit. hæc vero ſunt non humectantia tantum vt illa, ſed refrigerantia vehementer. quin potius inter ea quæ refrigerando cataphoram inducunt, minus noxia ſunt, quæ deſiccant vt opium, quã quæ humectãt vt cicuta, quandoquidẽ ſupra ſtupefaciens frigus, obrruẽs humor auget malũ. horũ ſanè medicamentorum vſus perſe ſemper nocet, vitanduſque proinde quoad fieri poteſt eſt, vt docet Gale. 12. Meth. cap. primo: tamen permitttit nonnunquã gratia alicuius ſymptomatis grauius vrgẽtis vt doloris, aut peruigilii. inter hæc verò minus periculoſſa ſunt dicta cauſa, quę cũ refrigeratione deſiccant, quam quæ humectant. quid ergo? nũquid ea tantũ ſunt verè ſomnifera, quæ tantũ humectãt? lactuca ergo non eſt ſomnifera, neque vinum eſt ſomniferum, neque lac. duo enim horum refrigerant, alterum calfacit. Tamen experimento inuenimus, hæc, & præterea omnia replentia caput, ſiue calida ſint, ſiue frigida, ſomnum cõciliare. fortaſſe dices, hæc ſomnum pręter naturam facere, eò que de illis non diſputaſſe Gal. loco cito. Addesque in horum confirmationem, ſomnum naturalem fieri ex halitibus alimentorum, hæc vero habere vires medicamentoſas, quibus ſumnum conciliant non naturalem. Sane hæc valde dura ſunt. nam hac ratione nulla poſsint eſſe medicamenta ſomnifera, quinpotius contradictionem inuoluet dicere, medicamenta verè ὑπνωτικά. Nãque talia fuerint, erunt tantum alimenta. non ergo ita res ſe habet: ſed ſunt aliqua verè ſomnifera medicamenta, quæque naturalem ſomnum inducunt. Huiuſmodi ſunt, quæ alterant quidẽ, ſed nõ eatenus, vt morbum aliquem inducant. hæc enim cum morbum non faciant, neque ſomnus, quem faciunt, erit ſymptoma. Monſtratum ſiquidem eſt in quarto huius operis libro, ſymptoma omne naſci ex morbo. Lactucaigitur refrigerat, ſed non facit ſomnum primario refrigerando, ſed humectando modice, ſecũdario refrigeratio etiam iuuat, vt lactuca ſomnũ faciat. quanquam ea refrigeratio ſola nõ faceret ſomnum. nã qui à ſola refrigeratione fit eſt ſtupor, eum non faceret lactuca. non eſt ſiquidem illi tanta refrigeratio verum ea quantulacunque eſt admota humori, potius confert ad ſomnum, quam vt impediat, contra ac calor qui potius impedit, quam iuuet. quare vinum humectando fit ſomniferum, quippe quod eſt cálidum. Ergo verborum Galeni is eſt ſenſus. ſunt verè ſomnifera, non quæ tantum humectant, ſed quæ tantum humectando ſomnum conciliant, idque primario, ac præcipuè. Vnde fit, vt ſomnus ex lactucis, vino, lacte, & ſimilibus, naturalis ſit, niſi intentione fiat præter naturam. Scimus ſiquidem ex tractatione de cauſis ſymptomatum, omne accidens naturale intentione fieri poſſe ſymptoma: & omnem cauſam accidentis naturalis effecientem multitudine fieri poſſe ſymptoma. ſed de medicamentis ſomniferis hęc ſit ſatis dixiſſe.

¶Caput duodecimum. De medicamentis pus mouentibus.

PVS MOVENTIA DOCET GALENVS EO DIFFERRE AB emollientibus, libro quinto de ſimplicium medicamentorum facultate capite ſecundo quòd emolliẽtia calida ſunt, & nonnihil ſicca, tamẽ ſuppurantia ſimilimũ copori calorem producentia, humorem, qui in eo eſt, neque conſumunt, neque augent. quibus verbis apertè ſignificat, ſuppurantia collata corpori inflammato temperata eſſe, quanquam dixerat paulo ante, & poſt modum repetit non ſemel, illa eſſe calida & humida. quę tamen ipſemet ita interpretatur capit. octauo eiuſden libri. Eſt autem (inquit) propoſitum diffinire, qualis ſit vniuersè pus mouentium natura.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dictum autem est, quòd modicè eam humectantem, & calfa[illegible] esse oporteat: quod aliis verbis
dixit, vt neque excellat, temperiem corporis ipsum immuta[illegible]is, neque ab ea deficiat, sed quoad fieri
possit simile sit. hæc Galenus. sed si non sumus obliti eo[illegible]m quæ de gradibus alterantium medicamē
torum diximus, constat ea, quæ corpori à quo alterantu[illegible] euadunt similia, temperata esse, neque ca-
lida neque humida, itaque videntur hæc Galeni loca signi[illegible]care, medicamenta suppurantia esse tem-
perata exquisitè. tamen hæc doctrina non satis videtur constare cum aliis eiusdem autoris verbis.
Nam quorsum naturam hāc medicamentorum finiens, totiens dixit calidam & humidam esse, si tem-
perata est exquisitè? sed quod quarto libro Methodi. capite quinto scripsit, videtur esse aduersissimū.
nititur enim illic monstrare, suppurationem esse putrefactionem quādam, eòque (inquit) fit, vt à cali
dis & humidis plurimùm adiuuetur, quoniam, scilicet, calida & humida sunt putrefacientia. Do=
cuit præterea idem Galenus in tractatione de simplicium facultā. suppurationem non esse opus so-
lius naturæ, vt carnis generationem: neque solius medicamenti, vt exæsionem carnis, aut corrosio-
nem, sed partim esse naturæ, partim medicamenti: ergo si medicamentum aliquid præstat per se in
ipsa suppuratione, non tantum debet seruare temperiem partis, & prohibere, quod impedit, vt fa=
ciunt carnem generantia, sed alterare etiam aliquid, quæ alteratio nulla esse potest, præter calefactio
nem & humectationem. Adde materiam eorum, quæ inter suppurantia recensentur à Galeno, calidā
esse & humidam, aquam calidam, & calidum oleum, & cataplasma ex farina ordeacea, & talia om=
nia. Dicunt quidam, sumpta occasione ex capite quinto libri quinti de simplicibus, suppuratoria me
dicamenta alterare calfaciendo & humectando succum contentum in inflammata particula, tamen
partis ipsius temperiem exacte conseruare inalteratam: itaque esse ad membra medicamenta tem=
perata, tamen gratia alterationis succi, quem putrefaciunt mediocri illa putredine, dici calida & hu-
mida. In hac responsione sunt duo difficilia: primum, quòd vsus olei, & aliorum suppurantium nō
esset aduersus calidis vlceribus, neque enim ipsas carnes putrefaceret, quas non alterare respondes,
sed, quanquam carne non impleret, quia non detergeret, quantum in vlcere conuenit, cum tempe-
riei partis esset exactè simile, non corrumperet. quàm verò noxius illis vlcerib⁹ hic vsus sit, vide apud
Galenum tertio libro Metho. capite tertio. Præterea non video, qua ratione succi, qui per se humidio-
res substantiæ sunt humectentur à talibus medicamentis, membris siccioribus inalteratis. quare ego
controuersiam hanc, si possum, distinctiùs vellem dirimere, hinc sumpto principio. In suppuratio=
ne duo debent expeti à medico: primum, vt pus optimum sit, secundum, vt fiat qnam cellerimè, ita
enim optimè ægrotanti prospicitur. possunt verò duo hæc æqualiter contingere, aut non æqualiter,
sed alterum plus altero. Illud pus est optimum, quod minimæ putredinis est particeps, cum tamē nul
lum sit omnino expers putredinis: illud est deterrimum, quòd maximè illam participat, vsque adeo
vt si multam admodum subeat putredinem, non amplius pus dicatur, sed succus putris. putrefaciūt
vero calida & humida, non tamen quæcunque quouis gradu sunt calida & humida, statim sunt pu-
trefacientia, sed ea tantum quæ valde talia sunt, quæ verò his sunt minùs multo calida & humida, pu-
trefacere etiam illa possunt (calor enim cum humore semper est putrefaciens) sed non tam mala pu-
tredine, quam quæ septica sunt: sed mitiori quadam, quæ suppuratio dicitur (est enim nihil aliud sup
puratio, quam putrefactio quædam mediocris, quæ quantò à magna putrefactione recedit magis, tā-
tò accedit ad concoctionem) igitur non dubium est, calida & humida moderatè, posse pus gignere,
putrefacientia scilicet, quia calida & humida, sed non integrè, quia moderate sunt talia, ea etiam quæ
naturali partis inflammatæ temperamento sunt exactè similia, possunt pus gignere. Nam conseruant
temperiem calidam & humidam, quæ præter naturam est eo tempore in particula inflammata, per-
mittens putrescere succum, & obsistens partis putredini. Nam medicamentum, quod imponitur
parti præter naturam affectæ, exactè simile naturali partis temperiei, habet vim conseruandi partē,
& nullam habet affectus præternaturam curandi. Ergo non est dubium, posse etiam medicamenta
exactè similia parti suppurare, non quidem alterando succum ad humorem (est enim ipsum medi-
camentum illo siccius) sed conseruando calorem & humorem, & insuper, sua substantia, quę est
emplastrica, cohærcendo interius effluuium, vt contentum illic computrescat. si igitur & quod cer-
to gradu est calidum & humidum, & quod exactè æquale est parti suppurat, suppurabunt profectò
& quæ in medio horum sunt calida & humida. Constatque hæc quò plus participant caloris & hu=
moris, eò citius putrefacere, sed vt citiùs, ita deteriori putredine, quia accedunt ad septica magis.
quò verò minus earum qualitatum habent, eò lentiùs putrefacere, quia eò plus accedunt ad partis
naturam: sed vt lentiùs faciunt, ita melius pus conficere. Itaque vtraque suppurant, tamen æqua=
lia optimum pus faciunt. neque tam innoxiè id faciunt calida & humida, quanquam citius etiam
quam illa suppurare, nihil prohibet. proinde ergo Galenus genus suppurantium calidum & humi-
dum esse dicit, quia nonnulla suppurant humectando per se, & quæ illorum minimè sunt humida,
humectant etiam quodammodo humorem qui illic est præternaturam, fouendo. dicit rursus ho-
rum genus exctè similimum, quia quæ exactè talia sunt, optimum pus faciunt, & quantutissimè.

quare

quare hæc illis meritò præfe[illegible]atur. Iam verò neque illud difficillè est scitu, cur suppurantia obsint cauis vlceribus. Nam quæ calida & humida sunt, colliquant putrefaciendo, quæ vero pa[illegible]ti sunt similima in calore & humore faci[illegible]t vlcus sordum, cum sua substantia, quando liquida infunduntur, tum etiam quia in illis vlcerib[illegible]s opus est siccantibus & detergentibus, atque ita sordidum fit vlcus non solum ab iis quæ humectando moderata sunt, sed etiam ab iis quæ minus desiccant, quam oportet. neque rursus illud quod obiiciebatur, non posse medicamentum, quod carnem non alterat, succos humectare, est difficille. carnem enim non alterant medicamenta illa, quia similia ei sunt, succum verò putrefaciunt, non quia humectant perse, sed vt explicuimus, quia obstruentia cohibent effluuium, & conseruant calorem & humorem præternaturam. illud quoque quod ex quarto Methodi additum est, dictis consonat. Argumetatur, scilicet suppurationem putrescentiam quandam esse, quia à calidis & humidis iuuatur, id quod nos quoque monstrauimus. quin etiam monstratum est, si quæ suppurant quæ ad carnem neque calida neque humida sint, hæc etiam calfaciendo & humectando quodammodo facere. quare pro suppurantibus quoque, atque pro nono hoc libro iam satis diximus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Controuersiarum medicarum & philoſophicarum.

CONTROVERSIARVM MEDICARVM ET PHILOSOPHICARVM LIBER DECIMVS.

PROOEMIVM.

NIHIL EST QVOD TAM REDDAT MEDICVM ALIIS hominibus admiradum, quàm pars prognoſtica, quippe quæ ſola videtur eſſe ſupra humanam conditionem. proinde diuinus Hippocrates cùm reliquarum medicinę partium laudes operibus oſtendat, potiuſquam verbis celebret, tamen prognoſticam multis nominibus commendauit, & quòd maior fides habeatur medico, qui, quæ ægro euenère, aut eueniunt modo, aut euentura ſunt, edicit, eòque plures ſe illi audeant concredere, & quòd etiam cum ægrotantes intereunt, credatur culpà vacare, ſi prædixit, quòdque prægnoſcendo futuras affectiones meliùs multo curationem moliatur. meritò igitur magnæ habentur gratiæ, Hippocrati primum, qui partis huius, vt & bonorum omnium, nobis autor extitit, deinde & aliis omnib⁹, qui in hac parte laborauerunt, de arte medica optimè meriti. eſt enim hæc pars difficillima, quò factum eſt, vt pauci ſcripta Hippocratis & Galeni de prædictione commentariis proſequuti ſint. tamen cum tam honorificum eſſe medicis prædicere apud ægrotantes, omnes intelligant, omnes tẽtant prædicere, quanq̃ non omnes eodem modo: ſed alii temeritate quadam fortunam experiuntur, alii aſtu circũſtantibus imponunt: perpauci arte & prudentia præſagiunt. Sunt qui nihil eſt tam alienum ab humano ſenſu, quod negent ſcire ſe, nihil tam abditum, quod non vaticinentur, tam conſtanter proferentes, quam ſi naturis rerum imperare poſſent, qui tamen ſtatim ac incautè protulerũt, fortunam deprecãtur, atq; quod in mendacio deprehenſi cauſari poſsint excogitant. Alii proferunt ambigua quædam, vt Apollo ex tripode, aut ſi minus hæc poſſunt, aiunt modò, negant ſtatim, nequis ſit rei euentus, quem non prædixerint. quibus artibus apud imperitum vulgus admirationem cõſequuntur, tamen apud ſapiẽtes ſunt ridiculi, & tam habentur medaces cum vera dicunt, quam cum mentiuntur: vt cõtra, qui loquuntur prudẽter, laudantur meritò, etiam cum deerrant. ſcilicet, nunquam errare nulli mortalium contigit, rariſsimè errare, contingit peritis & prudentibus. quos primum omnium decet nihil policeri, quod præſtare non poſsit ars: deinde, quæ dicent, proferre non vt diuinatores, ſed vt artifices. nihil tamen eſt, quod adeo referat medicum præſentire, quam morborum inſignes mutationes, inquibus dierum natura, maximam putatur vim habere. proinde operę precium fuerit, ante alia diſputare, vnde his ipſis diebus accedat iudicandi vis, & reliquas de criticis diebus controuerſias dirimere, deinde ad ipſas morborum iudicationes properare.

¶ Caput ſecundum. An ſit diebus criticis vis à radice ſuperna.

DIes decretorii illi dicuntur in quibus frequentiſsimè & tutiſsimè ſolent morbi iudicari. Gal. 3. lib. de diebus decretoriis huius rei cauſam in ſupernorum corporum motum reiicit. Sunt qui Galeno hac in parte contradicant, cum Auerroe cenſentes morbos in hoc aut illo die potiuſquam in aliis iudicari, non ex cœleſtibus corporib⁹, ſed ex proportione agẽtis ad id quod patitur, cõtingere. quorum ratio hęc eſt præcipua. toto morbi tempore eſt inter naturam et morbi cauſam pugna quædam, qualis inter naturales cauſas contingit, ſimilis ſcilicet ei quæ inter ignem & lignum vſque ad combuſtionem fit. non enim minus naturalia agentia ſunt, virtus noſtra naturalis, quę in temperamento cõſiſtit, & morbus qui corporis humani eſt præter naturam affectus, quam ignis & aqua. criſsis tempus eſt terminus actionis & victoria, ſi bona eſt criſis, naturæ, ſi mala, morbi. Sed in aliis actibus naturalibus

bus, vt gratia exempli ligni combustione, finis actionis aduenit ex proportione potentię agentis ad resistentem patientis corporis. prouide enim à philosophis omnibus dictum est, præcipuè ab Aristo. velocitatem motus fieri ex proportione potentiarum agentium ad patientes, qm̃ scilicet ex modo huiusmodi proportionis, finis actionis aut citi⁹ aut seriùs aduenit. Igitur eàdem ratione in morbis crisis ex radice inferiori (ita vocãt potẽtias agẽtes et patientes) non ex motu corporum cœlestiũ cõtingit. Adde multas actiones esse quæ certis diebus & statis periodis contingunt, quas tamen ne ipse Gale. motibus cœli tribuit, sed modo motus causarum, infernarum. exemplo sunt periodi in febribus intermittentibus. Cœterum quanquam hi probabilia loquantur, multo veriorem esse censeo Galen. opinionem. quam his rationibus ex eodem desumptis confirmo. quæ elementorum virtutibus fiunt, non tantum ordinem tuentur, quantumquę à corporibus cœlestibus aguntur. illa enim mutabilia sunt & incerta, hæc stabilia & firma, ab aliis corporibus inalterata, agitata certo quodam & æterno ordine. Igitur ordinatum motum & perpetuum, & qui veluti ex naturæ lege, septimo gratia. ex. aut. 14. terminatur, non est probabile casu aliquo fieri, sed ex motu astrorũ, qui est impermutabilis, pẽdère. Nam quę casu aliquo fiunt, stabilia non sunt, neq; ex his quę plærunq; contingunt. Sed vis criticorum dierum, bis mille ab hinc annis à probatissimis antiquorum obseruata est, & memoriæ posteritatis tradita. adde quòd si proportio potentiæ agentis ad resistentem faceret, morbos his aut illis diebus terminari, cum hæc variare possit, aut mutata succi quantitate, aut imminuta aucta væ virtute, singuli dies possent esse decretorii. nam si in morbo qui septimo die erat iudicandus, tantillum succi detrahas addas ve, facies vt sexto aut octauo iudicetur. quare cum proportio in singulis naturis & in singulis morbis permutetur non possent morbis omnibus & naturis & regionibus & ætatibus & temporibus esse iidem decretorii dies. prętera quanquã ex ratione proportionis fieri posset, vt in his aut illis diebus frequenter morbi iudicentur, tamen vt in his tutius in illis minus tuto, quod ad fidem pertinet criticorum dierũ, ratione nõ fieret. nam cum morbus hic propter hanc proportionem in septimo die iudicetur, ille propter proportionem aliam, in. 14. vnde nascatur vt septima die crisis tutior sit & perfectior? præterea nisi hoc ab aliqua causa superna penderet, non esset quod homines eisdem diebus morerẽtur, ex quibus supersunt, vt Hipp. 3. progn. docet. non enim necesse est ignem eodem tempore à lignorum congerie suffocari, quò ligna ab igne comburerentur. est ergo probabilissimũ vim criticorũ dierum alicui cælesti motui adscribi debere sed inter astra quod magis humorib⁹ pręsidet, est, vicina nobis, luna. merito ergo motus humoris morbi tribuetur motui lunæ. maximè cum ea quæ experimẽto cõperta sunt magnopere cũ illi⁹ motu quadrent, id quod hac ratione inuenit Gal. Mensis peragrationis lunæ constat. 27. dieb⁹ & octo horis, mensis illuminationis. 26. dieb⁹ &. 12. horis. additis trib⁹ dieb⁹, quib⁹ delitescit, fit mẽsis ex. 29. dieb⁹ cũ dimidio. Cõputatio dierũ decretoriorũ, quorũ vis lõgo experimẽto cõstat, nõ quadrat cũ mẽse peragratiõis, neq; cũ mẽse illuminationis: cœterũ ex his duob⁹ cõfusis alter mẽsis resultat, qui mẽsis medicinalis appellat, cũ quo oĩa, quæ de dierũ decretoriorũ numero ab Hippocrate scripta sũt, mirificè cõueniũt. Nã ex. 27. dieb⁹ & octo horis ab altera parte: ab altera. 26. dieb⁹ & 12. horis, cõstituũtur. 53. dies &. 20. horę, quorũ dimidia pars est. 26. dies. &. 22. horę. his igit cõstat mẽsis medicinalis, qui in hebdomadas distributus, continet dierũ decretoriorũ terminos. collegimus igit probabiliter dierũ decretoriorũ vim ex lunæ erroribus pẽdère. neq; sane tã est similis ratio circuituũ febriũ, criticis dieb⁹, vt si illorũ causa nõ reiicitur in astra, statim oporteat, neq; criticorũ causam supernis causis adscribi: nam multa sunt quæ dierũ criticorũ vim ex causis peculiarib⁹ nõ pẽdère indicãt, vt ordo perpetuus, & fides, securitasq;, & alia quę in argumẽtis tetigimus. Nam si in circuitibus est ordo, alia certè nõ sunt, & ille ipse non tam perpetu⁹. mõstrauimus siquidẽ in quinto hui⁹ opis libro, ex paucitate materię (eadẽ est rõ multitudinis) aliũ ex alio circuitũ fieri, vt quintanã & sextanã ex quartana, & ex quibusuis succis erraticam. Certè cui p ratione vis ei⁹ quę est in criticis dieb⁹, dicta non suffeciẽt, multòminus faciet satis causa, quam Amatus lusitanus commentus est, qui dies morbi confert numeris cantus, quia vt inter numeros quidã sunt dissoni primo, quidam assoni, ita (inquit) inter dies. eòque dies numerorũ dissonantium primo, causa dissidii, dicit, ad pugnam agere morbum & naturam, quę in consonis diebus, causa similitudinis cum primo, quietem agunt. ratio hæc nulli (arbitror) satisfecerit quantumuis beneuolo. Nam præterquam quòd ridiculum est consonantiis vocum articulos morbi, res adeo diuersas cõferre, & hinc putare rationem quampiam reditam esse, tamen neque illi imaginationi effecta respondent. Nam vt ipsemet præscriptis numerorũ tabellis dicit, vigesimus est consonus primo. &. 18. &. 16, sunt dissoni· tamen constat vigesimum esse primi ordinis decretoriorum, tertium à septimo, &. 12. &. 18. minimè iudicantes. non ergo numerus punctorum dissonantium primo, respondet diebus decretoriis, & consonantium non iudicantibus. Sed nugari sæpe volumus, vt nouarum rerum inuentores simus.

¶ Caput secundum. An dies decretorii integri debeant assummi ad computationem.

Sunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

SVnt qui putent in computatione dierũ decretoriorũ de singulis d bus naturalibus qui. 24. horis constant, præscindi debere singulas horas quatuordeci a parte minus. quorum rationes sunt hę. medicinalis mensis constat. 26. diebus & 22. horis, & hunc oportet in. 4. septimanas diuidi, igitur prima septimana constat. 6. dieb⁹ & 17. horis cum dimi a, atque ita alię omnes sed ex. 6. dieb⁹ & 17. horis cum dimidia, vt licet supputanti clarè conspicere, n on possunt septem dies constitui, nisi de singulis diebus detrahatur hora vna, minus parte. 14. Hoc c ntẽdunt Hippocratem docuisse. 3. progn. contex. 5. ita dicentem, fieri verò non potest, vt horum vllum totis diebus eximie numeretur. non enim annus aut menses totis numerari diebus natura apti sunt. videtur ergo Hippo. sentire decretorios dies, non posse integros numerari. Sed quantum ego opinor hæc sententia præter Gale. mentem est. nam vt alia multa loca omittam, primo de crisibus cap. 17. ita inquit. In primo quidem die, sic verò ex me omninò intelligas, totum ex nocte & die tempus in. 24. horas partitum. Igitur nõ est dubium iam, quæ sit Gale. sententia, cum ipse tam distinctè fuerit locutus. sed monstratur hoc idem ratione. si à diebus præsciderentur singulæ horæ, constat mensem medicinalem. 28. diebus medicinalibus concludi, qua ratione, & quatuor integris septimanis. nullæ igitur septimanæ computarentur cõiunctę, quomodo secundo de diebus decretoriis secundã & tertiã cõputari dixit, neq; tres septimanæ viginti concluderẽtur diebus quemadmodum docet. 3. prog. com. 5. Præterea fieret vigesimus primus decretorius, quanquam nihil magis proclamatum est apud Gal. quam. 20. diem decretorium esse, & finem tertiæ hebdomadæ, quoniam tertia & secunda communem habẽt quatuordecimũ diem, qui vltimus est secundæ & primus tertiæ septimanæ, vt expresse docuit. 2. Aphor. com. 24. quæ tamen omnia corruerent. Nam. 14. decretorius terminaretur. 13. & vndecim horis, & ab hoc tẽpore inciperet tertia septimana quare nullũ tempus esset commune illis, magisquam primæ & secundæ septimanæ. sed dicent forsasse vigesimum diem naturalem, esse vigesimum primum medicinalem, atque proinde à Gale. vigesimum decretorium appellari. sed nec hoc verè dicent, quandoquidem ex vigesimo primo naturali, desumit vigesimus primus medicinalis. 4. horas cum dimidia. quare neutro modo, neque loquẽdo de diebus medicinalibus, neque de naturalibus, verè dictum esset à Gale. tertiam septimanam vigesimo die terminari. est igitur merum figmentum, dies decretorios non ex die ac nocte integris constare. sed qua ratione respondendum est ad argumenta contrariæ sententiæ? non aliter quã paul nte dictum est, mensem ex 4. septimanis constare, sed secundam cum tertia communicare vna die, atq; proinde. 27. diebus contineri. 4. hebdomadas. in eandem sententiam est dictum ab Hipp. illud quod ex aduerso adducebatur, dies non posse integros numerari, nõ quòd singuli integri nõ sint, sed quòd omnes non habeant hebdomadarum integritatem. nam defectu vnius diei, fit illa cõputatio per diẽ communem. sed de hac quæstione satis est hæc dixisse.

¶Caput tertium. Vtrum dies impares sint in iudicando fortiores quam pares.

VIs decretoriorum dierum tanta est, vt cum morbus est solutus in illorum aliquo, non sit, quod timeamus recidiuam, cum verò in aliquo aliorũ dierum, qui rarò, aut malè iudicant, tã prompta sit recidiua, vt in historia virgirnis lariss̃ę. 3. epid. contextu. 85. quasi portentum aliquod Hippocrates retulerit, cum febris esset soluta sexto die, non repetiisse. Sed. 4. lib. Apho. 61. ita inquit, febricitatem nisi die impari febris reliquerit, solet recidere. quarto de ratione victus Acutorum. contex. 73. signorum autem multa fiunt in die impari magis quam pari. Quare videtur Hippo. docere solos dies impares potentes esse ad iudicandum. 4. etiam de ratione victus in morb. acutis. cõtex. 56. ita scripsit, maximè verò numerus impar est obseruandus, nẽpe hi dies in hanc vel illam inclinantes partem, reddunt ægrotos, in cuius capitis commentario Gal. subscribit Hippocratis sententiæ dicẽs impares multa pollere virtute non simpliciter, sed in acutis morbis est intelligendum, vt insignes in vtramque partem, tum salutẽ tum mortem mutationes efficientes. hæc igitur est Hippo. & Gale. sententia. sed cõtra videtur esse quod ab eisdem autoribus dictum est, & experimento inuentum, quartum, quatuordecimum & vigesimum aprimè esse decretorios qui tamen omnes pares sunt. cum ergo vtrunque ab eisdem autoribus dictum sit, videtur cõmoda aliqua ratio excogitanda, quo minus hęc sibi repugnãtia deprehendantur. quartus dies etiam si sit decretorius, tamen rarissimè iudicat. quoniam in morbis acutis qui per impares dies ferè semper mouentur. 3. aut quintus subrripiunt crisim, vsque adeò vt archigenes toto suæ vitæ tempore bis, & Galen. semel, in quarto die crisim factam viderint. vt ipsemet testatur. 3 de crisibus cap. 4. Dies 14. & 20. impares sunt. nam quanquam à primo die sunt pares, tamẽ facta computatione à primo die suæ hebdomadæ, illorum vnusquisque est impar. 14. 5. ab octauo, & 20. à. 14. Neque possum excogitare aliam rationem, cùm Galenus loco prædicto. 4. de ratione victus in acut. com. 56. illos impares esse apertè dicat, nam paulò ante recitata verba, loquens de imparibus, hęc addit: In acutis quidem hi sunt, tertius, quintus, septimus, nonus, vndecimus, decemus quartus, & decimus septimus. Quare non possum non mirari Galenũ qui in hac parte cõcesit impares multa

pollere

pollere virtute,&.14. imparibus annumerauit,& tamen.4.lib.Apho.61.ſententiam illam aphoriſticam Hippoc.eſſe negauit,hoc ductus argumento, quod in Epid. Hippocrates multos.14.die viderat iudicatos. fortè non ſuccurrerat modus ille computationis, quo.14.dies inuenitur impar, nobis verò ex.4.lib.de ratione victus,ita videtur dicendum,quemadmodum excplicuimus,aut eſt apertè Galenus mendacii damnandus.ſed de his hæc ſatis ſunto.

¶Caput quartum. Vtrum computatio dierum criticorum in muliere quę poſt partum febre corripitur, incipere debeat à die partus, an febris.

CErte vt in nullo affectu eſt,inuentu facilè,à quo die cõputatio quo criſis tẽpus inueniat, incipere debeat,in muliere quæ peperit, & poſtmodum febre corripitur,omnium eſt difficillimum.Nam præterquam quod Hippocr.ipſe hac in parte parum videtur ſuis præceptis conſtare,ratio etiam videtur opinioni omnibus ferè medicis communi eſſe aduerſiſsima,niſi alia probabilior enarratio excogitetur.Hipp.3.progn.Aph.12.pari modo(inquit)in mulieribꝰ iudicatiões fiunt à partu.Gale.in cõ. principium enumerationis tibi fiat,non quo die cœperint febricitare, ſed quo pepererint. Sed contra eſt,quòd primo de morbis popularibꝰ cõmen.in hiſtoria vxoris Philini, quæ filiã pepererat,&.14.die febre correpta eſt,&.20.animam ægit,apertè terminum morbi a die, quo febre eſt correpta numerat Hippocrates.nam poſtq̃ primũ diem dixerat febris,dixit ſextum, ſeptimum,octauum,nonum,decimum,vndecimum,decimum quartum,& vigeſimũ.tamen ſi vigeſimo à partu eſſet mortua, inter primum diem febris & mortem,non tot interceſsiſſent dies, ſed ſex tantum. ſunt qui reſpondeant, illud ita intelligi , non quocunque die poſt partum febris accidat, computationem à partu fieri debere, ſed ſi ſecundo aut tertio die accidat,atque ita in vxore Philini rectè computationem à principio febris incœpiſſe,vt quę quatuordecimo die poſt partum cœperit febricitare. Quorum ratio eſt hæc,nõ alia de cauſa computatio videtur debere incipere à partu,quam ex vehementi ſucci agitatione,quę in illo contingit.ſi igitur partus cum febre proportionem aliquam ſeruet eorum motuum , quos ſolent morborum materiæ obſeruare,vt ſcilicet reſpondeat aut ſecundo aut tertio aut quarto die, quod contingit intra tres dies poſt partum, veriſimile eſt morbi materiam in die partus agitatam eſſe primùm, atque proinde computationem illinc fieri,non verò ſi longiùs abſit febris à partu.hanc ſententiam videtur innuere Gal.3.progn.commẽ.citato,ita dicens: In quibuſdam igitur incipiunt circa ſecundum aut tertium diem à partu,ex quo multi numerare incipiunt futuram iudicationem.ſed res non ita habet,ſed ex quo pepererint numerationem fieri oportet dierum. hanc etiam ſententiam ſignificauit auic. fen.2.quati dicens.de hoc dixerunt quidam,quòd plurimum accidit poſt ſecundum & tertium. Sed contra hos eſt,quod & febrem vxoris Dromæadæ quæ poſtridie à partu acuta febre eſt correpta computauit Hippo.à die febris,primo Epid.par.3.com.27.primo,inquit,die quo rigore & febre correpta eſt,ex præcordiis laborare cœpiſſe,poſtridie eius diei quo riguerat,aluum cõmodè reddiſſe,tertio riguiſſe,quarto dolorem præcordiorum:quinto ſitibundã & faſtidioſam,ſexto obiiſſe.itaq; neq; hic meminit Hipp.diei partus,etiam ſi poſtridie poſt partum febris & rigor aduenit.quare hęc Hipp. ſententia, nec à ſuo autore videtur obſeruata.pro qua nec ratio ipſa videtur ſtare.Nam ſi quà ratione computatio deberet fieri à die partus,maximè propter motionẽ materiæ,quæ in partu fit, ſed hęc motio non videtur ſatis eſſe efficax cauſa.Nam quantuncunque materia morbi ante febrem ex occaſione aliqua motu ſecundum locum agitetur,computatio nihilominus incipit ab ipſa febre. Nam alioqui, in quacunq; alia febre deberet computatio fieri à tempore nutræ diſpoſitionis,in quo vt indicant dolor capitis,& laſsitudo,& faſtidium,materia incipit agitari.quod tamen non ita fit,ſed à primo die incipit cõputatio febris,quod & in ipſa febre poſt partum videtur fieri oportere.nam conſtitutio morborum,& diſtinctio temporum quæ vniuerſalia vocant fit per inſignes mutationes, quæ in materia contingunt,non latione, ſed concoctione:aut putrefactione.Cum igitur materia in die partus, neq; putreſcere neque coqui incipiat (aliter enim & febris ſtatim fieret)ſed tantum agitetur motu ſecundum locum,vt et in neutra diſpoſitione fieri monſtrabamus,non videtur eſſe quòd computatio dierũ criticorum à die partus incipiat, à quo non incipit ipſius materiæ elaboratio. quæ ratio non minus precedit ſiue.3.aut.4.die febris fiat,ſiue alio quocunque.hac fortaſſe ratione ductus Auicena loco citato viſus eſt Hippocra.& Gal.contradicere,ita ſcribens,Etſi pepererit mulier dein de accidat ei febris,tũc ſi non computetur ex febre, & non niſi ex partu, eſt illud error. quanquam hunc ſui interpretes ita declarant,non quò antiquis autoribus contradicat,ſedquò illorum ſententiam reddat diſtinctiorem. non enim (dicunt) negauit computationem à partu fieri aliquando, ſed perpetuò fieri ex partu, & nunquam ex febre, illud damnauit.quoniam, dicunt,partui ſuccedente febre,nonnunquam ex partu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tu, nonnunquam ex febre fieri debere. quam rem ita diſtingunt. ſi partus naturalis eſt, atque febris illi ſuccedat, ex febre debet fieri computatio, ſi non naturalis, ex partu, quocunque die febris fiat, ante expurgationem. ſed partum naturalem eſſe dicunt, in quo nec grauia ſymptomata, neque excrementorum accidit retentio, ſed ſymptomata læuia fiunt, & rectè ſuccedit expurgatio. Contra quos tamen eſſe videtur quod & Hippocra. tertio Epid. par. , in hiſtoria mulieris, quæ apud frigidam aquam in thaſo habitabat, poſtquam filiam peperiſſet, neque eſſet purgata, tertio à partu die, febre correpta eſt, acuta, cum horrore veniente. Tamen vt licet ex hiſtoriæ contextu videre, Hippocrat. à die febris computationem eſt exorſus, quanquam partus fuerat non naturalis, neque enim (inquit) erat purgata. Igitur neque hic neque ille modus videtur conſtare, neque propoſitis argumentis facile reſpondendi viam aperire. excogitandus igitur alius eſt commodior, non enim ab antiquorum ſententia eſt recedendum. Partus vt hi vltimi proponebāt, naturalis eſſe poteſt, aut non naturalis, differunt hi ſymptomatum grauitate, aut læuitate, & expurgatione, non quæ repente fiat, ſed tamen in præſcripto naturæ termino, ritè, & citra retentionem procedat, ſi igitur nauralis fuerit partus, non poteſt intra terminum expurgationis mulier, niſi fortè ex aliqua procatarctica cauſa, febre corripi, vt quæ ab omnibus excrementis facilè expurgatur, ſi verò partus non naturalis eſt, conſtat ipſum eſſe præter naturam affectum, qui cum ſatis multas operationes lædat, nō eſt quod non dicatur morbus, partim in temperamento ex affluenti ſucco, partim in praua compoſitione conſiſtens. quæ igitur febris in talibus affectibus intra expurgationis tempus quæ non ritè ſuccedit, fit, ex ipſo partu cenſenda eſt pendêre, atque ita rationem habere febris accidentis. vt igitur in febre quæ pendet ex inflammatione, aut graui vlcere, aut aliquo alio morbo, à morbi ipſius primo die computatio debet fieri, non à febre, ita de partu non naturali & febre rem habere cenſeo. Itaque ſi partus fuit non naturalis computatio debet fieri à partu, ſi naturalis ab ipſa febre. Cæterum etſi poſt partum nō naturalem febris ſuccedat, quam ex cauſa aliqua procatarctica conſtet eſſe factam, cum hæc non ex partu cauſam duxerit, non eſt quod ab illo recipiat principum computationis. Sed illud quoque animaduertendum eſt, quanquam à Galen. ſit dictum principium enumerationis fiat, quo die peperit, cautius tamen dici poſſe, quo die incœperit parere, incipit enim moueri materia, non quo die infans in lucem editur, ſed quo graues dolores mulierem præhendunt: quibus multæ tres, quatuor aut quinque diebus tenentur. ab horum igitur primo computatio debet incipere, non à quinto. In vxore Philini, meritò computatio incœpit à primo die febris, fuerat enim partus naturalis, ſi quis alius, quippe de qua Hippo. inquit, purgatam ex præſcripto naturæ, & cætera rectè habentem. Cætera de muliere quæ apud frigidam in thaſo habitabat, & Dromæadæ vxore etſi quæ ſunt aliæ, ſcripſit Hipppo. non vt præceptor, ſed vt obſeruator. enarrabat enim in epid. tantum hiſtorias, & captabat experimenta, quo ſententias poſtmodum in Aphor. & progn. reponeret. Igitur quæ de hac quæſtione videntur dicenda hæc ſunt.

¶Caput quintum. An in morborum recidiuis fiat dierum computatio ab ipſis recidiuis, an à primo morbo.

CVm poſtea quam morbus intermiſit, fit recidua, priorem morbi partem multi medici appellant radicem, & longam deinde ingrediuntur quæſtionen, an recidiua ſit idem morbus cum radice, multaque hinc inde dicunt. Alii negāt eundem eſſe morbum, quoniam prior morbus omnino videtur extinctus, alii concedunt, quia tertianæ febris ſeptem circuitus, idem eſt morbus, etiam ſi inclinatione peculiari illorum quilibet, vſque ad integritatem finiatur. Eorum qui aſſerunt, vnicum morbum eſſe, nonnulli negant ſolui integrè morbum, quem vera recidiua conſequitur, ſed ſenſui occultā quandam morbi partem manere, dicunt, atque eodem modo in febribus intermittentibus accidere, quod ſi tamen aliquando morbus integrè extinctus eſt, non amplius fieri poſſe recidiuam, ſed alterius morbi nouum ortum, & ſicubi Galenus tertianam febrem dixit exquiſitè finiri in integritatem, in febrem latentem ſenſum intellexiſſe. Alii non ita dicunt, ſed paroximos intermittentium febrium ſimul, & recidiuas cum radicibus eſſe morbum, non quidem vnicum in eſſentia propria (nā hæc intermittit) ſed in cauſæ morbi vnitate, quoniam recidiua non ex alio ſucco fit, ſed ex reliquiis eius ſucci qui priorem morbum peperit: cauſam vero hanc (ſi quis vltrà interroget) qna paroxiſmus cum paroxiſmo, & recidiua cum radice idem morbus eſt, non eſſe coniunctam (hęc enim in ſingulis paroximis conſumitur) ſed antecedentem, in qua adhuc reliquię relinquantur, quas aut putreſcere, aut coqui opus ſit. videtur horum opinioni fauere Hippocretes qui epycratis vxorem cum die vigeſimo ſeptimo fuiſſet à febre libera, iterūm trigeſimo quarto correptam.

eſſe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

esse sine igne scribit. quare videtur solute omnino febri superuenire recidiua, atque ita nõ esse eundẽ morbum perpetuitate affectus. addunt quòd vnica computatio sit vocatę radici & recidiuæ non opus esse vnicum perpetuitate affectus esse morbum, sed materiam esse eandem. Nam insignes mutationes quæ obseruantur per dies decretorios, sunt in materiæ alteratione, haud quanquam in ipsa essentia febris. Itaq; quam aliquando fieri possit vt recidiua cum radice vnicus sit morbus, & secundus paroxismus cum priore, perpetuitate affectus, eò quod remissio sola sit, ea quæ dicitur intermissio, verumtamen id non perpetuò ita fieri in morbis quos recidiuę suut cõsecuturę opinantur, sed posse interim eã temperiem, in qua morbi essentia consistit, extingui, & sursus putrescentibus prioris morbi reliquiis recidiuam fieri: quoniam verò non alia morbi materia denuo genita omnino est, sed copiæ prioris reliquiæ, prioris morbi partem debere haberi, saltem quod ad computationem dierum criticorum attinet. atqui est (dicunt) verè vnicus motus, quoniam est vnius mobilis ad vnicam formam, continuus tamen non est, sed interciſſus. si interroges, quid intereſt inter morbũ denuò factum & recidiuã? Cum recidiua fit (respondent) non est integrè solutus morbus, & perfectè. Nam quanquam affectus possit esse extinctus, corpus verò non est à materia priori expurgatum, quin potius, quæ relinquuntur in morbis recidiuam faciunt. Cum verò nõ solum extincta intemperies, sed & euacuata copia est, integrè & perfectè solutus est. atque si quis postea generetur alius, propriam habebit dierum computationem. videntur itaque hi loqui non omnino improbabilia. quanquam ego sententiam contrariã magis probo, vtpotè sine figmentis & inutilibus distinctionibus asserentem, primum morbum & recidiuam vnicum esse reuera affectum, idque in essentia propria. quod igitur hi aliquando fieri posse admittebant, vt scilicet inter primum morbum & recidiuam remissio fiat, non intermissio, ego semper fieri putauerim, cum reuera recidiua est quæ secundo accidit, ac non potius alter morbus. Nam cum alter morbus est in essentia alteram quoque esse computationem oportet. Nam quanquam rectè asserebant mutationes materiæ efficere, insignes illas mutationes, quæ per decretorios dies in excrementis considerantur, tamen dum ea materiæ alteratio quam in morbis expectamus, quamque putrefactionẽ quandam concoctionis participẽ esse libro quinto ostendimus, non cessat, non potest membrorum intemperies, in qua morbi est essentia, omnino extingui, quòd si vt affectus ita & materiæ alteratio cesset, nullo modo idem morbus sit, is qui cessauit, & qui superuenit. neque verò hęc ratione tantum intelligi volumus, sed sensu etiam constare indicauit Hippocra. dicens. At si quid eius quod effunditur intus relinquitur, promptum. sitis intus relicta, oris exiccatio, & insuauitas, eàdem ratione. itaque qui recidiuas sunt perpessuri hęc habent symptomata, quę tamẽ constat morbi non integrè soluti esse indicia. Ergo cum is cui superuenit recidiua nondum erat liberatus ab illis accidentib⁹, computatio debet esse vnica, quia neque affectus prior erat, verè solutus, neque corpus expurgatum integrè. sed intus aliquid manebat (vti inquit Hippocra.) quare pars quæ subercescit eundem terminum habet cum priori, neque tunc perpetuò, sed cum posterior morbi pars eiusdem naturæ cum priori sit, vt si tertinæ tertiana succedat. Nam si diuersa sit, vt si quartana excipit tertianam, duo morbi sunt apertè, & permutatio morbi est hęc, non recidiua, atque proinde diuersas habent cõstitutiones, quare & cõputationes. vnde apertũ etiam fit, abscessum qui morbo alicui succedit, à proprio principio habere propriam constitutionem, & proprium terminũ, non cõmunem cum morbo antecedẽte. Nam solutio per abscessum permutatio morbi est, non solutio perfecta. verũ quãdo singulorum redidimus rationes, operepretium fuerit ostendere, ita Hippo. & Gal. membrorum tempora obseruare. Primo epid. par. 3. contex. 20. in historia herophontis ita scripsit. nono sudauit, iudicatus est, intermisit. quinto rediit, statim autem splen intumuit, febris acuta, surditas iterum. post redditum tertio residebat lię, surditas minor, crura delebant, nocte sudauit, iudicatus est ad decimumseptimum. Constat hunc liberatum fuisse tertio die à recidiua, tamen Hippo. inquit, iudicatus est. 17. quia tertius à recidiua erat 17. à radice. In historia vxoris epicratis inquit, ad diem. 27. à febre libera, vrina sedimentum habuit, latus non nihil dolebat, ad diem. 34. igni est correpta, venter fluxione biliosa turbatus est. 49. pauca vomuit biliosa. iudicata est pefectè, ab igni liberata. 80. sed constat ex verbis autoris hunc. 80. fuisse. 45. à recidiuæ principio Cleanactes. 80. etiã iudicatus est, quanquam à septuagesimo vsque ad eundem. 80. fuerit sine febre, vltimo die repetiit. Sed de recidiuarum computatione satis hactenus, non enim sunt huc omnia transferenda. De abscesibus ita scripsit. 2. prognosti. aliæ suppurationes (sunt enim suppurationes abscessus) rumpuntur, plurimæ. 20. die, aliæ. 30. aliæ. 40. aliæ ad. 60. producuntur. considerari oportet suppurationis initium fore, colligentes à die quo primum homo febricitauerit, aut quo primùm rigor eum prehendit, etsi dixerit pro dolore sibi factum esse pondus, in eo loco quo dolore afficiebatur: hæc enim fiunt inter initia suppurationum. Ex hoc igitur tempore expectare oportet ruptionem suppurationum fore ad prædicta tempora. hæc Hippocrat. quibus tam apertè docet, à principio abscessus debere expectari ruptionem, quæ abscessus finis est, non à principio inflammationis, quæ in abscessum est permutata, vt nullam consueta Hippo. breuitas hoc in loco pepererit obscuritatem, quę longiori indigeat expositione.

¶ Caput

¶Caput ſextum. De temporibus morborum, & an omnia diſtinguantur concoctione an aliis ſignis.

DE temporibus morborum ſcripſit Galenus libellum, verumtamen quia nonnulla, quæ illic ab eo ſubobſcuriùs dicta ſunt, & nonnulla quæ non ſunt ſatis explicata: & alia etiam loca, quæ cum iis quæ in eo libello dicuntur, videntur pugnare, poſteros medicos in diuerſas opiniones cõiecerũt, cogimur nos hoc in loco aliquot cõtrouerſias, quę de his tẽporibus ſunt, dirimere, vt in plæriſque hactenus fecimus & in iis quæ ſuperſunt facturi ſumus. Plato in vltimis pene verbis dialogi de natura, morbis ſingulis, vt & ſingulis animantibus ſuas eſſe ætates cenſet, & fatales temporum curſus. ergo vt inter ætates quatuor eſſe præcipuas, primo huis operis libro diximus, pueritiam, adoleſcentiam, conſiſtendi tempus, & ſenectutem: ita morbi quatuor tempora ſunt, principium, quod pueritiæ: incrementum, quod creſcendi tempori, ſtatus, quem conſiſtentiæ, inclinatio, quam ſenectuti cõferre licet. Cæterum, quoniam morbi, quos medicus curat, ætatibus variant multùm, ſunt enim quidã cronici, quorum ætates menſibus & annis finiuntur, alii acuti, quorum nonnulli acutiſsimi, quibus ſeptimus dies fatalis eſt terminus: alii, qui acutiſsimi exactè dicuntur, quibus quartus: alii acuti ſimpliciter, qui quatuordecim diebus terminantur: atque hi exactè tales ſunt, nam qui mius exactè ſunt acuti, prorrogant etiam ad vigeſimum. Alii ſunt, qui nondum ſunt cronici, ſed neq; acuti, niſi ex decidentia, qui vel quadrageſimum diem poſſunt attingere. Ætates verò quas medicus conſiderat (conſiderat autem ſolum humanas) ęquales ſunt. quanquam ne hæ quidem omnino, vt in primo libro docuimus, ſed nõ vſque adeo diſsidentes. proinde pueritia ab adoleſcentia, & hæc ab aliis temporibus, annorum numero ferè diſtinguitur, principium verò morbi ab incremento, nullus menſuris temporum diſtinguat. Nam diuerſæ morborum ætates ſunt, & vt hæ ſunt inæquales, ita inæqualia ſunt tempora. eſt enim horum quædam ad ſe inuicem proportio, quæ conſtitutio morborum appellatur. Igitur oportet rationem aliam inuenire diſtinguendi hæc. Nam vt inquit Galenus primo de criſibus capite octauo loquens de principio, totius morbi tempus aliquo dierum numero diffinire omni caret artificio. Dicitur ſanè ab Hippocrate (vt notat Galenus com. 12. primi prognoſtici) principium trifariã, aut enim prima aggreſſio, aut ſpacium trium dierum, aut id tempus quo crudus adhuc eſt morbus. verum principii in prima ſignificatione, conſideratio eſt inutilis, in ſecunda, non artificioſa. ſola ſupereſt tertia principii ratio, quę concoctione aut cruditate finitur, & vtilis (vt galenus cenſet) & artificioſa, & quæ mutatiões morbi ipſius melius attingit. itaque tẽpora quę vocantur vniuerſalia, mutationes affectus illius, qui eſt ipſe morbus, ſunt (nam ex his conſtat morbi ætas) ſed concoctione euidentius, quam alio quopiam ſigno cognoſcuntur, cum ſub ſenſum cadunt. nonnunquam enim ſentiri non poſſunt præ breuitate, illorũ aliqua, vt monſtrabit procedẽs hic ſermo. ſed ea quę ſentiri non poſſunt diſtinguit ratio: de iis quę ſenctiuntur, libello de temporibus morborum capite tertio ita ſcriptum eſt. qua propter nullus morborũ qui ſoluuntur eſt, qui non hæc tempora percurrat: non tamen ex quodam alio, quam cruditatis & cõcoctionis ſignis, quæ ſunt in excrementis cognoſcuntur. Toto primo libro de criſibus, non aliter tempora morbi docet diſtinguere, quam concoctione, principium dicẽs eſſe illud, in quo aut nullum aut obſcurum eſt concoctionis ſignum: incrementum, in quo manifeſtum: ſtatum, in quo perfectæ cõcoctionis ſigna conſpiciuntur. declarat illud quãmaximè Gale. capite. 17. ex mutationibus quæ in vrina videntur. neque verò, quam hoc, eſt quidquam rationi magis conſonum. Nam ſi morbus eſt pendẽs à materia, qualem oportet illum eſſe in quo concoctio expectatur, probabile eſt ex illius mutationib⁹ illum mutari, ex cuius alteratione eius pendet generatio. fit autem talis affectus præternaturam, ex putrefactione, aut vſtione, aut ſimili quapiam paſſione eius ſucci, cuius concoctionem cõſideramus. nihil itaque eſt hac ſentẽtia probabilius. Quod tamen ne concederent barbari medici, varia morbi ex materia pendentis tempora commenti ſunt, alia vocantes tempora eſſentię morbi, alia ſymptomatũ alia concoctionis ac cruditatis. Horum ſententia eſt, nonnunquã morbum in vno eſſe tempore, principio gratia exempli incremento ſtatu, aut inclinatione, ſymptomata verò in altero, diuerſo ab illo in quo morbus eſt: nonnunquã etiam ſymptomata augeri, & morbum ſedari, aut contrà, & morbũ etiã ſedari & concoctiones creſcere. quin potiùs dicunr, morbi ſalubris in ſua eſſentia accerbiſsimam partem eſſe principium conconctionis: hominem præterea ſemper mori in accerbiſsima parte morbi & ſymptomatum, tamen nonnunquam in principio aut incremento, concoctionis ſcilicet aut cõtrarii. quę enim dicunt, accerbior morbi pars quam quæ vita priuat⁹ quod verò in principio & incremento mors contingat, Gale. 3. de criſibus, & in numeris aliis in locis docet. hæc igitur omnia ita interpretantur. præter hæc vocant etiam in ſuam ſententiam Gale. (non enim qui ab illo intelligant ſe recedere ita docent, ſed qui acutiſsimè ſe putent interpretari) libro. 2. apho. commen. 29. vbi ita dicit. vt affectiones ipſæ ex quibus hæc fiunt in vigoribus neſſe eſt meliores eſſe in iis qui ſeruandi ſunt. hactenus in aph. tertio de ratione victus in morbis acutis com. vltimo: nam ſepius (inquit) affectio ipſa, qua laborant, mitior quidem exiſtit, ſed ſymptomata augentur, vt in plegmone obſeſsis particulis, quo

ipſe

ipſe inquit modo : cum pus cōficitur, tunc dolores ac febres accidere magis, quam ee iam confecto.ſæpus autem mutuis exultant incrementis diminutionibusque ſymptomatum magnitudines, & ea, quæ affectionis eſt. his rationibus & Galeni. autoritate (vt illis videtur) permoti, dicunt, ſymptoma non creſcere creſcente morbo, neque concoctionum incrementa. verum ipſius affectionis incrementum indicare: ſed triplicia eſſe tempora morborum. quaſi verò eiuſdem morbi tres poſsint eſſe ætates, ac non potius vnica ſit, aut quaſi ipſa ſymptomata non inſequantur morbum vt vmbra corpus. Quare non ſolum oportet à morbo ſymtomata fieri, ſed & cum morbo creſcere, & minui. ergo tempora morbi ipſius ſunt mutationes vt diximus, nam & illius ætates, tamen nulla re meliꝰ quam concoctione diſtinguntur. Nam vt concoctio materiæ procedit, ita morbus augetur. Eſt verò idem ſi ex ſymptomatum mutatione indices (quanquam hæc eſt difficilior dignotio) nam circa inita & fines, in principio inquam & declinatione morbi omnia ſymptomata ſunt imbeciliora, cum vigent morbi, ſymptomata ſunt fortiora, vt dicitur in Aphoriſm. igitur morbus materiæ à qua genitus eſt inſequitur mutationes, & ſymptomata cum morbo cuius ſunt mutātur, ad crementum aut decrementum inclinantia. quare ſimul oportet hæc omnia præcedere, & tēpora vnica eſſe, morbi. neque ſymptomatum neque concoctionum ſunt tempora ꝓpria, ſed vtraque indicant morborum tempora. hac temporum multitudine nullum eſt magis barbarum inuentum. in quod prauus intellectus verborum Galeni illos coniecit. fuiſſent multò ingenioſiores, difficilium ſententiarum (ſi quæ tamen earum quæ ab illis proponuntur eſt difficilis) ſenſum inueſtigādo, quam monſtroſis diuiſionibus Artis nitorem fedādo. Nam quod primo loco propoſitum eſt, ex ſecundo Aphoriſmo. non eſt difficilè, ſi ſemel intellexerint, aliud ſignificare, morbum eſſe meliorem, aliud remiſsiorem, vt & aliud, eſſe deteriorem, aut intenſiorem. intenſiorem enim aut remiſsiorem dixerit aliquis rectè, ex graduum multitudine, aut modo quo eſt in ſubſtantia (aut vtcumque aliter placet, modo id quod dico non te fugiat, non enim phyſicam quæſtionem tractamus modo, ſed aliò properat ſermo) meliorem aut deteriorem non ex intenſione morbum dicimus, ſed ex periculo, quod infert. morbus ergo, vt ad rem veniamus, in principio morbi ſalubris minor eſt, & vſque ad vigoris tempus perpetuò creſcit, tamen periculi tunc habet nonnihil, quoniam nondum conſtat, quò ſit morbus euaſurus: deinde habet periculi nihil, ſi vt oportet, omnia circa ætrotantem fiant. Galen. in commenta. ita dixit, ἀλλ' ἐῴησε τῶν σωθήσεσθαι μελλόντων πολλῷ βελτίων, ἢ ἐν ἀρχῇ τῆς νοσήματος dictioni huic ἰσχυρότερα non reddit vt contrarium ἀσθενεστέρα hoc eſt mitior vt Hippocrates in ſequenti Aphoriſmo, ſed βελτίων hoc eſt melior. Non ergo contradicit ſuæ ſententiæ (ſua enim eſt plenè) nam tempora non ex bonitate aut malicia, ſed magnitudine aut paruitate proficiſcuntur. quid ad illud, quod ex tertio de ratione victus in morbis acutis adducebatur? an eodem modo dicendum eſt? partim eodem modo, partim aliter dicendum eſt. proinde ex illo commentario, omnia quæ difficilia videntur huc transferam. ὅταν ἐλαττίζῃ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐξαρκέσαι εἰς τὴν τοῦ νοσήματος ἀκμήν, ἥτις ἐνίοτε ἅμα τῇ πέψει γίνεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα. πεφθέντων γὰρ τῶν ἐργαζομένων τὰ πάθη χυμῶν, εὐθέως ἀναπαύσασιν· ἂν δ' ἄρξονται. μόνον πλύνειν οἷα δεῖ, κατ' οὐδέτερον ἔτι τῶν τρόπων ὁ νόσος αὐξηθήσεται, οὔτε κατὰ τὴν διάθεσιν, οὔτε κατὰ τὰ συμπτώματα. πολλάκις γὰρ ἡμέν διάθεσις αὐτὴ καὶ ἣν νοσοῦσιν, εὐσηπτικωτέρα γίγνεται. τὰ δὲ σύμπτώματα αὐξάνεται καθάπερ ἐπὶ τῶν φλεγμαινόντων μορίων. id eſt cum ſperauerit (pendet ſermo ex prioribus) vires ſuffecturas vſque ad morbi vigorem, qui aliquando ſimul cum concoctione fit, vt in morbis thoracis & ſpiritus. cum enim cocti ſunt ſucci qui paſsionem faciunt, ſtatim ſpuunt, ſi autem incipiunt ſolum ſpuere qualia oportet, nullo adhuc modo rum ægritudo augebitur, neque ſecundum diſpoſitionem neque ſecundum ſymptomata. ſæpe enim ipſa diſpoſitio qua ægrotant venignior fit ſymptomata autem creſcunt, quemadmodum in inflamatis particulis. Hæc eſt tota dictio Galeni. quod primo loco dictum eſt, vigor qui aliquando cōcoctione conſiſtit, ita interpretamur. non quod in omnibus morbis in quibus concoctio ſpectatur non ita contingat dictum eſſe, ſed quod non in omnibus ſpectetur, non enim in lapide renum, colico aut aliquo tali affectu ſtatus concoctione cognoſcitur, ſed ſymptomatum grauitate, in morbis autem thoracis vt ille ſubdit, (quod exemplū docet noſtram interprætationem eſſe ad mentem autoris) ſemp vigor cū cōcoctione cōſiſtit. iam vero illud quod de exacerbatione accidentiū & ſymptomatū dictū eſt eodē modo intelligitur, vt quod in Aphori. dicebatur: non enim exacerbari ſymptomata, &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

affectum esse minorem dixit ἡπιέστερον mansuetiorem venigniorem aut melioré. Nam hæc omnia dictio designat. est ergo ac si dicat, crescentibus symptomatis aliquando morbum fieri benigniorem, cæterum non minorem. sunt quidam verbo tenus Galeni discipuli: qui tempora morborum non concoctione potissimum distingui contendunt: aut concoctionem quæ apparet in excrementis non sufficere, hac præcipuè ratione, quod nullum in concoctione signum inclinationis videant. negant enim iidem ex vrina spectari posse signum aliquod inclinationis. Verum libet hos interrogare, si vrina apparet flaua, & multo contento albo læui & æquali plena, quod tempus morbi significet: an non statum? ego quidem arbitror. num in sanitate integra talis erit? minimè. Nam alia est optima vt in ægrotante, alia vt in sano homine. qua ratione differt ab illa quæ in sano est optima? quantum ego intelligo, contenti copia minor erit, & color non tam igneus, sed subruffus aut subflauus. ita ne? ergo necessario ab ea dispositione, quam in statu esse diximus, versus salutem, toto tempore inclinationis copia contentorum minuetur, & color ad mediocrem accedet, si intensior est mediocri remissionem, si remissior intensionem recipiens. Nam quanquam optimæ concoctionis signa in statu sint, tamen dum appareat album læue & æquale sedimentum, etiam si color naturalis non sit, est status. immò verò rarissimè aut nunquam fieri posse, arbitror, naturalem colorem in febris summo vigore: inuenimus ergò iam in vrina signum concoctionis, quod inclinationem significat. quod scilicet color tendit versus mediocrẽ, & quantitas contentorum minuitur. Nam quanquam hoc vltimum ad quantitatem eorum, quæ cocta sunt pertinere, potius quam ad concoctionem possis dicere, sed illud de colore, quod necessario accidere monstrauimus, ad concoctionem spectat. quod si illud nobis vitio das, quòd rem à Galen. nullibi scriptam enarremus: dabis perinde vitio ipsi Galeno, & inuentis Hippo. multa addiderit. Argumentatur etiam qui illius sunt sententiæ, quæ temporum multitudinem inuehit, in multis febribus nullum esse principium concoctionis aut cruditatis, proponuntque eas febres, quas Galenus dicit statim ac incipiunt vigere, & eas febres putridas, quæ prægressis diariis fiunt. & has omnes dicunt incipere à materia cocta. admittunt enim fieri posse vt morbi materia cocta à principio sit. & locum illum Galeni ex capite decimo primi de differentia febrium, quo ita scriptum est, magnum verò atque mentione dignum inditium concoctionis in primis vrinis, nunquam apparet per huiusmodi febres (est sermo de putridis) excepta commutatione ex dictis, (supple ephemeris febribus) ita interprætantur, in febribus illis, quæ putridæ cum sint ex diariis fiunt, primas vrinas coctas apparêre. Neque id, dicunt, sine ratione. nam quod sit putrida ex diaria, argumentato est succos non esse adeo prauos, coctuque difficiles. nam si tales forent, ipsi cœpissent putrescere ex causa procatarctica, spirituum inflammationem non expectantes. ex his itaque colligunt, principium etiam aliquando deesse concoctionis aut cruditatis, tamen essentiæ morbi principium, vt neque incrementum, non putant deesse, sed præ breuitate non sentiri. tamen tota hac disputatione videntur mihi hi homines ignorare naturam illius concoctionis, quam in morbi materia expectamus. fortasse enim putant concoctionem soiam esse. Monstratum tamen à nobis est in superioribus, esse concoctionem quandam suppurationi similem, quæ partim est concoctio, partim putrefactio, aut (vt clarius dicam) motus quidam vtriusque particeps. Igitur qnòd aliquis antequam in morbum incidat, bonos succos habuerit, nihil refert, vt in principio non habeat obscuram concoctionem. Nam hoc ipsum coqui putrescere est. igitur si putrescit, habet incipientem putrefactionem. Alioqui quia optimus succus est, prolabatur statim ad vltimã putrefactionẽ. quod quidẽ citius aut tardius in pus vertatur, facere potest sanguinis modus, sed vt perfectum pus fiat sine prioribus alterationibus nõ põt. Igitur siue febres sint in iis, quæ statim vigentes appellantur, siue ex diariis febribus fiant, si pendẽt ex succo, quem coqui oportet, necesse est, vt ab obscura cõctione ad manifestam, & à manifesta ad perfectam progrediatur. Nam omnis alterationis motus per intensionem fit à remissioribus gradibus ad intensiores, fieri verò potest vt tam velox motus fiat, vt priores alterationes breuissimo tempore prætereantur, ac proinde medici dicant, à materia cocta morbum incœpisse, non qui ignorent, fieri non posse, quin concoctio illa per medias alterationes decurrat, sed qui videant in principio coctas vrinas apparere, vt principium dicitur de primo & secundo & tertio diebus. ita igitur fiunt ἀκμάζοντες siue statim vigentes. in putridis quæ dirias consecuntur, proinde dictum est, coctas vrinas apparere in principio, quod solet medicus vocari primo die febris, quæ si à diaria incœperit, videbit primo die vrinam coctam, tamen secundo die rursus redditam crudiorem, cum, scilicet, iam putrida est. nam cum cocta apparuit, erat diaria, sed erat quodam modo principium putridæ, qa ex illa, putrida citra intermissionem generatur. nulla eñ ratio est, qua possis persuadere in vero principio ipsarum putridarum, fieri posse coctã vrinã. Nã, etsi reliqua dicantur benè, Sed nunquid putas febri diariæ nõ posse succedere putridam ex pessima putredine pendentem? at ego vidi sæpius leuissimas febres putridas, quæ sua sponte generantur, & alias, quæ non sine causa procatarctica, grauissimæ tamen producuntur. est igitur illa tua argumentatio admodum

admodum læuis, quęque nihil habet quod ipsis operibus verè respõdeat. Sed hęc quęstio nihil iam desiderat, quod in aliis quæ cum ea sunt valde coniunctæ partim explicitum non sit, partim explicandũ. quare huius hic esto finis.

¶ Caput septimum. De temporibus quibus finiuntur morbi.

QVià morbo liberantur necessario procurrunt quatuor tempora, quemadmodum à Gale. scriptũ est, & ab Aëtio libro quarto. capit. vigesimo. cum enim morbus, vt paulò supra monstratum est, suam habeat periodum & suas ętates, & cum salus accidit, necessũm sit finitum esse morbum, constat illum omnes suas ætates compleuisse. Quanquam & hoc ipsum videtur nonnullis falsum, dicentibus, posse febrem aliquam ope medica in incremẽto, aut etiam ipso principio intercipi, vt homo superstes maneat, tamen ipsa febris statum non attigerit. siquidem Galen. nono Method. gloriatur se missione sanguinis iugulasse febres, quod proinde ita dicitur, quod febris citra remissionem repentè cessauerit. proponunt etiam ægrotantem in principio ægritudinis, cuius materia tota turgens sit, hac educta, constat fore vt febris cesset, tamen in principio erat adhuc, ita enim in hypothesi proponebatur. his adducti argumentis sententiam Galen. interprætantur, de morbis, qui suapte natura soluuntur, non de his, qui intercipiuntur medicis instrumentis. Cœterum ego, qui in intensione qualitatis, quæ morbus est, quatuor temporum essentias cõstitui, non dubito quin morbus omnis, siue suapte natura soluatur, siue operante medico, quatuor tempora percurrat. Nam qualitates, quæ intensionem accipiunt cùm semel cœpere intendi, per remissionem corrũpuntur. atqui eádẽ ratione monstratur, inclinationem esse necessario, etiam post crises optimas, etiam si possint præ breuitate non sentiri. Medica remedia non possunt morbum in medio cursu reprimere, possunt tamen sequentia tempora breuiora facere, atq; tanto breuiora vt omnino sine remissione videatur sublatus morbus. itaq; hæc non possunt morbos constitutione omni priuare, sed possunt ipsos illegitimæ constitutionis facere, atque id faciunt quotidie. Neque aliam causam esse putauerim, quòd tã raro in morbis crises conspiciantur, quàm ipsi medicorum remedia, quæ morborum cursus interturbant. atque ita (vt à Galen. dictum est lib. de optima secta ad trasibulum cap. 48.) pręscindi possunt morborum tempora auxiliis medicis, id est tantum contrahi vt sine sensu effluant. quod si à Gale. libr. de totius morbi temp. cap. 6. dictum est, inclinationẽ necessariò sentiri, verum est, de inclinatione quæ accipit vltimam crisis partẽ puta euacuationem, sed nõ aliter. nam post crisim optimã semper inclianatio latet sensum. Hinc igit manifestum iam fit, si morbus saluber percurrit. 4. tempora necessario, salutẽ inclinationi superuenire. Cœterum mors potest aut in principio aut in incremento, aut in statu fieri, in sola inclinatione nõ potest, vt nomine horum temporum vniuersalia intelligantur. nam in peculiaribus omnibus moriũtur ægrotantes. Cum enim triplex causa mortis sit, aut suffocatio caloris, aut vehementia morbi, violenter subuertentis virtutem, aut facultatis imbellis resolutio, qui ex suffocatione moriuntur, in principio, qui morbi violentia in incremento & statu, qui facultatis resolutione in inclinatione moriuntur. quò fit vt non tantum dies mortis ex arte dierũ criticorũ inueniri possit, sed & hora, quemadmodũ nos docet acutissimè Aëtius prædicto lib. cap. 56. ex consideratione scilicet horæ illius, qua ęgrotãs solet in paroxismis fieri se ipso grauior. quod perinde est ac si dicas, moriturum ægrotantem in ea hora, quam in præcedentibus accessionibus molestissimè tulit. accedit altera cõiectura nõ leuis ex morbi natura & facultate. Nam iis qui internis inflãmationibus ægrotant, aut morbis pendẽtib⁹ ex multis succis crassis, & tenacibus, timendum maximè est à principio: iis verò qui febribus vehementissimis, timendum est à vigore: iis qui per totum morbum virtutis exolutiones, & syncopas perpessi sunt, timendum ab inclinatione. Cœterum hæc videmur præter institutum dixisse, qui controuersias medicas dirimidas suscepimus. quare ad totius morbi, inclinationem reuertamur, in qua constitutum in controuersia est, an possit aliquis mori, negante Gale loco prædicto, atque sententiam suã confirmãte argumẽtis, aliis verò fieri posse, vt ægrotãtes in inclinatione moriantur, connantibus suadere his argumentis. fieri potest, vt facultas vna naturalium constans sit, aliis imbecillioribus redditis. Nam & in ventriculo id apertè conspicitur, & instrumentis aliis nutritionis. in illis scilicet sæpe alterans facultas fortis est, & expultrix debilis. Cõstitue igitur in venis ita fieri, atq; sic intelliges ratione, aliquem in inclinatione totius morbi posse mori. Nam quò aliquis morbum euadat, non satis est, materiam coctam esse, sed oportet coctã expelli. quod si fieri non potest, peribit ex retentiõe materiæ morbi alioqui coctæ. quòd si in venis id fieri posse negas, vt scilicet tam fortis alterans sit, vt perfectè commutauerit, tã debilis verò expultrix, vt neq; paulatim possit expellere, quatenus expurgando corpori sufficiat, præter rationem negas, quod vt dixi in ventriculo & intestinis solemus experiri. Sed finge morbum esse thoracis, in quo concoctio est naturalis, & expulsio animalis facultatis, quæ cùm tam diuersæ potentiæ sint, nil mirum, si vna sit firma, & altera imbecilis. præterea si facultate admodum debili aliquis attigit inclinationem, quid prohibet à sola dissolutione facultatis, etiam morbo victo, ęgrotantẽ dissolui, vt in inclinatione peculiari fit, cum feruor iam est remissior? his argumentis nõnuli ita respondent,

ſententiam Galeni interprætantes, fieri non poſſe, vt ægrotans moriatur, qui in inclinatione iam ſit, ſi omnia à medico vt oportet peragantur, cæterum ſi quidquam omittatur, fieri poſſe vt intereat, itaque in hypotheſi prioris argumenti debere medicum vti expurganti medicamento, vt quod natura non mouet ipſe moueat, quod ſi non fiat, moriturum ægrotantem, neque quidquam aduerſus Galen. inde haberi, qui medico omnia agente vt oportet, ægrum mori poſſe negauit. ſed vt verum fatear, hæc interprætatio mihi non placet, neque reſponſum. Nam quanquam Galeno dictum ſit: nullum mortis genus tunc accidentis excogitari poſſe, præterquam ex errore, nomine erroris non intellexit defectum medicorum auxiliorum, ſed peccatum aliquod in victu. Nam aliter non video, quod diſcrimen ſit inter declinationem & reliqua tempora. in nullo enim tempore morbi ſalubris poteſt æger mori, ipſo nil delinquente in victu, neque aſſidentibus, & medico operante vt oportet. Si igitur hęc eadem ad ſecuritatem in inclinatione requiruntur, quid intereſt inter illam & alia tempora? nos proinde aliter intelligimus, nempe fieri non poſſe, vt ægrotans moriatur in inclinatione, ſi medicus victus rationem vt oportet præſcripſit, etiam ſi ab auxiliorum vſu deſiſtat. ſed ſi aliquod in victu peccatum commitatur nil difficile eſt ægrotantem mori, id tamen non fit vi morbi, ſed ex errore. Igitur interpretamur, cum ipſo Galen. nullum poſſe mori vi illius morbi, in cuius inclinatione eſt conſtitutus, fieri tamen poſſe (vt in hypotheſi argumenti demonſtrabatur) vt cocta integrè materia ſit, homo tamen morbum nunquam effugiat, neque ſanitati reſtituatur. Nam etiamſi materia cocta perfectè ſit (vt perfectè coquitur in morbis) tamen morbus non inclinat vſquedum materia incipit euacuari. Conſtat enim in ſtatu eſſe materiam ſumme coctam. ergo euacuatio eſt, quæ detrahit morbi vigori, non concoctio. qui itaque moreretur materia perfectè cocta, ſed tota retenta, ex debilitate expultricis, in ſummo vigore mereretur, non in inclinatione. Nam nulla materia euacuata non potuiſſet morbus inclinare. Sed quanquam hæc ita dicantur, nondum difficultatem abſoluimus. Gal. enim non tantum negat in inclinatione poſſe mori ægrotantem, ſed & cocta materia. Hoc nonnulli de quacunque concoctione manifeſta intelligunt dictum, ego verò non ita, ſed de perfecta, quod docet Gale. ſecundo Aphoriſmo. commenta. ſecundo dicens: rarò quidem ſed nonnunquam moriuntur cōcrates morbis acutis, quos medici meritò prædixerant conualituros. quos conſtat habuiſſe concoctionis ſigna, ſi quidem medici meritò futuram ſalutem prædixerant. tñ concedendum eſt, cocta materia ſatem perfectè mori non poſſe ægrotantem, violentia illius morbi, ſiue in inclinatione ſit ſiue ſecus. quare cenſeo dicendum, cum cocta iam integrè materia eſt, nullam eſſe rationem inducendæ mortis, niſi morbus ex retentione materiæ indeteriorem alium morbum permutetur. quod ſi fit, ægrotās non iam in inclinatione prioris, ſed in principio incremēto ve morietur ſequentis morbi. vt ſi fingas pleuriticum materiam ad conconctionem deduxiſſe, cœterū ex debilitate facultatis animalis nō poſſe ipſam expellere, fiet, vt nouam, retenta materia, patiatur putredinem, & impetum faciat, aut in pulmonem, aut in cor, aut in membrum aliquod aliud præcipuum. quo facto conſtat ægrotantem mori in principio pulmonię, ſi in pulmonem irruit, non in inlinatione pleuritidis. atque, quantum intelligo, hac ratione facilimè quod in hac quæſtione erat, dilluitur.

¶ Caput octauum. De conſtitutione legitima morborum.

HERVSTRA NOS HIPPOCRA. DOCVERIT, EX CONSTItutione poſſe tempus ſtatus prægnoſci in morbis, niſi quæ ſit temporum totius morbi proportio, deciderimus. atqui, ſolet eſſe tam multiplex, vt videre licet apud Galen. tertio de criſibus, vt nonnullis morbis multò maius ſit principium reliquis omnibus temporibus, in aliis, incrementum plurimum producatur. Sed animaduertendum eſt, non poſſe nos inuenire vnam quandam proportionem, quæ morbis omnibus conueniat. ſiquidem mouentur multi illegitimè. tamen motis legitimè omnibus eſt quædam proportio legitima, quam in præſentia requirimus. illegitimæ enī vtpotè infinitæ, non poſſunt arte comprehendi. mouentur verò legitimè illi morbi, qui citra irritamentum aliquod, aut cauſam quæ remoretur, ſuum peragunt fatalem curſum. atque hi omnes proportionem hanc ſeruant, vt principium totius morbi æquale ſit, duobus ſequentibus temporibus, & tempus ipſum principii duas partes habeat æquales, quas ſeparat dies, in quo primum apparent ſigna
c concoctionis obſcurę. id, quod appertiſsimè dixit Galen. primo de criſibus capite vltimo, his verbis.
c nam ſi ad hoc reſpexeris, nihil amplius difficile inuenire, ſi tot primi dies iam abſceſſerint, quo die
c primum talia apparent, quot ſuperſunt vſque ad manifeſtam concoctionem, inde autem aſcenſus incipit. Hæc Gale. ex quibus patet, à prima aggreſsione morbi tantum eſſe temporis vſque ad diē, quo primum apparent ſigna concoctionis obſcuræ, quantū ſupereſt, vſque ad finem principii totius,

quo

quo apparent signa concoctionis manifestæ. quod verò à primo die incrementi vsque ad iudicium, tantum exactè supersit, quantum à prima aggressiõe vsque ad eũ diem antecessit, docuit Hippocrat. quarto Aphoris. septuagesimo primo dicens, quibus septima iudicatur iis nubecula rubra quarto die in vrina apparet. Nam quartus dies est medius, & communis primo & septimo, talis autem nubecula est in fine principii & in principio incrementi. quod magis explicuit Galen. in commenta. dicens, nam si quarto die fiat æquale tempus priori, id quod sequitur assumens, non est impossibile vt iudicationem ostendat, in vndecimo autem apparens, non mihi admodum videtur tribus solis egère diebus, sed etiam pluribus (paucis interpositis) cui igitur in septimo apparuit, hic quatuordecimo fuit iudicatus. His verbis declarauit constitutionem legitimam. quoniam verò illegitimæ fiunt plærèque constitutiones, addidit, cui autem in decimoquarto hic vigesimo. apparuit etiam cuidam alteri in vndecimo, qui vigesimo fuit iudicatus. dignoscendi igitur constitutionem morborum, qui mouentur legitimè facillima ratio est, ex computatione. Si verò motus fiat illegitimus, perpendendæ reliquæ omnes causæ sunt, videndumque, num ex occasione aliqua, à die quo signa occultæ concoctionis apparuerunt, aut etiam à die quo apparuerunt signa concoctionis manifestæ, motus cœperit aut velocior, aut tardior fieri. Nam si tardior fit, prorogatur tempus, plus quam in legitima cõstitutione, si verò fit velocior, anticipat plusquam in illa. factum verò esse velociorem aut tardiorem motum, ostendunt accessiones & anni tempora & quæ succedunt circuituum incrementa, & reliqua omnia, quæ ab Hippocrate in Aphorismo comprehensa sunt. Nam finge ægrotantem aliquem septimo die habuisse nubeculam rubeam, si neque ipse permutet quidquam in victu, neque ea quæ perpetuò nos alterant, permutentur, neque interius noua aliqua portiuncula succi aut acrior, aut lentior, moueri incipiat, iudicabitur ille homo decimo quarto, & interim accessiones, aut succedentia circuituum incrementa eandem seruabunt ptoportionem, cum principio. non quidem quòd accessiones non anticipabunt morbo tendente ad vigorem, & cum stabunt in inclinatione (est enim illud crescentis, hoc decrescentis morbi signum) sed quòd hæc omnia eam proportionem seruabunt, quæ cœptam à principio morbi velicitatem aut tarditatem, non videatur corrupisse. Si verò cæpit hic calidioribus diebus febricitare, atque (ita vt fit) septimo die, permutata sit Aëris temperies repente: aut ipse (si ita mauis) ægrotans sit in domum aliam deportatus, si aër ambiens cum frigidiori permutatur, timebimus meritò, ne morbus vsque ad vigesimum prorrogetur: si cum calidiore, sperabimus soluendum esse in vndecimo. eodem modo, si quidquam aliud in victu permutetur, aut medicus euacuationibus, aut cessatione ab euacuatione consueta aliquid alteret. Diximus itaq; quæ sit constitutio legitima, & quæ sit ratio dignoscendi & legitimam & illegitimam constitutionem. Cœterum possit aliquis argumentari aduersus ea quæ modo diximus hac ratione. dies indicantes non aliter indicant criticos, quam per signa concoctionis, vt, gratia exempli, quartus est index septimi, quia cum crisis est in septimo euentura, concoctio manifesta incipit apparere in quarto. Sed intra vigesimum diem, omnes quaternarii sunt proximè sequentium quaternariorum indices, vt licet colligere ex Hippocrate & Galeno. atqui hoc, in motu morbi legitimo (præcepta enim non sunt de illegitimis) igitur vt cum apparet concoctio in quarto, iudicium fit in septimo, ita cum in septimo apparet, fiet in vndecimo, & cum in vndecimo fiet in quatuordecimo, & cum in quatuordecimo in decimo septimo, & cum in decimoseptimo, fiet in vigesimo. ita enim sese indicant. quod ex Hippocrate colligitur apertè, qui secunda particula Apho. vigesimoquarto hæc scripsit, septenorum quartus est index. est autem & vndecimus contemplatione dignus, ipse enim quartus est secundæ septimanæ. rursus verò contemplatione dignus etiam decimus septimus, ipse si quidem quartus est à decimo quarto, septimus verò ab vndecimo. Galenus in commen. indices inquit & θεωρητὰς (ventunt plærique contemplabiles) solet Hippocrates nominare dies in quibus aliquod signum apparet futuræ iudicationis. primum itaque quaterniarũ septimi diei, si quis ab initio numeret, indicem esse ait, vndecimum autem decimiquarti. eadem ratione & decimus septimus vigesimi est index. ex his ita duco argumentum, decimus septimus est index vigesimi, ergo decimi septimi index est decimus quartus. Nam aliter fuerit vndecimus, sed vndecimus est quatuor decimi, igitur decimus quartus decimi septimi. Rursus vndecimus est quatuordecimi, ergo septimus vndecimi. Nam quartus, qui solus supererat, est septimi. Ergo est quartus septimi, septimus vndecimi, vndecimus quatuordecimi, quatuordecimus decimiseptimi, hic vigesimi. monstratum igitur est, intra vigesimum omnes quaternarios esse proximè sequentium indices. quare si cũ iudicium futurum est in decretorio, incipit in indice concoctio apparêre, non potest esse legitima & perpetua ea proportio, quam paulo ante diximus. Sed pro solutione notandum est, dies indices cõcoctione indicare iudicia futura in criticis, magis quam re alia quapiam, sed non proinde necesse esse, vt in indicante primũ appareat concoctio manifesta, sed satis esse vt fiat insignis aliqua mutatio. vt gratia exempli, si principium incrementi septimus dies est, & nubeculam habet rubram, morbusque est soluendus in decimoquarto, vndecimus omnino habebit insignem aliquam mutationem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in concoctione, vt pro nubecula rubea albam, aut pro hacapendiculum· quod enim hæc sit Galeni mens, indeintelliges, quòd tertio de crisibus capite quarto animum præcipit intendere in insignes mutationes, quæ circa concoctionem per singulos quaternarios contingunt. quasi non illud vnum oporteat considerare, an concoctio appareat, sed & insignes in ipsa mutationes.

¶ Caput nonum. De morbo regio ante septimum febris diem facto.

HIPPOCRA. QVARTA PARTICVLA APHORISMO. sexagesimo secundo de significatione quæ ex morbo regio in febribus accipitur, ita scripsit, quibuscumque in febribus morbi regii ante diem septimum accidunt, malum. cui sententiæ multi autores non contemnendi tentauère contradicere. inter quos Plinius libro decimo sexto capite duodecimo ita inquit, morbum regium in oculis præcipuè mirari est tenuitatem illam densitatemque tunicarum felle subeunte, Hippocrates à septimo die in febre mortiferum signum esse docuit, nos scimus vixisse aliquos etiam ab hac desperatione. hęc Plinius in qua dictione illud primo cõsiderandum est, quanquam in omnibus ferè codicibus ita scriptum reperiatur, tamen proculdubio vitiatum esse locum, legendumque non à septimo die, sed ante septimum diem. Auerroes libro quarto capite quadragesimo tertio ita scripsit: quia dicit Hippocrat. Ictericia veniens ante septimum diẽ in acutis febribus malum est, reprobatum est experientia in omnibus nostris terris, etsi veniat in quintam diem laudabile multum est, viua ratione & maximè in temporibus calidis, & hæc est sententia collegiorum medicorum omnium persarum, & indiæ maioris, & pro maiori parte illorum de vandalisi, & possibile est quod illud quod dixit, in Græcia locum habet. Auicena etiam fen. 2. tract. 4. doctrina quarti insinuat ex celerius facta concoctione posse ante septimum diem regium morbum fieri sine malo. quoniam igitur tot autoribus visa est hæc sententia displicere, omnes qui in loci illius explicationem incidunt, illic consistentes, multos eosque varios interprætationum modos excogitauerunt. qui tamen nondum mihi videntur (fortasse ex ingenii mei tenuitate) rem ipsam attigisse. quare tentandum est illam si fieri potest distinctiùs explicare: notandumque ante omnia (quod alii etiam recte notant) Hippocra. non dixisse regium morbum ante septimum diem esse signum mortale, sed malum. interest verò multum cum ab Hippocra. dicitur κακὸν aut θανάσιμον. quare non est quod quẽquam perturbet, quod Plinius dixit verè, & est experimento confirmatum, multos præcedente etiam hoc signo supereresse, cum maximè neque si mortale foret hoc signum, necesse esset omnes ex illo interire, sed plærosque. accusandus, tantum Plinius est quod parum perpendens vim & energiam verborum Hippocr. quod ille dixit malum, ipse desperationem appellauit. non igitur mirum si multi malum hoc euadant. sed illud vnum in controuersia relictum est, nunquid cum ante septimum diẽ fit, perpetuò sit malum, an possit nonnunquam ex bono fieri. nam & hoc etiam asserit Auerroes, fieri nonnunquam vtiliter in quinto, confirmatque illud ratione hac, qua nulla est in tota hac tractatione fortior: si qua ratione morbus regius ante septimum diem esset malꝰ, qui vero. 7. aut post illum, nõ ita, id esset, quoniam in septimo fieret per crisim & ante illum per symptoma. sed si morbus peracutus exactè sit, in quinto die, & nonnunquam ante illum facit iudiciales euacuationes, ergo potest in quinto morbus regius vtiliter accidere. aut dicito, cur septimus dies sit breuissimus terminus morborũ, q̃ possunt morbo regio terminari. Respondent nonnulli quandoquidem materiam morbi regii necesse est esse crassiusculam. Nam si tenuissima esset, latenter expiraret. Præterea, necesse est, facultatẽ quę permutatione curat, non adeò multùm esse morbo potentiorem. nam si esset, egereret morbi causam extra corpus. cum verò materia est crassiuscula & facultas non est multò potentior, rationi est consonum non posse morbum ante terminum acutissimorum iudicari. est verò septimus terminus acutissimorum. Cæterum hi falsò assumunt icteri materiam esse crassam, cum ipsam constet esse bilem, quæ que si crassa foret, non posset (quod Plinius demirabatur) in densissimas & tenuissimas tunicas subire. Adde fieri posse vt tenuissima sit materia tamen vt propter cutis densitatem non expiret. quod de robore virtutis supra materiam dicebatur est multò improbabilius. Nam robur quod illi perpẽdunt, est in expultrice, quod verò nos requirimus in commutante facultate. ridiculum enim, si quoniam natura non potest materiam extra corpus egerere in hoc tempore, argumenteris non potuisse ipsam alterare ante hoc tempus. Igitur hæc ratio nihil attulit probabile. Sunt qui dicant, Hippocrat. loco illo tantum locutum fuisse de morbo regio, qui inflammationem hepatis consequitur. quod argumentantur ex Gal. interpretatione, qui tres tantum dixit posse esse morbi regii euenientis non ex iudicio, causas, cyrrhum hepatis, aut obstructionem, aut phlegmonem. cyrrhus quia morbus longus est non facit (dicunt) a[illegible]e septimum diem icterum. obstructio, quemadmodum dictum ab eodem est,

quinto

quinto de locis patientibus, facit illum sine febre. Hippocrat. verò loquebatur illic de morbo regio in febribus. igitur supereſt vnicam esse causam illius puta phlegmonem, hanc verò constat perpetuò esse malam. igitur ante septimum perpetuò est malus. hi tam multis modis peccant, vt neque sua ipsorum verba mihi videantur intelligere. non enim intelligunt, se dum ita colligunt, petere id ipsum qđ est in controuersia constitutum. Nam Hippocrates apertè damnauit morbum regium ante septimũ diem, indistincta causa. quare illud eis, qui ita sentiunt monstandum esset (si quid possunt) morbum regium nunquam fieri ante septimum diem in febribus nisi ex inflamatione: non, Hippocratem loquutum tantum fuisse de morbo regio ex inflamatione. Nam aliter tenentur continuò dicere, morbum regium ex inflamatione hepatis ante diem septimum esse malum, post illum, non ita. tamen cõstat inflamationem hepatis nullo die esse vtilem. iam verò quod connantur monstrare, puta cum fit ante septimum diem fieri ex inflamatione semper, argumentantur sumpto hoc principio, morbum regium per crisim nunquam fieri ante septimum, tamẽ hoc ipsum est quod in disputationem veniebat. Igitur dum putant se nouum aliquid inuenisse conuincũtur, ne seipsos intelligere, nedum alios, quid igitur supereſt dicendum. Certè nihil aliud, quam quod Auicena prædicto in loco dixit, morbum regium cum ante signa concoctionis fit, esse malum, cum post illa, bonum. quod quidem non est regio morbo proprium, sed commune omnibus euacuationibus & decubitibus. quid igitur ad Hippocratem? nunquid accusandus est? Quidam respondent Hippocratem loquutum esse de iis, quæ magna ex parte contingunt, fieri verò ferè semper vt febres, quibus ante septimum morbꝰ hic superuenit, ad malum terminentur, idque experimentis esse confirmatum. Cæterũ hæc solutio mihi minus placet. quãdoquidem vulgaris est, quæque difficultatem effugit potius quam dissoluit: nihil siquidẽ docet dignũ arte rationali. Auerroes aliter interpretatus est, ne apertè carperet Hippocratem, scilicet, vera illum dixisse de iis quæ contingunt in Græcia, cæterum in patria sua aliter contingere, propter calorem climatis. se (quantum ego opinor, Hippocrates non scribebat solis Græcis, & hęc si vera forent, oporteret à Gal[illegible] fuisse notata. falsò etiam dicit Greciã esse frigidiorem vetica regione. adde his, non esse perpetuum in frigida regione morbum regium ante septimum esse symptoma, vt neque in calidiori perpetuò est criticus, sed addendum hic etiam foret magna ex parte, quod doctrinæ totum nitorẽ detrahit. Nam fieri possunt in frigidissimis regionibus acutissimi morbi, & in calidissimis longissimi. vt & in media hyeme contingunt febres ardẽtes, in æstate quartanę. quid igitur nos tandem dicemus? quod audies. perindè est, quod Hippocrates dixit his verbis, quibuscunque in febribus morbi regii ante diẽ septimũ, malũ, ac si dixisset, in febribus ante diẽ iudicãtẽ febrem morbus regius, malum. dies septimus, quia iudicantiũ est potentissimus, merito pro exẽplo positus est. intellegère sane Hippocrates & Galenus morbum regium post septimum diem, posse esse prauum, & ante septimum, bonum. Illud quidem dictum est à Galeno in commentatione sententiæ citatæ, hoc verò ab Hippocrate, quarto de ratione victus in morbis acutis contextu. 18. his verbis. nam in bilioſa febre morbus regius cũ rigore ante septimum diem accidens morbum soluit. Gale. in commentario neutrum dicit esse perpetuum, vt scilicet, bonus sit aut malus, ante septimum aut post septimum, sed quodcunque horum posse contingere. Igitur cum hæc ab Hippocrate & Galeno ita dicantur, intelligendum est, Hippocratem in aphorismo sub exemplo singulari instituisse vniuersalem doctrinam. quare cum morbus regius superuenit febribus, non censeo intendendum esse in numerum dierum, sed concoctionem aut contrarium. est Hippocrati antiquus hic mos, sub exemplo singulari, vniuersalem aliquam doctrinam innuere, vsque adeo vt nihil de euacuatione aliqua, aut regione per quam, aut re alia quapiam singulari dictum ab illo viro sit, ex quo non elliciat Galenus vniuersalem doctrinam. Nam si dixit, in febribus non intermittentibus, si rigor incidat febre non deficiente, malum: si dãnauit sudorem, qui non soluit morbum, scire licet, neque de solo rigore, neque de solo sudore illum loqui, sed horum exemplo docere, motum naturæ aduersus succos, qui morbum non soluit, malum esse. ita hic quod de morbo regio dicitur, & de septimo, neque de solo morbo regio, neque de solo septimo dictum intelligo, sed de euacuatione quacunque quæ ante diem criticum morbi fit. Nam quanquam quintꝰ quartus, septimus, decimus quartus & vigesimus omnes sunt critici, tamen non omnes omnibꝰ morbis, sed vnicuique sunt sui dies indicantes & vnicuique est suus iudicialis, iuxta propriam constitutionẽ. nam stultum fuerit in quartana, considerare quintos septimos aut nonos, & in causone centesimos. Igitur colligendum hinc est, quemadmodum morbus regius ante septimum, in morbo cui septimus est iudicialis malum, ita ante quintum, in morbo cui quintus, & ante quatuordecimum in morbo cui quatuordecimus. Sed hęc quęstio non exigit maiorem interpretationem.

¶ Caput decimum. In quibus morbis magis vtantur medici prædictione, in acutis, an in longis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

VIdetur Hippo. in solis acutis morbis, vel saltem in solis iis qui acuti sunt, aut ex illis contingunt. i. ex decidentia longi fiunt, prædictione vti. siquidem cum opus prægnosticum iam iam concluderet, ita scripsit. hæc intelligo de morbis acutis, & aliis quęcunque ex his consistunt. tamen ars de crisibus, quæ etiam exitum morbi docet, non tantum de his disputat sed de quocunq3 morbo quã tumuis lõgo, est enim illi etiam sua constitutio, non minus quam breuissimo. quare hic locus animaduersione indiget. Nam scriptum est ab Hipp. Aph. 19. 2. Acutorum morborum non omnino sunt tutæ prænuntiationes salutis aut mortis. quo loco videtur docere, certiora pręsagia posse medicum ferre in cronicis morbis, quam in acutis. tñ contrarium videtur proferre. 3. progn. cõtextu. 10. dicens, quę autem minimo tẽpore iudicãda sunt faciliora sunt ad prędictionẽ. videtur primùm ex his sentẽtiis illud colligi, facilius esse prædictione vti in morbis acutis quã in cronicis, illud enim significat dictio illa εὐπαρατήτερα quà in prognostico est Hippo. vsus, declarante Galeno. ῥᾴονα, quod nos dicimus faciliora. itaq; ea quæ sunt citò ad iuditiũ peruentura, faciliora sunt ad prædictionem. Cæterum videnť prędsagia quę feruntur in acutis, quanquã faciliora, tñ incertiora esse prędsagiis cronicorum, alioqui difficilioribus. Nam in apho. commendauit certitudinem præsagiorum in longis: in prog. facilitatem in acutis. quanquã ne hoc quidem simpliciter, sed inter initia, dixit, longorũ, difficilius esse præsentire, q̃ inter initia acutorũ. quæ sentẽtia, etsi multi sunt illã commentariis prosecuti post Gal. tamen nihilominus eget enarratione. Nam cum de certitudine & incertitudine præsagiorum multa non admodum ex re disputent, & de modis quibus contingit medicum in prædicendo errare, ipsam sententiam incautè prætereunt, non intelligentes quod nos paulò ante diximus, multò aliud esse certitudinem præsagii à facilitate præsagiendi. quare cum oportuisset illos de facilitate disputare, disputant de certitudine. nos verò pspicuitatis gratia sentẽtiam argumentis agitemus. Aut illud, *inter initia*, significat tempus principii vniuersalis, quo nondum apparuit concoctio, aut spatium trium dierum, aut primam aggressionem. triplicis enim huius principii rationis tantum meminit Galen. sed primæ aggressionis hic non oportet meminisse. in illa enim neque quidquam prędicere potes neque animaduertere. Sed si vniuersalia principia intelliguntur, in neutris quidquam prædici potest. cum nondum appareant concoctionis signa, ex quibus pendet constitutionis morbi cognitio & prædictio tota, & principiũ est tempus anceps, nescimus quò vertetur prędsagium. si verò tres dies intelligis principii nomine, perinde dicã multos morbos acutos nõ habere cõcoctionẽ, neq; cõtrariũ ante. 7. in quorũ tribus quatuor væ primis dieb⁹, nihil oĩno possumus prædicere, magis quã si morbus esset futurus cronicus. intelligut plęrique, in primis quaternariis morborum longorum, difficilius esse prædicere, quam in primis quaternariis acutorum, quoniam scilicet in primo aut secundo aut saltem tertio quaternario acutorum, nunquam ferè non apparent concoctionis signa, tamen in cronicis, aguntur sæpe quadraginta quaternarii sine concoctione, aut contrario. O artificiosam doctrinam. primò hi intelligunt, cùm non adsunt concoctionis signa, in neutris esse facilius prædicere, sed illud vnum Hippocra. docere, citius hæc apparere in acutis. itaque tota sententia eò verteretur, longioris morbi esse longius tempus cruditatis. At ego putauerim Hippocrat. illic de præsagiis agere, non de constitutionibus morborum. igitur censeo aliquid continere maioris artificii sententiam illam, eòque sermonem illic esse de principiis morbi. atque ita in principiis morborum acutorum esse facilius prædicere, quam in principiis cronicorum. Nam postquam iam apparent signa concoctionis manifestæ aut contrariæ, in vtrisq; est facilè prędicere, consideratis illis. sed antequam hęc appareant, est quædam alia coniectura ex signis occultæ concoctionis, & salutis aut mortis, quæ minus habet certitudinis quam quæ ex signis concoctionis manifestæ aut contrariis sumitur, sed quæ omninò non est contemnenda. hæc in principis acutorum, non difficilem præsagiendi exitum morbi, præstat rationem. dissidẽt enim multum à principio, id est ab ipso primo die, morbi breues salubres à lethalibus. tamen in longis nihil ex illis intelliges. nam cùm longa futura sit inter facultatem & morbũ pugna, diu æquo morte certatur, siue lethalis, sit morbus, siue saluber, eòque à principio nihil ferê dissident. hanc esse Hippocr. sententiam intelliges, ex iis quę addidit. Nam inquit, maximè enim à principio dissidet: qui enim conualiturus est, facilius spirat, sine dolore agit, noctu dormit, & alia signa maximè tuta habet: qui verò moriturus est, spirat difficulter, conflictatur, vigilat, & alia signa deterrima habet. vides vt inter initia acutorũ per signa salutis aut mortis præsagire, dicat esse facile, nulla cõcoctionis facta mentione. quid qd contextu septimo dixit (est vero septimi & decimi eádem sententia) considerandum est, singulis additis quaternariis tñ ex quaternariis nõ possumus spectare signoũ mutationes salutis aut mortis, sed concoctionis aut contrarii: certè hęc ipsa verba nostræ interpretationi maxime atteſtãtur. inquit enim, inter initia (id est ante signa concoctionis) horum, difficilius est præsentire ea, quæ parte maxima temporis iudicanda sunt: similia enim illorum initia sunt (quod attinet ad reliqua signa) sed à primo die animaduertendum est, considerandumque singulis additis quaternariis (ne scilicet nos prætereat quaternarius quo primum apparent signa conctionis, quia in his morbis ante illud nihil licet prædicere neque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neque latebit, quo nam vertetur morbus, scilicet, tunc tandē non nos latebit moriturus sit ægrotans an victurus, cùm præsagia multo certiora sint in longis quam in breuibus, ex aphorismo. proposita ergo quæstioni ita respondemus post signa concoctionis æque facile esse prædicere in longis & acutis morbis, sed prædictiones in acutis esse multò incertiores. nam potest in acuto morbo materia quæ calida est impetu ferri, etiam cum incepit coqui, in partem quampiam principem, atque ita ægrum interimere, quod in longis minus pertimescendum est. quia illorum materia minus est mobilis. eòque constantioris significationis sint signa concoctionis in illis, cum semel apparuerunt. ex quibus facile colligitur quod à Galeno dictum est tertio decrisibus, cum signis concoctionis fieri non posse, vt æger intereat, recte à nobis explicatum esse paulò superius de signis perfectæ concoctionis. quandoquidem quæ manifestè solum coctam esse materiam significant, non præbent tantam securitatem potissimum in acutis morbis. Ergo cum iam apparent signa concoctionis in vtrisque, est par facilitas prædicendi, sed in longis maior firmitudo præsagii, ante quàm appareant hæc, in acutis licet non nihil præuidere ex signis salutis aut mortis, in longis minimè. quia principia salubrium & lethalium quam minimum dissident. tamen ars præsagiendi circa vtrosque versatur, & vtrorum considerat constitutiones, ad præsagiendam longitudinem morbi, & felicitatem aut infelicitatem exitus. quanquàm crisium prænotio acutorum tantum est, aut longorum ex decidentia, quia his solis contingunt. quod si Gale. in tractatione de crisibus, de longis etiam disputat, id fit, quia nomen crisis etiam ad paulatim factas mutationes transfert, quò latius pateat doctrina, neque quidquàm in arte prædicendi desideretur.

¶ Caput vndecimum. De crisi nocturna & diurna.

SVNT qui disputent de nomine crisis, cui parti potissimum tribui debeat, perturbationi quæ antecedit, an euacationi, quæ hanc consequitur. Ego verò nollem de nomine cum aliquo certare. sed mihi in hac controuersia crisis nomen euacuationem significare volo, si tantum tempus hæc duo ocupent, vt non vno die aut vna nocte simul fiant. si enim intra diem aut noctem fiunt, ambo vnico crisis nomine significabuntur. nam hanc etiam vsurpationem inueni apud Hippocra. qui in aphoris. ita scripsit, quibus crisis futura est, nox ante acumen difficilis. quibus verbis apperte anxietatem dicit crisim antecedere, haud quaquàm esse crisim. qui disputant de præstantia crisis ratione temporis, nocturnam cum diurna conferentes, in tres sententias distributi sunt, aliis præferentibus diurnam, aliis quasdam melius diu, quasdam noctu melius, fieri dicentibus, distinguentibusque euacuationum species. Quidam ergo dicunt, diurnam meritò præferri, quandoquidem labores omnes multò cum minori facultatis noxa tolerantur diu, quàm noctu, redente Gale. causam in comm. prædictæ sententiæ, tertio inquam, secundi aphorismo. vbi dicit, grauitas semper noctu maior fit quia eo tempore dormire consueuimus. docet itaque Gale. eo tempore esse periculosius laborare, quo ex natura & consuetudine deberemus quiescere. igitur periculosius est iudiacari per noctem, quàm per diem. Adde solis aspectum, quo per noctem priuamur, multum vis addere ægrotantibus, vitamque quàmplurimum fouere. argumento est, quod cotidie conspicimus, multò plures noctu vita prauari, quàm diu. Alii contra noctem commendant ad crises, quon doquiem noctu melius fiunt actiones naturales quàm diu, vt animales contra diu malius quàm noctu, recurrente per noctem calore ad viscera propter ambientis aëris frigus, & recurrentibus spiritibus fuga tenebræ, atque adeo propter consuetam quietem, nocturnum silentium, quæ omnia minus distrahunt animam, quæ tota eo tempore internis vacat, missis externis rebus. per diem contraria fiunt, recurruntque spiritus & sanguis ad externa destitutis visceribus. addunt, crises non tam sequi solis aspectum quàm lunæ, qui noctu viget. Alii ita distingunt, dictis de causis crises eas, quæ fiunt motione succorum ab externis ad interna, cuiusmodi sunt fluxus ventris, vomitiones, & profluuia vrinæ, fieri melius noctu, eas verò quæ contrario motu fiunt, quales sunt sudores, occulta expiratio & fluxus sanguinis de naribus, melius fieri diu. Sed contrarium omnino videri possit alicui, ex ratione fieri, eas nempe euacuationes quę operante simul facultate animali fiunt, melius diu peragi, siquidem animalis facultas diu melius operatur, & labore minus læditur (sunt verò hæ quę motu succorum ad interna fiunt. nam & ad deiectionem & mictum & ad vomitum operātur musculi) contra vero fieri quæ versus externa motis succis fiunt, cuiusmodi sunt sudor, occulta expiratio, & fluxus sanguinis de naribus, quia opera sunt naturæ solius, quæ strenuè operatur noctu. Ergo neque qui ita proferret, euacuationes quę fiunt motu ad interna melius fieri diù, quæ motu contrario melius noctu, ratione omnino videretur destitutus, quāquàm distinctius ita diceret, euacuationes quæ opera solius naturę sunt melius noctu, quę opera

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

etiam facultatis animalis diu, tutiusque. quare ex tanta opinionum non improbabilium multitudine, probabiliter etiam possit alius colligere, cæteris æqualibus nihil interesse diu fiat crisis aut noctu. nam quæ ratione motus consueti per diem putà ab internis ad externa melius fieret, cuiusmodi sunt sudor & expiratio occulta, & fluxus sanguinis, ratione facultatis à qua fiunt, quę eo tempore languet, læduntur. contra quæ ratione huius motus læduntur, quia contrario motu fiunt, puta fluxus ventris vomitus & mictus, per commoditatem temporis, actionibus animalibus iuuantur. quare putauerit quispiam, ex hac temporis diuersitate, nullum melioris aut deterioris crisis inditium summi. Tamen ego nonita statuo, sed euacuationes omnes magis cupiosè fieri cũ criticæ fiũt, noctu quam diu. quoniã verò non tantum considerari debet facilitas euacuationis & copia, sed etiam quam tuto fiat. non indistinctè proferendum quidquàm est, sed vt dicam, statim ac monstrauero, quod propositum primòest, euacuationes omnes facilius copiosiusq; fieri noctu quã diu id quod, cæteris æqualibus, intelligi debet, nequisq̃ perturbetur iis quæ in aliquibus ægritudinib⁹ cõtrario modo fiunt, quæ ex alijs causis, haud quaquàm temporis natura verisimile est fieri. quod si intelligatur, liquet id quod est propositum. nam eas euacuationes quæ fiunt succis motis ad interna, iuuat consuetus per noctem motus, & præterea maior facultatis naturalis vis, & nihil est quod eo tempore prohibeat euacuationem fieri. nam quòd facultate animali ægeant, ad laborem facit non nihil, tamen ad difficultatem nihil. læditur enim facultas animalis plus, laborans noctu, quàm diu. tamen si æqualiter laborat, perinde operabitur noctu ac diu. non enim tenebra impedit perse euacuationem, nisi somnum conciliet, modo verò noctem ponimus, non somnum. itaque facilius copiosiusque fiunt hæ euacuationes noctu. reliquæ quæ contrario motu fiunt, etiam copiosius noctu, plus enim iuuat vehemens facultatis naturalis actio, quæ illo est tempore, quàm impediat contrarius motus succorum & spiritum. possunt enim, quæ retineri oportet, inclinare ad viscera, quæ exepelli extra, ad cutem emergere. quod vero ita fiat, liquido ostendunt sudor & occulta expiratio. sudor enim copiosior multo fit per somnum, quàm per vigiliam, quanquam in sommno fit motus ad interna in vigilia ad externa. Tamen somnus sudore arguit repletionem, quod dictum est ab Hippocra. sudor multus ex somno factus, multo cibo vti significat, quod si non assumenti hoc accidat scire oportet quòd corpus indiget euacuatione. Nimirum cum multitudo quæpiam in corpore est, facilius exudat dormientibus, quàm vigilantibus. iam verò occulta euacuatio tanta per somnum fit, cum facultas naturalis alioqui est fortis, vt (quod dictum à Galeno est tertio prog. comm. primo) pueri nonnunquã solo somno, profundo & longo, sine manifesta aliqua euacuatione celeriter in melius permutentur. igitur euacuationes omnes, cum crisis fit quæ naturæ potentis est opus (hanc enim crisim voco) copiosius fiunt, faciliusque noctu quàm diu. cæterum multò aliud est ita fieri, aut tutius. labores enim maiori cum periculo feruntur noctu quàm diu. tamen coguntur qui iudicantur laborare. nisi forte aliqua fiat euacuatio, earum quæ per somnum fieri possunt vtiliter. quare ego vtrique rei consulens (vt opinor) ita distinguo. cum crisis duas habeat partes, anxietatem & euacuationem. vel tam breuis fit, vt ambo vno die fiant, aut vna nocte, vel naturalem totum diem ocupat, vt anxietas nocte fiat, & euacuatio die, aut anxietas die & euacuatio sequenti nocte. si hoc secundum faciendum est, melius est, anxietatem fieri diu, & euacuationem noctu, quia perturbatio laborioſior est euacuatione, & labores melius feruntur diu, quare anxietas minus nocebit diu, & euacuatio copiosius & facilius fiet noctu. si verò primum fit, videndum est, an æger plus periclitetur ex virtutis debilitate, quàm ex morbi magnitudine & multitudine materiæ. qui enim ex debilitate periclitantur melius iudicantur diu, quia eo tempore minus debilitant labores: qui ex copia succi mali melius noctu, quia eo tempore vt monstratum est copiosius expurgantur. Qui controuersiam hanc ante me suscepere tractandam, monent, non esse conferendas sibi mutuo duas crisium species. quarum altera diu, altera noctu facta sit, sed eandem sibi, neque enim omnes esse æqualis vis, sed alias aliis præstantiores. disputantque deinde de illarum præstantia. Præferunt aliis, quidam fluxum ventris, quidam sudorem. plerique tamen fluxum sanguinis de naribus aliis omnibus euacuationibus anteponunt, sudorem omnium maxime vituperant, fluxum ventris secundo loco post fluxum sanguinis collocant, post illum mictum, ante sudorem, rationesque multas hinc inde producunt, nihil monstrantes: responsa excogitant non valde probabilia. Ego sanè dum præceptorum experimenta & propria obseruaui, non rarius neque infelitius vidi ægrotantes iudicatos sudore, quàm fluxu ventris, immo vero felitius citiusque, neque infrequentius quàm fluxu sanguinis. vrina non infeliciter iudicantur quàm multi, sed aliquanto lentius. hæc obseruaui, quid alii viderint, haud scio. sed illud vnum aperte intelligo, non licere euacuationum quampiam alteri cuiquàm anteferri indistinctis morbis. non enim ad quancumque euacuationem morbi omnes eodem modo se habent, sed ad hanc melius hic, ad illam ille, vt materia ad hanc viam aut illam maximè inclinat, & succus ad deiectionem, mictum, aut sudorem est accommodatissimus. Non ergo recte quisquàm propositæ paulo ante questioni respondit, dicens, sudorem nocturnum præferri debere fluxui ventris diurno,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

no, sed fluxum fluxui, & sudorem sudori conferre oportet; atque in eodem pœnitus morbo. nam si vnius morbi materia inclinat in vias, vrinæ, alterius in sudoris vias melius est in hoc sudare diu, quàm in illo noctu. quoniam scilicet hic gaudet sudore, ille minus. docet hæc Galen. diffuse satis tertio de crisibus capite tertio præcipiens, ad videndum sit ne crisis optima an non, considerare inter alia, formam morbi. nam (inquit) optima crisis cum concoctione fit, in die iudiciali, indicata, & conuenientem speciei morbi, euacuationem facit. quæ vero euacuatio cui morbo conueniat, docet diffusè per singulos morbos. si enim sit febris ardens, vel sanguis è naribus profluet, vel post vehementem rigorem sudor multus & calidus per totum corpus emanabit, aut per vomitum aut aluum aliquid bilioſum excernetur. itaque his euacationibus solet solui febris ardens. in eius iudiciis primas habet fluxus sanguinis denaribus, secundas sudor, tertias vomitus, quartas fluxus ventris. nimirum hæc pendet ex tenui sanguine, & magis paret supernis euacationibus. quare quæ corpus pœnitus expurgat, est fluxio de naribus, quippe quę proxime ex venis non id tantum quod putruit sed & quod partum est putrere, & plus satis caluit euacuat. finit autem & phrenitidem sudor multus, præcipue si ex capite multus & calidus fluxerit sudante simul reliquo corpore. contingit autem aliquando etiam per sanguinem è naribus fluentem, phrenitidem finiri. non tamen lethargus aut perineumonia fluxum sanguinis amant. inter hęc autem pleuritis medium optinet locũ, minus enim quàm febris ardens & phrenitis, magis autem quàm perineumonia atque lethargus profluuio sanguinis soluitur. nimirum perineumonia & lethargus ex pituita fieri maxime consueuerunt, pleuritis & phrenitis inflamationes sunt calidiores. sed phrenitis viciniam maiorem habet & rectitudinem cum venis nasi. hepatis vero conuexæ quidem partes affectæ tribus præcipue modis crisis obediunt, fluxibus sanguinis è nare dextra, & sudoribus bonis, & vrinis abundantibus. cauæ autem partes excrementis bilioſis atque sudoribus, nonunquàm verò & vomitibus. per tractatus a nobis antea est hic locus, octauo libe. capite nono cum docuimus, seruare naturam, quoad potest in suis euacuationibus rectitu[illegible]m. magis autem expetunt per vrinam expurgari, quàm conuexæ hepatis partes, omnia ea quæ vel in partibus renum vel vesicæ laborant, sicuti loca quæ ad thoracem pertinent sputis ex pulmone. hæc quoque rectitudo facit. sudores verò omnibus febribus proprii sunt, & præcipue ardentibus, iuuant autem non parum & efferuentes inflamationes. nimirum sudor totum corporis habitum æqualiter quodammodo expurgat. hæc omnia Gale. docet prędicto loco in quibus illud consideres hortor, quanto pluribus morbis sudor inueniatur conueniens, quàm alia quæpiam euacuatio, quẽ tamen barbari medici maximo habent in contemptu. sed quoniam semel in hunc locum incidimus, quæ Gale. hic omisit ex locis aliis apponamus, ne quid desit præsenti tractationi. de acuta lienis inflamatione dictum est eodem loco, parêre fluxui sanguinis de sinistra nare, & sudori. tamẽ aliæ lienis ęgritudines, quæ ex crasso succo sunt alia euacuatione ægent, cuius meminit. 2. de arte curandi ad glauconem capite secundo ita dicens: & quidem ea quæ sunt in gibis hepatis partibus, per vrinam trahere, quæ autem in cauis per excretionem infernam, situs ipse visceris indicat, atque etiam thoracem & pulmonem per tuses expurgare: ventriculum autem & stomachum per vomitum, intestina autem per infernas excretiones, quemadmodum & splenem. vbi illa verba quemadmodum & splenem, antecedentia respiciãt, potiusquàm consequentia. nam. 13. metho. capite. 16. ita scriptum est, à societate verò cum adicentibus partibus, quod idem est cum situ, giba Iecoris per renes purgari, caua per infernum ventrem, in liene verò alteram duntaxat esse excrementorum euacuationem, eà enim quę per renes agitur non est huic vicisceri. itaque lien gaudet fluxu ventris, vrinis minime. nihil verò refert de euacuationibus quas medicus debet facere, aut iis quas facit natura loqui, cum quod hęc facit, ille teneatur imitari, vt antea etiam diximus. Ergo monstratum iam tandem est non debere crisim aliquam plus altera commendari, nisi quatenus morbo qui iudicatur magis aut minus conuenit. monstratum est non minus, cum nocturna crisis cum diurna confertur ratione temporis, eandem sibi ipsi in eodem morbo debere conferi. nam quanquàm diximus paulò superius, meliorem esse crisim nocturnam diurna, quando non incidunt simul in eundem diem aut eandem noctem perturbatio & euacuatio, nisi etiam plus periclitetur ægrotans ex debilitate virtutis quàm ex multitudine materiæ (duo enim hæc excepimus) tamen constat satius esse phreniticum sudare diu, quàm lethargicum noctu sanguinem denaribus fundere, & vtilius esse liene obstructione affecto, diu diicere per aluum, quàm noctu copiose mingere. nimirum non sunt hic cætera paria, quæ vt sint eadem crisis sibi ipsi, in eodẽ morbo conferatur. sed de his satis multa diximus.

¶Caput duodecimum. Vtri morbi inferant plus periculi similes an dissimiles.

Morbo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

MORBORVM nonnulli ſimiles quodammodo ſunt naturæ ægrotantis, quidam abilla abſunt longiſsime. vt tertiana exquiſita vitium eſt quodammodo ſimile bilioſæ naturæ, à pituitoſa verò valde diuerſum. vt vero naturæ, cuius nomine temperiem volumus intelligi, dixmus, ita, ætati, habitui, & regioni, & tempori, quo ægrotans eſt, poſſumus dicere, morbos fieri ſimiles aut diſimiles. Tertiana enim cuius modo memini, vt ſimilis eſt bilioſſæ naturæ, pituitoſſæ diſsimilis, ita iuuentuti, gracili habitui, meridionali regioni, & æſtati ſimilis, ſenectuti, obæſſo habitui, ſeptentrionali plagæ, & hyæmi diſsimilis. horum morborum, ſimiles, ſiue proportionatos (vt loquntur alii) docet Hippocra. eſſe minus periculoſſos ſecunda part. aphoriſmo. aphoriſ. 34. ita ſcribens, in morbis minus periclitantur, quorum naturæ, ætati, & habitui, & tempori magis congruit morbus, quàm quibus ſecundum nihil horum congruit. id quod intelligendum eſt, cæteris paribus quæ ad magnitudinem morbi ſpectant. Nam aliter non dubium, quin poſsit bilioſſus in tertiana magis periclitari pituitoſſo. ſi ſcilicet ille laborat graui, hic leui, remiſſaue tertiana. quòd verò vbi magnitudo par eſt, plus ſit periculi in diſsimili, cauſa eſt, hunc cum magnitudine eſt æqualis, ex leuiori cauſa excitari, vt verò ex læuiori cauſa effectum pendet, ita facilius ſoluitur. Tamen ſunt multa quæ huic ſententiæ, alioqui veriſsimę, obiici poſſunt. quorum nonulla à Gale. in comm. ſcripta ſunt, alia nos addemus. videri poſsit alicui, contra omnino fieri oportere, atque eſt propoſitū. atque nō quoaliquis in morbū incidit facilius, eo etiā facilię curari, ſed cōtra, quò facilius incidit eò difficilię reſtitui ſanitati. Nā ideo frigidus in frigidū morbū facilius incidit, quòd ad talem alterationem eſt procliuior. ſed quò aliquis ad alterationem quampiam eſt aptior, eò ad contrariam eſt ineptior, & qui refrigeratione ægrotat, calfactione ſanatur, ergo qui facile in morbum cadit, difficile ad ſanitatem reducitur. perpetuum enim id eſt in motibus omnibus non in alterationibus ſolum. nam res quæ facile mouentur deorſum. difficile trahuntur ſurſum. Igitur hac ratione quantò homines in morbos ſimiles facilię incidunt, tāto morbi erūt ſolutu difficiliores, ac pinde periculi afferēt tāto plus, quāto ſimiliores ſunt. hoc argumēto ſeducti forte quidam, vt Galenus reffert, ſententiam illam aphoriſticam aliter interpræ[illegible]nt, dicentes, illum morbum, congruere ægrotantis naturæ, habitui, aut ętati, & reliquis, qui contrarius ſit, non qui ſimilis. itaque calidum in frigidis morbis & frigidum in calidis, minus periclitari, atque cauſum in media hyeme minus periculi inferre, quàm in æſtate media. Quoniam illius ſublationi præſtat multum auxilii aēr, hunc auget quàm maxime. ſed ii ex ignorantia cauſæ, falſa docent. nam cùm laborat aliquis cauſo, aēris frigus cauſam eſſe ſalubrem nemo neget, tamen eſt malum ſignum. nam argumento eſt, cauſam fuiſſe vehementem, quæ reſiſtente aēre tantam intemperiem in corpore procreauit. Quare exoptet meritò medicus, vt aēr ad frigidiorem ſtatum permutetur, cum excitata iam eſt febris, tamen vt talis à principio fuerit, non eſt quòd exoptet. quod in argumento de ęgrotantis natura dicebatur, quò facilius alteratione aliqua afficitur corpus, eo difficilius afficitur contraria, verum plane eſt, de alterationibus illis, quæ collatæ cum proprio temperamento ſunt contrariæ. itaque frigidus naturà quo facilius à cauſis frigidis fit ſuo temperamento frigidior, eò difficilius à cauſis calidis fit calidior: tamen ad ſuum proprium temperamentum, tam facile trahitur calfactione, cum præter naturam friguerat, quàm refrigeratione cum incaluerat. quoniam ambo motus ſunt illi naturales, quoſque ſua illius natura iuuat. ſed quoniam ad lationes argumentum transferebas: vt fert probabiliſsima philoſophorum opinio, tam facile & tam naturaliter deſcendit aēr in regione ignis, quàm aſcendit in regione aquæ, quia vtraq; via quęrit proprium locum. igitur cum nō minus humani corporis natura ſuam amet temperiem q̄ elementa ſuas regiones, conſtat iam facilem eſſe recurſum calido ſuper naturā corpori ad ſuam naturam, q̄ frigido, etſi natura calidum ſit. ſi quid eſt diſcriminis, id totum eſt in morbi cauſis cum quibus certat, quæ cum minores ſint in lapſu ſimili, erit quoque lapſus facilię recuperabilis. atq; hinc ex ratione fit, vt qui leuibus de cauſis ægrotant, facilius curentur, qui verò ſaluberrimi ſunt rariſsimeq; ęgrotātes, cū ęgrotant, in maximū periculum addigātur. nam fieri non poteſt, vt qui ſaluberrimi ſunt, læuiter ægrotent. quid quod ab Hippocra. dictum eſt in eadem part. aphoriſ. 40. raucidines & grauedines in valde ſenibus non cocuntur? tamen conſtat raucedienes & grauedines ſenectutis temperamēto eſſe conuenientes morbos. Gale. hanc ſententiam interpretatur, vt priori conſonet, non idem eſſe non coqui & periculoſum eſſe. Præterea non de ſenibus tm̄, ſed de valde ſenibus loquutū Hipp. hanc vero ętatē in quibuſuis morbis ſiue ſimiles ſint, ſiue diſsimiles, periculi plus ſubire, propter naturalem imbecilitatem. itaq; ſignificat Gale. raucedinem & grauedinem in ſenibus, qui admodum tales ſint, tardius coqui q̄ in iuuenibus, tamen non eſſe magis periculoſas, ſed extremam ſenectutem dicta de cauſa cum nulla alia ætate eſſe conferendam. quid rurſus, an non Hippo. primo epid. dixit deſcribens tabidam quandam tempeſtatem, maxime moriebātur quibus natura vergebat ad tabem? ex tabe ſcilicet moriebātur maxime. Gale. hic rurſus addit, ſimilitudinē eius naturæ, quæ eſt in temperamento ſubleuare periculum, tamen compoſitionis, non ita, ſed potius augere. huius cauſam Gale. non dixit, ſed nos addemus modo. temperies ſimilis, cauſa eſt facilioris lapſus, tam[illegible] non eſt cauſa conſeruationis morbi: cùm, quoniam temperies non perpetuò

petuò manet talis,sed permutatur in ægrotatione,ita rursus in reditu ad salutem. tùm etiam quia ipsa natura quę in temperie cõsistit,vim habet morbi corrumpendi, compositio quà aliquis insaluber sit, aut paratus ad morbum quempiam,non tantũ facit faciliorem lapsum,sed & morbi retentionem,ex contrariis omnino causis.compositio scilicet praua talis perpetuò perseuerat, & nullam vim habet, qua contra morbum pugnet.quanquam si hæc minus assequeris, potes facilius dicere, maximè mori solitos ex tabe,quibus natura ad tabem vergit,quoniam ab ęqualibus causis in grauiores tabes agũtur, si verò tabes perse in homine parato ad illam, grauior non foret,sed æque grauis, facilius curaretur, quoniam proculdubio ex læuiori causa pendêret.id quod etiam contingit in morbis conuenientibus temperiei,quò minus indigebis tali quapiam distinctione,qualem inuenit Galen.Hippocratis sententiam quæ patet latius,ad strictius redigens.Est aliud quod Galeno ipsi obiiciamus ex suo. 8. method. cap.5.quo differens de tempermento calido & sicco, & speciebus cruditatis, ita scripsit,ea quidem, (Cruditas intellige)quæ in accidissimũ vertit, & ratò talibus naturis cõtingit,& minus nocet. Quod non videtur cum dictis modo quadrare, quin potius, quod rarius accideret,deberet fieri magis noxia.hunc locum ego ita interpretor,non idem esse ἧττον βλάπτει id est minus nocet, & periculosior est.Nam illud significat malitiam causæ, hoc signi. hic verò de malo signo disputamus. Quoniam verò accidam cruditatem,non solum minus nocere, sed minus periculosam esse illis naturis, intelliges apertè ex illo Galen.capite, addendum est,accidam cruditatem, nonnunquam fieri ex in temperie ventriculi, nonnunquam ex malitia ipsius cibi,qui facilè in accidum conuertitur. cum itaque ex cibo rum malitia aut etiam quantitate immodica,aut ambobus fit cruditas, non est causa in alteratione naturæ ventris,eòque ex similitudine aut dissimilitudine morbi, nullum prouenit inditium, superestq; sola consideratio noxiæ causæ.qua ratione constat minus nocere succum accidum calidis quam succum amarum,cum perpetuò lapsa corpora à similibus causis lędantur plus.sed habent rectè hęc.nũqd non bilioso iuueni plus imminet periculi ex causo quã ex grauedine pituitosa?arbitror,tamen est illi causos similis morbus,grauedo pituitosa dissimilis. est qui ex huius argumenti dilutione, maiorem sibi gloriam accessisse putet,quam cęsari ex triumphis. quoniam,inquit,inuenimus, non debere conterri eandem naturam cum diuersis morbis,sed eundẽ morbum cum diuersis naturis'. itaque non necesse est bilioſum iuuenem maiori cum periculo ęgrotare corizaquã causo, sed crizam magis periculosam esse,cæteris paribus,bilioso,quam pituitoso.non improbo responsum, sed insolentiam.quasi verò non hoc idem citra ambiguitatem quampiam,ita doceat Hippocra'. dicit siquidem, in morbis minus periclitantur quorum naturæ conuenit morbus quam quorum naturæ non conuenit. redde singulis verbis sua significata,inuenieſq; illhic dictũ ambiguè esse nihil, qđ ista tua indigeat distinctione.non enim dixit,morborum magis periculosi sunt,qui sunt conuenientes naturæ,quam qui secus: sed hominum,illi periclitantur plus,quibus morbus est dissimilis, quam quibus secus. impullere igit' eum in suum inuentum,non Hippo.aut Galen.sed barbari autores,qui ita interrogant, sint ne morbi improportionati periculosiores proportionatis, quæstione amphibologica omnino.quare ne adeo exulta.gaudere eñ insolenter eorum est quibus rarò contingit autorũ sentẽtias intelligere. Proenarrandis Hippo. verbis sunt ista satis.non nego.tamen licet nobis sententiam vlteriùs producere,dicentibus verè,siue eadem natura cum diuersis morbis,siue idem morbus cum diuersis naturis conferat', dissimiles perpetuò esse similibus magis periculos,si reliqua omnia paria sint.sed quæ sunt ista quę oportet statui paria? quandoquidem de morbi periculo disputamus,illa arbitror,ex quibus morbi periculum solet prouenire.hæc sunt,morbi magnitudo, & natura,& facultatis inconstantia.mgnitudo morbi,pẽdet ex tribus,propria magnitudine,malo more,& præstantia loci male affecti:quacunq; harum rationũ maior morbus,cæteris paribus, est minori magis periculosus.quidam etiã habent natura sua plus periculi,etsi intensiores non sint: vt carbo non adeo magnus,maiori inflammatione.debilitas etiam virtutis omnium maximè periculum auget.si ergo duo morbi sint, naturà æque periculosi,magnitudine æquales,tutius est,cum eàdem virtute, constitutum esse hominum in simili quam in dissimili morbo.Vides vt nulla tali indigeamus distinctione,sed indistinctè vtcunque conferas, dissimilem morbum magis periculosum esse simili.nam cõuulsio sicca nõ eò est magis periculosa humida, quòd neruus etiam siccus est,(nam hac ratione tutior foret) sed quòd naturà suà intemperies sicca est omnium pessima.7.Meth.capite quinto &.2.de causis sympt. capite secundo docet Galen.difficilius esse simpliciũ corporis particularũ cuiuis, cum sicca est humorẽ restituere,quam eam cũ humecta est, siccare.vides vt in quacũq; particula siccitas sit difficilior.quare perse illud habet, & ex sua natura,nõ ex partis tẽperamẽto.est etiã hæc Hipp. sentẽtia verissima non de morbis conuenientibus temperiei solùm, vt dixit Galen.in commen. sed de conuenientibus compositioni etiam. Ex quibus perspicuum iam fit,sententiam illam non tam indigere limitationibus,quam expositione.vnica supereſt limitatio, quæ est etiam, antequam caput concludatur,examinanda.excipiunt ab hac doctrina medici omnes morbos factos.quandoquidem causa, quà dissimiles morbi magis periculosi sunt aliis, tota in causę morbi magnitudinem referebatur.De illis ergo morbis solùm vera fuerit sententia, qui curãtur

causæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

causæ sublatione, in factis verò nil refert causam considerare, sed illud solùm quòd factum habent in essentia propria. Animaduertendum tamen hic est, non esse idem in duobus morbis contrariis, in tẽperies esse æquales, & lapsus in dispositionẽ præter naturam esse æquales. Nam si homo calidus vno gradu naturà sua, fiat modo prẹter naturam calidus in tertio, & deinde frigidus in tertio, constat intẽperies esse æquales, tamen recessus à natura non sunt æquales. Nã frigidus in tertio, distat a calido primo quatuor gradibus, à quo tamen calidus in tertio, distat solis duobus. si igitur ita interpræteris, sententiam Hippocra. veram esse, cùm morborum intemperies sunt æquales, verum etiam fuerit, morbos dissimiles grauiores esse similibus, etiamsi facti morbi sint. Nam si morbi intemperies est æqualis, necessario est lapsus à natura maior. quare etiam si ratione maioris causæ, morbus grauior non sit, erit tamen ratione maioris lapsus à natura. Ergo iam nullos morbos oportebit ab Hippo. sententia excipere, sed vniuersè proferre, similes dissimilibus minus esse periculosos, periclitariq; proinde plus homines in dissimilibus, quam in similibus. sed hæc controuersia non exigit plura, & totum hoc opus videtur nactum iustum complemẽtũ. neque enim controuersias omnes ſſucepimus dirimendas (nam foret id immensum opus) sed eas tantum, quæ difficiliores sunt, & frequenter agitari solitę, quarum perpaucas videmur omisisse. Sed si quis eorum, quos tulit hæc ætas eruditissimos, cum apud exteros homines, tum apud nostros hispanos, opus aliquod controuersiarum habet locupletius, proferat feliciter, recipiemus enim amice, & habebimus gratiam. interim omnes exoratos vellim, vt nostrum hoc, quodcumque est, candide excipiant.

¶ Finis totius operis.

INDEX QVATERNIONVM,

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y.
Omnes sunt quaterniones, præter Y qui est Duernio.

Compluti,

Excudebat vidua Ioannis Brocarii.

Anno Domini millesimo quingentesimo & quinquagesimo sexto post Calendas Nouembris.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

INDEX CONTROVER-

SIARVM QVAE HOC OPERE CONTINENTVR PER LIBROS ET CAPITA.

¶ *Primo Libro.*

AN ELEMENTA RE tineãt forma sproprias in compositis. cap.1.
An aqua humidior sit aë-re, cap.2.
An aër sit frigidus. cap.3.
An qualitates contrariæ possit esse simul,& quibus gradibus. cap.4.
An omne quod agit patiat ab eo in quod agit.c.5.
An antiperistasi,aut obiectu contrarii possit aliqua qualitas augeri. ibidem.
An temporamentum sit qualitas aliqua diuersa à qualitatibus elementorum. ca.6.
An possit fieri corpus temperatũ ad pondus.c.7.
An homo temperatus sit exactè talis. ibidem.
An sint quatuor temperamenta simplicis lapsus, vt sunt.4.duplicis. ibidem.
An elementa sint quatuor. cap.8.
An qui à Gale. dicuntur καθεστηκότες dici debeãt consistentes ibidem.
An iuuenes & consistentes sint iidem apud Galenum. ibidem.
An pueri sint iuuenib⁹ frigidiores an calidiores.ibi.
An adolescentia sit ætas temperata, an calida & humida. ibidem.
An senectus sit sicca an humida. ibidem.
An fœminę sint calidiores viris. cap.9.
An nerui molles sint humidiores cute an duriores. cap.10.
An cor sit humidum an siccum. ibidem.
An pulmo sit siccus an humidus. ibidem.
An corpus temperatum habeat actiones omnes perfectissimas. cap.11.
An corpus temperatum omnibus causis maximè resistat. ibidem.
An corpus tẽperatũ sit maximè longæuum. ibid.
An sint qualitates aliquæ earum quæ à philosophis virtuales solent appellari. cap.12.
An medicamenta calida operentur calore quem habent actu. ibidem.
An medicamẽta calida recipiãt agendi principiũ, vel vt vulgò dicũt actuent à nostro calore. ibid.
An medicamenta frigida frigore,quod sit actu operentur. ibidem.
An medicamenta frigida patiantur aliquid à nostro calore. ibidem.
An medicamenta sicca & humida siccitate & humore quę in illis sunt actu operentur. ibidem.
An pituita generetur in ventriculo. cap.13.
An solus sanguis nutrire possit. cap.14.
An sanguis sit subiecto & substantia propria frigidus. cap.15.
An sanguis sit calidior bile. cap.16.
An bilis vitellina fiat vstione, an admixtione pituitæ crassæ. cap.17.
An ruffus color,intensior sit flauo. ibidem.
An bilis porracea & æruginosa generentur semper in ventriculo. capi.18.
An sit aliqua bilis zinaria. cap.19.
An melancholia naturalis quæ confluit ad ventriculum excitet naturalem famen,an tantum iuuet concoctionem. cap.20.
An atræbilis spicies sint plures quam duę.cap.21.
An secundæ humiditates quas inuenit Auicena sint succi,an non. cap.22.

Libro secundo.

AN instrumẽta possint esse partes simplices,an necessariò sint compositæ. cap.1.
An operationes procedãt à partibus simplicibus,an à compositis.cap.2.
An ventriculus nutriatur chylo, cap.3.
An renes & vesica nutriantur lotio. ibidem.
An vesica fellis nutriatur felle. ibidem.
An lien nutriatur melancholia. ibidem.
An vngues nutriantur verè, & sint vitæ participes. cap.4.
An pili nutriantur verè. ibidem.
An cor primò consistat in animãtis generatione, an hepar. cap.5.
An semen vtrunque præstet efficienciam, an muliebre materiam solam. cap.6.
An fœmina possit aliquo modo perse solam sine viro concipere. ibidem.
An semen decidatur ex toto corpore, an ex solis vasis seminariis. cap.7.
An semen deciſſum viuat. cap.8.
An octomestres possint viuere. capi.9.
An dimidiato anno nati, viuant. cap.10.
An caput sit factum propter cœrebrum, an propter oculos. cap.11.
An sit vnicũ membrũ princeps,an plura, cap.12.
An testes sint membrum princeps. ibidem.
An hepar sit membrum princeps. ibidem.
An facultas animalis resideat in substantia cerebri,an in membranis cap.13.
An sensus & motus sint eiusdem gradus animantium,an diuersorum. cap.14.
An facultates influant cum spiritus substantia an sola illustratione ibidem.
An facultas naturalis effluat a iecore, an insita sit membris omnibus. cap.15

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Index.

An sit aliquis spiritus naturalis. cap16.
An virtus generans diuersa sit à nutriente. ca.17.
An virtus augens diuersa sit a nutriente. cap.18.
An facultates naturales, quæ particulares appellari solent sint. 4. tantum, an plures. cap.19.
An sit aliqua vis distribuens. ibidem.
An sit aliqua vis secernens. ibidem.
An sit aliqua vis apetens ibidem.
An sit aliqua vis dillatans. ibidem.
An sit aliqua vis affigens ibidem.
An facultates animales quæ rectices apellantur sint tantum. 3. cap.20.
An sensus differat ab imaginatione. ibidem.
An memoria differat à vocata reminiscentia. ibi.
An imaginatio differat à memoria. ibidem.
An differant locis tres sensus interni. ca.21.
An sentiendi & mouendi vis per eosdem neruos eisdem spiritibus aut eàdem illustratione defe=ratur. — cap.22.
An tactus sit vnicus an plures sensus. cap.23.
An visus sit igneus. ibidem.
An odoratus sit naturæ vaporis. ibidem.
An odoratus instrumentum sit intra craneum, an in naso. cap.24.
An audiendi instrumentum proprium sit aër aliquis internus, an membrana pori auditus, an osicula duo nuper inuenta a dissectoribus. ca.15
An sensus omnes agantur re vera in cærebro, an singuli in suis instrumentis. cap.26.
An accretio sit motus perse an ex accidenti. ca27.
An visio fiat admissione rei alicuius an emissione. — cap.28.
An possit aliquid sentiri sine medio. cap.29.
An gustatus & tactus indigeãt medio interno. ibi
An qualitates quæ sentiuntur producant species aliquas in ipsos sensus. ibidẽ.
An sentire sit agere an pati. — cap.30.

¶Libro tertio.

AN hyprocrates fuerit autor primus doctrinæ de pulsibus. in proœmio.
An pulsus sit signũ prestãti⁹ vrina, an cor. ca.1.
An respiratio & pull⁹ sit ad eosdẽ vsus necne. ca.2
An quietes pulsus & respirationis sint cessationes an actiones. ibidẽ.
An respiratio sit actio tantum voluntaria. ibidẽ.
An vterque motus dilatatio inq̃ & constrictio pulsus aut respirationis sit actio, an altera actio, altera actionis remissio. ibidem.
An arterię simul attollantur ac deprimantur cum corde an contrario modo cap.3.
An sint octo pulsuum differentiæ. cap.4.
An sit aliquis pulsus plenus aut vacuus bidem.
An ordo aut contrariũ semper accidat inęqualitati cap.5.
An pulsus possit venire ad tãtam crebritatem vt alterutram quietũ omnino amittat. cap.6.
An possĩt fieri cõtrarii mot⁹ sine qete media. ibi.
An possit sentiri constrictio, & quatenus. cap.7.
An ad cognoscend[illegible]n velocitatem pulsus opus sit tempus cum spatio conferre. cap.8.
An latio sit motus continuus an deiunctus. ibi.
An sit differentia aliqua pulsus quæ non pend[illegible] ata causa continenti cap.9.
An aliqua pulsus vehementia sit nimia & præter naturam cap.10.
An omnis inæqualitas pulsus fiat ex vitio instrumentorum. cap.11.
An inordinat⁹ pulsus sit deterior ordinato. ca.12
An sit aliquis pulsus amatorius. ca.13.
Multa de amore. ibidẽ.
An pulsus autumni sint quales in vere. cap.14.
An oĩs pulsus inflamatiõis sit dur⁹ & serrat⁹. c.15
An pulsus tertianę febris sint exigui. ca.16.
An vrina sit potus an serum sanguinis. ca.17.
An renes trahant lotium & remittant in vesicam an aliter subeat illud in vesicam. ibidem.
An color vrinæ comparetur ante substantiam, an contrà. cap.18.
An color vrinæ mutari possit sine noua substantia. cap.19.
An color viridis sit semper caloris soboles. ca.20.
An color liuidus sit magis lethalis viridi cap.21.
An omnis vrina crassa sit perturbata. cap.22.
An tenuis vrina nascatur semper ex [illegible]irate an nonnunquàm ex obstructione. cap.[illegible]3.
An possit fieri vrina nigra tenuis. cap.24.
An possit fieri vrina rubra tenuis. ibidem.
An possit fieri flaua & crassa ibidem.
An ruffa aut flaua vrina fieri possit crassa. ibid[illegible]m.
An sedimentum vrinę in ægrotis fiat ex eadẽ substãtia ex qua in sanis, & ex qua in vtrisq;. ca.25.
An pingue innatet semper in vrinis an aliqñ subsideat aut pendeat. cap.26.
An sit aliqua vrina oleacea & qualis. ibidem.
An furfuraceum contentum significet maiorem consumptionem q̃ lamineum. ibidem.
An polentaceum significet maiorẽ consumptionem q̃ furfureũ & lamineum ibidem.
An vrina possit significare mulierem vtero gerere. cap.27.

¶Libro quarto.

AN morbus sit qualitas an ad aliquid: an ad multas cathegorias referatur. cap.1.
An omnes morbi cõtineantur trimẽbri diuisione, an sit aliquis neq; tẽparamenti neq; structuræ neq; solutio cõtinui. cap.2.
An febres differãt inuicẽ specie reuera, an nõ. ibi
An Galenus libello de diff. morborum vsque ad infimas species processerit ibidẽ.
An morbi habeãt causam aliquam infine. ibidẽ.
An causa continens recte soleat finiri. ibid.
An morbi habeant causam continentẽ. ibidẽ
An causę externę possĩt fieri pse causę morborũ. i
An motus sit causa caloris & quomodo. ididẽ.
An ex fame aliquis febritet & quomodo. ibidẽ.
An robur membri alicuius possit esse illi ipsi causa ægrotandi. ibidẽ.
An symptomatum sint plura q̃ tria genera. cap.4.

An dolor sit symptoma in læsa actione. ibidē.
An læsæ actionis sint plures q̄ tres species. ibidē.
An peruigilium contineatur in diuisione sympt. qua vsus est Gale. ibidem.
An dolor sit symptoma solius tactus an omnium sensuum. ibidem.
An sympt. contingentia facultatibus naturalibus bñ enumeraueri[t] Gal. per facultatum numerū, an melius enume[r]entur per actiones ibidē.
An symptomata omnia nascantur ex morbo. cap.
An sympathia aliqua possit fieri sine priuatione aut immissione rei alicuius. cap. 6.
An imaginatio valeat morbum parere aut tollere. ibidem.
An fascinationis sit aliqua vis ibidem.

¶Libro quinto.

AN vomitus sit euacuatio naturalis. cap. 1.
An sudor sit euacuatio naturalis. cap. 2.
An euacuationes symptomaticæ vocatę possint aliqñ vtiles esse. cap. 3.
An puris gñatio sit putrefactio an cōcoctio. ca. 4.
An calor naturalis & calor præter naturam sint duo contrarii calores. ibidē.
An dolor semper fiat a solutione continui. cap. 5.
An omnis intemperies possit facere dolorē. ca. 6.
An fames sit sensus defectus suctusue an appetētia cibi. cap. 7.
An famem animalem ventriculi antecedat fames naturalis venarum ibidem.
An fames fiat defficiente sicca & sitis defficiente humida substantia. ibidē.
An ira possit aliquem interimere. cap. 8.
An risus nascatur à solo gaudio an à gaudio cum admiratione. ca. 9.
An risus extitilatu sit vere risus. ibidem.
An possit perire in particula aliqua sensus seruato motu. cap. 10.
An frigus sit perse causa alicuius actionis. cap. 11.
An lethargus & phrenitis sint inflamationes cęrebri. cap. 12.
An necesse sit læsa imaginandi vi alicuius singularis sensus instrumentum pati ca. 13.
An mœtus & mestitia nascantur ab atro colore melancholiæ. cap. 14.
An caros fiat semper cum febre & an lædat respirationem. cop. 15.
An omnis conuulsio fiat à repletione aut inanitione ca. 16.
An conuulsio & paralysis differāt intensione, an specie- cap. 17.
An epilepsia & sopor & apoplexia differant intensione an specie. ibidē.
An fortitudo facultatis faciat ad magnitudinem rigoris. ibidem.
An Hippocratis tempore acciderit rigor sine febre. ibidem.
An possint fieri morbi noui nunquàm antea con specti. ibidem.
An febris essentia sit in solo calore an cum siccitate. cam. 18.
An febris sit totius corporis calorem etiam membri alicuius ibidem.
An diuisio febris in hecticam putridam & diariā. sit lata per subiectam materiam. ibidem.
An ex sanguine putri sit febris aliqua cap. 19.
An bilis possit febrē facere sine putredine. ibidē.
An spiritus possint putrescere. ibidem.
An febris hectica possit incipere à principio. c. 20.
An febris diaria hectica & putrida possint copulari. ibidem.
An fieri à principio significet apud Galenum primos dies an primam agressionem. ibidem.
An omnis febris pestilens sit putrida. cap. 21.
An synoch° sit malignior acutior & magis periculosus febre ardente cap. 22.
An febres accidentes sint naturę diariarū. ca. 23.
An febris lypiria sit febris morbus an accidēs. ibi.
An per febrē epialam sentiatur calor & frigus secundum easdem omnino partes, cap. 24.
An intemperies inæqualis dicta sit à Galeno secundum partes corporis inæqualis ibidē.
An cirtuitus febrium contingant sucorum proprietate an alia causa. cap. 25.
An sit aliqua febris quintana aut sextana aut septimana. ibidem.
An omnis putredo, atque ita omnis febris putrida nascatur ab obstructione. cap. 26.

¶Libro sexto.

AN opus sit ad medicinam absoluisse omniū artium παιδεύσεων an non. in proœ.
An per tuendæ valetudinis artem possit mors deuitari in æternum. cap. 1.
An genita esse interitura possit demōstrari. ibidē.
An calor naturalis consumptionis humidi causa sit. ibidem.
An conseruatio corporum agi debeat similibus qualitate & gradu an nō. cap. 2.
An deffectus prioris concoctionis sequenti possit emendari. cap. 3.
An tenuia alimenta debeant ingeri ante crassa, an contra cap. 4.
An cibus debeat capi ante potum, an contra, an alternatim cap. 5.
An aqua possit nutrire. cap. 6.
An sit cenandum lautius q̄ prandendum. cap. 7.
An accida cruditas nascatur à solo frigore an etiā à calore. cap. 8.
An vtēdum sit venere ante cibum, an à cibo. ca 9.
An fæces generentur in intestinis, an in ventriculo. cap. 10.
An lassitudo phlegmonodes sit composita ex vlcerosa & tensiua, an simplex. cap. 11.
An cacohymia melancolica indicet causam calidam an frigidam. cap. 12.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tabula.

¶Libro septimo.

AN multitudo ad facultatem, dicatur ad facultatem naturalem an ad animalem an vitalem cap.1
An possit esse plæthora solius sanguinis, ac non potius omnium succorum. ibidem.
An multitudinis species sint morbi, an neutri affectus. idem.
An magnitudo morbi sit scopus mittendi sanguinem, cap.2.
An ætas sit scopus mittendi sanguinem. ibidem.
An sanguis in venæ cisione fluat causa deuitandi vacui. cap 3.
An calor habeat vim trahendi perse, an causa vacui. ibidem.
An res succedãt ne detur vacuũ naturali motu. ibi.
An seruanda sit rectitudo admittendum sanguinem. cap.4.
An seruari debeat rectitudo secundum diametros. ibidem.
An in pleuritide secari debeat vena eiusdem brachii an contrarii. ibidem.
An in affectionibus renum secari debeat vena in cruribus ibidem
An in affectionibus hepatis secari debeat vena in brachiis. ibidem.
An seruari debeat rectitudo fibrarum. ibidẽ,
An omnes pleuriticos oporteat curare sectione venæ an aliquos expurgatione. ibidem.
An vtilius sit in affectionibus hepatis & lienis secare venam inter minimum digitum & anularem, quam internam incubito. cap.5.
An liceat refrigeratis secare venam. cap.6.
An magis periculosum sit grauidis secare venam quàm pharmacum expurgans dare. cap7.
An liceat aliquando mittere sanguinem vsque ad animi deliquium. cap.8.
An animi deliquiũ ad quod licet deducere ęgrotantes sit deffectus facultatis animalis an vivitalis. ibidem.
An liceat vsque ad animi deliquium mittere sanguinem in febribus ardentibus ex bile . ibidẽ.
An liceat mittere sanguinem vsque ad animi deliquium causa doloris. ibidem.
An conuenentius sit sanguinis misionem fieri ante expurgationem cũ vtràque euacuatione est opus, q̃ contra. cap.9.
An ad expurgandum opus sit tanta facultate quã ta ad mittendum sanguinem. cap.10.
An liceat expurgare vsque ad animi deliquiũ. ibi.
An medicus vri debeat semper attenuãtibus ad sucorum præparationem vt expurgentur. ca.11.
An cõcoctio sẽper crasitudinem pariat. cap.12.
An liceat alioqñ vti expurgatione ante concoctionem citra turgentiam. cap.13.
An opporteat expectare concoctionem perfectam, an manifestam cap.14.
An bilios succi coqui possint, an non. capi.5.
An expediat ab assũpto pharmaco dormire. ca.16.
An ab assumpto pharmaco potandũ sit. cap.17.
An admittendum sanguinem & expurgandum cauere oporteat concursus & oppositiones astrorum. cap.18.

¶Libro octauo.

AN possit esse iuuenis peritus medic⁹. in præ.
An grauius peccatum sit in victu ægrotantiũ inclinare ad crassum, q̃ ad tenue. cap.1.
An victu magis crasso vtendum sit in morborum principiis quàm cum iam vigent. cap.2.
An possint ægrotãres reffici per aliam viam quàm per os. cap.3.
An curatio fiat contrariis æqualibus. cap.4.
An consuetudo auxiliorum afferat illorum necessitatem, an solum tolerantiam. cap.5.
An omnes facultates quibus nostrum corpus gubernatur possint accipere consuetudinem, & qua quæque causa. ibidem.
An consuetudo sit natura quædam reuera. ibidẽ.
An indicatio consuetudinis in morbis præstantior sit, quàm indicatio naturæ ibidem.
An liceat curare hæmorroydas nulla seruata. ca.6
An liceat fricare laborantes crudi succi redundantia. cap.7.
An epilepsia debeat curari, an non. cap.8.
An vesicam refertam excrementis liceat per aluum expurgare. cap.9.
An liceat morbum morbo curare cap.10.
An tympanites grauior sit ascite. ibidem
An liceat febrem excitare medicamentis ad curationem conuulsionis, aut resolutionis, aut alicuius talis affectus. ibidem.

¶Libro nono.

AN expurgantia medicamenta trahant pro proprios succos an indistinctè quoscunque. cap.1
An medicamenta expurgantia trahant similitudine substantiæ, an occulta proprietate. ibidem.
An sit medicamentum aliquod expurgans sanguinem. ibidem.
An medicamenta expurgantia peruadant venas ad trahendum succos. ibidem.
An medicamenta expurgãtia sint deleteria. ca.2.
An aloe aperiat ora venarum. ca.3.
An aloe habeat vim expurgandi totũ corpus. Ibi.
An liceat admiscere expurgantia adstringentibus. cap.4
An liceat admiscere expurgantia cum lenientibus. ibidem
An doses medicamentorum expurgantium diffiniantur ad corpus temperatum. ibidem.
An cum coeunt multa medicamenta expurgan-

tia,debeat aliquod illorum habere doſim'pro priam completam. ibidem.
An medicamenti expurgantis fortioris admixti cum debilioribus poſsit dari plus,quàm ſi daretur ſolum. ibidem.
An aloe admixta meli expurget debilius, quàm ſola ibidem,
An ex coloribu[illegible]liis accidentibus, quæ ſequũ tur mod[illegible]antiæ poſsimus quidpiam iudicat[illegible]petamento cap.5.
An ſapor amarus ſit ſempe[illegible]ſoboles caloris,an nõ nunquam frig. ibidem.
An acidus ſapor naſcatur ſemper ex frigore .ibi.
An Gal.opinatus ſit nihil amarum eſſe boni odoris. ibidem.
An vinum ſit humidum an ſicum. cap.6.
An vina omnia calida ſint, an quædam frigida. ididem.
An medicamenta fiant vſtione mitiora, an mordentiora. cap.7.
An medicamenta tam alterantia quam expurgantia poſsint reſpicere propria membra cap.8.
An medicamenta alterantia appellationem accipiant ab eo gradu quem habent ſupra gradũ tẽperati, vt fert communis medicorum ſententia,an ab eo gradu,quo qualitas tribuens appellationem vincit contrariam in ipſo medicamento cap.9.
An remiſſum remittat intenſum vſque ad medium gradum inter ambo. ibidem.
An ex calido in tertio & calido in ſecundo mixtis fiat calidũ in quarto. ibidẽ.
An frigidum in primo reducat calidum in tertio ad calidum in ſecundo. ibidẽ.
An hunc gradum aut illum ex his aut illis reſultare,poſsit conſtare experimento ibidem
An ſint aliqua venena frigida toto genere delet eria. cap.10.
An vere ſomnifera medicamenta ſint tantum humida,an frigida etiam. cap.11.
An pus mouentia ſint temperata,an calida & humida. cap.12.

¶Libro decimo.

AN ſit diebus criticis vis à radice ſuperna. ca.1.
An dies decretorii integri debeant aſſumi ad computationem cap.2.
An dies impares ſint fortiores paribus. cap.3.
An computitio dierum criticorum in muliere, quæ poſt partum febre corripitur, incipere debeat à die partus,an febris. ca.4.
An in morborum recidiuis compu[illegible]io fiat ab ip ipſis recidiuis,an à primo morbo. cap.5.
An omnia tempora morborum diſtinguantur cõ coctione,an aliis ſignis. cap.6.
An aliquis poſsit mori in inclinatione totius morbi cap.7
An cum ſignis manifeſtæ concoctionis poſsit ẽger mori. ibidẽ.
An ſit aliqua conſtitutio legitima morbis & communis. cap.8.
An omnes quaternarii ſint proximè ſequentium indices. ibidẽ.
An indices dies concoctione indicent decretorios,an aliis ſignis ibidẽ.
An morbus regius ante ſeptimum diem ſemper ſit malus cap.9.
An in ſolis morbis acutis vtantur medici prædictione,an etiam in longis. cap.10.
An criſis nocturna præſtantior ſit diurna. ibidem
An euacuatio per infernum ventrem ſit omnium accomodatiſsima ad criſes. ibidem.
An morbi diſsimiles ſint perpetuò magis periculoſi quàm ſimiles cap.12.

FINIS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

anima ejus Reguies

Errata.

Fol.5.pag.2.lin.27.vbi,cui,lege,cum.fol.6.pag.2.lin.41.vbi,cadaslege[illegible]at fol.10.pagin.2.lin.28. vbi,quamuis, lege.q̃.f.12.pag.2.lin.20.vbi,ſtatuit.lege ſtatuunt.f.12.pag.2.lin.52.vbi quidã,lege,quadam.f.14.pag.1.lin.3.vbi,æq;.lege,ęque.f.14.pag.1.lin.5.vbi,durius,lege,mollius.f.15.pag.2.lin.16.vbi recrementia,lege recrementitia.f.17.pag.2.l.23.in quarto, lege in octauo. fol.18.pag.1.lin.17.vbi et angnis,lege ſanguis.fol.18.pag.1.lin.22.vbi diſpepat,lege diſcrepat.fo.18.pag.1.lin.[illegible].vbi [illegible]ambra,lege membra.fol.18.pag.2.lin.38.vbi,vt eſt,lege vt &.fo.21.pag.1.li.1.vbi per,lege prętere[illegible]12.pagin.2.l.16.vbi q[illegible]lege apud.f.22.pag.2.l.18.vbi diſtinctionem,lege diſtinctiorem.fol.24.p.1.l.14.vbi membrorum,lege morborum.fo.26.pagin.2.lin.31.vbi generant,lege generandi.ibidem vbi commixtis,lege commixto. fo.26.pag.2.l.32.vbi delineari lege delineare.f.30.p.1.l.28.dele ſignum interrogationis fo.33.p.1.l.45.vbi ἔ϶ϖοιο,*lege* ἔϖϲοιο. fo 33.p.1.l.49.vbi intelligens,lege intelligas.f.41.p.2.l.25.vbi oculorum,lege colorum.f.44.p.1.l.26.vbi mediocrum lege medicorum.fo.45.p.2.l.17.vbi & actio.lege, eſt actio.f.45.p.2.l.29.præſagere.lege,præſagire.f.54.p.2.l.46.noua.lege,nona.f.65.p.2.l.9. cõſtituiſſe.lege conſtitiſſe.f.69.p.2.l.50.materialem.lege materiam.fo.73.p.1.l.39.refrigearẽt.lege,refrigerẽt. fo.74 p.1.l.15.faciſtt,lege faciunt.ibidem,alliis.lege aliis.f.74.p.1.l.16.ſubfurabimur.ſuffu[illegible]bimur.f. 77.p.2.lin.19.ſymptomata.lege ſmptoma.fol.eodem.l.23.alliis.lege aliis.f.78..pagin.2.l.43.que.lege quæ.f.eodem.l.45 pathẽa.lege pathema.f.79.p.1.l.11.inflente.lege influente.f.eodem.lin.17.rector.lege.rectior.f.eodem.l.23.ſterquilionio.ſterquilinio.fo.eodem.p.2.l.34.ſympathitas.ſympathias.f.80. p.1.l.7.inſegnius.lege inſignius.f.eod.l.58.oſcitaõe.lege oſcitatione.f.81.p.1.l.26.ſubl̃eabit.lege ſubleuabit.p.ea.l.48.neuiquam.lege neutiquam.f.82.pa.1.l.19.finguas,lege fingas. eadem linea.commodiũ.cãmodũ.f.86.p.1.l.17.animal mali.dele mali.ibidem, appellãturm.dele.m.f.87. p.1.l.27.expre[illegible] lege experti.f.87.p.2.l.5.tactione,lege tractione.eadem pagi.l.18.ſatis. lege. ſitis.f.88. in pincipio primæ lineæ deeſt.ideo accide.eadem pa.l.5.ſit.lege ſint,eadem pag.l.11.prædictis.lege præditis. ead.p.l. 53.cladeſtinus.lege clãdeſtinus.f.91.p.2.l.1.maginãdi.lege imaginandi.f.92. p.1.l.28.calor. lege color eadẽ p.l.38.carneam.lege corneam.eadem pag.l.40.calore.lege colore.f.92.p.2.l.40.corrũpiat.lege corripiat.eadem.l.ſolua.lege ſalua.f.97.p.1.l.16.aliqui.lege alioqui.f.103.p.1.l.17.probabitis.lege probabilis.ead.pa.l.40.moſtro.lege monſtro.f.103.p.2.l.39.parui.lege praui. f.107.p.1.redundant hęc corpora temperata ſimilibus virtualiter & formaliter contrariis.atque ita.f.108.p.2.l.48.redicula.lege ridicula.f.109.p.1.l.51.præoxim.lege proximæ.fo.eodem.p.2.l.12.diſcendant,lege deſcendant.fo. 110.p.1.l.7.ir. pares lege impares.f.114.p.1.l.21.ſymptamata, lege ſymptoma.f.116.p.1.l.18 refectũ.lege refertum.f.129.p.1.l.16.retitentur.lege retinẽtur.f.129.p.2.l.34.acinitio.lege abinitio.p. eadẽ.viplus.lege,vt plus.fo.130.p.1.l.38.vidicantur.lege iudicantur.f.130.p.2.l.35.coniunctionis.lege concoctionis.fo.131.p.1.l.24.pus.lege plus.f.132.&.133. eſt [illegible]ruatus numerus & ſcriptum.129. &.129.f.132. p.1.l.53.cruditum.lege crudũ.fo.132.p.2.l.30.alter.lege aliter.f.136.p.1.l.35.inſtitum.lege inſtitutũ.fl. 138.p.1.l.3.aret,eus.lege arereus.fo.145.p.2.l.7.propria ſibi commoda.lege & ſibi commoda. eadem p.l.47.cuicus.lege,Cnicus.fo.146.p.2.l.40.Adda.lege adde.f.147.p.2.l.ſi.ſi iuuenrę.lege iuẽtę.f. 149.p.1.l.3.profrigeraretur.lege perfrigeraretur.fo.150.eſt corruptus numerus & ſcriptum.140.fol. 150.p.1.l.3.hæc fluo.lege hæc duo.eadem.p.l.2.ὄυϑ'.lege ὄυϑ'.ibidem. ὄυϑϑ'.dele primum.ϑ.fol. 151.p.1.l.32.grat.lege gratia exempli.f.155.p.2.l.12.aliqui lege alioqui.p.eadem ſanare.lege ſonare.fo. 160.pag.1.l.5.quam.lege quamuis.fol.eodem.pa.2.l.53.neſſe.lege neceſſe.

Numeri capitum libri ſecundi ita ſunt corrupti.14.pro.15 14.pro.16.15.pro.17.16.pro.18.17.pro.19. 18.pro.20.19.pro.21.20.pro.22.21.pro.23.22.pro.24.23.pro.25.24.pro.26.25.pro.27.26.pro.28. 27.pro 29.28.pro.30.

BIBLIOTECA PUBLICA RAMON

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

16-2-3